BIBLIOTECA NAZ
Vittorio Emanuele III
XVII
F
6
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

HENRICI DE COCCEJI

SACRÆ REGIÆ MAJESTATI BORUSSICÆ QUONDAM A CONSILIIS SECRETIORIBUS

GROTIUS ILLUSTRATUS

SEU

COMMENTARII

AD

HUGONIS GROTII

DE

JURE BELLI ET PACIS

LIBROS TRES

IN QUIBUS

JUS NATURÆ & GENTIUM, item JURIS PUBLICI præcipua

EXPLICANTUR.

ADDUNTUR ANNOTATA AUTHORIS

EX POSTREMA EJUS ANTE OBITUM

CURA

IN COMMENTARIO ID PRÆCIPUE AGITUR, UT GROTIUS EX IPSO GROTIO ILLUSTRETUR, DEFECTUS CIRCA PRINCIPIA GROTIANA NOTENTUR; VERA JURIS NATURÆ PRINCIPIA, INPRIMIS QUATENUS AD INTERPRETATIONEM JURIS ROMANI PERTINENT, PROPONUNTUR.

ACCEDUNT

OBSERVATIONES

S. d. C. H. F.

TOMUS III.

WRATISLAVIÆ,

SUMTIBUS IOANNIS IACOBI KORN, BIBLIOPOL. 1747.

ERRATA ET EMENDANDA QUÆDAM.

Pag. 15. N. XII. lin. 13. pro *victoria*, lege *victariam.*
pag 17. lit. e. lin. pen. pro *principale*, lege *printipalem.*
pag. 23. lit. aa. poſt *datur*, adde, *at.*
pag. 31. lit. aa. lin. 8. poſt *ſine*, adde *mutua.*
pag. 32. lit. rr. lin. 4. pro *laudandum*, lege *laudandam.*
pag. 36. lit. a. lin. antepen. pro *eum*, lege *alterum.*
pag. 41. lit. 5. lin. 3. poſt *ſi*, adde *quis.*
pag 44. lit. c. lio. 2. pro *habeat*, lege *habet.*
ibid. pro *reſpuat*, lege *reſpuit.*
pag. 47. ad §. xvii. lin. 4. pro *licitum eſt*, lege *ud conſequendam reparationem juris licitum ſit.*
ibid. poſt *hoſtem*, dele, *finis illius obtinendi cauſa.*
ibid. lin 5. poſt *erit*, adde *ei.*
pag. 47. lit. v. lin. 3. dele, *ex*
pag. 53. ad §. xxi. lin. *2. pro hoſtem*, lege *Principem, Ducem &c.*
pag. 64. lit. v. pro *reprehendeudi*, lege *prehendendi.*
pag. 58. lit. n. pro *Scto*, lege *JCto.*
pag. 78. lit. q. lin. 9 poſt *exposcit*, adde *Fecialis.*
pag. 80. lit. a. lin. pen. pro *ſimul*, lege *Principi.*
ibid. lit. b. lio 14. pro *ideoque*, lege *&.*
pag. 90. lit. b. lin. 2. pro *ſed*, lege *ſcilicet.*
pag. 92. lit. m. lin. 2. dele, *ob.*
pag. 100. lit. i. lin. penult. pro *ſolet*, lege *licet.*
ibid. lit. a. lin 5. pro *ſic &*, lege *adeoque.*
ibid. lin 9. dele, *infra.*
pag. 102. lit. i. lin. 22. dele, *ſit.*
pag. 103. lit. p. lin. 3. dele, *non tauquam juſtifica.*
ibid. lit. q. lin. 4. poſt *ſi*, adde, *id.*
pag. 111. lit. rr. lin. 3. poſt *habent*, adde, *vel*
pag. 114. lit. a. lin. 2. pro *&*, lege, *nec.*
ibid. pro *&*, lege, *nec.*
ibid. lin. 3. dele, *non.*
pag. 116. lit. o. lin. 4. pro *aliud*, lege *alia.*
pag. 126. lit. gg. lin. 2. pro *nulla neceſſitas*, lege *impietatis accuſari nequeunt.*
ibid. lit. ll. lin. 5. pro *ratio*, lege *licentia.*
pag. 128. lit. ϑ. lin. 2. pro *exprobant*, lege *exprobrant.*
pag. 133. lin. ll. pro *explicationem*, lege *expilationem.*
ibid. lit. q. lin. 1. pro *illum* explicationem, lege *illam expilationem.*
pag. 140. lit. b. lin. 5. poſt *hoc*, adde *jam meo.)*
pag. 144. lit. h. lin. 4. poſt *ducibus*, adde *ut eam diſtribuant.*
pag. 151. lit. h. lin. 3. pro *inſe*, lege *inferre jubebat.*
pag. 152. lit. k. lin. 3. pro *civibus*, lege *civitus.*
pag. 164. lit. a. lin. 5. pro *permittere*, lege *promittere.*
pag 181. lit. h. lin. 1. pro *quia*, lege *cum.*
ibid. lin. 2. pro *valet*, lege *valeat.*
pag. 222. N. X. lin. 2. pro *Jyllu*, lege *Sylla.*
pag. 224. lit. f. lin. 4. dele, *ſua.*
ibid. lit. 1. lin. 3. pro *rem publicam*, lege *Rempublicam.*
pag. 225. lit. b. lin. 4. pro *potuis*, lege *potius.*
pag. 230. lit. pp. lin. 6. pro *prodeſte*, lege *prodeſt.*
pag. 231. lit. b. lin. 6. poſt *de*, adde *ſuo.*
pag. 232. lit. 1. lin. 8. pro *accipere*, lege *acceperunt.*

pag. 234. lit. l. lin. 7. poſt *conſenſu*, adde *tenet.*
pag. 239. lit. aa. lin. 4. pro *captu cenſentur*, lege *captus cenſetur.*
pag. 242. lit. k. lin. 3. pro *adeoque*, lege *ſed*
pag. 246. col. 1. lin. 27. pro *praſtita*, lege *cum.*
ibid. lin. 28. dele, *non.*
pag. 247. lit. i. lin. 4. pro *augeatur*, lege *augeantur.*
pag. 247. lit. r. lin. 8. pro *vocabantur*, lege *dabantur.*
ibid. lit. w. lin. 4. pro *ſub*, lege *cum.*
ibid. lin. 4. dele, *non.*
pag. 252. lit. y. lin. 10. poſt *fœderatos*, adde, *at non ſocios.*
pag. 260. lit. a. lin. 5. dele, *alter.*
pag. 166. lit. d. lin. 10. pro *a ſaltem*, lege *ſed tantum.*
pag. 280. lit. y. lin 2. pro *parcet) etiam.*
z) (*hoſtili ſanguini*) lege, parcet etiam hoſtili ſanguini.)
pag. 285. lit. v. lin. 2. poſt *litera*, adde *non dico apud bonos ſed*
ibid. lin. 3. pro *inſularum*, lege *inſularum.*
pag 295. (ad §. 1.) lin. 2. pro *jure gentium voluntario*, lege *gentes*
ibid. lin. 5. dele, gentes.
pag. 295. lit. g. lin. 5. pro *is*, lege *læſus*
pag. 311. lit ii. lin. 4. pr. adde, (AO §. 1.)
pag 3 4. lit. 5. lin. 7 poſt *civitatis*, adde, *non.*
pag. 315. lit. g. lin. 2 pro *prudentium*, lege *prudentum.*
ibid poſt *virorum*, adde, *At.*
pag. 321. lit. g. lin. 5. poſt *injuriam*, adde, *civitati.*
pag. 322. lit. f. lin. 1. pro *juſta*, lege *juſti.*
pag. 326. lit. z. lin. 5. pro *ut*, lege *&*
pag. 327. lit. vv. lin. 3. pro *pertineat*, lege *pertineant*
pag. 329. lit. e. lin. pen. pro *revertatur*, lege *revertitur.*
pag. 334. lit. 1. lin. 3. pro *Romanum*, lege *Romana.*
ibid. lin. 4. pro *civile*, lege *civitatis.*
ibid. lin. 4. pro *aliter*, lege *taliter.*
pag. 341. (ad §. 1.) deleantur omnia usque ad lit. e. (utpote quæ abſente Auctore per errorem impreſſa ſunt) & ponantur ſequentia.

„Alibi diximus, Auctorem injuria arguere JCtos Romanos, quod confuſe nimis materiam de poſtliminio tractaverint, *Vid. L. 3. c. 9. §. 1.* Diximus, principia Grotii circa jus poſtliminii admitti non poſſe; quod vel ex eis quæ Auctor hoc capite tradit magis perſpicuum fiet.

„Grotius capite IX. circa jus poſtliminii diſtinguit inter lege *juris natura*, & ſtatuta *jure gentium.*

„JURÆ NATURÆ eum qui ex *juſta cauſa* bellum gerit, ac res hoſtis ſui capit, dominium acquirere, ait, ad compenſationem tantum ejus quod debetur. *Vid l. 3. c. 9 §. 1. pag 221.* Excipit autem res quæ a priſtino domino recipiuntur, has enim *jure poſtliminii* recipi putat, quia res has pro non captis haberi fingit. *Vid. § h. pr.*

„Is autem, qui ex *injuſta cauſa* bellum gerit, nullum, ex hypotheſi Auctoris, jus in res

)(„captas

„captas acquirit: Imo reſtituere eas domino „tenetur. Adeoque dominum, ſi res illas re„cipit, non *jure poſtliminii*, ſed ipſo jure eas „recipere putat. *Supr. pag. 221.*

„Addit, jus hoc NATURÆ hactenus JURE GEN„TIUM VOLUNTARIO mutatum eſſe, ut ei quo„que qui *ex injuſta cauſa* rem capit dominium „aliquod externum a gentibus tributum ſit; „Ejusque effectum eſſe, ut capiens non teneatur „rem priori domino, etiam juſtam cauſam ha„benti, reſtituere, nec recipiens eas *ipſo jure* „recipiat, ſed *jure poſtliminii:* adeoque res bas „receptas jure gentium itidem pro non captis „haberi: *Vid. §. h. pr.* & ſupra *pag. 221.*

„Alibi notavimus diſtinctionem inter *bellum* „*juſtum* & *injuſtum* inter duas ſummas poteſta„tes, quarum utraque ſuam cauſam juſtam al„terius injuſtam aſſerit, uſum non habere, nec „jus certum ex ea ſtatui poſſe: Sed ſuspendi „durante bello juſtitiam cauſæ, indeque utrum„que agere ac ſi jure bellum gerat.

„Hoc principio poſito, cujusque judicium „valet in ſua civitate, adeoque RES NOSTRÆ „captæ & receptæ POSTLIMINIO gaudent quia ex „judicio noſtræ civitatis injuria captæ ſunt. „*l. 19 pr. captiv.* Econtrario RES HOSTIS captæ, „ſi ad hoſtem revertuntur, itidem POSTLIMINIO „recipiuntur, quia ejus judicio res a nobis injuria „captæ dicuntur: *dict. pag. 221.*

„Certiſſimum igitur eſt POSTLIMINIUM ab „utraque parte, (non habita ratione differentiæ in„ter bellum juſtum vel injuſtum,) ipſa ratione „naturali obtinere.

„*a*) (QUOUSQUE EX BELLO JUSTO RES CA„PIENTIUM FIANT DIXIMUS SUPRA:) Numi„rum dominium capienti acquiri ſaltem ad com„penſationem ejus quod debetur: Quod exa„minavimus *c. 13. §. 1. & c. 1. §. 1. pag. 14.*

„*b*) (EX BELLO JUSTO:) Ubi is qui capit „juſtam capiendi cauſam habet.

„*c*) (QUIBUS DE REBUS DEDUCENDA SUNT „QUÆ RECIPIUNTUR POSTLIMINII JURE:) Jus „ergo poſtliminii ſaltem obtinere putat ſi res, „quæ ex JUSTA CAUSA mihi erepta eſt, a me reci„pitur: Quod non tantum cum ratione juris „poſtliminii, ſed & cum principiis Auctoris pu„gnat.

„Poſtliminium enim ideo introductum eſt, quia res injuria mihi eſt ablata: *l. 19. ff. captiv.* Si „igitur juſto bello mihi eripitur (ponamus enim „de juſtitia cauſæ conſtare certo poſſe) tota ratio „poſtliminii ceſſat, hoſtis enim qui ex juſta cauſa „capit, injuriæ accuſari nequit: Sed & ipſe „Auctor concedit hoſtem qui ex juſta cauſa „capit, dominum fieri rei captæ; hoc domini„um per reditum ad eum qui injuriam fecit „tolli nequit, neque hic dominium quod ju„re amiſit prætextu poſtliminii, & ex fictio„ne quaſi res nunquam capta videatur, recu„perari nequit.

„*d*) (SUNT ENIM PRO NON CAPTIS:) Atque „ideo jure poſtliminii recipiuntur:

pag. 353. lit. a. lin. 3. pro *juſta*, lege *circa juſtitiam*
pag. 363 lit. n. lin. 2. pro *etiam*, lege *enim*.
pag. 368. lit. h. lin. 3. pro *l. c. c. 4. §.* lege *l. 3. c. 9. pag. 325.*
pag. 368. lit. h. lin. 4. pro *adeoque*, lege *atque*.
pag. 370. lit. p. lin. pen. pro *auferre*, lege *violare*.
pag. 378. lit. d. lin. fin. pro *nequit*, lege detrectat.
pag. 379. lit. g. lin. 8. pr. dele, *jam*.
pag. 384. lit. f. lin. 2. pro *fiat & hoc ergo dependent*, lege *detur, adeoque hac quoque dependet*.
pag. 395. lit. h. addit lin. 2. pro *redit*, lege *recipitur*.
ibid. lit. i. lin. 5. pro *redit*, lege *recipitur*.
pag. 397. lit. b. addit. lin. 1. pro *videt*, lege *videtur*.
ibid. lin. 3 pro *delectum*, lege *dictum*.
pag. 400. lit. z. lin. fin. pro *lit. b. 6. §. 17.* lege *ſupr. §. 17. lit b.*
ibid. (ad §. 21.) lin. 12. pro *quod*, lege *quam*.
pag. 401. lit. c. lin. 3. dele, *ad*
pag. 407. lit. h. lin. 2. dele, *enim*
pag. 412. col. 1. fere in fine dele, 3) *Non omne fœdus quo bellum componitur ſupponit amicitiam*.
pag. 423 lit. q. dele, notam integram.
pag. 426. lit. e. lin. 4. pro *ad*, lege *at*.
pag. 435. lit. o. lin. 5. poſt *regulariter*, adde *indeque*.
pag. 437. lit. m. lin. 1 pro *nimium* lege *nimirum*
pag. 440 lit. u. lin. 3. poſt *erit*,) adde, *ſi*.
ibid. lin 5. poſt *rei*, adde, *eſt*.
pag. 445. lit. c. lin. 1. dele, *Juſt. l. 6. c. 6.*
ibid. lit. e. lin. 2. dele, *hoc*.
pag. 446. lit. b. lin. 2. pro *probaverit*, lege *probavit*.
pag. 461. lit. b. lin. 10. pro *quia illa jus in captum amittit*, lege, *cui æque periiſſe videtur, dum in poteſtate hoſtium conſtitutus operam patriæ præſtare nequit*.
pag. 475. §. 1. lit. e. pro, *uti ſi qui alteri ſe dedit*, lege *ſi quis hoſtis fidei ſe tradit*.
ibid. §. 2. lit. d. lin. 15 pro *is*, lege *eum*
pag. 476. lit. e. lin. 2. pro *Aſinum Cornelium*, lege *exemplum Aſinæ Cornelii*.
ibid. lit. lin. 5. poſt *filius*, adde, *poſtquam*.
ibid. lin. 6. pro *ſunt rex*, lege *fuit*.

Digitized by Google

HUGONIS GROTII
DE JURE BELLI ET PACIS
LIBER TERTIUS.

CAPUT I.

Quantum in bello liceat, regulæ generales ex jure naturæ: ubi & de dolis & mendacio.

I. *Ordo ſequentium.*
II. *Regula prima: licere in bello quæ ad finem ſunt neceſſaria: explicatur.*
III. *Secunda: jus non tantum ex principio, ſed & cauſis in bello ſubnaſcentibus ſpectari.*
IV. *Tertia: quædam conſequi ſine injuria quæ ex propoſito non licerent: cui cautio additur.*
V. *Quid liceat in eos qui hoſtibus res ſubminiſtrant, per diſtinctiones explicatur.*
VI. *An dolo uti in bello liceat.*
VII. *Dolus in actu negativo per ſe non eſt illicitus.*
VIII. *Dolus in actu poſitivo diſtinguitur in eum qui fit per actus libere ſignificantes, & per actus ſignificantes velut ex conventione: & oſtenditur dolum prioris generis licitum eſſe.*
IX. *In ſecundo genere indicatur quæſtionis difficultas.*
X. *Non omnem uſurpationem locutionis, quæ ſciatur in alium ſenſum accipienda, eſſe illicitam.*
XI. *Mendacii, quà illicitum eſt formam, conſiſtere in repugnantia cum jure alterius, quod explicatur.*
XII. *Et oſtenditur licitum eſſe falſum loqui apud infantes & amentes:*
XIII. *Et cum is decipitur ad quem ſermo non eſt, & quem extra ſermonem decipere liceret:*
XIV. *Et cum ſermo eſt ad eum qui velit ita decipi:*
XV. *Et cum qui loquitur utitur jure ſupereminente in ſibi ſubditum:*
XVI. *Forte & cum vitam innocentis aut par aliquid tueri aliter non poſſumus.*
XVII. *Apud hoſtes licitum falſiloquium qui ſenſerint auctores.*
XVIII. *Non extendendum hoc ad verba promittentia.*
XIX. *Nec ad juramenta.*
XX. *Generoſius tamen eſſe, ac Chriſtianæ ſimplicitati convenientius, falſiloquio in hoſtem quoque abſtinere: quod per ſimilia illuſtratur.*
XXI. *Non licere nobis quenquam impellere ad id quod nobis licet, ipſi non licet.*
XXII. *Licere tamen uti opera ultro oblata.*

§. I.

(AD §. 1.) In omni bello tria ſunt, (1) *perſonæ* gerentes bellum, quæ ſunt ſummæ poteſtates: (2) *cauſa* propter quam bellum geritur: (3) *modus procedendi.* Hinc triplici modo bellum juſtum dici poteſt: tum ratione *perſonarum*, ſi ſcilicet bellum gerentes ſunt ſummæ poteſtates: tum ratione *cauſæ*, ſi ſummæ poteſtates ex juſta cauſa bellum inchoant: tum ratione *proceſſus*, ſi ſcilicet forma procedendi, ac ritus juris naturalis rite obſervantur: Ubi notandum quod *priori* & *poſteriori* ſenſu bellum utrinque juſtum dari poſſit, non vero intuitu *cauſæ*.

Idem igitur in bello obvenit quod in cauſis & litibus privatorum, ibi enim pariter conſiderantur (1) *perſonæ litigantes*, an perſonam ſtandi in judicio habeant: (2) *Cauſa*, quæ controvertitur in judicio, & quæ terminari debet per ſententiam, uti cauſa belli per ultimam victoriam. (3) *proceſſus*, qui non niſi juxta certas regulas inſtrui poteſt:

De *priori* membro actum eſt *L. 1. c. 3. 4. & 5.* De *altero* libro ſecundo per totum: de *tertio* agetur hoc libro tertio.

Author proceſſum belli tribus regulis expedire conatur; *Prima* eſt, licere in bello quæ ad finem ſunt neceſſaria. *Secunda*, jus non tantum ex principio, ſed & cauſis in bello ſubnaſcentibus ſpectari. *Tertia*, quædam conſequi ſine injuria quæ ex propoſito non licerent. *Vid. h. c. 1. §. 2. 3. 4.* Cum vero hæc obſcura ſint, noſtra principia præmittere liceat.

PROPOSITIO I.

Bellum id demum licitum eſt, quod tendit ad reparationem juris noſtri.

DEMONSTRATIO.

Supra jam demonſtratum eſt, vim alteri inferre non licere niſi ex neceſſitate, &, ſi aliud medium recuperandi juris non ſuperſit; *Vid. l. 1. c. 2. pr.*

ADDITIO.

„Præter loca ex diſſertationibus B. Parentis dicto „c 2. allegata, inſerere hic liceat excerpta quædam ex „ejus Diſput. de armis illicitis, ubi je jure bellandi „*§. 12. usque ad §. 17.* ita diſſerit:

„Primum vero ſciendum eſt, omne bellum ſola neceſſitate defendendi juris ſui excuſari: Jure enim naturali nullum jus eſt homini in hominem, niſi quod parentum vel legitimi magiſtratus eſt: nedum jus inferendi vim, vel lædendi alterum. Etſi igitur injuriam ſibi factam quispiam putet, non tamen vi propria quicquam, ſed per legitimi judicii tramites repetendum eſt, nam nemo eſt qui in re propria quod æquum eſt alteri vel cernat vel cupiat, ſed ita homines ſui ſtudio ducuntur, ut ſuæ cauſæ conniveant, Præclare Cicero, *orat. pro Reg. Deſot. cap. 2. Nemo*, ait, *eſt, qui ſui periculi judex, non ſibi ſe æquiorem quam reo præbeat*. Et cum parti alteri tantundem juris foret, non duæ partes, ſed duo judices eſſent, in ſua cauſa invicem contradicentes & ſecum rixantes: neque poſſent tum lites alio quam cædium exitu finiri; nec hominum illa ſocietas, ſed ferarum congreſſus eſſet, qualis fuit in priſca illa hominum feritate, etſi nec tum judiciorum ſpecies defuerit, nec ipſi latronum cœtus carere iis poſſint. *Cic. 2. off. 11.*

„Inde vero excipitur certo jure caſus ille, cum quis aliter quam vi jus ſuum tueri nequit; ſcil. ſi neque judicis copia, neque homini aliud remedium a natura datum permiſſumve eſt: proindeque vis illa inevitabilis, ac defenſio per vim plane neceſſaria eſt. Hæc enim eſt illa neceſſaria natura defenſio, quam magna cum facundia commendat Cicero pro Milone ſuo: *illa*, inquit, *non ſcripta, ſed nata lex, quam non didicimus, accepimus, legimus, verum ex natura ipſa arripuimus, hauſimus expreſſimus: ad quam non docti ſed facti, non inſtituti, ſed imbuti ſumus* &c. Et deinde: *Hoc & ratio doctis, & neceſſitas barbaris, & mos gentibus, & feris natura ipſa præſcripſit, ut omnem ſemper vim, quacunque ope poſſent, a corpore, a capite, a vita ſua propulſarent.* Tum ad judices converſus efficaciſſima ratione id ita probat: *Non poteſtis hoc facinus improbum judicare, quin ſimul judicetis, omnibus, qui in latrones inciderint, aut illorum telis aut veſtris ſententiis eſſe pereundum.* Quod & Perſeus Romanis reſpondet apud *Liv. lib. 44. c. 41.*

„Enim vero fruſtra Deus homini jus conſtituiſſet, niſi remedium permiſiſſet ejus exercendi & expediendi: quod ſi igitur non niſi unica ejus tuendi ratio, ſcil. vis, homini reliqua eſt, neceſſario vel vis illa juſta erit, vel jus illud fruſtra datum, cum tamen nihil ſapientiſſima natura fruſtra fecerit. Et cum omnium rerum arbiter, qua eſt juſtitia & ſanctitate, jus inter homines defendi, injuriam vero tolli voluerit, non poteſt non permiſſam quoque velle, & probare vim, quoties ſine illa jus defendi ac injuria arceri non poteſt: cum enim non niſi unicum remedium conſequendi beneficii relictum eſt, illud qui auffert, beneficium auffert. Et, quemadmodum, qui alium ad metam decurrere jubet, viam autem, qua ſola decurrere poteſt, præcludit, illum eo pervenire non vult; ita cum nihil niſi vis juri tuendo injuriæque propulſandæ ſupereſt, illam qui non permittit, injuriæ licentiam eſſe vult, quod cum ſanctitate & juſtitia ſummi judicis pugnat.

„Hæc eadem gentium, etiam barbararum ac magnorum belli Ducum ſententia eſt, nihil in bello niſi ex neceſſitate tuendi juris licitum eſſe. Is quem ante memoravimus Dux Samnitium, Pontius, quem primum bellatorem Ducemque laudat Livius, ad milites ait: *Juſtum eſt bellum, Samnites, quibus neceſſarium, & pia arma quibus nulla niſi in armis relinquitur ſpes. Liv. lib. 9. c. 1.* Et Cicero concinne ait: *Cum duo ſint genera decertandi, unum per diſceptationem, alterum per vim, cumque illud proprium ſit hominis, hoc belluarum, confugiendum eſt ad poſterius, ſi non licet uti ſuperiore. Cic. de Offic. l. 1. c. 11.* Idem docuit Auguſtin. *Epiſt. 205. Pacem habere debet voluntas, bellum neceſſitas: ut liberet Deus a neceſſitate & conſervet in pace.*

„Certum igitur eſt, nihil ejus, quod homo in in hominem vi armisve facit, (præter vim legitimi magiſtratus in ſubjectos) jure naturæ ac gentium valere poſſe, niſi quatenus neceſſitate defendendi juris excuſatur. His finibus omnium bellorum juſtitia ac licentia coërcetur, non belli tantum defenſivi, ut vocant, ſed & offenſivi; nam in hoc non aliter juſtum eſſe poteſt, niſi quatenus eſt defenſivum juris, ita ut alia ejus tuendi ratio non ſit. Non modo enim ille, qui a ſe, jure ſuo ad huc integro & intactu, vim imminentem vi propulſat, ſed & qui jus ſibi ereptum vi repetit, jus ſuum defendere recte dicitur, &, ſi alia via non ſit, licite poteſt: ut adeo omnia juſta bella, rationibus rite ſubductis, non ſint niſi defenſiva.

PROPOSITIO II.

In bello id licitum eſt ſine quo juſta victoria obtineri nequit.

DEMONSTRATIO.

Alia ergo quæſtio eſt quod nam bellum licitum ſit? alia, quid nam in bello juſto liceat? & dicimus omnia licere ſine quo noſtra victoria obtineri nequit, Ideo enim bellum juſte geritur, ut jus ſuum, quod aliter non poteſt, Princeps recuperet. Hic finis eſt totius negotii, qui autem non niſi per prælia & victorias obtineri poteſt. *Vid. Diſp. noſtr. de jure vict.* §. 8. & diſp. de Arm. illic, §. 17.

PROPOSITIO III.

Neceſſarium ad juris noſtri reparationem, obtinendamque victoriam, id videtur ſine quo per naturam rei obtineri nequit, non ſi vitio, vel infirmitate hominis.

DEMONSTRATIO.

Neceſſarium igitur non ita intelligimus ut plane obtineri finis aliter non poſſit, id enim certo in incerto bellorum aventu cognoſci nequit; ſed mora-

moraliter, & pro conditione rerum humanarum, ita ut neceſſarium id omne videatur, ſine quo probabiliter finis obtineri nequit.

Deſinit igitur eſſe neceſſarium (1) ſi vitio noſtro jus noſtrum reparari nequeat, forte quod negligentia noſtra in neceſſitatem adacti ſimus, vel quod ob infirmitatem noſtram finem illum obtinere non poſſimus: (2) ſi media non victoriam accelerant, ſed dolorem augent.

PROPOSITIO IV.

Unde arma turpia, & facta quibus nec conſilii nec virtutis laus ineſt, etſi ad reparationem juris noſtri neceſſaria ſint, illicita ſunt.

DEMONSTRATIO.

Generaliter pro lege naturæ & fonte totius hujus diſceptationis habendum eſt, nullum genus armorum jure gentium licitum eſſe, niſi quod neceſſarium eſt ad juris noſtri defenſionem, & ſine quo vel jus ereptum recuperari, vel impetitum ſervari nequit. Quod cum obtineatur victoriis, nulla arma licita ſunt niſi quæ ad victoriam, & nulla victoria juſta niſi quæ ad jus noſtrum obtinendum neceſſaria eſt. Quamquam vero hoc arbitrio & conſcientiæ bellum gerentis relictum ſit, cum is judicem in terris non agnoſcat, omnino tamen & ille patitur judicem, quippe docente Seneca, in Thyeſt. ait. 3. in fin.

Omne ſub regno graviore regnum eſt.

& Horatio, odar, Lib. 3. od. 3.

Reges in ipſos Imperium eſt Jovis.

Quod judicium cæteris paribus, belli eventu declaratur.

Primum itaque certum plane eſt, ei qui vi injuriam infert, vel factam tuetur, pariter vim omni jure gentium opponi poſſe, *Liv. lib. 43. cap. 41.*

Armaque in armatos ſumere jura ſinunt. *Ovid. l. 3. de Art. am.*

Cum vis vinci non poſſit niſi pari vel majore vi objecta. Itaque militi militem, ferro ferrum, locis munitis ac machinis machinas, belluis belluas & conſueta cuique genti arma, & quantæ comparari vires poſſunt, opponere permiſſum eſt.

Unde cum Orientis populi Elephantes & Camelos in prælium adducere conſueviſſent, iis uti adverſus illos quoque potuerunt qui aſſueti iſtis non fuere, uti Indi adverſus Semiramidem. *Diod. Sic, Biblioth. hiſt. lib. 2. c. 16.* §. 19. & Alexandrum M. *Curt. lib. 8. c. 13.* Pyrrhus adverſus Romanos. *Juſtin. lib.* 18. *c. 1. Flor. lib. 1. c. 18.* & Perſæ adverſus Alexandrum M. etſi illi ipſi quoque ante in bellis uti iis nondum conſueviſſent. *Curt. lib. 7. c. 3.* Sic & Cyrus Croeſi equitatum Camelis, quos equi non ferunt, fugavit: *Polyan. lib. 7. c. 6. n. 6.* de quibus *Ammian. lib. 23. c. 6. fol. 378.*

E contrario deteſtanda omnino ſunt omnia illa arma, quæ non tam ad vincendum, quam ad nocendum ulciſcendumque excogitantur; & exaſperandis ſauciorum doloribus, & ad tollendam omnem ſpem convaleſcendi inventa & comparata ac proinde immanitatis magis belluinæ, quam juſtitiæ exequendæ inſtrumenta ſunt: uti ſi globis plumbeis, qui ex variis inſtrumentis bellicis emitti ſolent, æs vel ferrum ita miſceatur, ut aculei pariendo dolori, & ne ſit eximendi iterum convaleſcendique facultas, emineant. Qualis malitia & Barbarorum quorundam fuiſſe dicitur, qui ſpiculorum ſuorum cuſpides pari uncorum fraude, ad augendos miſerorum cruciatus, armaſſe deprehenſi ſunt.

Idem dicendum de ingentibus illis machinis bellicis, quæ non expugnandis & occupandis oppidis & munimentis, ſed tantum concutiendis & evertendis eorum ædificiis admoventur: vulgo Bombardiren dicitur, & voce & re nova. Non enim apparet, gentes, etiam maxime barbaras, ejusmodi immanitate tantum ad nocendum uſas in bellis fuiſſe. Nec quicquam magis a rationibus juſtorum armorum juſtæque victoriæ remotum eſt, cum neque ſpes neque animus ſit expugnandæ urbis, ſed exſatiandæ vindictæ, explendique odii. Adeo igitur hoc ne ad victoriam quidem, nedum ad juris tuitionem neceſſarium eſt, ut ne quidem vincendi jurisque tuendi animo, ſed nocendi & ulciſcendi cauſa fiat.

Eſtque id adeo a priſco gentium ritu ac more alienum, ut ne tum quidem, cum infamis ille abuſus gentes invaluiſſet, ut bello capti fierent ſervi, & in ſervos jus vitæ & necis eſſet, talis inter eos conſuetudo in bellis fuerit, infra §. 27. E contrario tam caſte habita tum ſuit diſciplina bellica, ut populationes quoque agrorum, quæ tantum populandi cauſa fierent, nec ad vincendum hoſtem neceſſariæ eſſent, improbaverint; cum enim Vejentes in agrum Romanorum excurrerent, prædaque abacta Vejos rediiſſent, ait Livius: *Eos populabundos magis quam juſti more belli id feciſſe. Lib. lib. 1. c. 15.* & tamen multo plus momenti ad vincendum hoſtem affert populatio agrorum, quam tectorum aliquot in urbe deſtructio: nulla enim re facilius ſubigi hoſtis poteſt quam inedia publica, quæ incenſis agris inducitur: Deſtructio autem aliquod ædium nunquam idonea viſa eſt loci dedendi cauſa.

E contrario vero, ſi hæc via neceſſaria viſa fuerit ad ſubigendum hoſtem, vel non alia tuendi juris locive ratio fuerit, nihil hujusmodi machinarum ab exercitio belli alienum erit. Unde non modo arietes, falces, teſtudines ad ſubruendos muros, (de quibus *Veget. lib. 4. de re milit. cap* 13. *& ſeqq. Joſeph. de Bell. Jud. lib. 3. c. 9. Ammian. lib. 23. cap. 4*) Sed & currus iſtos falcatos, dirum mortis genus, uſus veterum probavit, *Curt. lib. 3. cap.* 12. Quin naves incendiarias, globos ignitos, vel pulvere oppletos, ac ſinu ſtragem gerentes; vel ingentia ore incendia vomentes machinas mos hodiernus quoque commendat; aliaque atrociter ingenioſa in hoſtium perniciem inſtrumenta noviter quoque excogitantur, nulla ipſius partis adverſæ reprehenſione.

Equidem tam humano generi dirum, triſte, ac deteſtabile, quam ſtygio humani generis hoſti lætum jucundumque eſt, tantis homines inter ſe certare odiis, adeoque omnem humanitatis ſenſum

plus quam belluina Avernaliquè mutaſſe, ut, ſi quod in votis eſt poſſent, quicquid eſt infernalium furiarum, & ipſas pice torrentes atraque voragine ripas, alter in alterum effunderent atque immittemitterent. Verum hujus immanitatis non illa pars obnoxia eſt, quæ aliter jus ſuum tueri ac recuperare nequit, ſed in illum, cujus injuria neceſſitati tam execrabili cauſam dedit, ejus vindicta recedit, & illius caput tot innocentium hominum ſanguine conſecrat: ac ille, non alter qui jus ſuum tuetur, tot malorum intolerabilium pœnas manibus miſerorum qui ea paſſi ſunt, pendet ut In ſimili ſpecie loquitur Juſtinus *lib. 36. cap. 4.*

Ex quo facile judicium fertur de prodigioſa illa machina Federici Jambelli Hiſpani, qua Antwerpienſes anno 2560. pontem ab Hiſpanis Scaldi impoſitum, probeque munitum, deſtruxerunt: Cum enim ab Hiſpania obſeſſi eſſent, nec auxilia ponte abjecto accedere poſſent, ſtupenda & immanis machina quatuor majoribus, & tredecim minoribus navibus, utero ſuo exitium & incredibilem tempeſtatum ac fulminum vim geſtantibus, mira arte a Jambello fabricata, & noctu ponti immiſſa, adeo in pontem ipſumque fluvium ſæviit, ut *Scaldis prodigioſe dehiscens fundi ima patefacere primum viſus, mox ſuper ripas effuſus, atque aggeribus aquatus, Marianam munitionem* (ponti annexam) *uno pede altior impleverit*: ceu & pontem & machinam deſcribit Famian. Strada *de bel. Belg. l. 6. ad anno* 1585. & terræ ſubſultantis motum ad 9000 paſſuum ſenſu perceptum & 800. milites ac ordinum ductores miſere periiſſe, plurimosque ſaucios & corpore truncatos fuiſſe pluribus commemorat. Quomodo deinceps quoque alias hujusmodi machinas in pontem refectum immiſere. Nec quicquam horum cum nulla alia acceſſendi auxilii, commeatusque via appareret, niſi deſtructo ponte munitiſſimo improbandum videtur · in primis in bello, quod pro libertate animorum & conſcientiæ ſusceptum ferebatur.

Sed & in eum hoſtem, qui talibus promiscue ac citra neceſſitatem juris ſui tuendi utitur, viciſſim eadem arma eademque bellandi ratio permiſſa eſt, ut in eum quoque paria machinarum monſtra ac furiæ, etſi tantum ad nocendum & ulciscendum parata ſint, juſta talionis lege immitti poſſint. Hæc enim juſtiſſima illa & omni jure ac apud omnes gentes probata lex eſt, quam ab æquitate ſua naturali adeo commendat ICtus in *l. 1. princ. ff. Quod quisque jur. in alt.* quod *ſummam habeat æquitatem & ſine cujusquam indignatione juſta ſit*: *Quis enim*, addit, *aſpernabitur idem jus ſibi dici quod ipſe aliis dixit.* Quo ſenſu & M. Marcellus Dux Romanus, cum Siculi nimiæ in bello ſævitiæ ipſum Romæ poſtularent, reſpondit: *Quis paſſus hoſtilia, cum fecerint indignatur! Liv. lib.* 26. *c.* 31. Et hanc legem adeo gentes probarunt, ut ad ejus rationes poſt mortem Regum juſtiſſimos pœnas ac præmia apud inferos exigere finxerint. *vid. Diſp. noſtram de proport. furt. & ſuſp. §. 6.* Eaque Deum quoque uſum apud Hebræos patebit *infra §.* 29. In genere igitur, quoties armis illicitis hoſtis injuria utitur, eadem reciproce ipſi optimo jure inferri poſſe conſtat.

Ex dictis quoque ſequitur, nunquam jus armorum ac hoſtium in eos eſſe, qui armis jam capti vel victi ſunt: cum omnis ceſſet ſæviendi in eos neceſſitas, qui jam ſunt in noſtra poteſtate, atque adeo juri noſtro tuendo vel recuperando nullum amplius impedimentum afferre poſſunt. In eos igitur quæ exercetur, vel interficiendo eos vel diripiendo res eorum, credulitas, cum nulla amplius neceſſitate excuſari poſſit, nullo jure permiſſa videri poteſt. *ſup.* §. *13. 14. 15. 16. & 17.* Quin vis hoſtilis in captos nihil amplius ad tutelam juris noſtri vel ad victoriam, cum victi jam ſint, conferra poteſt. Quod prudentes viri & magni Duces quoque in medio illo gentium abuſu, quo in captos & victos jus plenum vitæ & necis, eoque in res eorum plenum ſibi dominium arrogabant, ſenſerunt, & hunc gentium exceſſum improbarunt, ut exemplis gentilium oſtendit *Grot. de J. B. & P. lib. 3. cap. 11.* §. *6. & ſeq. usque ad* §. *13. cap.* 12. §. 2. *& cap.* 14. §. 3.

Neque movet, quod ipſe Deus permiſerit Hebræis interficere masculos urbis captæ, & res diripere. *Deut.* 20. *v.* 13. *&* 14. Nam id jure talionis licitum eſt, quoniam gentes, pro eo qui tum fuit abuſu, in Hebræos & inter ſe eo jure utebantur. Id vero non impedit, quin, ſi qui ſint in captis vel victis qui quid injuria in bellis commiſerunt, vel alias deliquerunt, vel ſi autores belli aut ſeditionis fuerunt, a victore pro modo reatus puniri & coërceri poſſint; uti & hoc pluribus exequitur *Grot. d. c.* 11. §. 5. add. *Liv. lib. 26. cap.* 16. *& Diſp. noſtram de jur. Vict.* Quemadmodum & a nobis capti victique, ſi ſuo facto, licet intra jus belli, damni quid dederunt, ad ejus reſtitutionem in pace quoque & bello finito, ubi in poteſtatem forte noſtram pervenerunt, compelli poſſunt; niſi per amneſtiam pactum memoria damnorum ac injuriarum plane abolita fuerit. *vid. Diſp. noſtram de Poſtlim. & Amneſt. paſſ.*

Atque hæc hactenus arma injuſta, & ipſo jure naturali ideo prohibita ſunt, quia ad jus tuendum vel recuperandum non ſunt neceſſaria.

Sequitur jam, an, quando alia tutandi ita juris ratio non apparet quam vis, etiam iis vincendi mediis uti liceat, quæ alias turpia & minus honeſta habentur, ita ut neceſſitas reddat ea licita maculamque omnem iis detergat? Et negamus, ulla arma vel vincendi media, in quibus nulla ratio virtutis eſt, ſed quæ turpia vel inhoneſta ſunt, jura naturali in bellis eſſe permiſſa. Nam I. bellum eſt veriſſime Dei judicium, quo cauſa, in qua alius nemo judex exiſtit, ipſi committitur, ejusque arbitrio deciditur: & ita judicium Dei in antiquis quoque legibus dicitur. *vid. Diſp. de Prob. Feud. c. 2.* §. *2.* Qua ratione dixit Lucanus, *Lib. 1. verſ.* 227.

Utendum eſt judice bello

Et Hirtius *de Bell. Alexandr. in fin.* ait; *Deos immortales omnibus caſibus belli inter ſſe.* Quod & præclare docet divinus ille Homerus, eum omnibus præliis Deos interfuiſſe, Jovemque imminente prælio Concilium Deorum ante habuiſſe, & ſuas cuique Deorum partes in conflictu quaſi tribuiſſe, per tota paſſum Iliada fingit. Sed & Hanno recenſens

cenſens, bellum ſuperius Punicum ob fœderis violationem geſtum, quo victi eſſent Pœni, inquit: *Id de quo verbis ambigebatur, uter populus rupiſſet, eventus belli, velut æquus judex, unde jus ſtabat ei victoriam dedit Liv. lib. 21, c. 10.* Inde tum eventum alterius belli punici ita augnratur: *Mox Carthaginem circumſedebunt Romanæ legiones, ducibus iisdem Diis, per quos priore bello rupta fœdera ſunt ulti. Liv. d. cap. 10.* Quod cum deinde ita eveniſſet, idque Pœni agnoſcerent, increpante quoque Scipione victore *Tot cladibus edocti tandem DEOS & jus jurandum eſſe crederent. Liv. l. 30. c. 37.* & ſupplices pacem peterent, legatis vero ideo Romam miſſis Senatus Romanus perfidiam ita exprobraret: *Per quos Deos fœdus icturi eſſent, cum eos per quos ante ictum eſſet, fefelliſſent?* Reſpondet Asdrubal legatus Pœnorum: *Per eosdem qui tam infeſti ſunt fœdera violantibus. Liv. lib. 30. c. 42.* Cum igitur tam memorabilibus exemplis conſtet, & gentes tam feroces & barbaræ quoque agnoverint, bella eſſe judicium Dei, quis credat, hunc juſtiſſimum judicem, adeo quæ turpia ſunt abominantem, eis victoriam, qui turpibus armis inhoneſtisque mediis eam affectarunt, daturum, eoque turpitudinem rei comprobaturum eſſe.

Accedit, quod, ſi nihil virtutis eſt in ratione vincendi, nec bellum erit nec victoria: ut, ſi muliercula forte ſocaria, precio corrupta, potu cibove meditato Ducem fortiſſimum occidat, nemo tribuerit fœminæ vim victoriæ, nemoque inter eos certamen, quod in bello requiritur, atque adeo ex certamine Ducem a fœmina victam fuiſſe dixerit. Ita cum Neſſus, ab Hercule telis transfixus, uxori illius Deianiræ veſtem ſuam veneno perfuſam donaſſet, perſuaſiſſetque ei vim ineſſe revocandi maritum ab aliarum mulierum amoribus, quo dolo deinde Hercules in furorem actus eſt, *Ovid. Metam. lib. 9. in fin.* nemo ſtatuet, Herculem a Neſſo certamine victum fuiſſe, ſine quo bellica victoria concipi nequit.

Porro, cum ideo eventus belli expectetur, ut per victoriam appareat, cujus cauſa bello ſuperior ac melior ſit, non poteſt id apparere, ſi quis nulla hoſtis ſui virtute periit, ſed maleficio mulierculæ. Neque hoſtis ei prævaluiſſe dici poteſt, qui poculo a vetula intoxicato, vel inſidiis aſſaſini occultis periit, nec alterius cauſa ideo melior vel ſuperior ſtatui, quia ille turpius rem egit quam alter.

Quin ea lege ac fiducia altera pars his armis ac mediis vincendi contra hoſtem obtinet, quod & illum ea eſſe abominaturum ſperet, atque ita invicem ejus rei fidem habent; quam ſi alter fallat, non modo injuria agit, ſed & alteri parti poteſtatem facit eodem jure in ipſum utendi; eaque ratione non bella eſſent, non Dei Judica, ſed mutua veneficia, aſſaſinia, latrocinia, Meuchel-Mord, ꝛc. ꝛc.

Non minus igitur ſancta debent eſſe arma quam judicia, & quam juſtitia ipſa, cui tuendæ unice ut ſupra oſtendimus, a natura permiſſa ſunt; imo magis, cum cauſa agatur ipſo Deo judice, & in immediato divini illius Numinis judicio ſanctiſſimo; in quo turpibus pudendisque artibus uti nefarium eſt quam maxime. Unde Romani arma ſacroſancta dixere; ut in illo Flori *lib. 2. c. 20.* qui de M. Aquilio dixit, *quod ſacroſancta Romana arma violaſſet.* Quin totum jus bellicum ſeu Feciale ut ſanctiſſimum omnium laudat Cicero *de offic. l. 1. §. 36.* quod non a XII. Tabulis petitum, ſed diu ante ab antiqua gente Æquicolarum (quæ ab æquitatis ſtudio nomen accepit) deſcriptum, a ſacro Fecialium collegio commiſſum eſt. *Liv. l. 1. c. 32.* ita ut omnes de bellis quæſtiones ad eos delatæ fuerint. *Alex. Gen. dier. lib. cap. 3.*

Hinc igitur veneno in hoſtem uti nullo jure gentium in bellis licitum eſt; cum nihil in eo virtutis, nihilque ſit, quo appareat, eum altero potiorem vel ſuperiorem eſſe, & præterea res fœda, improba, ac inter homines deteſtabilis ſit. Neque ea virorum, ſed ut dictum, mulierculartum peſſimarum ſunt arma; non bella, ſed veneficia: nulla victoriæ indoles, cum nulla re alteri prævaluerit; ſed opera flagitii infamis. Neque vero in bellis probari poteſt modus, qui nullam relinquit defenſionis copiam, & omnem cavendi facultatem ita excludit, ut dignoſci nullo modo queat, quis altero potior ſit.

Aliter ſentit poſt Baldum Grotius *de jur. B. & P. lib. 3. c. 4.* jure naturæ licitum eſſe, hoſtem veneno tollere, & ſolo jure Gentium ſecundario id ſaltem improbari. *Nam*, inquit, *quem interficere liceat, cum gladio an veneno interimas, nihil intereſt, ſi jus naturæ reſpicias.* Tum addit: *Non deberi defendendi ſui copiam hoſti, qui mori meruit.* Et denique jure Gentium voluntario inductum hac ait, *ex reſpectu communis utilitatis, ne pericula in bellis, quæ crebra eſſe cœperant, nimium intenderentur; & credibile eſſe a regibus id profectum, quorum vita ab armis ante alios defenditur, a veneno minus quam aliorum tuta eſt, niſi defendatur juris aliqua religione & metu infamiæ.* Atque hanc in rem allegat Baldum, Baldus Vegetium. Sed & idem ſtatuit ac jure ſaltem gentium ſecundario, quin inter Europæos tantum, nefas videri, fontes hoſtium veneno inficere, vel ſpiculis venenum illinere. *Grot. d. c. 4. §. 16.*

Quam vero hæc Grotii ſententia falſa, omninoque explodenda ſit, ex prædictis jam conſtat; falſumque omnino eſt, *nihil intereſſe, quem interficere liceat, gladio an veneno interimas:* in gladii enim actu virtus apparet, in veneno nulla: ex illo fortitudo, & quis ſuperior ſit, & victoriæ ratio dignoſcitur; nihil horum in altero. Differunt igitur eo ipſo, in quo omne quæſtionis momentum ſitum eſt; ſcil. quod gladii ſimiliumque armorum uſus in bellis honeſtus ſit, veneni fœdiſſimus & plane infamis: & honeſtum eſt certare quis armis potior ſit; turpiſſimum vero, quis veneficiis. Plurimum quoque intereſſe vel inde patet, quia Magiſtratus reum, quem gladio occidere debet, veneno non poteſt. Nec ulla in jure naturæ eſt authoritas Baldi, cum illi JCti juris naturæ plane imperiti fuerint & unice legibus dediti. In Vegetio autem, quod veneno hoſtem occidere liceat, nullibi invenitur.

Sed & illud falſum quam maxime eſt, quod

quod Grotius *hoſtem* dicit *mortem meruiſſe:* nam Principes, qui bellum gerunt, de cauſæ ſuæ juſtitia utrinque perſuaſi eſſe poſſunt, ac bona fide bellum gerere; eorum vero ſudbiti, qui judicium Principis ſui ſequuntur, omnino inſontes ſunt. Hoſtis igitur occiditur, non quaſi ex flagitio capitali quod mortem meruit, ſed jure defenſionis naturalis, quæ aliter fieri nequit. Neque altera pars alterius eſt judex, ut quid meritus ſit, judicare, & ideo pœnam capitis inferre poſſit; & alias, ſi hoſtis mereretur pœnam, omnibus utrinque moriendum eſſet.

Quodſi vero, ut Grotius æſtimat, jure ſaltem Gentium voluntario prohibita eſſent in bellis, venena, nullum illud vim habiturum eſſet inter eos qui bella gerunt, & neminem in terris ſuperiorem agnoſcunt, nec ab aliis gentibus, ſed a ſolo Deo leges accipiunt. Jus igitur illud gentium ſecundarium non niſi jus, ut vocant, poſitivum plurium gentium eſt, quod inter privatos obtinet, ſummos vero Principes & populos liberos non obligat; quia ab iis mutari poteſt, & locis & temporibus plurimum variat, ut apparet ex iis, quæ cœlo, terra, ac mari capiuntur.

Quin gentes cultiores agnoverunt potius jure naturali nefas eſſe veneno in hoſtem uti. Valerius M. *lib 6. c. 5.* ait: *Armis bella non venenis geri debere*, idque ſenſiſſe Romanos. Et Silius Ital: *lib. verſ. 281.* Mitarum morem eſſe ait.

- - - - *Scelerataque ſuccis Spicula dirigere, & ferrum infamare veneno.*

Is ipſe quoque, quem Grotius *d. §. 16* allegat, Salisberienſis inquit: *Nec veneni, licet videam ab infidelibus aliquando uſurpatum, ullo unquam jure indultam lego licentiam.* Ita de Fabricio oblata in hoſtem venena reſpuente dixit Claudianus, *de Bell. Gild verſ. 273.*

- - - *Bella negavit,*
Per famuli patrare nefas.

Et cum Aquilius bellum brevi, ſed corruptis toxico fontibus, confeciſſet, improbat hoc maxime & contra fas Deum fuiſſe aſſerit ipſe Florus *lib. 2. c. 20. Mixtis nefas! veneno fontibus infamem fecit victoriam; nam contra fas Deum, moresque majorum, medicaminibus impuris in id tempus ſacroſancta Romano arma violavit.* Ita certatim hoc in bellis nefas abominantur Cicero, Lucanus, Ovidius, Plinius, Livius, Tacitus, Seneca, Ambroſius, Plutarchus, Gellius, &c. quos adducit Albericus Gentilis *de jur. Bell. lib, 2. c. 6.*

Quod autem reſpondet Grotius *in d. §. 16. fas Deum ſæpe tribui quoque juri gentium ſecundario* in eo maximopere fallitur; nec unquam per fas Deum intelligitur vel intelligi poteſt id jus, quod gentes inter ſe pro ſua utilitate conſtituerunt. Illa vero loca, quæ Grotius allegat, *lib. 2. cap. 19. §. 1.* nihil huc faciunt, ſed loquuntur de jure legatorum & jure ſepulturæ, quod utrumque veriſſime eſt ex jure Gentium primario, etſi Grotius ad ſecundarium perperam referat.

Quin imo, ſi de eo quod gentibus placuit quærimus, plorimæ earum, etiam ex Europæis, in bello venenis uſæ leguntur, uti de Parthis, Æthiopibus, Afris, Getis, Scythis, Caſpiis, Heptacometis, Turcis, antiquis Scotis & Gallis, aliisque prolixe refert, Albericus Gentilis *d. lib, 2. c, 6.* Itaque dicendum eſſet, non quod Grotius vult, jure Gentium voluntario id vetitum, primario permiſſum; ſed contra, hoc jure interdictum & altero magis uſurpatum fuiſſe.

Ad hoc belli nefas igitur multo magis pertinet, ſi hoſtium fontes & aquas veneno hoſtis diluit; vel tela, gladios, haſtas, glandes, aliave miſſilia ea peſte inficit. Prius enim eo deteſtabilius atque atrocius eſt, quo in plures ejus periculum indigentia aquarum & fontium publica communicat: alterum vero mortem geminare videtur, & occidi hoſtis tum ferro tum veneno. Quod ipſum quoque flagitium veneni hoc magis auget, quo minus ad vincendum vel jus tuendum neceſſaria eſt veneni acceſſio, ſufficiente ad id ferro. Quod animadvertunt Juſtinus *lib. 12. c. 10. Sagittas veneno armant, atque ita gemino mortis vulnere plurimos interficiunt.* Et Ovid. Pont.

Qui mortis ſævo geminent ut vulnere cauſas.
Omnia Vipereo ſpiculo felle linunt

Item Claudianus *Paneg. 1. in laud. Stilic. in fin.*

- - *Geminata venenis.*
Vulnera.

At vero non abhorret a rationibus belli, ſi fontes vel aquæ non ita corrumpuntur, ut homines earum hauſta pereant, ſed ut bibi nequeant. Uti enim efficaciſſimum hoc vincendi hoſtis remedium eſt, ſi fame inedia adigatur ad deditionem: *Liv. lib. 5. c. 48.* ita eadem ratio eſt, ſi ſiti: ſive id fiat aquis averſis, ſive obſtructis, ut a Cæſare, *l. 1. de bello civ. cap. 10.* ſive denique corruptis. *Grot. d. c. 4. §, 17.* Uti & Jugurtha, qua venturum hoſtem audierat, pabulum & aquarum fontes, quorum penuria erat, corruperat. *Saluſt. de Bell. Iugurth, c. 5.* Iſte enim modus ſatis eſt commodus ad ſubigendum hoſtem; at medicatis fontibus illi potius qui non reſiſtunt, & in quorum arbitrio deditio non eſt, ut infantes, feminæ &c. ſine vi ac labore occiduntur. Sed quid ſi alia via juris tuendi & hoſtis vincendi non ſit; uti ſi pars, quæ læſum ſe putat, hoſte nimis inferior ſit viribus ac conſilio, nec ulla facultas ejus arcendi, veneno autem abigere eum poſſit? Equidem quæ ſupra §. 17. allata ſunt momenta, & hanc cauſam ſuſtinere, & eadem ratio ac tuendi juris neceſſitas non minus venena, quam ferrum & ignes ab injuſtitia & vitio liberare videntur. Verum id longe ſecus eſſe, nec regulariter venena in bellis ulla neceſſitate a vitio defendi poſſe exiſtimamus. Quod ſi quis enim nullis aliis viribus confidere, bellumque conficere poſſit, temerarium & fatuum eſſet bellum ſuſcipere: quod & ipſe Servator arguit *Luc. 14. verſ. 31.* Si vero ſuſcepto bello eo neceſſitatis redactus fuerit, ut reſiſtere aliter non poſſit quam veneficiorum abuſu, pro victo habebitur, ac dedere potius ſe debet, vel ſatisfacere hoſti, quam ferrum infamare veneno. Generoſum eſt illud Saluſtii: *Vinci ſatius eſt, quam malo more injuriam vincere.* Idque eſt, quod ſuggerit Servator *Luc. 14. verſ. 31*, ſcil. ut, qui ſe viribus hoſti imparem

ſentit

ſentit, mature pacem petat. Dices: Quid ſi pacem dare hoſtis nolit? Reſp. Si oblata ſatisfactione pacem dare recuſet, non jam juſtus hoſtis, ſed pro prædone & latrone habendus eſt, in quem omnis neceſſaria tuendæ ſalutis ratio juſta eſt. *vid. §. 45. ſeqq.* Nec cauſari quisquam poteſt, nullum aliud remedium ſuper eſſe tuendi ſui; Is enim non a natura eſt defectus, ſed a propria imbecillitate ac vitio: non enim inchoandum eſt tam temere bellum, ſed parari debent ante vires, auxilia, fœdera &c. quam reſpublica in diſcrimen mitti. Quod ſi cauſam orbi manifeſte probaveris, non deerunt contra invaſorem, &, injuriæ exemplo, non tam tuum quam humanæ ſocietatis hoſtem, amici; nec bello, ſi omnia recte adminiſtraveris, eventus.

Cæterum non deſunt caſus, quibus veneno quoque ſe tueri fas erit. Etſi enim v. gr: civitas eo usque ſubacta ac devicta, ut ultra reſiſtere nequeat, deditione magis quam veneno ſalvam ſe reddere debeat. *ſup. §. 44.* quodſi tamen ſciant cives, victorem non manſurum intra fas belli & victoriæ, & ab eo ſe non hoſtilia, ſed ultra ſaeros victoriæ ſinea atrocia paſſuros, atque ideo herbis, ubi aliter non poſſunt, a ſuis & conjugum liberorumque corporibus malorum extrema depellunt, non id in legitimum hoſtem ſed in furiam, prædonem ac tyrannum agitur, in quem, ut dictum §. *præc.* omnis expediendæ ſalutis honeſta ratio eſt. Ita Hercules Neſſum Centaurum, qui cum ille fluvium trajiceret, Deianiram conjugem ipſius transfluvium portandam receperat, ſed, cum Hercules jam trajeciſſet, eam vitiare tentabat, ſpiculis Lernæo ſanguine infectis occidit. *Ovid Met. 9. fab 2.*

Refert quoque Pauſanias medicaminis in hoſtem exemplum, quod etſi damnetur ab Alberico Gentili *de Jur Bell. lib. 2. c. 6.* vix tamen eſt ut nimis improbandum videatur. Cum enim Amphictyones Cliſtheni Sicyonio expugnationem Cirrhæ urbis mandaſſent, Solon Chliſtheni, ut ejus conſilio uteretur, additus tali aſtu urbem cepit. Aquam quæ e fluvio Pliſti in urbem influebat, avertit, deinde accuſa ſatis ex aquæ penura oppidanorum ſiti, eam aquam, ſed elleboro ab Anticyris collecto & affatim injecto corruptam, ſatisque medicatam oppidanis reſtituit, qua avide omnes hauſta adeo profluvio ventris vexati & retenti fuere, ut interim facili negotio Cliſthenes urbem ceperit. *Pauſan. in Phocid. ſeu lib. 10. c. 37.* Hoc inventum, cum eo non interfecti hoſtes, ſed tantum impediti a propugnationa murorum fuerint, nemo arguet, cujus autores Amphictyones (graviſſimum illud communis Græciæ conſilium) & inventor Solon, Summus Græciæ Philoſophus, fuerunt, quodque inter ſtratagemata ſua bellica cum Frontinus *lib. 3. c. 7. n. 6.* tum Polyenus *lib. 6. c. 13. n.* 1. & merito retulerunt, quippe quod plenum quoque fuit conſilii ac ſolertiæ: eſtque id ſimili ei, quod ſupra § *39.* traditum.

Sequitur, an immiſſo percuſſore hoſtem occidere liceat? Grotius *de J. B. & P. lib. 3. c. 5. §. 18.* diſcrimen adhibet, & percuſſorem qui hoſti fidem debet non poſſe immitti putat, quod facto perfidia inſit; qui non debet, poſſe, quia nihil interſit quot ſint qui hoſtem invadant, & cum plures poſſint, magis paucioribus id permiſſum ſit.

At nihil horum veræ rationi conſentaneum eſt: Imprimis vero a percuſſoribus ſeparandi ſunt qui, cum ipſi hoſtes ſint, ſoli in caſtra hoſtium tranſeunt, hoſtemque vi vel conſilio, adeoque virtute adoriuntur: hoc enim & glorioſum & heroicum eſt maxime. Inde magnum decus hoc facto retulit Scævola Porſennam ita adortus, ut hac virtute & ſuis & hoſti admirationi eſſet, jactans, *hoſtis hoſtem occidere volui, Liv. lib. 2. c. 12. 13. Plut. in vita Poplic. c. 26.* Ita Jonathan ſolus cum armigero in hoſtes feliciter irruit. *1 Sam. 14* Theodotus Ætolus cum duobus vallum hoſtile Regis Ptolomæi ingreſſus regem petiit, ſed in perſona, ut Scævula, ſefellit; quod Ætolica quidem, (credo, quia nimus prudenter & circumſpecte rem aggreſſus fuerat, ut poſtea arguitur) ſed haud parum virili audacia factum ait Polybius *lib 5. Hiſtor. cap. 81.* Pipinus Caroli M. pater, cum uno ſatellite trajecto Rheno hoſtem in cubiculo interfecit, quod ex Pauli Warnefredi *lib. 6.* affert *Grot. d. tit. 4. §. 18.* Quæ heroicæ fortitudinis exempla, (niſi quid forte in Theodoto merito culpandum ſit,) omnia noxa ac infamia abſolvimus. Atque his caſibus procedunt argumenta Grotii, ut cum hoſtibus decorum ſit ſi magno numero hoſtem adorti occidant, etſi ſeipſos ante non prodiderint, & forte amicos ſimulaverint, multo magis peregregium videatur, ſi unus vel pauci idem auſi fuerint.

Procul vero ab his exemplis diſtant infamia illa & deteſtanda latrocinia, cum percuſſor emitur qui ex oculto & ex inſidiis hoſtem feriat: Etſi enim ille nulla fide hoſti devinctus ſit, id tamen non minus quam venena factu fœdiſſimum eſſe iiſdem rationibus oſtenditur: nam nec minus id turpe ac fœdum, nec plus in eo virtutis eſt, quam in veneno, & utrobique perinde ſublata eſt mutuæ defenſionis copia, quæ in bellis non magis, quam in judiciis, tolli in univerſum poteſt.

Ita Icetas percuſſores in Timoleontem, dum ſacris vacabat, immiſit. *Plut. in vita Timol. c. 23.* & Perſeus tres Macedonas Sicarios in Eumenem. *Liv. lib. 42. c. 15.* Ita Caſpar Colinus, Ammiralius Franciæ d. 22. Aug. 1572. cum e regio conſilio domum rediret ex clatrata feneſtra velo obducta duabus glandibus æreis (eoque ad id paratis) ictus eſt. Quod facinus ut omnes boni execrati fuerint, ut Rex ipſe ſe id acerrime vindicaturum ſæpius & ſancte dejeraverit, ut tamen e contrario Colinii memoria deinde damnata fuerit, pluribus narrat Thuanus *Hiſt. l. 52. & lib. 53. in princ.* Eodem modo dirus percuſſor ab Hiſpanis emtus, Wilhelmum Principem Arauſionenſem, Colinii generum, domi ipſius glande tajecit. *Grot. Annal. lib. 4. Strad. de Bell. Belg. lib. 5. pag. 543.* confeſſusque deinde Sicarius eſt, promiſſum ſibi hoc facto cælum, perſuaſusque ſe id jam meruiſſe. *Thuan. Hiſt. lib. 79. ad ann. 1584.* Quaſi Deus T. O. M. qui nutu omnia temporat, eo jam anguſtiarum redactus ſit, ut ſui cultum, verum ſuamque eccleſiam, per immaniſſimis quoque genti-

Digitized by Google

bus deteſtanda ſcelera, aſſaſſinia, parricidia, latrocinia aſſerere, atque ad id miſerrimi hominis aſſaſſini ope uti oporteat, & quaſi pro maximo beneficio ſibi præſtito venale fœdiſſimis flagitiis cœlum habeat.

Hæc immania ſcelera gentes absque diſcrimine, an percuſſor fidem hoſti debeat necne, deteſtatæ ſunt maxime. Factum Perſei ante memoratum qui ſicarios miſerat in Eumenem, perinde ut veneficia ejus, adeo improbarunt Romani, ut ideo bellum intulerint: uti Dux Romanus hanc belli cauſam ei exponit, & inde ſiniſtrum belli exitum ominatur: exprobrat enim ei *veneficia, cædes, latrocinio nefando petitum Eumenem: Ea omnia*, addit, *quam Diis quoque inviſa eſſent, ſenſurum in exitu rerum ſuarum: favere enim pietati Deos &c.* uti prædixerat ita reſpondit exitus, & Perſeus amiſſo regno captus & cum tribus filiis in triumphum ductus miſerrime periit. *Liv. lib. 44. & 45.* Idem *Liv. lib. 42. c. 18.* hoſtem eum judicatum ait; quippe *quem* NB. *non juſtum apparare bellum regio animo, ſed per omnia* NB. *clandeſtina graſſari ſcelera* NB. *latrociniorum ac veneficiorum cernebant.*

Sic Alexander M. negat Darium percuſſores ſollicitantem juſtum hoſtem & cum eo jus belli eſſe; &, *Ad internecionem, ait, mihi perſequendus eſt, non ut juſtus hoſtis, ſed ut percuſſor veneficus. Curt. lib. 4. cap. 11.* Quin adeo exprobrat Dario percuſſores, ut iden cauſam ſuam meliorem, & Deos a partibus ſuis eſſe, glorietur: *Impia*, inquit, *bella ſuſcipitis, &, cum habeatis arma, licitamini hoſtium capita.* Et deinde: *Percuſſorem in me emere voluiſti: Diis igitur pro meliore ſtantibus cauſa, redigi. &c. Curt. d. l. 4. cap. 1.* Idem Ennius dixit.

Non cauponandum bellum ſed belligerandum.

Et de eo, qui percuſſoribus utitur, ait Valerius Max. *lib. 9. cap. 7. Victoriam non meruit, ſed emit.* In horum nullo ratio refertur ad fidei debitæ violationem (qui ne quidem caſus eſt in omnibus) ſed ad emtionem percuſſoris: non enim illi hoſtes ſunt, ſed aſſinatores & aſſaſſini; non bella ſed aſſaſſinia ac latrocinia.

Taceo furialem iſtam immanitatem, qua Mithridates omnes per Aſiam Romanos, & Siculi per Siciliam Gallos immiſſis percuſſoribus trucidarunt: Sed omnium immanitatem longe ſuperat laniena iſta, qua Galli Gallos Lutetiæ mactarunt: cui reliquas (inprimis cum tunc in peregrinos ſævitum fuerit, Lutetiæ vero in proprios cives) ne comparandas eſſe, nec ſimile exemplum ab orbe condito in tota antiquitate evolutis gentium annalibus inveniri teſtatur Thuanus *l. 53. in princ.*

Illud vero abſurdum maxime eſt, quod Grotius *d. lib. 3. c. 4. §. 18. in fin.* tradere haud erubuerit: *percuſſorum uſum tantum in bello ſolenni & juſto prohiberi, extra bellum vero ſolenne habere jure gentium pro licito.* Nam contra, in bello non juſto minus licitum eſt, quam in juſto & ſolenni: In illo ne quidem jus eſt illius hominis interficiendi, cum id jus non niſi ax juſta & neceſſaria ſui rerumque ſuarum defenſione competat, ut oſtenſum eſt *ſup. §. 13.* adeoque omnes interfectiones ibi vera homicidii crimina ſunt. Tantum igitur abeſt, in bellis non juſtis licere percuſſore immiſſo hominem occidere, ut contra nullum ſit in iis jus occidendi hominis, quod eſt in bello juſto.

Quod ſi igitur bellum v. gr. civile ſit, vel cum ſubditis, conſtat ne jus prædæ quidem aut captivitatis nedum mortis jus invicem eſſe. *l. 21. §. 1. l. 24. l. 27. ff. de capt. & Poſtl.* Unde hæc bella nec finiuntur pace, ſed tantum pacto ut injuriarum oblivio ſit, (atque adeo nihil jure factum in iis creditur, ſed omnia injuria) quod amneſtiæ pactum dicitur. *vid. Diſp. noſtram de Poſtlim. in pace.* Neque vero, cum juſtum ac verum bellum non eſt, belli jura eſſe poſſunt. Etſi igitur indubium ſit, magiſtratum in ſubditos ſuos rebelles ſuppliciis quoque animadvertere poſſe, id tamen verum eſt ſi cauſa ſubjecta eſſe poſſit hominum imperio: Nam v. gr. conſcientia & anima non ſunt objectum imperii humani. *Matth. 10. verſ. 28.* Ita ſi manifeſtum ſit leges regni fundamentales convelli, ſtatumque publicum, qui tuendus non deſtruendus magiſtratui permiſſus eſt, ſubrui, eumque tueri velit ipſe populus, (quem major pars refert) jam duæ partes erunt, quæ inter ſe contendunt: & ſi altera pars venenis aut ſicariis immiſſis in alteram graſſetur, peſſimum in ſe exemplum ſtatuit, talionisque facultatem alteri quoque concedit. Sed etſi privati eſſent, qui opprimi ſe putant, non illico veneficis aut ſicariis exponendi ſunt, ſed cauſa inprimis cognoſci debet, idque a Judice non ſuſpecto: quæ omnia jure naturæ manifeſta ſunt; adeo ut, cum Hamilcar proditor, ſed inauditùs, a Pœnis damnatus eſſet, per injuriam damnatus dicatur. *Juſtin. lib. 22. cap. 3.*

Cæterum, quod Grotius *dict. c. 4. §. 18. n. 4.* docet, ſi quis eo percuſſore in hoſtem utatur qui fide ei obſtrictus eſt, utrumque peccare; *etſi in aliis rebus, qui malorum opera in hoſtem utitur, peccare cenſeatur apud Deum, non jure Gentium;* in eo plurima notanda eſſent; nam & malorum opera in re juſta uti licet, & aliud eſt opera malorum, quæ & bona eſſe poteſt, aliud opera mala. Si quis vero in re injuſta utitur opera aliorum, etſi bonorum, omnino uterque omni jure delinquit: ut adeo in his verbis nihil vel concludat vel veri ſit.

Uti in percuſſore diſtinximus, ita & in fœminis, ſi per eas ſorte hoſtis occidatur, diſtinguendum. Scil. ſi facto virtus ineſt, ſi eo generoſitas aliqua ſortitudoque aut conſilium ac prudentia inſignis appareat, non minor, quin major quam in viris ejus admiratio: uti in facto Judithæ, ſive mera fabula, ſive aliquid in eo veri ſit: *Sulp. Sev. lib. 2. Hiſt. Sacr. p. 108.* item in Joële, *Jud. 4. v. 21.* aliisque viraginibus; etſi id improbet Albericus Gentilis *lib. 2. de J. Bell. c. 8.* Si vero nulla virtute, ſed infami aſſaſſinio aliove malo more per eas hoſtis occiditur, non id jus belli ſed turpe erit ac illicitum. Uti Auguſtus, labaſcente jam Romæ priſca morum diſciplina, Cleopatram multis repetitisque pollicitationibus inſti-

gare

gare valuit in necem Antonii mariti ſui. *Dio Caſſ. lib. 51. c. 2. & cap. 4.*

Legitur quoque, hoſtem ſcorta, eaque formoſiſſima, ſed lue vel peſte inſecta emiſiſſe in caſtra hoſtium, ut harum mulierum conſuetudine & contagione perirent. Factum hoc ab Hiſpanis in obſidione Neapolitana ex Fallupio Medico, cujus pater ibi militaverat, refert *Alb. Gent. d. tract. lib. 2. c. 6.* Uti Medianitæ ſimili propemodum facto acerrimam divini Numinis vindictam & in ſe & in Hebræos excitarunt. *Num. 25.* Quin in dicta obſidione Hiſpani alios quoque peſte laborantes homines ex urbe in caſtra Gallorum, & hac ratione peſtem exercitui Gallorum immiſiſſe dicuntur. *Guicciard. Hiſt: lib. 19. circa med.* Quod ſine dubio infame eſt, & a rationibus juſti belli maxime abhorret.

Sed & varias inſolitasque belluas in hoſtem effuſas fuiſſe memoria proditum eſt. Ita Annibal Serpentes venenatas & vaſis fictilibus incluſas in claſſem Eumenis conjecit, eoque modo eum fugavit *Corn. Nep. in vita Hannib. 23. cap. 10. & 11.* Cum Severus Atrenorum urbem, Atras, in Aſia obſideret, cives vaſa fictilia parvis at venenatis beſtiolis volucribus impleta projecerunt, quæ ora militum Severi, & qua parte corporis nudi erant, involarunt, ut ſolvere locum obſidione compulſus ſit. *Herodian lib. 3. in Sever.* Saladinus Ægyptius obſeſſa a Chriſtianis Ptolomaide paravit 250. Scorpiones, & plurima vaſcula igne Græco plena; quin & in caveolis venenatas ſerpentes: quæ omnia magnæ navi cum commeatu impoſuit, ut in Chriſtianos diræ hæ peſtes emitterentur: ſed navis ante oppreſſa eſt quam eo veniret. *P. Æmil. lib. 6. in Philip. 2. Reg.* 41. *fol.* 177.

Hoc quoque neſandum prorſus armorum genus eſſe non dubitamus; nam & hæc veneta ſunt, quibus ſacra armorum & belli jura temerari non debent, ut ſupra §. *34. & ſeq.* oſtendimus. Sed nec in eo quicquam virtutis, eoque nec victoria eſt. *Sup. §.36.* Quam vero infeſtum hoc ſerpentum genus iis in locis ſit, ex hiſtoria Moſis apparet, qui cum exercitum Pharaonis in Æthiopes per deſerta harum Serpentum fœta duceret, aves iis inimicas, ibes, ſecum tulit atque in eas immiſit, & dum illæ pugnant, exercitum traducit. *Joſeph. Antiq. lib. 2. c. 4.*

Quin & tauros, leones, apros, in prælia duxiſſe veteres, antiquus Poëta Lucretius. *lib. 5. circa fin.* ita teſtatur:

Sic aliud ex alio peperit diſcordia triſtis
Horribile, humanis quod gentibus eſſet in armis,
Inque dies belli terroribus addidit augmen.
Tentarunt etiam Tauros in munere belli.
Expertique ſues ſævos ſunt mittere in hoſteis;
Et validos Parthi præ ſe miſere leones,
Cum ductoribus armatis, ſævisque magiſtris.

& deinceps, ut hæ belluæ hoſtes ante & retro adortæ, & paſſim per aciem vagatæ, ordines turbaverint, equos terruerint, homines proſtratos miſere laniaverint, graphice depingit. Canes quoque reduxiſſe Garamantum Regem ab exilio, præliatos adverſus perduelles, fingitur. *Plin. Hiſt. nat. lib. 8. c. 40.* Nec defuiſſe traditur, qui canibus ferocibus & canum cohortibus in prima quoque acie uſi fuerint. Uti hæc diligenter collegit *Alb. Gent. de Jur. bell. lib. 2. c. 7.*

Sed & hoc bellandi genus jure naturali licitum eſſe pernegamus: Nam non hominum in ea re virtus eſt, ſed belluarum, & ab his, non ab hoſte hoſtis vincitur. Et quid aliud id eſt quam beſtiis obiici, quæ cum ſit ipſa illa non niſi in ſervos ac viles perſonas, nec niſi in atrociſſimis criminibus ſtatui olim ſolita pœna immaniſſima, non debet in legitimum hoſtem exerceri; imprimis cum ſequentium temporum manſuetudo totum hoc genus pœnæ abominata fuerit.

Repugnat quoque modus hic præliandi regulæ ſupra §. 17. traditæ; non eſſe juſta arma, niſi quatenus ad tuendum jus noſtrum ſunt neceſſaria. Atqui hominum vis alia vi hominum oppoſita propulſari poteſt; quæ proinde ad vincendum ſufficit, nec belluarum crudeliſſimarum uſus natura ad id neceſſarius eſt. Nec dices tantas eſſe hoſti copias, ut parem vim hominum opponere non poſſis, eoque neceſſe habeas belluarum ope id ſupplere: Nam ea neceſſitas non a natura eſt, ſed a tua imbecillitate, quæ hoſte inferiorem te & victum facit: adeoque non bello tibi congrediendum, ſed oblata ſatisfactione pax mature quærenda eſt, ut oſtendimus ſupra §. 44. Ex tali enim, in qua tuo vitio vel infirmitate conjectus es, neceſſitate jus naturæ non oritur.

Sed & talia hæc ſunt, quæ ad nocendum potius quam ad vincendum pertinent, & atrocitatis potius quam juſtæ victoriæ argumenta ſunt; qualia in bellis permiſſa non eſſe itidem probavimus ſupra §. 20. Quin res ea plena deſperationis eſt, cum hæ belluæ prælio rurſus efferatæ regi non poſſint, ſed in utramque partem æque promiſcue ſæviant. Unde Lucretius *d. loc.* ait, nequicquam eis ductores armatos addi,

- - - Quoniam permiſta cæde calentes
Turbabant ſævi nullo diſcrimine turmas.

Atque hinc doctiſſimus ille Poëta mox morem hunc immanem ex hac ipſa ratione his verbis damnat:

- - - - Sed vix adducor, ut ante
Non quierint animo præſentire, atque videre
Quam commune malum fuerat, fœdumque futurum.

Et mox:

Sed facere id non tam NB. vincendi ſpe voluerunt,
Quam dare quod gemerent hoſtes, NB. ipſique perire
Qui numero diffidebant, armisque vacabant.

Neque movere debet, quod iisdem rationibus Elephantorum quoque uſus in præliis jure gentium interdictus videatur. Nam I. Aliud longe eſt cum belluis pugnare, aliud cum hominibus qui bellua vehuntur: pugna cum beſtia uti plane non eſt actus belli vel victoriæ, ita nec belli jus inde eſſe poteſt: eſt autem, cum quis ex Elephanto pugnat ac vincit, uti cum ex equo vel curru. Nec refert, quod cum ipſis Elephantis quoque pugnandum

dum ſit, ne vel proboſcide lædant, vel pedibus aut corpore opprimant. Nam ita accidere quoque poteſt, ut quis equorum vel corpore proſternatur, vel pedibus conculcetur: hæc enim propria ratio bellorum eſt, ut virorum pugnam ſequantur hæc pericula, quibuscunque armis utantur.

II. Plurimum quoque intereſt inter has beſtias: Elephanto nullum brutum magis docile & aptum eſt regi & obſequi; cæteris nullum minus. Neque Elephantes cicurati facile interficiunt hominem niſi impulſi; at leones, &c. ſi emittantur, mox ad ingenium redeunt. Denique, non ut cæteræ feræ prædictæ, ita Elephanti ſæviunt nullo diſcrimine in utramque partem, ſed magiſtri ſui ductum ultro ſequuntur in hoſtem; nec in ſuos ordines irrumpunt, niſi vulnerum doloribus ac pavore nimium turbati.

III. Porro nec Elephantorum uſum indiſtincte probamus, *ſupra* §. 19. uti nec tum cum in bellis ſuis hoſtes ante iis uſi non ſunt, quia & illi plurimum ultra tuendi ſui neceſſitatem, & fere tam nocendi quam defendendi cauſa adhibentur. *vid. Curt. lib.* 8. *cap.* 14. Si vero modus ille ex Elephantis pugnandi inter gentes, ut inter populos Orientis, receptus eſt, adeoque mos ille invicem probatur, neutra pars conqueri poteſt, ſi inter ſe belluis gerant. Sed ſi extraneus eos invadat, ut Alexander M. fecit, concedi poteſt, ſuo bellorum ritu eos ſe tueri poſſe; quia eo ſolo pugnare docti ſunt, nec, ſi aliis, quibus aſſueti non ſunt, præliandi rationibus uterentur, defenſio ipſis ſuccederet. Quod ſi vero illi alios invadunt, (uti Pyrrhus Romanos aggreſſus eſt, & jam vincentes inuſitata ante belluarum forma fugavit. *Juſt. lib.* 18. *c.* 1. *Flor. lib.* 1. *cap.* 18.) difficilius detur hoc indulgendum: verum cum & illi cauſari poſſint, non aliam vincendi rationem ſibi conſtare, neque adeo alia præliorum ſpecie jus ſuum aſſerere ſe poſſe, tolerarunt eo facilius morem iſtum gentes, quia brevi apparuit facile vaſta hæc corpora vinci vel evitari poſſe: *Hirt. de bell. Alex. c.* 9. quemadmodum & in bello Pyrrhi Elephanti (boves Lucæ olim dicti) Romanis primo prælio terrori fuerunt, deinceps ludibrio. *Flor. d. c* 18.

Cæterum etſi Scipionis filius, qui cum Cæſare bella geſſit, magno numero eos in prælio habuerit, *Hirt. de Bell. Alex. c.* 1. *&* 7. Romanis tamen hoc genus bellandi probatum non fuit; neque ipſi eos, etiam in Aſia & Africa cum militarent, in aciem adducere ſoliti ſunt, niſi forte ſociorum, qui iſti pugnandi generi aſſueti erant, opera uterentur. Et Lucretius eos inter alia ſævitiæ exempla improbat, *d. l.* 5.

Inde boves Lucas turrito corpore tetros.
Anguimanos belli docuerunt vulnera Pœni
Sufferre, & magnas martis turbare catervas.

Et ſane excedit manifeſtus juſtorum armorum fines, cum tantum immittuntur ut cum iis, non ut ex iis pugnetur. Hodie vero Indiarum Reges iis adhuc in bellis uti, docent tum hiſtoriæ navigationum, quibus ante duo Secula Luſitanis repetitæ illæ terræ & varia bella cum iis geſta ſunt; tum edita pridem hiſtoria Magni Mogolis, cujus quatuor filii in patrem & in invicem armati, deinde, & victor Aurang Zebe a ſuis nuper filiis juſto talionis fato eadem fere perpeſſus eſt, quæ in parentem patraverat.

Denique ab artibus Magicis quoque præſidium quandoque ſibi quærunt bellatores: & famoſi ideo ſunt ultimi ſeptentrionis populi, Finni, Lappi &c. *vid. Olai Magni Hiſtor. Gent. Septentr. lib.* 5. *c.* 15. *&c.* Ea arte uſus eſt Maxentius, *Euſeb. in vita Conſt. lib.* 1. *c.* 36. aliique: *Alciat. de ſing. cert. cap.* 37. *n.* 2. Et vulgi fabula eſt, eſſe qui ſe ferro impenetrabiles reddere queunt, Veſt machen: qualis Cæneus fuiſſe, atque id beneficium a Neptuno accepiſſe fingitur. *Ovid. Metam.* 12. *fab.* 5.

Ubi inprimimis quærendum eſſet, an in his aliquid veri, & anne potius omnia vana, illuſiones, & vel vitia imaginationis vel fraudes ſint. Curtius putat eſſe vaniſſimi cujusque ludibria; *lib.* 7. *c.* 4. & Aventinus appellat artem hanc *vanitatem magicam & artium fraudulentiſſimam. Annal. Boj. l.* 2. *fol.* 72. Equidem pleraque falſa eſſe & fraude fieri dubitandum non eſt: an omnia, quis certo definiet? Neſcimus qui ſint fines potentiæ Dæmonum: at magnam eſſe ſacra pagina evincit. Ita exiſtimamus: etſi quis artis magicæ uſus in bellis eſſet, id tamen non niſi in eos, qui ſuperſtitioni huic dediti ſunt, vim habere poſſe, in alios vero, qui animum corpusque virtute & recti ſtudio munitum habent, nihil valere. Illud vero factum, quo Decii ſe devoverunt pro exercitu, Alciatus *d. l.* ad magicas artes; at Cotta apud Ciceronem *lib.* 3. *de Nat. Deor. circa princ.* ad ſtrategemate refert; quaſi id fecerint, conſiſi, milites Ducem, in hoſtes incitato equo ruentem, omni vi inſecutores eſſe, quod & evenit.

Qualiacunque autem ſint, a bello equidem procul ea eſſe debent, neque ſacrum hoc Dei judicium ulla turpi, nedum magica arte violari aut profanari. Uti Albericus Gentilis *de jur. bell lib.* 2. *cap.* 6. *in fin.* concludit, *quod bellum, contentio hominum, fiat per has artes contentio Dæmonum.* Minime omnium vero his belli vel victoriæ ratio ineſt; omniaque quibus hactenus armorum juſtitiam & ſanctimoniam aſſeruimus, nihil magis quam magicas impietates inde excludunt. Hoc ſciſſere Angli, qui Johannam, Viraginem Lotharingicam, bello captam, hoc prætextu quod Magicis artibus uſa fuiſſet, igne cremarunt; etſi ex rebus ipſius fortiter geſtis nihil hujus inferri poſſet: omnia enim manu & conſilio ſtrenue geſſit, niſi quod divino inſtinctu impulſam ſe ad bellum diceret. *Serran. in vita Caroli VII. ad ann.* 1429. *Delrio Disquiſ. Mag. lib.* 5. *in Append.* 1. *Maſſon Annal. lib.* 4. *in Car. VII. pag.* 506. *P. Æmil. de Reb. geſt. Franc. lib.* 9. *in lib. Reg.* 53. *fol.* 327. Nec adeo mirum, quod per eam res Gallica ſubito immemutata ſit; cum Carolus initio impar ſatis fortiſſimis Anglorum & adverſæ partis ducibus eſſet, nec tum gnaviter res bellica procuraretur, ut queritur Serranus *d. l.* hoc vero puellæ exemplo accenſa & excitata ſint omnium ſtudia. Quid autem valeant fœminæ ab ineunte ætate laboribus bellisque aſſuetæ, pluribus exemplis patet, præſertim

tim Vlaſtæ ſeu Valiſcæ Boëmicæ ejusque puellarum, *Dubrav. Hiſt. Brem. lib. 2.* Mariæ Puteolanæ, &c. *Maſſon. d. l. pag. 507.*

Ex his igitur manifeſtum eſt, licet, ubi alio ratio tuendi juris ſui non eſt, belli jure homines interfici poſſint, tamen plurimum intereſſe in modo, nec fieri id poſſe niſi medio honeſto, & cui virtutis ratio ac certamen ineſt, ut ſciri poſſit, cujus cauſa melior ac ſuperior ſit; ſecus ac Grotius dixit *d. lib. cap. 4. §. 15. n. 1.* nihil intereſſe ſi jus naturæ reſpicias. Quanto ſanius eſt illud Ciceronis. *lib. 3. de Offic. cap. 22. Magnum dedecus & flagitium, quicum laudis certamen fuiſſet, cum non virtute ſed ſcelere ſuperatum.* Et *lib. 2. de Offic. cap. 6. Male ſe rem habere, cum quod virtute effici debet, id tentatur pecunia.* Quibus ante diſputatis ita concludit Eranus: *Vides quantum momenti ſit in modo ut factum probetur? Adulterum ferro, non veneno, licet occidere: non hoſtem veneno, non malis artibus &c.* Uti hæc ejus verba refert Albericus Gentilis *de Jur. bell. lib. 2. c. 6.*

ADDITIO.

„Noſtram de armis, quatenus illicita ſunt, ſententiam expoſuimus in *Diſſ. praem. XII. §. 742.*

PROPOSITIO IV.

Non igitur juſtum remedium eſt, ſi mitiori quam armis via obtineri reparatio poteſt, ſcilicet fame, mendacio, ſimulatione &c.

DEMONSTRATIO.

Si igitur pluribus mediis obtineri res poteſt, tenenda regula: Media in ſe licita præferenda eſſe mediis quæ in ſe & extra ſtatum belli illicita ſunt; etſi forte plus difficultatis habeant: Media enim per ſe illicita non alia ratione in bellis licita ſunt, quam quia ſunt unicum & neceſſarium remedium juris noſtri tuendi. Secus ergo ſi aliud in promtu ſit, quo, licet paulo difficilius, reparatio juris obtineri poſſit, non ſi ei, quod per ſe licitum eſt, conjunctum ſit probabile periculum quod fruſtrari eventum poſſit.

ADDITIO.

„Plenius hæc explicantur a B. Parente *in Diſſ. de armis illicitis, §. 72. ſeq.* Verba hæc ſunt: Supereſt, ut de altero genere armorum videamus cum hoſtis conſilio, dolo ac prudentia ſuperatur. Nam dolis quoque circumveniri hoſtem poſſe conſtat; vulgatumque eſt illud Virgilii ex Homero deſumptum:

Dolus, an virtus, quis in hoſte requirat?

„Quod latius perſequitur Grotius *de Jure Bell. & P. lib. 3. c. 1. §. 6. 7. & 8.* Nos vero ratione quoque id demonſtramus. Cum enim in bello hoſtem ferro occidere liceat, multo magis licitum dolo vincere: hoc enim longe minus ac mitius eſt. Cui igitur permittitur, quod durius, gravius atque atrocius eſt, fuſo ſcil. innumerorum hominum ſanguine ſe tueri, ei magis licebit quod lenius, mitius, eſt benignius eſt, ſine ſanguine „ac ſtrage hominum vincere. Et ingenii quoque „ſolertiæque laus ac certamen, indeque victoria „eſt non minus quam ex virium periculo. Sic „Cæſar. *de bell. Civ. lib. 1. c. 15 Non minus,* inquit *Imperatoris eſt conſilio vincere quam gladio.* „Id oſtendunt tot ſtratagemata bellis familiariſſima, adeo ut vix illuſtrior victoria obtenta ſit, „quæ non ſolertiæ potius Ducis quam manui militum aſſerta fuerit: Uti exemplis eorum ſtratagematum conſtat, quæ integris tractatibus a Frontino, Poliæno, aliisque collecta ſunt. Et hinc „eſt, quod gentes bellis tres Deos quaſi tres virtutes, olim præfecerint, Martem, qui vi; Palladem, quæ prudentia; & Mercurium, qui aſtutia res bellicas perficiat; uti id exponit Julianus *apud Cyrillum contra Jul. lib. 1. art. 1.*

„Quin non licitum tantum, ſed & multo præclarius & glorioſius eſt, ingenio quam vi vincere: vis enim communis eſt brutis, quin ea parte „bruta ſæpe in immenſum nos ſuperant; ingenium „autem homini proprium, quo ſolo ipſe ante „bruta eſt: illa corporis, hæc animæ virtus atque „victoria, eoque longe excellentior atque pulchrior eſt. Illa corporis caduca, ac morbis, ætate, „caſibus fluxa; hæc animi & æterna virtus eſt: „Illa fuſo ſanguine & cædibus peragitur, & cum „hominum ſtrage, rerum vaſtitate, omnium pernicie conjuncta eſt; hæc hoſte quoque incolumi & re ſalva exerceri poteſt. Quanto major „vero ipſius ſolius laus ac victoria eſt; ſi vi, communis militi. Hinc Corvinus cum moneret, ne „Flaminius aperto Marte concurreret cum Annibale ad Thraſimenum, ita concludit: apud *Sil. Ital. lib. 5. verſ. 100.*

Bellandum eſt aſtu, levior laus in duce dextra.

„Idque arguit fictum illud Ajacis & Ulyſſis apud „Poëtas de armis Achillis certamen, cum apud „Ovidium *Metam. lib. 13. fab. 1.* diſertiſſimis „orationibus, ille vim corporis qua præſtabat, hic „ſolertiam animi, qua maxime pollebat, in concione Græcorum defenderet: Ulyſſi enim, ſeu „ſolertiæ in bellis, palma delata ſuit. Cui ſimile „eſt, quod Saxo Grammaticus *Hiſt. Dan. lib. 1. fol. 9.* fingit ſuo more magis quam narrat: *Aſſiduis bellis olim de rerum ſumma inter gigantes, qui corporis mole ac robore; & Magos, qui ingenii vivacitate praecelluere, certatum fuiſſe, at Magos victores extitiſſe.* Atque ita Saluſtius *de bell. Catil. cap. 2.* docet: *In bellis plurimum ingenium poſſe.* Et luculenter Ovidius *lib. 2. Amor. Eleg. 12.*

Hae eſt præcipuo victoria digna triumpho,
In qua, quæcunque eſt, ſanguine præda caret.

„Unde concludendum omnino eſt, ſi victoria „dolis (quæ vox media eſt, & in genere ſolertiam „notat, *l. 1. §. 2. ff. de dol. mal.* ac in hoſtem turpitudine caret *ſup. §. 68.*) conſilioque, ſine ſanguine obtineri poteſt, natura nec licitum eſſe vi „rem gerere: Cum enim vis in bellis ſola neceſſitate defendatur, *ſupra §. 13.* quæ hic ceſſat ubi „conſilio confici res poteſt, ſequitur, quod vis „licita eſſe deſinat quæ deſinit eſſe neceſſaria. Et „cum præſtantius ſit prudentia & ſine cædibus vincere, *ſup. §. 73.* turpior jam videtur vincendi per

„vim ratio, eoque jure naturæ illicita. *ſupra §. 29.*
„*& ſeq.* Neque adeo Dux belli culpa carebit, qui
„vi victoriam obtinet, ſi alius prudentior ac gene-
„roſior ſolertia, absque cædibus ſuperare hoſtem
„potuiſſet. Ita peregregium Cæſaris Conſilium
„eſt, qui cum poſſet hoſtem vi vincere & milites
„ardereot pugnandi ſtudio, maluit tamen, iisquo-
„que indignaotibus, conſilio uti & intercludendo
„ſolerter hoſtem commeatu ad deditionem eum
„compellere: ita enim ipſe refert, *lib. 1. de bell.*
„*Civ. cap.* 15. *Cæſar in eam ſpem venerat, ſe ſine*
„*pugna & ſine vulnere ſuorum rem conficere poſſe,*
„*quod re frumentaria adverſaries intercluſiſſet.*
„*Cur, etiam ſecundo prælio, aliquos ex ſuis amit-*
„*teret? cur vulnerari pateretur optime meritos de*
„*ſe milites? cur denique fortunam periclitaretur?*
„*Movebatur etiam miſericordia civium quos inter-*
„*ficiendos videbat; quibus ſalvis atque incolumibus*
„*rem obtinere malebat.* Quod & Grotius graviter
„monet & pluribus firmat *d. lib. 3. cap. 11. §. ult.*

„Neque quicquam oiovere debet, quod pluri-
„mi olim populi, & magni duces de hoc genere
„bellorum minus bene ſenſerint. Ita Alexander M.
„Ducibus ſuis reſpondet; *Eam latrunculorum &*
„*furum eſſe ſolertiam* *Curt. lib. 4. cap. 13.* Idem
„jactat Achilles *Hor. lib. 4. od. 6.* Sed & Roma-
„ni olim aliique populi plurimi magis probarunt,
„ut aperto Marte bella gererentur, quos longo or-
„dine recenſet Grotius *d. l. 3. c. 1. §. 20.* Nam, ut
„taceam rejici illis locis dolos, artesque vililores, &
„quæ cootemtum parere poſſeot; non ingenio-
„ſam ſolertiam, quæ æque exprimit hoſti victo-
„riæ confeſſionem ac vis, ut Pontius dicebat apud
„Livium *lib. 9. cap. 6.* Verum eſt, olim hoc vi-
„ſum fuiſſe plurimis, idque accidit, vel quod ho-
„minum ingenia nondum exculta, exemplisve
„talis ſolertiæ inſtructa, neque ab uſu præceptis-
„que ad profundiores prudentiæ facilitatem eru-
„dita eſſent, uti Barbari & primis temporibus Ro-
„ni quoque, qui unice fere armorum, oondum
„autem iogenii artibus aſſueti & exercitati, ſed
„rudes adhuc eraot: eaque ratio eſt, cur Cæſar,
„cujus milites cum Gallis artium rudibus vi pugna-
„re coonſueverant, ubi enim Africanis ingenio pol-
„lentibus bellarent, nova quaſi diſciplina militari
„ſibi utendum crediderit. *Hirt. de Bell. Afric. c. 9.*
„Vel, quia externam rerum ſpeciem magis ſecuti
„ſunt; cum vis aperta extrinſecus magis conſpicua
„ſit, & in oculos omnium iocurrat, adeoque ad
„gloriam illuſtrior videatur, quam, quæ in ab-
„dito & obſcuro ſunt, animæ ingeniique artes,
„etſi reapſe perfectiores. Unde imprimis Duces
„ætate ac corpore florentes, uti Archilles & Alex-
„ander M. peritiæ virtutisque ſuæ publice in con-
„ſpectu orbis & utriusque partis, oſtentandæ ſtu-
„dio magis flagrarunt.

„Verum aliud eos deinde docuerunt exempla
„Aonibalis & Fabii Maximi: qui fortiſſimi & to-
„to orbe clariſſimi Duces omne ſtudium ſuum io
„id, ut invicem dolis ac ingenio vincerent, col-
„locarunt, maximomque io huc victoriæ genere
„laudis momentum poſuerunt; adeo ut Annibal,
„cum decepto Fabio Metapontum cepiſſet, quaſi
„magna lætitia exultans gloriaretur, nec Fabium
„dolis ipſius invictum eſſe. *Liv. lib. 27. c. 18.* Poſt-
„hæc tantorum Imperatorum exempla, inprimis
„cum præſente reipublicæ utilitate ſumma coojun-
„cta, jam oon modo oon puduit eos imitari, ſed
„& æmulari glorioſum fuit, Perſpicue & ſcite
„id teſtatur Silius, *lib. 15. verſ. 323.* qui, cum utri-
„usque prælaudati Ducis dolos ingenioſe confictos
„cecioiſſet, ita pergit.

„ - - - - - *Poſtremus in armis*
„*Ductoris titulus cauti ſolertia cutum*
„*Tum quoque adepta decus, captis ſine ſanguine*
muris,
„*NB. Exin virtuti placuit dolus* - - -

„De mendacio mirum eſt quam diſceptent. *vid.*
„*Alb. Gent. de Jur. bell. lib. 2, c. 8. Grot. d. lib. 3.*
„*cap. 1. §. 10. & multis ſeqq.* ſed fruſtra. Ex quo
„enim oſtenſum eſt, hoſtem occidi, & facto ipſo
„dolisque circumveniri poſſe, ridiculum eſt du-
„bitare, num & nudis verbis ſeu mendacio poſ-
„ſit. Quin mendacium nec extra bellum per ſe
„eſt prohibitum, niſi conjuncta ſit alterius injuria;
„imo aliquando quoque laudabile eſt, & præmi-
„um meretur. *Exod. c. 1. verſ. 19. 20. & 21.* Item
„*cap. 21. cauſ. 22. qu. 2. & l. 1. §. 1. voc. deſervi-*
„*ant. ff. de dol. mal.* idque latius demonſtratum
„eſt *in diſp. noſtra de ſimulatione.* Nec facit, quod
„vox mendacii turpe quid ſonet, nam ea lis do
„voce eſt, & falſiloquium dicere licebit: nam
„& homicidii vox delictum ootat, in bellis tamen
„& ex oeceſſaria defenſione licitum eſt. Menda-
„cium vero per ſe ne quidem eſt delictum, ſed
„contrahitur demum delictum ſi acceſſerit inju-
„ria alterius. Sic Cicero *Orat. pro Ligar. cap. 5.*
„ait *Si honeſto & miſericordi mendacio ſaluti ci-*
„*vis calamitoſi conſultum eſſe vellemus, tamen ho-*
„*minis non eſſet, in tanto diſcrimine refellere &*
„*coarguere noſtrum mendacium.* Et Quintilianus
„*Inſt. lib. 12. cap. 1.* ait: *Concedant mihi omnes opor-*
„*tere, quod Stoicorum quoque aſperrimi confitentur,*
„*facturum aliquando bonum virum, ut mendacium*
„*dicat, & quidam nonnunquam levioribus cauſis,*
„*ut in pueris ægrotantibus multa fingimus.* &c.
„Scævola quoque pacis procurandæ cauſa finxit
„300. juvenes Romæ io Porſennam coojuraſſe. *Liv.*
„*lib. 2. cap. 12.*

„At Secus de perfidia: nam nec quiquam in
„bello fide ſanctius, oec ejusviolatione abomina-
„bilius eſt. Qui enim interpoſita fide cum hoſte,
„de aliqua re contrahit, quoad eum quidem actum
„pacem cum eo facit, atque adeo io eo oon bel-
„li ſed pacis jus obtinet. Nihil enim aliud pax
„eſt quam pactum. *l. 5. §. 1. ff. de Pactis.* Quate-
„nus igitur hoſtes inter ſe pacti ſunt, eateous re-
„nunciarunt bello, & ratione rei cooventæ pax
„iotér eos eſt. Unde cum Auguſtum de Cleopa-
„tra bello victa pro lubitu ſtatuere, illa vero col-
„loqui vellet, ſollicite cavit ne fidem daret, ſed
„per legatos ſpecie pacis deceptam prehendere ma-
„luit. Sic enim Dio *Hiſt. lib. 51. circa med. Cæ-*
„*ſar,* inquit, *etſi gaza potiri reginamque vivam*
„*capere cupiebat, ut in triumpho duceret, tamen*
„*ſi quid fide interpoſita promiſſet, impoſtor videri*
„*nolens, id agebat, ut cum capta ex animi ſenten-*
„*tia agere poſſet. &c.*

„Nihil

§. I.

a Et qui bellum gerant, *b* & quibus ex cauſis belligerare liceat vidimus. Sequitur, expendamus *c* quid quantumque in bello liceat, *d* & quibus modis: *e* quod aut nude ſpectatur, aut ex promiſſo antecedente. Nude, *f* ex naturæ primum, deinde ex Gentium jure. *g* Quid ergo natura liceat videamus.

§. II.

„Nihil vero huc pertinet factum Zopyri, „qui ſibi abſciſſis naribus & auribus transfugam „ſe ſimulans, ab hoſte Dux factus, urbem Babi„lonem Dario Regi ſuo tradidiſſe dicitur. *Herod.* „*lib. 3. in fin. Iuſt. lib. 1. cap. ult.* Noo enim ille „perfidia, cum fidem non dediſſet, ſed menda„cio & ſimulatione hoſtem fefellit.

PROPOSITIO V.

Judicium, quæ nam arma ſint neceſſaria in dubio eſt penes Principem.

DEMONSTRATIO.

Diximus enim religioni Principis id ideo relinquendum eſſe, quia ſuperiorem noo habet, & altero juſtitiam armorum negante, idipſum armis diſceptandum eſt: Interim hoc ipſum judicium Priocipis Deo obnoxium eſt, qui victoriam, cæteris paribus, ei qui jure agit concedere ſolet: & ſic judicium belli eveotu declaratur: *Vid. Diſp. de juſto bellorum exitu. per tot. & Diſp. de arm. illic. §. 4. ſeq. & §. 17.*

„*a*) (ET QUI BELLUM GERANT:) Summæ ſci„licet poteſtates, de quibus egit *L. 1. c. 3.*

„*b*) (ET QUIBUS EX CAUSIS:) De quibus vide „*l. 2. c. 1. §. 1.* & capitibus ſeq. usque ad finem.

d) (Grot.) (QUID QUANTUMQUE IN BELLO LICEAT:) Bene *Auguſtinus* epiſtola LXX. ad Bonifacium comitem: (Ep. 220. in fin. *Edit. Benedict.*) *ut in ipſis bellis (ſi adhuc in eis verſari te opus eſt) fidem teneas, pacem quæras.* Epiſtola CCV. (189. §. 6.) *Eſto ergo etiam bellando pacificus.* De juſtitia in bello gerendo ſervanda, diſſertatio eſt egregia Beliſarii ad milites apud *Procopium* Vandalicorum IV. (Cap. 16.) *Oroſius* libro VII. *Ecce regibus & temporibus Chriſtianis, qualiter bella civilia, cum vitari nequeunt, tranſiguntur.* Idem de Theodoſio: *unum aliquod ab initio urbis conditæ bellum proferant, tam pia neceſſitate ſuſceptum, tam divina felicitate confectum, ubi nec pugna gravem cædem, nec victoria cruentam exegerit ultionem.* (Cap. 21. & 23. *Edit. Pariſ.* 1506.)

„*d*) (EX QUIBUS MODIS:) Ubi quærit quibus „armis: item an dolo, an mendacio uti liceat.

„*e*) (QUOD AUT NUDE SPECTATUR AUT EX „PROMISSO:) *Nude* ſpectari dicitur ſi nulla acce„dit promiſſio: *ex promiſſione*, ſi fides hoſti data eſt: „De eo quod nude ſpectatur *vide Diſſ. proœm. VII.* *Pars III*

„§. 51. *& ſeq. usque ad §. 63. ſeq.* de eo quod ex „promiſſione ſpectatur *Vide dict. diſſ. VIII. §. 53.* „& §. 114.

„*f*) (EX NATURÆ PRIMUM, DEINDE EX GEN„TIUM JURE:) Antequam ad ioterpretationem hu„jus libri tertii manum admoveamus, maxime in„tereſt ſyſtema Grotii circa quæſtionem, *quan„tum in bello liceat*, exponere.

„Poſtquam enim (1) in *capite primo* regulas „quasdam generales poſuit, *quid jure naturæ ſo„ciali in bello liceat?* explicat (2) io capite II. „usque ad cap. X. *quid jure gentium volunta„rio* circa repreſſalias, circa jus interficiendi, ca„piendi jura, res, & perſonas hoſtis, & circa poſt„liminium liceat.

„Expoſita licentia *juris gentium* (3) retro ve„ſtigia legit io capite X. usque ad caput XVI. & „bellum gerentibus eripit ea quæ antea largitus eſt.

„Temperat, nimirum, illam licentiam juris gen„tium non tantum (a) ex jure naturæ ſociali, ſed „præcipue (b) ex *jure naturæ laxiori*, ſeu regulis ca„ritatis: *L. 3. c. 10. §. 1. n. 1. cap. 11. §. 7. §. 8. 9.* „*13. cap. 13. §. 4. cap. 15. §. 2. ſeq. §. 12.* (c) *ex* „*præceptis* honeſtis quidem ſed oon debitis: *d. c.* „*10. §. 1. n. 1.* Denique & (d) ex utilitatis regulis. „*cap. 12. §. 1. n. 2. §. 8. & paſſim.*

„Cum vero Grotius io genere diſtinguat inter „licentiam *juris naturæ ſocialis*, & inter id quod „*jure gentium voluntario* licet, operæ pretium „erit, ſyſtema illud paucis hic repetere: (nam „plenius illud expoſuimus in *Diſſ. proœm. IV.* „*§. 13. ſeq. & Diſſ. IX. §. 66. ſeq.*) Vix enim „eſt ut Grotius rite intelligi poſſit niſi cognitis „hujus ſyſtematis rationibus.

„I. Grotius principii loco ponit, JURE NATU„RÆ i. e. juxta juſtitiam ioternam, ooo dari bellum „juſtum, niſi (1) bellum gerens *juſtam cauſam* ha„beat, & (2) reparatio ſaltem exigatur *intra quan„titatem debiti, & pœnæ modum:* atque hæc prin„cipia Grotii late expoſui in *Diſſ. proœm. IX. §.* „*54. ſeq.*

„II. PRIMO igitur requirit, ad id ut bellum na„turali ratione juſtum dici poſſit, CAUSAM JUSTAM; „quæ autem cauſæ *juſtæ* ſint, quæ *injuſtæ* explicat „in *Lib. 2. c. 1. §. 1. & 2. & cap. ſeq. junct. c. 22.* „*per tot.* Simulque diſtinguit inter cauſas juſtificas „& ſuaſorias. *L. 2. c. 1. §. 1. & cap. 22. §. 1. ſeq.*

„III. Eum qui ex JUSTA CAUSA bellum gerit, „omnia adhibere poſſe, ait, media quæ ad ſui juris „defenſionem ſunt neceſſaria: *Lib. 3. c. 1. §. 2.* ita

„ut opus non ſit denunciatione ſi quis rem ſuam „repetit, aut ſi pœnam ab alio depoſcit, (ſecus ſi „aliud pro alio, aut res ſubditorum invaduntur) „*Vid. L.* 2. *c.* 3. §. 6.

„Ex his præmiſſis concludit, bellum gerentem „poſſe (1) interficere hoſtem ſi aliter vitam ſer„vare nequit. *L.* 3. *c.* 1. §. 2. §. 6. *n.* 1. *cap.* 4. §. 6. „*c* 10. §. 1. (2) Eripere hoſti omnium rerum poſ„ſeſſionem: *L.* 3. *c.* 1. §. 2. *n.* 2. 3. *cap.* 6. §. 1. „*cap.* 13. §. 1. eique dominium acquiri ad com„penſationem usque ejus quod debetur, *d. c.* 13. „§. 1. Atque hoc modo imperia quoque occupari „poſſe ait. *L.* 3. *c.* 8. *per tot.* (3) perſonas capi & „in ſervitutem redigi intra debiti & pœnæ modum: „*l* 2. *cap.* §. 27. *L* 3. *c.* 7. §. 1. *cap.* 11. §. 1. 2. ſer„vitutem autem tantum conſiſtere, ait, in præſta„tione operarum; *L.* 3. *c.* 14. §. 2. *l.* 2. *c.* 5. §. 27. „at jus vitæ & necis victori non acquiri; *dict.* „*loc.* nec ſervitutem ad poſteros pertinere. *L.* 2. „*c.* 5. §. 22.

„Not. Jus illud capiendi res & perſonas hoſtis „non extendi debere putat ad ſubditos innocentes, „adeoque hos, eorumque res, nec jure repreſſalia„rum, *L.* 3. *c.* 2. §. 1. nec jure belli capi poſſe. „*L.* 3. *c.* 13. §. 2. excepto quod ad ſecuritatem de„biti res ſubditorum fidejuſſorio nomine detineri „poſſint, ſed reſtituendæ ceſſante periculo. *L.* 3. „*c.* 13. §. 1. *n.* 1. §. 3. §. 4. *n.* 2. 3. *Lib.* 3. *cap.* 1. „§ 2. *n.* 2 *Lib.* 2. *c.* 11. §. 10.

„(4) Vaſtari & corrumpi quoque poſſe ait res „hoſtiles, ſed pariter intra debiti & pœnæ modum „*L.* 3 *c.* 12. §. 1. (5) Quæ ab hoſte nobis erepta „ſunt, ſi poſtea ad limen noſtrum perveniunt, jure „poſtliminii recipi; *L.* 3. *c.* 16. §. 1. oon ſi ad ſo„cios perveniunt. *l.* 3. *c.* 9 §. 2.

„IV. Econtrario omnia hæc jura ceſſare, ait, ſi bel„lum geratur EX CAUSA INJUSTA: tunc enim omnia „iojuſta & illicita eſſe quæ agnntur; *L.* 2. *c.* 1. §. 1. „*n.* 3. *lib.* 3. *cap.* 10. §. 3. adeoque qui tales actus „operantur inſtar prædonum eſſe: *L.* 3. *c.* 10. §. 1 §. 3. „§. 5. *cap.* 16. §. 1. Quod etiam ad duces, milites, „& ſocios extendit. *L.* 3. *c.* 1. §. 3. *cap.* 10. §. 4. „§. 5.

„V. Hinc concludit, jure naturæ Regem qui „*absque juſtæ cauſa* bellum gerit, (1) interficere „hoſtes eorumque ſubditos ae ſocios non poſſe. *L.* „3 *c.* 10. §. 3. Nec (2) capere hoſtium res, nedum „ſibi acquirere, *L.* 3. *c.* 10. §. 3. *cap.* 6. §. 1. §. 2. „*cap* 16. §. 1. *cap.* 4. §. 3. *cap.* 18. §. 1. *n.* 1. oec „(3) captos in ſervitutem redigere poſſe, nedum „eorum poſteros. *L.* 3. *c.* 10. §. 3. Sed & (4) „vaſtare ac corrumpere res eorum neſas eſſe. *L.* 3. „*c.* 13. §. 1. *n.* 2. §. 2. *cap.* 2. §. 5. *n.* 2. (5) ea „quæ ab hoſte injuria laceſſito capta ſunt, & poſt„ea recipiuntur, poſtliminio non recipi, utpote „hoſti jure quæſita. *l.* 3. *c.* 16. § 1. *junct. l.* 3. *c.* 9. „§. 1.

„Effectum inſignem hujus rei naturali jure eſſe „tradit: Nam bellum injuſtum gerentes, eorum„que duces, milites, ac ſocios teneri ad reparan„dum damnum quod interficiendo, capiendo, va„ſtando &c. dederunt, *L.* 3. *c.* 10. §. 4. §. 5. cum „expenſis: *dict. c.* 10. §. 3. 4. 5. 6. *cap.* 13 §. 1. *cap.* 6. „§. 1. adeo ut etiam illi qui cauſam a tali prædone ha„bent, rem reſtituere teneantur. *L.* 3. *c.* 16. §. 1. „*n.* 1. & 2. §. 2. §. 3. *cap.* 10. §. 6. *cap.* 9. §. 16. „(2) Si res vel perſona capta in territorio pacato „depreheodatur, priorem dominum judiciali au„toritate rem repetere, & libertatem vindicare poſſe; „ae dominum territorii teneri eum, in poſſeſ„ſione defendere; *L* 3. *c.* 6 §. 2. *n.* 1. etſi poſſeſſio bo„oa fide ad tertium pervenerit. *l.* 3. *c.* 6. §. 7. *n.* 1. „(3) Unumquemque privatum, & quemvis popu„lum, eum qui ſine juſta cauſa bellum gerit, tan„quam homicidam & furem punire poſſe. *L.* 3. „*c.* 4. §. 3.

„VI. SECUNDO (Vid o. II.) Præter juſtitiam „cauſæ Grotius requirit, ut reparatio exigatur „INTRA QUANTITATEM DEBITI ET POENÆ: i. e. „ut non plus exigatur quam alter debet, vel meri„tus eſt. *L.* 3. *c.* 1. §. 2. *n.* 2. 3. §. 5. *n.* 3. *cap.* 6. „§. 1. *n.* 1. §. 27. *cap.* 14. §. 1. *cap.* 4. §. 3. *c.* 5. „§. 1. §. 2. *n.* 2. *in fin. cap.* 13. §. 1. *cap.* 16. §. 1. „quia bellum tantum juris tuendi cauſa gerere li„citum eſt. *l.* 3. *c.* 1. §. 2.

„Si quis proinde *ultra debiti & pœnæ modum* „ab hoſte ſuo, ut ut injuſto, aliquid exigit, actus „tales injuſtos eſſe putat, *l.* 3. *c.* 1. §. 2. *n.* 2. 3. §. „*5. n. 3. cap. 6. §. 1. n. 1. §. 27. cap. 20. §. 32. cap. 1.* „§. *2. cap. 5. §. 1. cap. 4. §. 3. cap. 14. §. 1. cap. 12.* „*§. 1. n. 1. cap. 16. §. 1. cap. 11. §. 1.* & nullum jus „capienti iode acquiri. *l.* 3. *c.* 10. §. 3. §. 5. *cap.* 6. „§. 1. Sed potius inde oriri reſtituendi ablati ne„ceſſitatem, conſequenter etiam damni dati reſti„tutionem, & expenſarum ſolutionem: *L.* 3. *c.* 10. „§. 3. §. 4 §. 5. §. 6. *cap.* 13. §. 1. Eamque obli„gationem oon tantum in eo eſſe cujus nomine „bellum geritur, ſed & in ducibus belli, militibus, „imo & ſociis, aliisque qui cauſam a capiente habeot. „*d. c.* 10. §. 4. §. 5. §. 6. *cap* 18. §. 6. *c.* 9. §. 16. „*c.* 16. §. 1. 2. 3. Imo jus punieodi aliis gentibus, „ac cuique privato ex tali exceſſu quæri, & gentes „dominos exceſſum illum vindicantes judiciali au„thoritate defendere debere. *L.* 3 *c.* 13. §. 1. *n.* 1.

„VII. JURE GENTIUM VOLUNTARIO duo illa „principia generalia juris naturæ mutata eſſe fingit, „ac communi conſenſu gentium ſtatutum eſſe ait „(1) ut etiam ex INJUSTA CAUSA bellum gerere „& (2) ULTRA MODUM DEBITI ET POENÆ HO„STEM LÆDERE liceat. *Grot. l.* 3. *c.* 4. §. 3. §. 4. „*cap.* 6. §. 2. Conf. *Diſſ. proœm. IX* §. 63. *ſeq.*

„Cauſam, cur *prius* gentibus placuerit, hanc af„fert, quod periculoſum foret ſi gentes inter duos „populos de juſtitia belli pronunciare, eoque bello „alieno ſe implicare vellent; *L.* 3. *c.* 9. §. 4. *n.* 2. „adeoque nihil melius eos facere poſſe, quam ut „id quod eveniſſet pro jure haberent. *l.* 3 *c.* 10 §. 5. „*n.* 1. *Poſterioris* conſtitutionis hanc affert rationem, „quod in bello etiam juſto inter duos populos vix ſatis „cognoſci poſſit ex indiciis, quis juſtus ſit ſe tuen„di, *ſuaque recuperandi aut pœnas exigendi modus.* „*L. 3. c. 4. §. 4. cap. 10. §. 5. n. 1. Denunciationem* „autem, ſeu clarigationem, gentes ideo neceſſariam „judicaſſe, ut certo conſtaret non privato auſu, ſed „voluntate utriusque populi aut populi capitum „bellum geri. *d. c.* 3. §. 11.

„Hanc autem mutationem ſaltem contigiſſe ait „in BELLO PUBLICO, & JURE GENTIUM SOLENNI.

„i. e.

§. II.

1. Primum, a) ut jam ante diximus aliquoties, ea *) quæ ad finem ducunt in morali materia æſtimationem intrinſecam accipiunt ab ipſo Vid. de Jure belli. n. 15.

„i. e. quod utrinque a ſumma poteſtate geritur, *L. 1. c. 3. §. 1. §. 4. n. 1. 2. §. 5. n. 1. L. 2. c. 17. §. 19. l. 3. c. 19* §. 11. *c. 4. §. 1. cap. 3. §. 12. cap.* 20. §. 8. §. 11. & indiĉtum eſt: *L. 1. c. 3. §. 4. n. 1. §. 5. n. 1. L. 3. c. 4. §. 3. cap. 3. §. 1. §. 5. §. 6. n. 1. & 3. §. 11. L. 2. c. 17. §. 19. l. 3. c. 19. §. 11.* Conſ *Diſſ. proœm IX.* §. 63. *n.* 4. *ſeq.*

„VIII. Addit, ex hoc *jure Gentium* non oriri *jus internum*, quod in conſcientia tutum reddit, *L. 2. c. 1.* §. 3. *cap.* 3. §. 6. *cap.* 12. §. 26. *n.* 1. *Lib.* 3. *c.* 7. §. 6. *n.* 4. §. 7. *cap.* 9. §. 5 *n.* 2. §. 18. *n. 6. cap.* 16 §. 1. *n.* 1. *cap.* 19 §. 11. ſed ſaltem externum. *Lib.* 3. *c.* 6. §. 27. *cap.* 7. §. 6. *n.* 3. *cap.* 17. §. 1. *n.* 2. Jus improprium. *Proleg.* §. 41. *l.* 2. *c.* 1. §. 1. *n.* 3. *cap.* 4. §. 4. *in fin. cap.* 5. §. 28. *cap.* 17. §. 9. *lib.* 3. *c.* 6. §. 1. *cap.* 7. §. 6. *n.* 2. 6. *cap.* 23. §. 13. *n.* 5. *Vid. Diſſ. proœm. IX.* §. *64. ſeq.*

„IX. Hoc jus externum duobus capitibus abſolvi ait, illud enim ei qui injuria bellum gerit tribuere (1) DOMINIUM EXTERNUM in res & perſonas captas, *Lib.* 2. *c.* 5. §. 20. *lib.* 3. *c.* 4. § 4. *cap.* 6. §. 2. §. 7. *cap.* 7. §. 6. *n.* 1. 2. ſine fine & modo. *dict. cap. 6.* §. 2. (2) IMPUNITATEM; *Lib.* 3. *cap.* 4. §. 3. §. 4. §. 5. *n.* 3. *junct. cap.* 6. §. 1. *n.* 1. *cap.* 10. §. 1. *n.* 1.

„X. Ex his principiis concludit hoſtem jure Gentium etiam EX INJUSTA CAUSA & ULTRA MODUM DEBITI ET POENÆ, i. e. in infinitum (1) occidi poſſe qualicunque vi, & quocunque modo. *L.* 3. *c.* 4. §. 3. *cap.* 18. §. 1. *n.* 1. Conf. *Diſſ. proœm. IX.* §. *87. ſeq.* (2) Res hoſtiles capi poſſe etiam ultra debiti & pœnæ modum. *L. 3. c.* 2. §. 2. *cap.* 4 §. 2. §. 3. *cap.* 6. §. 1. §. 2. *cap.* 13. §. 1. §. 3. Idque extenſum eſſe etiam ad bona ſubditorum innocentium, ſive jure belli ſive per repreſſalias capiantur: *L.* 3. *c.* 2. §. 2. *dict. cap.* 13. §. 2. Conſ. *Diſſ. proœm. IX* §. *88.* Imo & ad imperia ipſa. *Lib.* 3. *cap 8. per tot.* (3) Perſonas hoſtis omnes, etiam ſubditos innocentes, in ſervitutem detrudi poſſe; eamque ſervitutem etiam extenſam eſſe ad poſteros, & ad jus vitæ & necis. *L.* 3. *cap.* 2. §. 5 *n.* 1. *cap.* 7. §. 1. *n.* 2. §. 2. §. 3. §. 4. §. 5 *n.* 1. 2. Conſ. *Differt. proœm. IX.* §. *94. ſeq.* (4) vaſtari & corrumpi poſſe omnes res hoſtis, in infinitum. *Lib.* 3. *c.* 5. §. 1. §. 2. (5) Res ab hoſte nobis ereptas, etſi jure, poſtliminio recipi, ſi ad civitatem injuria agentem vel ad ejus ſocios revertuntur, *Lib.* 3. *c.* 9. §. 2. *cap.* 16. §. 1.

„XI. Inſignem autem effectum hujus *juri gentium* apud alias gentes eſſe fingit; Nam (a) eum qui ſine juſta cauſa bellum gerit, omnium illorum actuum nomine pœnam non debere, *l* 3 *c.* 19. §. 5. *cap.* 4. §. 22. nec ideo bello ab alio peti, *l.* 3. *c.* 4. §. 2. *n.* 2. §. 3. 4. 5. 6. 27. *cap.* 10. §. 1. *n.* 1. aut in deprehenſum in alieno territorio, tanquam in homicidam vel furem, judiciali authoritate animadverti poſſe putat. *L.* 3. *c.* 4. §. 3. § 5. *n.* 2.

„Imo capientem, etiam apud medios judiciaria manu, non tantum ipſum, *L.* 2. *c.* 5. §. 29 *n.* 3. *l.* 3 *c.* 16. §. 1. *n.* 1. ſed omnes qui cauſam ab eo habent in poſſeſſione rerum, tanquam dominos, defendi debere: *L.* 3. *c.* 4. §. 4. *cap.* 6. §. 2. §. 7. *n.* 1. *c.* 7. §. 6. *n.* 1. 2 §. 7. *cap.* 10. §. 1. §. 5. *n.* 1. *cap.* 19. §. 1. 2. Conf. *Diſſ. proœm. IX.* §. *66. ſeq.* Adeo ut gens illa quæ externum dominium capienti eripit, a qualibet alia gente puniri & bello peti poſſit, ac inſamis fiat. *L.* 3. *c.* 4. §. 15. *n.* 1. Hoc enim jus inter gentes adeo firmum eſſe ait, ut modus hic certo modo naturalis dici poſſit. *L.* 3. *c.* 6. §. 2. *n.* 4.

„XII. Totum hoc ſyſtema corruit ex hoc ſolo fundamento, quod jus gentium voluntarium non detur juxta tradita in *Diſſ. proœm. IV.* §. 61. *usque ad* §. 71.

„Solum igitur jus naturæ inter gentes bellum gerentes obtinet; jure naturæ autem omnino requiritur (1) *juſta cauſa*, & bella quæ abſque juſta cauſa geruntur ſunt latrocinia: At quia inter duas ſummas poteſtates, quæ judicem non habent, morali ratione de juſtitia cauſæ, quam uterque ſibi tribuit, conſtare nequit, jure naturæ ſuſpenſa eſt illa certitudo usque dum Deus bellorum arbiter per ultimam victoriæ de juſtitia cauſæ decidat.

„Idem jus naturæ (2) permittit, ut etiam *ultra modum debiti & pœnæ*, i. e. in infinitum hoſtem lædere, ejusque res capere poſſimus, quod alibi probavimus.

„Unde (3) apparet ea quæ Author *juri gentium* tribuit, verum eſſe *jus naturæ*: temperamenta autem quæ (4) in capite X. usque ad cap. XVII. commendat, & ex caritatis & perfectionis regulis deſumit, legi merentur, at ad diſciplinam juris naturalis, quatenus jus hominibus tribuit, non pertinent.

„g) (QUID ERGO NATURA LICEAT VIDEAMUS:) Cum bellum ſit medium neceſſarium juris noſtri tuendi, facile conſtat, omnia ea licita eſſe quæ ad defenſionem juris noſtri ſunt neceſſaria, adeoque capere perſonas & res hoſtium, vaſtare eas, occidere hoſtes &c. quibuscunque armis, ſine quibus victoria per quam jus noſtrum reparatur, obtineri nequit, licitum eſſe. Secus ergo ſi alio modo quam armis, vel alio armorum genere minus nocivo, jus noſtrum defendi poteſt.

„a) (UT JAM ANTE DIXIMUS ALIQUOTIES:) *Vid. L. 2. c. 5. §. 24. n. 2. c. 7. §. 2. c. 14. §. 11. n. 1.*

„*) (QUÆ AD FINEM DUCUNT IN MORALI MATERIA ÆSTIMATIONEM INTRINSECAM AC-

 „CIPIUNT

ipſo fine, [b] quare quæ ad finem juris conſequendi ſunt neceſſaria, neceſſitate ſumpta [c] non ſecundum Phyſicam ſubtilitatem ſed moraliter, ad ea jus habere intelligimur. [d] Jus dico illud quod ſtricte ita dicitur, [e] & facultarem agendi in ſolo ſocietatis reſpectu ſignificat. [f] Quare ſi vitam aliter ſervare non poſſum, [g] licet mihi vi qualicunque arcere eum qui eam impetit, [h] etiamſi forte is peccato vacet, [i] ut notavimus alibi: quia jus hoc non proprie ex peccato alterius oritur, [k] ſed ex jure quod mihi pro me natura concedit.

Vid. de Jur. bell. n. 18. & 19. & 15. 2. [l] Quin & rem alienam, ex qua certum mihi periculum imminet, citra culpæ alienæ conſiderationem invadere poſſum: [m] non tamen dominus fieri: id enim ad eum finem accommodatum non eſt, ſed cuſtodire, [n] donec ſecuritati meæ ſatis cautum ſit: quod *L. 2. c. 2. §. 10.* ipſum quoque tractatum eſt a nobis [o] alibi. [p] Sic rem meam quam alius detinet eripere ei naturaliter mihi jus eſt: & ſi id difficilius, *Silv. in verbo bell. p. 1. n. 10 V. prima.* [q] aliud tantundem valens: [r] ut & debiti conſequendi gratia: [s] quibus

„CIPIUNT:) Hæc eſt regula quam B. Parens in poſitionibus juris gentium *poſ. IV. n. 4.* ſtatnit, qui concedit finem concedit etiam ea quæ ad iſtum finem obtinendum ſunt neceſſaria.

„b) (QUARE QUÆ AD FINEM JURIS CONSEQUENDI SUNT NECESSARIA AD EA JUS HABERE INTELLIGIMUR:) Si enim Creator jura quædam nobis concedit, ac facultatem ea defendendi tribuit, omnia licita ſunt ſine quibus defenſio illa expediri nequit; quia alias Creator fruſtra finem illum voluiſſet. Conf. *l. 2. c. 1. §. 3. ibique not.*

„c) (NON SECUNDUM PHYSICAM SUBTILITATEM, SED MORALITER:) i.e. jus habere intelligimur non intuitu actus quem agimus, ſed intuitu totius negotii quod agitur: quod Auctor exemplo ejus, qui vitæ ſuæ tuendæ cauſa innocentem occidit, illuſtrat.

„d) (JUS ILLUD QUOD STRICTE ITA DICITUR:) & laxiori opponitur. *Vid. l. 1. c. 1. §. 5. l. 3. c. 4. §. 2.*

„e) (ET FACULTATEM AGENDI IN SOLO SOCIETATIS RESPECTU INDIGITAT:) i. e. quod ideo facere licet quia naturæ ſociali convenit, vel, quod idem eſt, quia tendit ad conſervationem ſocietatis humanæ: *Vid. proleg. §. 8. & 12. item L. 1. c. 1. §. 3.* At ſæpius diximus, non dari ſocietatem humanam, adeoque nec jus ſociale: Nec opus eſt confugere ad ſocietatem humanam, quia citra omnem ſocietatem ratio naturalis nos docet, homines jura a Deo ſingulis conceſſa tueri, etiam cum internecione alterius, poſſe. *l. 2. ff. juſt. & jur.*

„f) (QUARE:) Quia jus habemus ad agendum ea quæ ad conſervationem juris noſtri ſunt neceſſaria.

„g) (LICET MIHI VI QUALICUNQUE ARCERE) i. e. jura quæ ex voluntate Dei mihi conceſſa ſunt tueri, idque jure neceſſariæ defenſionis.

„h) (ETIAMSI FORTE IS PECCATO VACET:) Forte quod ſit furioſus, vel quod me putet hoſtem &c.

„i) (UT NOTAVIMUS ALIBI:) *L. 2. c. 1. §. 3.*

„k) (SED EX JURE QUOD MIHI PRO ME NATURA CONCEDIT:) Sufficit enim quod ego non tenear id quod alter intendit pati: quæ ſunt verba Auctoris in *d. c. 1. §. 3.*

„l) (QUIN ET REM ALIENAM EX QUA CERTUM MIHI PERICULUM IMMINET INVADERE POSSUM:) Qua de re integram diſputationem conſcripſit B. Parens. *de jure belli in amicos:* Add. ſupra *L. 2 c. 2. §* 10.

„m) (NON TAMEN DOMINUS FIERI:) Ceſſante enim periculo reſtitui debet domino:

„n) (DONEC SECURITATI MEÆ SATIS CAUTUM SIT:) Nam ad eum ſolum finem occupatio licita eſt, quo fine ceſſante etiam jus ceſſat:

„o) (ALIBI:) *L. 2. c. 2. §. 10.*

„p) (SIC REM MEAM QUAM ALIUS DETINET ERIPERE EI NATURALITER MIHI JUS EST:) Hic perpetuus ille error Autoris eſt, unicuique privato competere jus debitorem privata authoritate compellendi, vel rem ſuam vi recipiendi; Quod verum non eſt niſi inter ſummas poteſtates, vel ceſſante judicio. *Vid. l. 2. c. 7. §. 2.*

„q) (ALIUD TANTUNDEM VALENS:) Morali enim æſtimatione id idem eſt. *Liv. 2. c. 11. §. 10.*

„r) (UT ET DEBITI CONSEQUENDI GRATIA:) Hoc in genere verum non eſt, ſed inter eos ſaltem obtinet qui ſuperiorem non habent.

„s) (QUIBUS EX CAUSIS DOMINIUM QUOQUE SEQUITUR:) Non ſola ſecuritas: nam occupatio rei hoſtilis eſt juſtus dominii acquirendi titulus, uti infra videbimus. *L. 3. c. 6.*

„t)

bus ex cauſis dominium quoque ſequitur, quin *t* alio modo læſa æqualitas reparari nequit.

3. *u* Sic ubi juſta eſt punitio, juſta etiam vis omnis ſine qua ad pœnam veniri non poteſt: *x* & omne quod pœnæ pars eſt, ut rerum coruptio per incendium, aut aliter, *y* intra juſtum ſcilicet & cui peccato reſpondeat modum.

§. III.

Sciendum ſecundo eſt; jus noſtrum non ex ſolo belli principio ſpectandum, *a* ſed ex cauſis ſubnaſcentibus, *b* ſicut & in judiciis poſt litem conteſtatam jus ſæpe parti novum paritur. Sic qui ſe aggregant me impetenti, *c* ſive ſocii *d* ſive ſubditi, *e* in ſe quoque jus tuendi me mihi porrigunt. Sic *f* qui bello ſe miſcent quod injuſtum eſt, *g* præſertim ſi ipſi id injuſtum eſſe ſcire poſſunt ac debent, obligant ſe ad ſumtus & damna reſarcienda, quia culpa damnum dant. Sic qui bello ſine probabili ratione ſuſcepto accedunt, *h* ipſi quoque pœnæ meritum contrahunt, pro ratione injuſtitiæ quæ ipſorum actui ineſt. Ita Plato probat bellum μέχρι ὧ ἂν οἱ αἴτιοι ἀναγκασθῶ- *De Rep. Lib. 5. p 471. B Ed. H. Steph.*

„*t*) (ALIO MODO LÆSA ÆQUALITAS REPARARI „NEQUIT:) Autor putat juſtitiam, contractuum imprimis, in æqualitate conſiſtere, quæ, ſi læſa eſt, „reparari debeat: quod examinavimus ſupra *l.* 2. „*c.* 12. §. 8.

„*u*) (SIC UBI JUSTA EST PUNITIO:) Si „jus mihi eſt agendi ad reparationem injuriæ, „omnia juſta ſunt ſine quo reparatio illa fieri ne„quit, adeoque & arma.

„*x*) (ET OMNE QUOD POENÆ PARS EST, UT „RERUM CURRUPTIO PER IRCENDIUM, AUT ALI„TER:) Jus vaſtandi res hoſtiles Jure naturæ licitum „eſſe ait, quatenus vaſtatio neceſſaria eſt ad juris re„parationem; quod examinabimus infra cap. IV.

„*y*) (INTRA JUSTUM SCILICET ET QUI PEC„CATO RESPONDEAT MODUM:) Adeoque juxta „proportionem delicti. *Vid. c.* 11. §. 2. *&* §. *5. n.* „*3. c.* 13. §. 1. *c.* 15. §. 1. quod iidem examinabimus „d. c. IV. Conſ. *Diſſert. prooem. IX. c. 3.* §. 18

„*a*) SED ET EX CAUSIS SUBNASCENTIBUS:) „Nam bello inchoato novæ injuriæ ſubnaſci ſo„lent & poſſunt: uti ſi hoſtis fidem datam, vel „alia jura inter hoſtes communia violat. *Vid. L.* 2. „*c.*1.§. 16. *l* 2. *c.* 21. §. 20. *L.* 3. *c.* 13. §. 3.

„*b*) (SICUT ET IN JUDICIIS POST LITEM „CONTESTATAM JUS SÆPE NOVUM PARTI PARI„TUR:) Si v. g. alter attentata committit &c.

„*c*) (SIVE SOCII:) qui alterius cauſam defendunt: „de quibus Vide *Diſſ. prooem. XII.* §.

„*d*) SIVE SUBDITI:) Vide *l.* 1. *c.* 5. *& l.* 2. *c.* 26.

„*e*) (IN EO QUOQUE JUS TUENDI ME MIHI „PORRIGUNT:) Hoc non eſt ex cauſa aliqua ſub„naſcente, ſed ex cauſa origionaria t Socii enim, „qui hoſti meo aſſiſtunt, ejus cauſam ſequuntur „& defendunt, adeoque illis quoque reſiſtere poſ„ſumus, noo ex cauſa aliqua ſubnaſcenti, ſed „quia tuentur cauſam principalem: Eadem ratio„ne ſubditus hoſtis mei vim inferre jure poſſum, „quia injuriam principis defendunt, ejusque ju„dicium ſequi, & cauſam principale defeodere te„nentur, adeoque ejus ſunt inſtrumentum.

„*f*) (QUI BELLO SE IMMISCENT QUOD IN„JUSTUM EST, OBLIGANT SE AD SUMTUS ET „DAMNA:) Sæpius diximus de cauſæ juſtitia non „quæri inter duas ſummas poteſtates: Idem quo„que dicendum de Sociis qui cauſæ illi accedunt. „Adeoque ex eventu ſaltem apparet cujus cauſa „juſta fuerit, & qui ad ſumtus & damna teneantur: „Interim utraque pars cum Sociis hoſtis agit ac ſi „juſtam cauſam haberet, & cujusque judicium va„let intra fines ſuæ Sociorumque civitatis.

„*g*) (PRÆSERTIM SI IPSI ID INJUSTUM ESSE „SCIRE POSSUNT ET DEBENT:) Uti ſi ſubditi „forte ad deliberationem adhibentur. *l.* 2. *c.* 26. „§ 2. At ibidem notavimus ſubditos ſemper „teneri ſequi judicium principis, in quem omne jus „ſuum contulerunt.

„*h*) (IPSI QUOQUE POENÆ MERITUM CON„TRAHUNT:) Imo etſi Socius ex ratione quam „juſtam credit accedat alieno bello, victo eo cu„jus jure bellum geritur Socius æque ad repara„tionem tenetur. Nam deciſio cauſæ, cum „alius judex non ſit, dependet ab eventu. Victus „ſemper injuria egiſſe, & victoris cauſa ab initio „juſta fuiſſe cenſetur, & ex judicio hominum cen„ſeri debet.

καταϑῶσιν ὑπο τῶν ἀναιτίων ἀλγύντων δῦναι δίκην; [i] *donec hi qui ſontes ſunt cogantur inſontibus malo affectis poenas dare.*

§. IV.

1. Obſervandum tertio, [a] ad jus agendi multa conſequi indirecte, & extra agentis propoſitum, ad quæ per ſe jus non eſſet. In ſui defenſione quomodo id locum habeat [b] explicavimus alibi. Sic ut noſtrum conſequamur, [c] ſi tantundem accipi non poteſt, [d] plus accipere nobis jus eſt, ſub obligatione tamen reſtituendi pretium ejus quod redundat. Sic navis piratis plena, aut domus latronibus tormentis peti poteſt, [e] etiamſi intra eandem navem aut domum ſint pauci infantes, mulieres, ant alioqui innocentes, quibus inde creetur periculum. *Nec reus eſt mortis alienæ*, inquit Auguſtinus, *qui ſuæ poſſeſſioni murum circumduxit*, [f] *ſi aliquis ex ipſorum uſu percuſſus intereat.*

Victor. dict. lib num. 37.

Ad Publ. epiſt. 154.

2. Sed ſicut [g] antehac monuimus ſæpe, [h] non ſemper ex omni parte licitum eſt quod [i] juri ſtricte ſumto congruit; [k] ſæpe enim proximi

„*i*) (DONEC QUI SONTES SUNT COGANTUR „&c.) i. e. donec injuria reparata ſit.

a) (GROT.) (AD JUS AGENDI MULTA CONSEQUI INDIRECTE, ET EXTRA AGENTIS PROPOSITUM:) Vide hac de re *Thomam* prima ſecundæ, quæſtione LXXIII. art. 8. *Molinam* tractatu ſecundo, diſputatione CXXI.

ADDITIO

„Sic v. g. civitate obſeſſa, etiam furioſi & infantes absque injuria interficiuntur; quia aliter jus „meum reparare non poſſum: Adeoque id ſe„quitur ex contagione & vicinia eorum quæ jus „agendi habeo. *Gron. h.*

„*b*) (EXPLICAVIMUS ALIBI:) *L. 2. c. 1. §. 4.* ubi „noſtram ſententiam expoſuimus.

„*c*) (SI TANTUNDEM ACCIPI NON POTEST:) „Dixit enim Auctor, ultra quantitatem debiti, vel „proportionem pœnæ, bello nihil peti poſſe. *Vid.* „*§ 2. n. 2.* & 3.

d)(PLUS ACCIPERE NOBIS JUS EST, SUB OBLIGATIONE TAMEN RESTITUENDI PRETIUM EJUS QUOD REDUNDAT:) Dixit enim Auctor jure naturæ bello non plus peti vel damnum fierri poſſe, quam datum eſt: Hinc concludit, ſi plus occupatum eſt, reſiduum precii reſtitui deberé:

Nos in infinitum res hoſtiles capi poſſe aſſerimus: Nam (1) nondum videtur recepta res, nec reparatum jus, quia bello pendente auferri iterum poſſunt. 2) Neque dici poteſt me tantundem recipiſſe: Rem enim meam tenui extra ſtatum belli, & cum pacis ſecuritate; nondum ergo tantundem recepi niſi rem in eodem ſtatu habeam: quod non fit niſi per ultimam victoriam, aut transactionem: priori enim caſu facultas reſiſtendi in perpetuum ſublata eſt, poſteriori caſu ex conſenſu hoſtis rem recipit, adeoque cum ſecuritate rem tenet:

ADDITIO

„Syſtema Authoris expoſuimus in *Diſſ. Proæm.* „*IX. §. 54. ſeq.*

„*e*) (ETIAMSI INTRA EANDEM NAVEM AUT „DOMUM SINT PAUCI INFANTES:) Quia aliter jus „meum reparare non poſſum, adeoque culpa eſt „eorum qui reſiſtunt. Conf. *l. 3. c. 4. §. 9.*

„*f*) (SI ALIQUIS EX IPSORUM USU PERCUSSUS „INTEREAT:) Nam alter ſuo jure utitur:

„*g*) (ANTE HAC MONUI:) Vide loca in *Diſſ.* „*Proæm. II. §. 11. ſeq.*

„*h*) (NON SEMPER EX OMNI PARTE LICITUM „EST &c.) Quia forte repugnat caritati, vel aliis „perfectionis regulis: exempla Grotii exhibui *dict.* „*Diſſ. II. §. 11. ſeq.*

„*i*) (JURE STRICTE SUMTO:) i. e. juri naturæ „naturæ ſociali. *Diſſ. proæm. I. §. 13.*

„*k*) (SÆPE ENIM PROXIMI CARITAS NON PER„MITTIT UT SUMMO JURE UTAMUR:) Ut rem „exemplo illuſtremus, repetendum eſt ex *l. 2. c. 1.* „*§. 4. n. 1.* Authorem ſtatuere innocentes, qui „fugam meam neceſſariam impediunt, obteri *jure* „*ſtricto* poſſe, quia multo apud me minor eſt ſo„cietatis reſpectus, quam propriæ ſalutis cura; at „*legem dilectionis*, quæ alterum nobis æquat, id „plane non permittere: quam opinionem examinavimus *ibidem.*

„*l*)

proximi caritas non permittet ut ſummo jure utamur. *l* Quare etiam quæ extra propoſitum accidunt, & accidere poſſe prævidentur, cavenda erunt, *m* niſi multo majus ſit bonum quo noſtra actio tendit, quam malum id quod metuitur, *n* aut niſi in pari bono & malo multo major ſit ſpes boni quam mali metus, quod prudentiæ arbitrandum relinquitur: ſed ita *o* ut ſemper in dubio ad eam partem quæ alteri magis quam ſibi conſulit, ut tutiorem, inclinandum ſit. *Sinite creſcere zizania*, inquit *p* optimus magiſter, *ne dum ea evellere vultis, evellatis & triticum.* *Multos occidere & indiſcretos*, inquit Seneca, *q incendii & ruinæ potentia eſt.* Docent nos hiſtoriæ quam ſeria pœnitentia, Ambroſio monente, talem *r* vindictæ immodeſtiam Theodoſius expiaverit. *Matth. 13. 28. 29 Vide Thom. 2. 2. q. 64. art. 2. L. 1. de Clem. c. 26.*

3. *s* Nec ſi quid Deus interdum facit tale, id nobis in exemplum trahendum eſt, *t* ob pleniſſimum illud dominii jus quod ille in nos habet, nobis vero alteri in alterum non conceſſit, *u* ut alibi notavimus. Et tamen ille ipſe Deus, hominum ſuo jure dominus, ob pauciſſimos bonos parcere ſolet quamvis magnæ malorum univerſitati, *v* & eo ſuam, qua judex eſt, æquitatem teſtatam facit, ut Abrahami cum Deo *w* colloquium de Sodomis aperte nos docet. Et *x* ex his quidem

„*l*) (QUARE ETIAM QUÆ EXTRA PROPOSITUM „ACCIDUNT CAVENDA ERUNT:) Dixit enim initio hujus §. nos jus agendi ad multa conſequi „indirecte, & extra agentis propoſitum, ad quæ „per ſe jus non eſſet: Hæc igitur pariter vitanda „eſſe ait, quia proximi caritas non permittit ut „ſummo jure utamur.

„*m*) (NISI MULTO MAJUS SIT BONUM QUO „NOSTRA ACTIO TENDIT:) In concurſu enim „perfectionum major gradus eligendus eſt: Sic „v. g. caritatem exigere putat, ut occidere ſe po„tius patiatur quam ut alium occidat, at excipit „caſum, ſi ſit perſona multis utilis. *Vid. l. 2. c. 1.* „§ 8. & *cap.* 24. §. 5.

„*n*) (AUT NISI PARI BONO ET MALO MULTO „MAJOR SIT SPES BONI QUAM MALI METUS:) „De qua regula vide *lib.* 2. *c.* 24. §. 5. *n.* 3. & 4.

„*o*) (UT IN DUBIO AD EAM PARTEM QUÆ AL„TERI MAGIS QUAM SIBI CONSULIT:) Quia lex „dilectionis alterum nobis æquat. Vid. *L. 2. c. 1.* „§. 8.

„*p*) (OPTIMUS MAGISTER:) *Matth.* 13. *v.* 30. „Bene Teſmarus in notis hic monet, per *zizania* „non intelligi malos homines, ſed malos chriſtia„nos: Neque ibi dicitur magis malo chriſtiano „quam ſibi conſulendum eſſe, ſed magiſter jubet „ut utrumque & Zizania & triticum creſcere „ſinant usque ad tempus meſſis.

„*q*) (INCENDII ET RUINÆ POTENTIA EST:) „Non laudabilis & bono viro affectanda, ſed quam „etiam habet incendium aut molis alicujus vel ædi„ficii caſus, quæ & ipſa multos ſine diſcrimine „noxiorum & inſontium abſumere aut obruere „poſſunt. *Gron. h.*

„*r*) (VINDICTÆ IMMODESTIAM:) Quod cum „Theſſalonicenſes ſeditionem moviſſent, immiſſo „milite ad ſeptem millia trucidaverat. A. C. 390. „*Gron. h. Add. Sozom. 6. 24. Theod. 5. 13. Aug.* „*de Civ. Dei 5. 26. Niceph. 12. 25.*

„*s*) (NEC SI QUID DEUS FACIT TALE:) Reſpi„cit Author ad excidium ſeptem populorum, quod „exemplum quidam allegare ſolent.

„*t*) (OB PLENISSIMUM ILLUD DOMINII JUS „QUOD ILLE IN NOS HABET:) Deus enim legem „quidem inter homines ſtatuit, ne in ſe invicem „graſſentur: At ſibi ipſi talem legem non dixit, „indeque tanquam Author vitæ & necis pro lubitu „de vita hominum diſponere poteſt, inprimis ſi „meritum accedit. *Vid. Diſſ. proœm. l. §. 60.*

„*u*) (UT ALIBI NOTAVIMUS:) *L. 1. c. 4.* §. 7. „*n.* 1. *L. 2. c.* 20. §. 4. *n.* 2. & *c.* 21. §. 14.

„*v*) (ET EO SUAM QUA JUDEX EST, ÆQUI„TATEM TESTATAM FACIT:) Unde concludit, ſi „Deus, qua judex eſt, parcet nocentibus propter „innocentes, nedum hominem in hominem id facere „debere.

„*w*) (COLLOQUIUM DE SODOMIS:) *Gen. c.* 18. „*v.* 24. *ſeq.*

„*x*) (EX HIS QUIDEM GENERALIBUS REGULIS „COGNOSCI POTEST QUANTUM IN HOSTEM LI„CEAT NATURALITER:) Syſtema Grotii expo„ſuimus in *Diſſert. proœm. IX. §. 54. & ſeq.* Sim„pli-

quidem generalibus regulis cognoſci poteſt quantum in hoſtem liceat naturaliter.

§. V.

1. Sed & quæſtio incidere ſolet, 4) quid liceat in eos qui hoſtes non ſunt, aut dici nolunt, ſed hoſtibus res aliquas ſubminiſtrant. Nam

„pliciſſimum hujus materiæ principium eſt: omnia „in bello licere ſine quibus jus noſtrum reparari „nequit: *Vid. Supr. §. 1. Propoſ. 2. & ſeq.*

4) (QUID LICEAT IN EOS QUI HOSTES NON SUNT, SED HOSTIBUS RES ALIQUAS SUBMINISTRANT:) Regula generalis eſt, quod hoſtis commercium pacati cum hoſte impedire nequeat: quia pacatus ille ſuo jure utitur dum alii vendit: &c. neque commerciorum jus, ob litem inter duas gentes ortam, tertio pacato auferri poteſt.

Excipe, ſi eo commercio hoſtis juvatur: tunc enim jure neceſſariæ defenſionis capi res illæ poſſunt:

ADDITIO.

„Hanc materiam expoſuit B. Parens in Diſp. „de commiſſis § 19. & prolixius in diſp. *de jure* „*belli in amicos* ubi § *4. & ſeq.* ita diſſerit. Cæ„terum etſi iſta haut quaquam diffitemur, acce„dit tamen ſæpe, ut in eos, in quos bellum de„cretum non eſt, (quos omnes hic voce amico„rum complectimur,) aliquando jura belli & ho„ſtium exerceri poſſint; idque non rupta modo, „ſed & ſalva pace, quorum exempla quædam, „pro diſputationis exercitio, paucis excutiemus.

„Neque vero hic ad ea jura reſpicimus, ad quæ „medii, vulgo neutrales, utrique parti tenentur. „Ea enim pacis jura ſunt, non belli, uti jus tran„ſitus, & commerciorum in genere. Neque ad „abuſus illos, qui in pacatos prætextu juris belli, „committi ſolent, & neceſſitate bellica leniuntur, „non excuſantur: ſed ad ea, quæ, etſi pace il„licita, tamen bello in pacatos jure gentium per„miſſa ſunt.

„Tale primum eſt, quod nonnunquam in eos „exerceri poteſt, qui commercia cum hoſte no„ſtro agunt. Id vero quale ſit, maximis inter „gentes & populos contentionibus, & adeo pro„babilibus utrinque rationibus diſceptatum fuit, „ut ipſum prope jus gentium collidere videatur. „Ab eorum enim parte, qui commercia exercent „cum hoſte, ratio manifeſta eſt: nam indubie „jure gentium domini res ſuas vendere, cui ve„lint, poſſunt. A parte vero eorum, qui com„mercia hæc ſibi noxia impediunt, ratio non mi„nus evidens eſt, nam cum cuique a natura ſe, „juraque ſua tueri conceſſum ſit, etiam ea con„ceſſa ſunt, ſine quibus tueri ea non poteſt, uti, „ſi non poſſit, niſi impediat cum hoſte commer„cia. Utrumque certi juris gentium eſt. Ita „in bello inter Regem Daniæ & Stenonem Svecum, „Lubecenſes commerciorum cum Svecis liberta„tem jure gentium receptam flagitabant, Danus „negabat, natumque inde bellum fuit. *Crantz. Van„dal. lib. 14. c. 29. Loccen. Hiſtor. Suec. lib. 15. ad* „*annum* 1502. *Joh. Meurs in Hiſtor. Dan. part 3.* „*lib 2. ad annum* 1503. Dani Judicium ſecutus „eſt Jacobus IV. Rex Scotiæ: Lubecenſium, Im„perator. *Meurs dict. loc.* Eadem contentio & alias „ſæpe fervuit, cujus rei exempla plurima refert „*Grot. de J. B. & P. lib. 3. c. 1. §. 5. in Annot.* „Nec in eo, quod nunc per Europam geritur „bello, in hac cauſa querelæ defuere.

„Equidem non eſt illa, quæ vulgo traditur, re„rum diſtincto, quarum aliæ uſum tantum habent in „bello, aliæ non niſi extra bellum. *Grot. d. c. 1. §. 5.* „Verum, quid in quaque ſpecie ſtatuendum ſit, „ambigitur.

„Plane ea quæ nullum in bello uſum habent, „ſed luxuriæ & voluptatis ſaltem inſtrumenta ſunt, „nec hoſtium inſtruunt vires, hoſtibus vendi, ne„mo quiſquam moleſte ferre poterit, eorumqua „cum hoſtibus commercium nulla cauſa eſt quæ „impediat, nam in his rebus altera illa ratio §. 6. „allegata, eorum nimirum, qui commercia ob „jus belli impediunt, tota ceſſat, eoque altera, „quæ dominis res ſuas vendendi poteſtatem defen„dit, vires integras retinet.

„De cæteris rebus, valde variant. Jure enim „communi earum commercium cum hoſte indi„ſtincte prohibitum eſt, & non tantum armorum, „aliorumque quæ non niſi in bello uſum habent, „ſed & frumenti, ſalis, & ſimilium: *l* 11. *princ.* ibi: „*ut ferrum, & frumentum, & ſales ff. de Publi„can. c.* 11. *X. de Judæis. c.* 1. *Extrav. commun.* „*eod. tit.*

„Alii vero hæc diſcernunt, & armorum quidem, „cæterorumqua bellicorum inſtrumentorum, qui„bus & eos ſubigendo ferra neceſſaria contine„tur, *d. l.* 11. *princ*: cum hoſtibus commercium „jure gentium interdictum cenſent, quæ res inde „contra bando, id eſt, interdicta dicuntur.

„Frumenti vero, cæterique commeatus defe„rendi poteſtatem non ita promiscue auferunt. „Et Grotius quidem *d.* §. 5. ita rem definit, ut „ſi quis v. gr. obſeſſa urbe, ſubvectione mercium „ſpem eventumque excitatum obſidentis fruſtrave„rit, cum ſcire id potuerit, teneatur ex culpa ad „reſtitutionem damni dati, uti, per quem factum „eſt ut debitor alicujus carcere effugit, ſi obſeſ„ſorum evidentiſſima ſit injuſtitia, etiam crimi„naliter; damno autem nondum dato, ad cautio„nem. Denique, ſi obſeſſor ipſe indigeat, etiam „capere eum merces poſſe, ait, & neceſſitatem „ei jus dare, ſed cum onere reſtitutionis.

„Etſi

„Etſi vero horum pleraque haut procul a vero
„abeant, tamen id perinde eſſe videtur, ut
„cum quis in vaſta ſylva, offendens plures & ob-
„verſas in omnes partes vias, eligit caſu eam
„quæ vera eſt, vel veræ proxima. Cæterum com-
„paratio illa domini res ſuas hoſti noſtro vendentis,
„& ejus qui debitorem e carcere dimitit, plane
„claudicat, ille enim ſuo jure utitur, hic non
„item: Neque convenit, quod illum neſcientem,
„ſed qui ſcire poſſit, & hunc ſcientem conſert.
„Sed nec mercatori recte tribuitur judicium de ju-
„ſtitia belli, nec juri gentium quadrat quod de
„criminali judicio affertur. Illa vero minime
„probari poteſt ſententia, quod neceſſitas jus fa-
„ciat, adeo, ut tempore neceſſitatis omnia iterum
„communia fiant, prout ſentit *Grot. l. 2. c. 2.* §. *6.*
„Denique non redditur cauſa differentiæ inter ar-
„ma & commeatum, quo æque ac armis hoſtis
„juvari videtur.

„Horum igitur, unde arceſſenda ſit deciſio,
„videamus. Scil. duabus regulis contrariis ma-
„xime res definienda erit, quarum prima eſt:
„Orto inter duos populos bello, non excludi jure
„gentium pacatos a libero cum hoſtibus com-
„mercio. Jure enim ſuo in res ſuas utuntur,
„in quas alteri nihil juris eſt, &, cum pax hoſti
„cum pacatis duret, pacis quoque jura, nimirum
„commercia, inter eosdem durare neceſſe eſt.
„Altera vero: Qui hoſti noſtro in bello aſſiſtit,
„eum hoſtis loco eſſe. Idem enim actus eſt ex
„quo injuria vel damnum nobis infertur, actus
„ſcil. tam aſſiſtentis, quam inferentis. Atque
„hac re maxime violari amicitiam, & hoſtem fieri
„ſi cum hoſtibus te conjungas, dicebat T. Quintius
„Dux Romanus. *Liv. lib. 34. c. 32. & lib. 32. c. 22.*

„Verum initio, primæ regulæ fines rite con-
„ſtituendi ſunt. Illa igitur reſtringi debet (1)
„ad commercia pacis, non belli, ſeu quæ pro-
„pria bellorum ſunt; uti durante bello arma mi-
„niſtrare, is enim actus excedit commercia pacis,
„eoque magis aſſiſtitur hoſti in bello, quam com-
„mercium pacis cum eo exercetur, quale
„intelligi non poteſt illud, quod bello-
rum proprium eſt, hoſti arma miniſtrare. (2) Com-
„mercia illa pacis non cum alterutro hoſtium ſolo,
„ſed cum utroque ita æqualiter exercenda ſunt, ut
„ne videatur alterum alteri præferre. Hoc ipſo
„enim definit eſſe medius, & unius partis judicium
„magis ſequi videtur, atque adeo in partibus jam
„eſſe, & bello ſe miſcere incipit.

„Hinc (I) is qui hoſti frumentum venale, vel
„alias commeatum ſubvehit, non ideo hoſtis ſta-
„tim loco erit, vel ad reparationem damni tibi
„tenebitur, & ſi forte ea cauſa ſit cur tu pulſus
„fueris, vel cum damno ceſſeris; vel, etſi interdi-
„xeris, modo tibi id pro eodem pretio, vel tan-
„tundem petenti non denegaverit. Nam alias ea-
„dem ratione dicendum eſſet, ſi tibi vendidiſſet fru-
„mentum, eaque cauſa fuiſſet cur hoſtis tuus
„victus ſit, jam huic eum teneri ad reparationem
„damni, cum utriusque hoſtis eadem ratio ſit.
„Igitur hoc ipſum potius eſt officium verum me-
„diorum & pacatorum, ne commerciorum con-
„ſuetudine alteri parti pro altera faveant. Ita
„cum Teji Claſſi Antiochi commeatum beni-
„gne præbuiſſent, & 500 vaſorum vini polliciti
„eſſent, Prætor Romanus in eos jus belli exercuit;
„verum, ſi ſuæ claſſi tantundem præſtarent, re-
„miſſurum ſe vim promiſit. *Liv. lib. 37. c. 27. &*
„*28.* ubi inquit: *Tejis purgantibus civitatem*
„*omnis facti dictique hoſtilis adverſus Romanos, &*
„*juviſſe eos commeatu claſſem hoſtium arguit,*
„(Dux Romanus) *& quantum vini Polyxenidæ*
„(Duci Antiochi) *promiſiſſent, quæ ſi eadem claſſi*
„*Romanæ darent, revocaturum ſe a populatione*
„*militem, ſin minus, pro hoſtibus eos habiturum,*

„Hinc (II.) ſi quis urbem obſeſſam, clauſosque
„portus teneat, & civis pacatorum obſeſſis fame la-
„borantibus frumentum venale invito hoſte in-
„ferre velit, jus belli in eum obtinebit; hoc facto
„enim non commercium exercet, ſed aſſiſtit hoſti,
„eumque periculo eximit. Nec poteſt quisquam ulla
„re magis hoſti ſe conjugere, quam ejus inediam
„commeatu ſublevando, eoque ab obſeſſione ipſum
„liberando.

„Hinc (III.) etſi hoſtile per ſe non ſit, ſi pa-
„catus frumentum hoſti tuo venum exhibeat, ſi
„tamen id faciat animo hoſtis ſublevandi, & ab
„imminente periculo liberandi, etſi juſto pretio
„vendat, tamen hoſtium loco erit, & jus belli in
„eum obtinebit, quia animo hoſtili non commer-
„cii exercendi, neque animo ſibi lucrandi, ſed
„tibi nocendi id facit. Quo fit, ut non facto ipſo
„tantum, ſed & ſtudiis ac animis hoſtium partes
„tueatur.

„Hinc (IV.) etſi ferrum & arma quoque com-
„mercio in pace commutari, modo non in Barba-
„ros, poſſint, cum nemini injuria tum fiat, ne-
„moque impedire id poſſit ubi nemo hoſtis eſt:
„nec tunc in bello aſſiſtere intelligatur ubi bel-
„lum non eſt; tamen, ſi durante bello id fiat, in-
„diſtincte jus belli in eum qui diſtrahit obtine-
„bit. Non minus enim ille hoſti aſſiſtit qui ar-
„ma & inſtrumenta bellica, quam qui militem,
„manum, copiasque auxiliares, etſi precio accepto,
„animoque lucrandi ſummittit: In ſumma enim
„belli nihil intereſt an quis hoſti tuo odio
„tui, an ſpe lucri aſſiſtat; nam & milites merce-
„narii hoſtium indubie pro hoſtibus nobis ſunt,
„& jus belli in eos valet, etſi mercede, & ſui lucri
„cauſa, non odio noſtri, operam hoſti noſtro lo-
„cent ſuam.

„Arma itaque & inſtrumenta bellica durante
„bello ſemper ſunt merces interdictæ, ſeu con-
„tra bando; Idque communi gentium conſenſu
„firmatum eſt & quanquam Grot. *ad d. §. 5. in*
„*Annot.* referat, Gallos commercia amicis ſuis
„cum hoſte permittere, & in eam rem edicta Gal-
„liæ plura alleget, iisdem tamen edictis excepta
„ſunt arma, & res bellicæ.

„Hinc (V) ſi quis hoſti, etſi indigenti maxime,
„pecuniæ ſummam credat qua ipſe arma milites-
„que comparat, nullum ideo erit in ipſum jus belli,
„cum ea quoque res liberi commercii, & pacis
„ſit, modo intra officium mediorum id fiat, *juxta*
„*§. 15,* At ſi hoſtem noſtrum, inopia pecuniæ in
„præſenti periculo jam conſtitutum, credita pecu-

Nam *b* & olim & nuper de ea re acriter certatum ſcimus, *c* cum alii belli rigorem, *d* alii commerciorum libertatem defenderent.

2. *e* Primum diſtinguendum inter res ipſas. Sunt enim quæ in bello tantum uſum habent, ut *f* arma: ſunt *g* quæ in bello nullum habent uſum, ut quæ voluptati inſerviunt: ſunt quæ & in bello & extra bellum uſum habent, ut pecuniæ, commeatus, *h* naves, & quæ navibus adſunt. *i* In primo genere verum eſt dictum Amalaſuinthæ ad Juſtinianum, *k* in hoſtium eſſe partibus qui ad bellum neceſſaria hoſti adminiſtrat. *l* Secundum genus querelam non habet. Sic *m* Seneca tyranno gratiam ſe relaturum ait, *n* ſi beneficium illi, neque vires majores daturum eſt ad exitium commune, neque confirmaturum quas habet, id autem eſt quod reddi illi ſine pernicie publica poſſit, quod explicans addit: *pecuniam quæ ſatellitem ſtipendio teneat non ſubminiſtrabo; niſi marmora & veſtes deſiderabit, nihil oberit cuiquam id quo luxuria ejus inſtruitur: militem & arma non ſuggeram. Si pro magno petet munere* *o* *artifices ſcenæ, & quæ feritatem ejus emolliant, libens offeram. Cui triremes &* *p* *æratas non*

Procop. 1. Gotth. c. 3.

De Benef. VII, 26.

mitterem

„nia inde liberet, vel animo alteri nocendi id faciat, obtinebit in eum jus belli. *d. §. 15.*

„Hinc (VI.) nihil committit amicus qui hoſti noſtro tranſitum permittit; cum nec jure gentium denegari innoxius tranſitus poſſit; verum ſi hoſti noſtro permittat, nobis neget, hoſtium partes ſequitur.

„*b*) (ET OLIM ET NUPER:) Exempla vidimus „*ſupra lit. a.* Adde *Demetr. l. 18. p. 767. ad an. 1597.*

„*c*) (CUM ALII BELLI RIGOREM:) Quo omnia „agere licet quibus hoſtium vires minuuntur. *Vid. §. 2.*

„*d*) (ALII COMMERCIORUM LIBERTATEM:) Quæ „natura cum omnibus hominibus competit. *Vid.* „*L. 2. c. 2. §* 13.

e) (PRIMUM DISTINGUENDUM INTER RES IPSAS:) Anthor tria mercium genera diſtinguit, (1) quæ tantum extra bellum, (2) quæ tantum in bello, (3) quæ utrobique uſum habent: ad *primum* refert ea quæ ſolius voluptatis cauſa deſiderantur. Ad *ſecundum* arma (quo leges Romanæ etiam referunt cos ferro acuendo. *leg. 10. publ. & vect.*) Ad *tertium* ea quæ ad uſum hominum communem omni tempore pertinent, ut aurum, argentum, frumentum, panni &c. *Primum* mercium genus pacatis licitum eſſe ait inferre: *alterum* maxime prohibitum eſſe. *Tertium* tunc prohiberi cum iis mercibus juvatur hoſtis. Uti ſi pacatus urbem fame laborantem ab inedia liberare velit, vel pecuniam, quæ urbi deficit, inferre cupiat.

Neque *obſtat* (1) hoc modo jus tranſitus impediri, quod tamen omnibus hominibus commune eſt. Reſp. Hoc verum eſt de tranſitu innoxio, qualis hic non eſt, ubi ad juvandum hoſtem tranſit.

Obſtat (2) Principem pacatum utriusque factum pro jure habere. Reſp. Hoc judicium valet in territorio pacati, non extra territorium, nam in factis extra territorium ſubeſt eorum judicio per quorum territorium merces transportat.

„*f*) (UT ARMA:) Quo etiam pertinent vaginæ gladiorum, prout judicatum eſt in Gallia: „Diſſentit *Petrus Bell. p. 9. n. 26.* & *Zuch. lib. 2.* „*c. 8. n. 8. & 9.* Rationem addunt, quia linum & „lana permittuntur, ex quibus veſtimenta conficiuntur. Quid armorum nomine veniat in genere traditur in *l. 41. l. 233. §. 2. V. S.*

„*g*) (QUÆ VOLUPTATI INSERVIUNT:) Hæc „enim non juvant hoſtem: *Vid. Quint. decl. 323.*

h) (Grot.) (NAVES ET QUÆ NAVIBUS ADSUNT:) Athenis ἀπόῤῥητα, id eſt, evehi vetita, lina, utres, lignum, cera, pix. Scholiaſtes ad *Ariſtophanis* nubes & equites. [In *Equit.* verſ. 282. In Scholiis ad Nubes nihil hac de re: ſed voluit dicere *Ranas*, verſ. 365. *J. B.*]

„*i*) (IN PRIMO GENERE:) In rebus quæ in bello „tantum uſum habent.

„*k*) (IN HOSTIUM ESSE PARTIBUS:) Quia aſſiſtit hoſti, & ſic meus fit hoſtis.

„*l*) (SECUNDUM GENUS QUERELAM NON HABET:) Ea enim quæ ſoli voluptati inſerviunt non „juvant hoſtem.

„*m*) (SENECA:) *De benef. l. 7. c. 20.*

n) (Grot.) (SI BENEFICIUM ILLI, NEQUE VIRES MAJORES DATURUM EST AD EXITIUM COMMUNE:) Vide *Parutam* libro VII.

„*o*) (ARTIFICES SCENÆ:) Hiſtriones, comœdos &c. *Gron. h.*

„*p*) (ÆRATAS:) Naves bellicas cum æreis roſtris. *Gron. h.*

„*q*) (LUSORIAS ET CUBICULATAS:) Voluptarias „& diſtinctas in lauta & luxorioſa cubicula. *Suet.* „*Jul. c. 52. Gron. h.*

„*r*)

mitterem, [q] luſorias, & cubiculatas, & [r] alia ludibria regum in mari laſcivientium mittam. Et Ambroſio judice, [s] largiri ei qui conſpiret adverſus patriam non eſt probabilis liberalitas. *Lib. 1. c. 30. de Off.*

3. [t] In tertio illo genere uſus ancipitis diſtinguendus erit belli ſtatus. Nam [u] ſi tueri me non poſſum niſi quæ mittuntur intercipiam, [v] neceſſitas, [w] ut alibi expoſuimus, jus dabit, ſed [x] ſub onere reſtitutionis, niſi cauſa alia accedat. Quod ſi juris mei exſecutionem rerum ſubvectio impedierit, idque ſcire potuerit qui advexit, ut ſi oppidum obſeſſum tenebam, ſi portus clauſos, & jam deditio aut pax exſpectabatur, [y] tenebitur ille mihi de damno culpa dato, [z] ut qui debitorem carceri exemit, [aa] aut fugam ejus in meam fraudem inſtruxit: [bb] & ad damni dati modum res quoque ejus capi, [cc] & dominium earum debiti conſequendi cauſa quæri poterit. Si damnum nondum dederit ſed dare voluerit, [dd] jus erit rerum retentione eum cogere ut de futuro caveat obſidibus, pignoribus, aut alio modo. Quod ſi præterea evidentiſſima ſit hoſtis mei in me injuſtitia, [ee] & ille eum in bello iniquiſſimo confirmet, jam [ff] non tantum civiliter tenebitur de damno, [gg] ſed & criminaliter, [hh] ut is qui judici imminenti reum manifeſtum eximit: atque eo nomine [ii] licebit

Cap. ita quorundam, 6. & c. ad liberandum. 17. De Judæis.

Silo in verbo reſtitutio, p. 3. §. 12.

„r) (ALIA LUDIBRIA REGUM:) Alias naves pro„digioſæ magnitudinis & luxurioſæ, quibus reges „inprimis Ægypti, inſanierunt. *Vid. Athenæ l. 5. „p. 203. Gron. h.*

„s) (LARGIRI EI QUI CONSPIRAT ADVERSUS „PATRIAM:) quia vires ejus augentur.

„t) (IN TERTIO GENERE:) Quæ tam in bello „quam extra illud uſum habere poſſunt.

„u) (SI TUERI ME NON POSSUM:) Rectius, ſi „vires hoſtis inde augentur.

„v) (NECESSITAS JUS DABIT:) Imo neceſſitas „nullum jus in res alienas tribuit: adeo, ut ſi per „merces illas hoſtis non juvatur, intercipere eas „non poſſim, licet iis indigeam: Econtrario, ſi „hoſtis vires inde augentur, capere eas poſſum „etſi ipſe iis non indigeam.

„w) (UT ALIBI EXPOSUIMUS:) *L. 2. c. 2. §. 6. „n. 2. l. 2. c. 6. §. 5. l. 2. c. 18. §. 4. n. 6.*

„x) (SUB ONERE RESTITUTIONIS:) Si ſcilicet „neceſſitas ceſſat. *Vid. l. 2. c. 2. §. 9.* Conf. *Su„pra §. 2. n. 2.*

„y) (TENEBITUR ILLE MIHI DE DAMNO CUL„PA DATO:) Pacatus ille fit hoſtis, vires enim „hoſtis mei auget, eoque impedit quo minus jus „meum reparetur: adeoque cauſam mei hoſtis ſe„quitur, eamque defendit; hinc omnia in eum li„cent quæ in hoſtem.

„z) (UT QUI DEBITOREM CARCERI EXIMIT:) „Hic jure Civili quoque ex culpa lata tenetur. „*L. 7. pr. l. 32. Depoſ.*

„aa) (AUT FUGAM EJUS IN MEAM FRAUDEM „INSTRUXIT:) Facto enim ejus damnum mihi „datur comparationes has claudicare probavit B. „Parens *præced. pag. 21. pr.*

„bb) (ET AD DAMNI DATI MODUM RES „QUOQUE EJUS CAPI:) Imo in infinitum res ejus „capi poſſunt, quia hoſtis fit.

„cc) (ET DOMINIUM EARUM DEBITI CONSEQUEN„DI CAUSA QUÆRI POTERIT:) Quia occupatio rerum hoſtilium eſt juſtus acquirendi dominii titulus.

„dd) (JUS ERIT RERUM RETENTIONE EUM CO„GERE:) Imo injuria nondum eſt data, jus ejus „læſum nondum eſt, adeoque fruſtra de repara„tione quæritur. *Vid. l. 2. c. 1. §. 2.* Secus ſi ani„mus nocendi in aliquem actum externum ſe ex„ſerat. *L. 2. c. 20. §. 18.*

„ee) (ET ILLE EUM IN BELLO INIQUISSIMO „CONFIRMET:) Scilicet ſuadendo & hortando ne „injuriam reparet.

„ff) (NON TANTUM CIVILITER TENEBITUR „DE DAMNO:) Hoc verum eſt ſi alter bellum a„liter continuaturus non fuiſſet. *L. 2. c. 17. §. 6. „ſeq. c. 21. §. 1. n. 2.*

„gg) (SED ET CRIMINALITER:) Ad effectum „reparandi injuriam, ita ut tantundem mali ei „infligere poſſit.

„hh) (UT IS QUI JUDICI IMMINENTI REUM „MANIFESTUM EXIMIT:) Uti ſi lictoribus reum „corripientibus reſiſtit, aut vi ſupplicio eximit. „*Gron. h.* hæc injuria, adeoque juſta belli cauſa eſt.

„ii) LICEBIT IN EUM STATUERE QUOD DE„LICTO CONVENIT SECUNDUM EA QUÆ DE POE„NIS DIXIMUS:) *d. l. 2. c. 17. §. 6. ſeq. & c. 21. „§. 1. n. 2.*

F 2 „kk)

bit in eum ſtatuere quod delicto convenit, ſecundum ea quæ de pœnis diximus; [kk] quare intra eum modum etiam ſpoliari poterit.

4. Et has ob cauſas ſolent a bellum gerentibus [ll] publicæ ſignificationes

„kk) QUARE INTRA EUM MODUM QUOQUE „SPOLIARI POTERIT:) i. e. tantum ei poterit eri„pi quantum ad pœnam ſufficit. *Gron. h.* Dixi jam „ſpoliari eum poſſe ut hoſtem, adeoque non ad „certam tantum quantitatem, ſed in infinitum.

4. *ll*) (Grot.) (PUBLICÆ SIGNIFICATIONES FIERI:) Vide exempla in bello communi contra Ægyptios, Saracenos, alioſque c. ult. *de Transactionibus.* c. ſignificavit. 11. *de Judæis.* c. copioſus, 1. Liber *Conſulatus maris* editus eſt lingua Italica, in quem relatæ ſunt conſtitutiones Imperatorum Græciæ, Alemaniæ, regum Francorum, Hiſpaniæ, Syriæ, Cypri, Balearium, Venetorum, Genuenſium, cujus libri titulo CCLXXIV. tractantur hujus generis controverſiæ, ac ſic definitur: ſi & navis & merces hoſtium ſint rem eſſe in aperto, fieri ea capientium: ſi vero navis ſit pacem colentium, merces autem hoſtium, cogi poſſe ab his qui bellum gerant navem ut merces eas in aliquem portum deferat qui ſit ſuarum partium, ita tamen ut vecturæ pretium nautæ ſolvatur. Si contra navis hoſtilis fuerit, merces vero aliorum, de nave tranſigendum: aut, ſi nolint vectores tranſigere, cogendos ut cum navi eant in portum aliquem partium capientis, & ut capienti ſolvant pretium quod pro navis uſu debebatur. Apud Hollandos anno CIↃ CCCCXXXVIII. cum bellum ipſis eſſet cum Lubeca aliiſque civitatibus ad mare Balticum & Albim ſitis, frequente Senatu judicatum eſt, etiam in hoſtium navibus repertas merces, quas aliorum eſſe conſtaret, in prædam non cedere; idque ibi pro lege deinceps habitum eſt. Sic & Daniæ rex ſenſit, cum anno CIↃ IↃXCVII. ad Hollandos eorumque fœderatos legationem mitteret, qua libertatem navigandi merceſque ferendi in Hiſpaniam, cum qua Hollandi bellum gerebant acerrimum, ſuis vindicabat. Apud Gallos libertas mercaturam exercendi pacatis populis, etiam apud eos qui Galliæ hoſtes eſſent, ſemper permiſſa; & quidem adeo indiſcrete, ut hoſtes ſæpe ſub alienis nominibus res ſuas occultarent; ut apparet ex edicto anno CIↃ IↃ XLIII. capite XLII. quod tralatum eſt in edictum anni CIↃ IↃ LXXXIV, & ſequentia. Iis edictis diſerte cavetur, ut Gallorum amicis liceat belli tempore exercere mercaturam, dummodo ſuis navibus, ſuoſque per homines, naveſque ac merces, quocumque viſum ipſis eſſet perducere, dum ne merces eæ ſint belli inſtrumenta, quibus res hoſtium fovere velint: quod ſi fiat, permittitur Gallis talia belli inſtrumenta ſibi ſumere, perſoluto æquo pretio. Hic duo notanda, his legibus nec belli inſtrumenta in prædam ceſſiſſe, multo magis ab eo periculo abfuiſſe merces innoxias. Non negem aliud jus uſurpaſſe interdum ſeptentrionis gentes, ſed varie, ex uſu magis temporum quam ex æquitate perpetua. Nam cum Angli bellorum ſuorum obtentu Danorum commercia impediſſent, natum inde jam olim bellum inter eas gentes, eo exitu ut Dani Anglis tributum imponerent, cui, Danico denario nomen, cui, mutata quamvis cauſa, nomen manſit adusque tempora Guilielmi ejus qui ſtirpem nunc regnantem in Anglia fundavit, ut notavit vir magnæ fidei *Thuanus* in hiſtoria anni CIↃ IↃ LXXXIX. Rurſum ab Eliſabetha, ſapientiſſima Angliæ regina, miſſi anno CIↃ IↃ LXXV. ad Batavos Wilhelmus Winterus ex ordine equeſtri, & Robertus Bealus regio conſilio ab epiſtolis, qui oſtenderent ferre Anglos non poſſe, quod Batavi, in ipſo æſtu belli in Hiſpanos, naves anglorum ad Hiſpanicos portus vectas detentaſſent. Narrat *Reidanus* in hiſtoria Batavica (pag. 17. *Verſ. Latin. D. Voſſ.*) anno CIↃ IↃ LXXV. & Britannus *Camdenus* anno ſequente (pag. 273. *Ed. Elzevir*) Cum vero Angli, & ipſi Hiſpanis hoſtes facti, Germaniæ civitatibus jus in Hiſpaniam navigandi turbarent, quam id non certo jure fecerint, apparet ex ſcriptis adverſariis gentis utriuſque, dignis lectu ad noſcendam hanc controverſiam. Et notandum, Anglos in ſuis ſcriptis ipſos id agnoſcere, cum duo maxime pro ſua afferunt cauſa, & belli inſtrumenta fuiſſe quæ a Germanis in Hiſpaniam deferebantur, & pactiones veteres intercedere quo minus id fieri liceret: quales poſtea pactiones & Hollandi ſociique eorum cum Lubecenſibus ſociiſque eorum fecere anno CIↃ IↃC XIII, ne aut hi aut illi hoſtium ſubditos intra ſuos fines mercari permitterent, aut hoſtes pecunia, milite, navibus, victu juvarent: & poſterius, anno ſcilicet CIↃ IↃC XXVII. inter Sueciæ Daniæque reges convenit, ut Danus impediret omnem mercatum cum Dantiſcanis Suedi hoſtibus, ſed nec ad alios Suedi hoſtes merces ullas per fretum Cimbricum ire ſineret, pro quo rex Daniæ alia ſibi viciſſim commoda ſtipulatus eſt: ſed hæc ſunt pacta ſpecialia ex quibus nihil inferri poteſt quod omnes obliget. Nam & illud in ſcriptis ſuis dixere Germani, non omnes pactis merces prohiberi, ſed eas quæ in Angliam ſemel importatæ aut in Anglia comparatæ eſſent. Neque vero ſoli Germani Anglis cum hoſte ſuo commercia vetantibus contradixere: etiam Polonia miſſo legato conqueſta eſt jus gentium imminui quando ob Anglicum cum Hiſpania bellum ipſis cum Hiſpanis commercia agitandi libertas adimeretur, ut in anno CIↃ IↃXCVII narrant memorati jam nobis *Camdenus* & *Reidanus*. (Camden. *pag.* 692. & ſeq. *Reid.* pag. 372, *& ſeq.*) Galli vero poſt pacem Vervinianam cum Hiſpano factam, Eliſabetha Angliæ regina in bello perſtante, rogati ab Anglis ut naves Gallicas in Hiſpaniam euntes excutere liceret, ne quis ſub ea bellicus paratus occultaretur, concedere ne hoc quidem voluere, dicentes obtentum rapinis & commerciis turbandis quæri. Et eo fœdere quod Angli cum Hollandis eorumque

ſociis

ficationes fieri ad alios populos, tum ut de jure cauſæ, tum etiam *mm* ut de ſpe probabili juris exequendi appareat.

5. *nn* Hanc autem quæſtionem *oo* ad jus naturæ ideo retulimus, quia *pp* ex hiſtoriis nihil comperire potuimus ea de re jure voluntario gentium eſſe conſtitutum. Romanos qui Carthaginenſium hoſtibus commeatus attulerant, *qq* ipſi Carthaginenſes aliquando ceperunt: *Polyb. 1. c. 83.* eoſdem iidem Carthaginenſes repetentibus Romanis reddiderunt. Demetrius cum Atticam teneret exercitu, jamque vicina oppida Eleuſina & Rhamnuntem cepiſſet, Athenis famem facturus, *Plut. Demet. pag. 904. E.* navis frumentum inferre parantis *rr* & magiſtrum & gubernato-

ociis anno cIↃ IↃc xxv pepigere, id quidem convenit, ut rogarentur ceteræ gentes, quarum intererat magnitudinem Hiſpanicam iofringi, ut & ipſæ vetareut cum Hiſpanis commercia, ſed, ſi ultro id noo facerent, placoit inſpici oaves num quid bellici inſtrumenti ferent, ſed ultra neque naves, neque merces retentari, aut quicquam pacatis noceri eo nomine. Atque evenit eodem anno ut Hamburgenſes quidam in Hiſpaniam irent, nave maxima ex parte oouſta apparatu bellico, qui ipſe quidem apparatus ab Anglis vindicatus eſt, ſed cæterarum mercium perſolutum eſt pretium. Galli autem, cum ab Anglis naves Gallicæ in Hiſpaniam euntes in fiſcum raperentur, oſtenderunt pati ſe id nolle. Bene ergo dictum a nobis, ſignificationes publicas requiri, quod & Angli ipſi ita ſenſere; a quibus factæ ſignificationis talis exemplum eſt apud *Camdenum* circa annum cIↃ IↃ xci & cIↃ Ic xcviii. Neque vero talibus ſignificationibus ſemper paritum, ſed diſtincta tempora, cauſæ, loca. Anno enim cIↃ cccc lviii. Lubeceoſis civitas ſignificationis a Dantiſcanis ſibi factæ, ne cum Malmogenſibus & Memelenſibus Dantiſci hoſtibus mercaturam exerceret, parendum oon cenſuit. Neque magis paruere Hollandi anno cIↃ IↃ LI. cum Lubecenſes ipſis denunciarent, ut a Danorum, quos ipſi hoſtes tum habebant, commercio abſtineretur. Anno vero cIↃ Ic xxii, quo tempore inter Suedos Danoſque bellabatur, cum Danus Anſiaticas civitates rogaſſet ne cum Suedis commercia haberent, quædam civitates amicitia ipſius indigentes morem geſſere, aliæ non item. Hollandi, bello ardente inter Suediam & Poloniæ regem, nunquam paſſi ſunt ſibi aut hujus aut illius gentis commercio interdici. Gallis autem ſemper reddidere naves quas ab Hiſpania revertentes, aut in Hiſpaniam, ipſis tuoc hoſtilem, euntes Hollandicæ naves interceperant. Vide *Ludovici Servini* advocati quoodam regii orationem habitam anno cIↃ IↃ xcii in cauſa Hamburgenſium. Verum iidem Batavi Dunquercani, ab Anglis merces inferri non ſiveruot: quomodo Daotiſcani anoo cIↃ cccc lv. Batavis denuntiarunt, nequid in urbem Regiomontanam inferrent, narraote *Gaſpare Schutzio* in hiſtoria Pruſſica. Adde *Cabe-*

Pars III.

tum deciſione xliii, num. 2. & *Seraphinum de Freitas* in libro de juſto imperio Luſitanorum Aſiatico, ubi complures adducit alios.

ADDITIO.

„Dixi, judicium an bellum juſtum ſit an non, „eſſe ſolius Principis bellum gereotis: At plerum„que ſcriptis exponi ſolet cauſa belli: tum ut *ſub„ditis* cooſtet ooo niſi ex oeceſſitate ſumma bel„lum geri, tum ut *ſocii* de juſtitia cauſæ certio„res, eoque ad ferendum auxilia celeriores reddan„tur, tum denique ut *medii* a mittendis hoſti ſubſi„diis deterreantur. Nemo enim iis facile ſe ad„jungit, qui jus, fas, fidem &c. vilia putant. „*Vid. Grot. §. 27. in proleg.*

„*mm*) (UT DE SPE PROBABILI:) Quia plerumque „victoria cauſæ juſtitiam ſequi ſolet. *d. §. 27.*

„*nn*) (HANC AUTEM QUÆSTIONEM:) An ſci„licet pacati cum hoſte meo commercia habere „poſſiot.

„*oo*) (AD JUS NATURÆ:) Intelligit jus ſociale „ſeu ſtricte ſic dictum.

pp) (Grot.) (NIHIL COMPERIRE POTUIMUS EA DE RE JURE VOLUNTARIO GENTIUM ESSE CONSTITUTUM:) Multa hujus quæſtionis habet vir doctiſſimus *Johannes Meurſius* in hiſtoria Danica libro I. & II. Ubi videbis Lubecenſes & Imperatorem eſſe pro commerciis, contra ea Danos. Vide & *Crantzium* Vandalicorum libro xiv. (Cap. 29.) *Thuanum* io dicto anno cIↃ IↃ lxxxix. libro hiſtoriarum xcvi. *Camdenum*, præter jam dicta loca, in anno cIↃ Ic lxxxix, & cIc IↃ xcv. Ubi illa inter Anglos & Germanos, quos Aoſiaticos vocant, controverſia tractatur.

ADDITIO.

„Ex hypotheſi Authoris jus gentium volun„tarium præcipue probatur ex hiſtoria. *Vid. „proleg. §. 46. & l. 1. c. 1. §. 14.* Nos tale jus Gen„tium oon dari probavimus *ibidem.*

„*qq*) (IPSI CARTHAGINENSES ALIQUANDO CE„PERUNT:) *Polib. L. 1. c. 83.*

rr) (Grot.) (ET MAGISTRUM ET GUBERNATO-

G

torem ſuſpendit, atque eo modo deterritis cæteris potitus urbe eſt.

§. VI.

1. Modum agendi quod attinet, [a] vis ac terror maxime propria bellorum. [b] An & dolis uti liceat quæri ſolet. Nam Homerus quidem dixit hoſti nocendum:

> Ἠ' δόλῳ, ἠὲ βίῃ, ἢ ἀμφαδὸν ἠὲ κρυφηδόν.
> *Sive dolo, ſeu vi manifeſta, clamve, palamve.*

Et Pindari eſt:

> Χρὴ δὲ πᾶν ἔρ ———
> δοντ' ἀμαυρῶσαι τὸν ἐχθρόν
> *Quidvis agendo ſcilicet hoſtica*
> *Delenda vis eſt.*

Apud [c] Virgilium quoque dictum illud,

> *Dolus an virtus quis in hoſte requirat?*

[d] ſequitur ipſe,

> *Ripheus juſtiſſimus unus*
> *Qui fuit in Teucris & ſervantiſſimus æqui.*

Plutarch. in Sol p.82 Et legitur hoc ipſum imitatus ſapientiæ nomine nobiliſſimus Solon. Silius in rebus Fabii Maximi:

Lib 15. verſ 327

> *Exin virtuti placuit dolus.*

2. Apud Homerum [e] Ulyſſes, viri ſapientis exemplum, plenus ubique fraudium in hoſtem: unde Lucianus regulam elicit, laude di-

Luc. Philop. pag. 326.327. Ed Amſt.

TOREM SUSPENDIT:) Non multum diſſimile eſt quod de Pompejo narrat Plutarchus in Mithridatici belli hiſtoria: ἐπέστησε φύλακας τῶν νεῶν ἐπὶ τοὺς πλέοντας εἰς Βόσφορον ἐμπόρους καὶ θάνατος ἦν ἡ ζημία τοῖς ἁλισκομένοις: *cuſtodes impoſuit Bosphoro, qui obſervarent ſi qui mercatorum in Boſphorum navigarent. deprehenſis pœna mors.* (Pag. 639. E.)

ADDITIO.

„Exempla Similia vide apud *Greg. Leti in Philippo II. p. 1 l 3, Thuan. l. 15. p. 305. Teſm. h. §.*

„a) (VIS AC TERROR MAXIME PROPRIA BELLORUM:) Sequitur id ex definitione belli, quod „eſt certatio per vim: *Vid. L. 1. c. 1. § 2. n. 1.*

b) (AN ET DOLIS UTI LICEAT QUÆRI SOLET:) Si reparari jus noſtrum poteſt ſine vi, tum arma licita non ſunt: Vis enim tunc demum adhiberi debet cum neceſſaria eſt, i. e. cum unicum eſt medium conſervandi juris. Secus igitur ſi dolo aliisque artibus id obtineri poteſt: Dolus igitur omnino licitus eſt, idque argumento a majori ſumto probatur; Si enim vi uti licitum eſt, quæ conjuncta cum cædibus eſſe ſolet, multo magis dolus permiſſus cenſeri debet, ubi nulla cædes intervenit.

Neque videri debet *dolum* inferre delictum; nam *dolus* eſt vox mediæ ſignificationis, ac etiam bonus eſſe poteſt. *Struv. Ex. 8 th. 23. Laut pag. 78.* Hinc JCti Romani quando dolum in malam partem ſumunt, addere ſolent malum.

ADDITIO.

„Mentem Grotii, obſcuram ſatis, expoſuimus „in *Diſſ. proœm. IX.* §. 57. Veram ſententiam B. „Parens propoſuit *infra* §. 10. Eamque prolixius „explicavit in diſputatione *de armis illicitis*, quam, „quatenus ad hanc materiam facit, retulimus ſu„pra §. 1. *Prop. IV.*

„c) (VIRGILIUM:) *1. Æneid. 390.*

„d) (SEQUITUR IPSE RIPHEUS:) Vir juſtitiæ „amantiſſimus, non ſecuturus ſi quidem id inju„ſtum eſſe putaſſet. *Gron. h.*

„e) (ULYSSES &c. PLENUS UBIQUE FRAUDIUM „IN HOSTEM:) Diximus ſupra, in ficto illo de armis „Achillis certamine Ulyſſi palmam delatam fu„iſſe.

„f) (XENOPHON:) *De Cyri inſt. l. 1. p. m. 35.*

g)

dignos qui hoſtem fallunt. Nihil utilius in bello dolis *f* Xenophon dixit, & Braſidas apud Thucydidem præclaram imprimis laudem eſſe ex *g* belli furtis: & apud Plutarchum Ageſilaus hoſtes decipere & juſtum & licitum eſſe. Polybius, quæ vi fiunt in bello minoris cenſenda, quam quæ ex occaſione & dolo: & ex eo Silius Corvinum ſic inducit loquentem:

De Cyr. inſt 1 5. *& de re equeſtri, c.* 5. *n.* 9 *L.* 5. *c.* 9. *Plut. apopb. pag* 209. *Polyb. l. XI. c.* 31.

b *Bellandum eſt aſtu: levior laus in duce dextra.*

Atque ita cenſuiſſe ipſos illos ſervos Laconas notat Plutarchus, ac majorem etiam victimam ab eo immolatam qui dolo, quam qui aperto Marte rem confeciſſet. Idem *i* Lyſandrum magni facit ἀπάταις τὰ πολλὰ διαποικίλλοντα τῦ πολέμυ, *pleraque belli dolis variantem.* Et in Philopœmenis laudibus ponit, quod Cretenſium diſciplina inſtitutus ſimplicem illum ac generoſum bellandi morem dolis ac furtis miſcuiſſet. *k* Ammiani eſt: *Nullo diſcrimine virtutis ac doli, proſperos omnes laudari debere bellorum eventus.*

Lib 5. *v.* 100. *Vit. Marcell. pag* 311. *B* *Vit. Lyſ p.* 437. *A* *Pag.* 363 *E.* *Lib.* 17. *c.* 5.

3. Juriconſulti Romani *l* bonum dolum vocant, ſi adverſus hoſtem quis machinaretur: *m* & alibi, nihil intereſſe vi quis an fallacia poteſtatem hoſtium evaſerit; *n* δόλος ᾗ Φεκτὸς, οἷα ςρατιωτικὸς notat ad Iliados O Euſtathius. Inter Theologos Auguſtinus: *Cum juſtum bellum ſuſcipitur, vi aperta pugnet quis aut ex inſidiis nihil ad juſtitiam intereſt.* Et Chryſoſtomus, maxime laudari Imperatores qui fraude victoriam quæſiiſſent.

L. 1. §. 3. *D. de dolo malo. L. nihil.* 26. *D de captivis Quæſt.* 10 *ſuper Joſue. Cauſ.* 23. *Qu.* 2. *C.* 2

4. Sed *o* nec deſunt ſententiæ quæ ſuadere videntur partem contrariam, *p* quarum nonnullas infra adferemus. *q* Quæſtionis hu-

Lib. 1. *De Sacerdotio Tom. VI. p.* 6.

g) (Grot.) (BELLI FURTIS:) Ita & *Virgilius* loquitur Æneidos XI. (*verſ.* 515.) & Salluſtius, quem citat Servius.. [Vide *Nonium Marcellum*, voce *Furtum*, pag. 310. *Edit. Mercer.*]

b) (Grot.) (BELLANDUM EST ASTU:) Muhammedis dictum ſimile: *elbarbu Hudiatum, id eſt, pugna fraudem requirunt.* Apud Virgilium in comitatu Martis, (*Æn.* XII. 336.)

Iraque inſidiæque.

Ubi Servius: *non tantum virtute, ſed inſidiis comitatum ſe oſtendit.*

i) (Grot.)(LYSANDRUM:) Ei Sullam comparat *Plutarchus*, in cujus animo leonem eſſe & vulpem dicebat. (*pag.* 469. F.)

„k) (AMMIANI:) *Lib.* 17. *c.* 10. in epiſtola ſaporis regis Perſarum ad Imperatorem Conſtantium. *Tesm. h.*

„*l*) (BONUM DOLUM:) Dictum enim eſt „dolum eſſe vocem mediæ ſignificationis.

„*m*) (ET ALIBI:) *Lib.* 26. *ff. de capt. & poſtl.*

„*n*) (Δόλος &c.) Dolus non vituperandus, quippe bellicus. *Gronov. h. Quintil. decl.* 282. ait: „*bella quoque inſidias habent.*

„*o*) (NEC DESUNT SENTENTIÆ &c.) Rationes „quæ pro contraria ſententia militant refutavimus „initio h. §.

„*p*) (QUARUM NON NULLAS INFRA ADFEREMUS:) *Vid.* §. 20. Darius fiducia virium nihil „aſtu agere voluit, affirmans ſuis, occulta conſilia „furivæ victoriæ convenire. *Curt.* 4. 13. & *l.* 11. „*c.* 6 idem de Alexandro teſtatur *Arrianus* 3. *p.* „*m.* 176. *Juſtin. l.* 9. *c.* 8. Idem traditur de Hercule „apud *Sen. in Oetao v.* 1515, & *Sophoclem in Philoct. p.* 88. de Romanis veteribus vide *Liv. lib.* 42. „47. de Athenienſibus *Thucyd. l.* 2. *c.* 8. de Helvetis *Cæſarem de B. G. l.* 1. *c.* 13. de Parthis „*Ammian. Marc. l.* 17. *c.* 10. de Achæis vide *Polyb. l.* 13. *c.* 11. Conf. *Lipſ. l.* 5. *pol.* 17. *& Tesm.* „*h. & ad* §. 20. Exempla ſtratagematum tum Romanorum tum Græcorum collegere Frontinus „& Polyænus: Cæſar ait non minus imperatoris „eſſe conſilio ſuperare quam gladio, *de bell. civ.* „*l.* 1. *c.* 15. Sed & nuperis bellis fraude ſæpius „actum legimus. *Vid. Meter. l.* 1. *p.* 27.

„*q*) (QUÆSTIONIS HUJUS DEFINITIO PENDET „EX EO &c) Dictum jam eſt omnem dolum li-

„citum

hujus definitio pendet ex eo,[r] an dolus in genere ſit ſemper malorum, in quibus locum habet,[s] non eſſe faciendum malum ut eveniat bonum; an ex iis quæ vitium non habent univerſaliter ex ſuapte natura,[t] ſed quibus accidere etiam poteſt ut bona ſint.

§. VII.

Notandum igitur,[a] dolum alium conſiſtere in actu negativo,[b] alium in actu poſitivo. Doli vocem[c] etiam ad ea quæ in negativo actu conſiſtunt extendo,[d] Labeone auctore qui ad dolum ſed non malum refert, ubi quis per diſſimulationem tuetur ſua vel aliena. Hauddubie[e] crude nimis a Cicerone dictum eſt: *ex omni vita ſimulationem diſſimulationemque tollendam.* Nam cum nec quæ ſcias, nec quæ velis[f] omnia aperire aliis tenearis, ſequitur ut diſſimulare quædam apud quoſdam, id eſt tegere & occultare fas ſit. *Licet* inquit[g] Auguſtinus, *veritatem occultare prudenter ſua aliquâ diſſimulatione.* Et[h] neceſſariam hanc omnino atque inevitabilem, his præſertim quibus reſpublica commiſſa eſt, non uno loco fatetur ipſe Cicero. Exemplum ad hanc rem inſigne præbet[i] Jeremiæ hiſtoria Capite XXXVIII. Is enim Propheta a rege interrogatus de obſidionis eventu, apud proceres, regis poſtulatu, hoc ipſum prudenter occultat,[k] aliam interim cauſam, nec falſam tamen, colloquii adferens. Et huc quoque referri poteſt quod[l] Abrahamus Saram ſororem,[m] id eſt

L. 1 §. dolum malum. D de dolo malo. *De Off. 3. c. 15.* *Lib. contra mend. c. 10. Th. 2, 2. q 40. art. 3. Silv. in verbo bell. p. 1. n. 9.* *Or. pro Mil. c. 24. & l. 10 ep. 8. & pro Cn Plancio, c. 6.* *Gen. 20. Th. 2, 2. q. 110. art. 3. in reſp.*

„eitum eſſe; imo præferendum eſſe vi, utpote „medio tunc non neceſſario.

„r) (AN DOLUS IN GENERE SIT SEMPER &c) „Quæ quocunque loco, modo, tempore fiant, „vitioſa ſunt, uti quibus fides violatur. *Gron. h.*

„s) (NON ESSE FACIENDUM MALUM:) *Pachy-„merius Hiſt. l. 4. Cavendum ne malo malicu-„res.*

„t) (SED QUIBUS ACCIDERE ETIAM POTEST „UT BONA SINT:) Quod recte affirmat Author: „Diximus enim vocem doli eſſe mediæ ſignifica-„tionis: Ipſi JCti Romanis diſtinguunt inter do-„lum bonum & malum: *Add. Gell. l. 12. c. 9.*

„a) (DOLUM ALIUM CONSISTERE IN ACTU „NEGATIVO:) Quo nihil dicit vel facit quod con-„trariatur facto vel dicto præcedenti, ſed diſſi-„mulat.

„b) (ALIUM IN ACTU POSITIVO:) Quo quid „facit vel dicit contra ea quæ ante dicta vel facta „ſunt.

„c) (ETIAM AD EA QUÆ IN NEGATIVO ACTU „CONSISTUNT EXTENDO:) Adeoque diſſimulatio „quoque dolus eſt.

„d) (LABEONE AUCTORE:) *L. 1. §. 2. ff. de „dol. mal.*

„e) (CRUDE NIMIS A CICERONE:) *L. 3. de off. „c. 15.* Loquitur Cicero de vita perfectiori, in „quo convenit ei cum Servatore, qui docet, *ſer-„mo veſter ſit ita ita, non non.*

„f) (OMNIA APERIRE ALIIS TENEARIS:) Alii „enim jus in me nullum competit, adeoque non „obligatus ſum ad aperiendum alteri id quod de „re illa cognitum mihi eſt.

g) (Grot.) (AUGUSTINUS:) Et in V. Pſalmum verſiculo: *perdes omnes. Aliud eſt mentiri, aliud eſt verum occultare.* Citatur *cauſa* XXII, *quæſt.* II. c. 14.

h) (Grot.) (NECESSARIAM HANC OMNINO ATQUE INEVITABILEM:) Vide *Chryſoſtomum* primo de Sacerdotio. (§. 63, *Ed. ſeq. & Bengel.*)

„i) (JEREMIÆ:) *Cap. 38. v. 24.*

„k) (ALIAM INTERIM CAUSAM NEC FALSAM „TAMEN:) Dixit enim ſe proſtraviſſe preces co-„ram rege ne eum reduci juberet in domum Jo-„nathan & ibi moreretur. *d. c. 38. v. 26.*

l) (Grot.) (ABRAHAMUS:) *Veritatem voluit celari, non mendacium dici.* *Auguſtinus* quæſtione XXVII. in Geneſin, relatus a Gratiano dicta cauſa XXII, quæſtione II. c. 22.

„m) (ID EST EX USITATO TUM LOQUENDI „MORE:) De quo vide ſupra *l. 2. c. 5. §. 13. & 14.* „*in not.*

„n) (MATRIMONIUM DISSIMULANS:) Idem imi-„tatur Iſacus *Gen. 26. v. 7.* Conf. Auguſtini verba „*in c. 22. q. 2. c. 21. & 22.*

„in

eſt ex uſitato tum loquendi more propinquam conſanguineam, vocat, ª matrimonium diſſimulans.

§. VIII.

1. Do-

a) (AD §. VIII.) Authòr differentiam inter ſimulationem & mendacium hic explicat, illamque permittit, non autem mendacium. Cum tamen utrobique eadem ſit ratio.

ADDITIO.

,,Quomodo *diſſimulatio*, de qua §. præcedenti
,,egit Author, differat a *ſimulatione*, hæc vero a
,,*mendacio*, docet B. Parens in Diſputatione de Si-
,,mulatione *§. 1. usque ad §. 14.* Verba hæc ſunt:

,,Arduum explicatu eſt, ſimulationum & diſſi-
,,mulationum abdita evolvere, & humanarum quaſi
,,mentium ſinus ac latebras ſcrutari. Et quan-
,,quam a plurimis tentata atque tractata res fue-
,,rit, apparebit tamen vel ex paucis his theſibus,
,,num ſuperſint quæ tractari mereantur.

,,SIMULATIO in genere eſt actus ratione utentis
,,quo aliud agit, aliud videtur agere. *l. 1. §. 4. ff.*
,,*d. dol. mal.* Cic. *lib. 2. acad. quæſt. §. 15.*

,,Id quod agitur (cum ſtrictius loquimur)
,,diſſimulationis, quod agi videtur, ſimulatio-
,,nis verbo exprimimus; & ſimulamus id
,,quod credi volumus, *l. ult. pr. C. Mand.*
,,*l. 37. C. d. liber. cauſ.* diſſimulamus quod
,,tegi. *l. 1. C. qui ad lib. procl.* Ita apud Virg.
,,*ſpem vultu ſimulat.* id eſt fingit; at contra, *con-*
,,*ſilium vultu tegit*, id eſt diſſimulat. Unde *ſpem*
,,*vultu ſimulat*, qui nullam habet, *diſſimulat*, qui
,,habet. Eademque plane ſunt, *ſtultitiam ſimu-*
,,*lare*, ſeu *diſſimulare prudentiam.* Et utrumque,
,,ſeu *diſſimulabo* ſeu *ſimulabo, quaſi eos non videam,*
,,pari ſenſu dicitur, ſed non pariter: Prior vox
,,exprimit actum, quo vidi & ſenſi; altera, quo
,,præterii, quaſi non viderem.

,,Actus itaque *diſſimulationis*, (ſeu id quod agi-
,,tur) verus eſt & non apparet; actus *ſimulationis*,
,,(ſeu quod quis agere videtur) apparet & falſus
,,eſt: ut ſi partes ſimulent emtionem factam, quæ
,,facta non eſt, nihil emtum eſſe verum eſt, nec
,,apparet; emtio apparens & falſa eſt.

,,In pactis tamen aliisque quæ conſenſu & ani-
,,mi deſtinatione fiunt, nonnunquam contra vide-
,,tur. Nam ſi quis pactum ineat, & ſecum cogi-
,,tet, animoque reſervet, tamen pro vero habe-
,,tur; quod mente retentum & non apparet, pro
,,falſo. Sed id ideo, quia nihil valet nulliusque
,,omnino momenti eſt, quod ſola mente reſerva-
,,tur; nec negotium id eſt, quod animo reten-
,,tum & cogitatum, ſed quod rite declaratum eſt,
,,Nullum enim negotium, neque ulla diſpoſitio eſt
,,quæ ſola cogitatione continetur, ſed quæ verbis
,,factisve rite explicatur. Unde in eo, quod ſola
,,mente cogitatur, tota negotii, nedum juris &
,,diſpoſitionis, ſubſtantia ac forma deficit; cum
,,ex ſola cogitatione nullum plane jus, ſed ex eo
,,ſolo, quod verbis factisve ſignificatum eſt, oria-
,,tur. *l. 1, §. fin. ff. Quod quisq. jur. l. 18. ff. de*
,,*Pœn. l. 8. §. 6. ff. Quib. mod. pig. toll. 2. Fiud.*
,,*51. §. ſi voluerit.* Animus itaque ille diſſimulatus
,,magis nullus quam verus, & quod rite declara-
,,tum eſt, non tam vere quam unice actum eſt.

,,Simulationes non ſemper totius negotii faci-
,,em, ipſumve negotium fucant, ſed ſæpe partem
,,tantum, vel aliquem actum ipſius pingunt; uti
,,cum quis vendit Titio rem ſub lege, *ut ſi melior*
,,*conditio afferatur res inemta ſit*; deinde alia
,,emtio quidem, at non melior conditio ſequitur,
,,ſed hæc fingitur: Quo caſu utraque emtio vere
,,contracta eſt, & ſola pretii qualitas diſſimulata.
,,*l. 14. pr. & §. 1. ff. de in diem addict.*

,,Falſum hic accipimus, quicquid aliter nobis
,,apparet ac eſt. Unde non ſemper illud eſt in
,,ſimulante, ſed ſæpe tantum in opinione ejus cui
,,aliter videtur? uti cum ſol nobis longe minor
,,videtur ac eſt, cauſa ejus non eſt in ſole, ſed in
,,ſenſu. Tale eſt quod Haman ab Eſthera, diſſi-
,,mulato quod in eum conceperat odio, ad con-
,,vivium vocatus, inde ejus erga ſe gratiam colli-
,,gebat: *Eſth. 5. verſ. 8. & 12.* & quod idem a
,,Rege diſſimulante de quo ſentiret, rogatus, quid
,,faciendum ei, quem Rex honoratum vellet, ſibi
,,cultum eum deſtinatum conjiciebat. *Eſth. 6. v. 6.*
,,In neutro actu, ſive Eſtheræ ſive Regis, quic-
,,quam falſi fuit, ſed in opinione ambitioſa
,,& collectione Hamanis. Sic Deus injunxit Abra-
,,hamo ut filium immolaret; Jonæ ut Ninivitis
,,excidium prædicaret: In neutro Deus aliud egit
,,ac ſenſit; etſi enim alter filii, alter urbis interi-
,,tum, certum fore ex juſſu crediderit, non tamen
,,ex juſſu tali id ſequitur, ſed ejus natura ac ſen-
,,ſus tantum eſt, ut qui jubetur paratus ſit exequi,
,,ſalvo ſemper jubenti revocandi jure; neque mu-
,,tatio ulla eſt ſi juſſerit, ſed revocandi animo.
,,Alteri vero mandato ineſt quoque reſipiſcendi
,,conditio.

,,Vulgatum: *ſimulari falſa, diſſimulari vera*,
,,niſi ſano ſenſu capias, facile fallet: nam & diſ-
,,ſimulatio continet falſum, & per eam quoque
,,aliud agitur, aliud agi videtur; at falſum non
,,eſt id quod diſſimulatum dicimus, ſcil. id quod
,,agitur; ſed alterum, quod agi videtur ac credi-
,,tur.

,,In genere accepta ſimulatio & diſſimulatio-
,,nem complectitur *d. l. 1. §. 2.* Cic. *12. ad Attic.*
,,*epiſt. 21.* non facile retro; niſi forte ævo Juſti-
,,niani qui in *l. ult. in pr. &* §. 2. *C. Mand.* do-
,,nationem diſſimulatam dicit, cum intelligat *ſi-*
,,*mulatam*; Et in *l. 30. C. d. jur. dol.* divortium
,,*diſſimulatum* pro *ſimulato*, verum pro falſo &
,,ficto.

,,Simulatio factis fit, mendacium verbis, quibus
,,pa-

I. [b] Dolus qui in actu poſitivo conſiſtit, [c] ſi in rebus, ſimulatio, [d] ſi in ſermone, mendacium vocatur. Quidam inter hæc duo hanc conſtituunt differentiam, quod dicant [e] voces naturaliter ſigna eſſe intellectuum, [f] res non item. Sed contra verum eſt, voces natura ipſa & [g] citra hominum voluntatem nihil ſignificare, niſi forte vox ſit confuſa & ἄναρθρος [h] qualis in dolore; quæ ipſa [i] rei magis appellatione venit quam locutionis. Quod ſi hoc dicatur, [k] hominis naturam hanc eſſe peculiarem ſupra animantes cæteras ut [l] conceptus animi poſſit aliis indicare [m] & ad rem voces repertas, verum quidem dicitur, ſed addendum eſt, non ſolis vocibus tale fieri indicium, [n] ſed & nutibus, [o] ut apud mutos; ſive illi nutus aliquid habent cum re ſignificata [p] commune ipſa natura, [q] ſive tantum

L. Labe. 7. § f. P. de ſup. leg.

„palam falſum aſſeritur: Itaque reliqui ſermones, „uti elogia & ſimilia, quibus aliud quid tegitur, vel „factum accedit quo quid tegitur, pro factis ſunt, „iisque ſimulatio ſit; uti diſſimulatio illa Socratica, „quæ εἰρωνεία dicitur apud Cic. *lib. 2. d. Orat.* §. „*269.* & *270.* & *lib. 2. Acad quæſt.* §. *15.*

„Simulatio eſt mediæ naturæ, & in ſe indifferens, poteſtque non tantum injuſtitia carere, ſed „& vitio ac imperfectione, ut in *d. l.* §. 2. *verb.* „*tacentur* &c. *ff. d. dol. mal. 1 Sam* 21. *v.* 2. & *v.* „*13. c.* 27. *v. 10. Luc.* 24. *v.* 28. quin & virtuoſa „& laudabilis eſſe; *Exod.* 1. *v.* 19. 20 21. *d. l.* 1. §. „2. *voc. deſerviant. c* 21. *XXII. q.* 2. ut cum licite, pie, & virtuoſe agens reticeat tamen (ut „poteſt) quo animo id agat, & alter alio animo „id fieri credat, idque agens ſciat. Talis erat ſimulata ſententia Salomonis de ſecando infante „1 *Reg. v.* 25. *c.* 2. *X. de præſumt.* & cum Deus „ipſe juſſit occidi Iſaacum, non voluit. *Geneſ.* „22.

„Accedit autem ſimulationi injuſtitia, cum ſit „in detrimentum aut præjudicium alterius, vel „alias contra naturæ civitatisque leges: nam ſimulatio, quæ ſit alterius circumveniendi animo, „in verum dolum incidit. *l.* 7. §. 9. *ff. d. pact.* „*c.* 5. *X. d. Emt.* & *vend.*

„Hinc cum Aquilius & Servius dolum per ſimulationem definirent, ſcil. *cum aliud agitur,* „*aliud ſimulatur,* merito reprehenſi ſunt, ille a „Cicerone, *Lib. 3. d. Offic.* §. *61.* & *ſeqq.* hic a „Labeone & Ulpiano in *d. l* 1. §. 2. Verum, ſi „addatur *circumſcribendi alterius cauſa,* vera definitio doli eſt, quod cum addat Pedius *d. l.* 7. „§. *9.* recte id probatur.

„Sed & in culpam cadere ſimulatio poteſt, ſi „ea læſus quis eſt citra animum lædendi: nec ab ea „immune videtur factum Davidis. 1 *Sam.* 22. *v.* 15. „& 22. at neceſſitate excuſandum. Sed & ſi ſimulatio omni injuria careat, tamen a virtute & „perfectione recedere poteſt, atque in reprehenſionem bonorum virorum incurrere: qualem „omnino cenſemus εἰρωνείαν Socratis, quem ſecutus eſt Africanus major, de qua *c.* 13. *XI. q.* 3. „Huc usque B. parens.

„Cæterum alibi demonſtravimus an, & quatenus MENDACIUM verum ſit delictum, ac mendacem obliget ad reparationem. *Vid. Diſſ. proœm.* „*XII.* §. 521. *n. XIII.*

„*b*) (DOLUS QUI IN ACTU POSITIVO CONSISTIT:) Cum decipimus: quia ſit ſecus ac prioribus vel dictis vel factis opinionem ſecerat ſe „facturum eſſe. *Gron. ad* §. *7. b.*

„*c*) (SI IN REBUS, SIMULATIO:) Quoties aliud „agimus quam agere videmur. *Gron. h.*

„*d*) (SI IN SERMONE, MENDACIUM:) Quoties „aliud agimus, aliud dicimus ſeu intendimus *Gron h.*

„*e*) (VOCES NATURALITER SIGNA ESSE INTELLECTUUM:) Voces enim ideo inventæ ſunt, „ut homines voluntatem ſuam inter ſe explicent:

„*f*) (RES NON ITEM:) Quia aliud agere poſſumus quam agere videmur.

„*g*) (CITRA HOMINUM VOLUNTATEM NIHIL „SIGNIFICARE:) Verba enim inventa ſunt in uſus „hominum, nec valent niſi ex uſu quem homines „ei dederunt. *Vid. H. 2. c. 16.* §. 2. Conf. *Gron. h.*

„*i*) (REI MAGIS APPELLATIONE:) Soni, quo „potius factum quam dictum auditur. *Gron. h.*

„*k*) (HOMINIS NATURAM HANC ESSE PECULIAREM:) *Vid proleg.* §. 7.

„*l*) (CONCEPTUS ANIMI:) Cogitata.

„*m*) (ET AD REM VOCES REPERTAS:) *d. c. 16.* „§. 2.

n) (Grot.) (SED ET NUTIBUS:) *Plinius* de Æthiopum gente libro VI, 30. *Quibusdam pro ſermone nutus motusque membrorum eſt.* Vide c. tuæ fraternitati, 25. *de ſponſalibus.*

ADDITIO.

„Conf. *Supra lib. 2. cap.* 16. §. 2. & 26. *lib.* 2. „*c.* 11. §. 11.

„*o*) (UT APUD MUTOS:) Ante inventa verba „homines nutu locutos fuiſſe ait *Lactant. l. 6. c.* „10. Isque modus loquendi cum Americanis olim „fuit:

„*p*) (COMMUNE IPSA NATURA:) Quo pertinet „lignum

tum ex inſtituto ſignificant: quibus nutibus pares ſunt [r] notæ illæ quæ non voces lingua figuratas ſignificant, ut [s] Paulus Juriſconſultus loquitur, ſed res ipſas [t] ſive ex aliqua convenientia ut notæ hieroglyphicæ, ſive mero arbitratu [u] ut apud Sinenſes. *L. Non figura 38 D. de obl. & act.*

2. [x] Alia igitur hic adhibenda diſtinctio eſt, qualem adhibuimus ad tollendam ambiguitatem [y] in voce juris gentium. Diximus enim jus gentium dici, [z] & quod ſingulis gentibus placuit ſine mutua obligatione, [aa] & id quod mutuam obligationem in ſe continet. Voces ergo, & nutus, & notæ quas diximus, [bb] reperta ſunt ad ſignificandum cum mutua obligatione, quod Ariſtoteles dixit [cc] κατὰ συνθήκην: [dd] res aliæ non item. [ee] Hinc fit [ff] ut rebus aliis uti liceat, etiam *De interpr. c. 4.*

„ſignum illud Tarquinii, ſumma papaverum capita decutientis *Liv.* 1. 54.

„q) (SIVE TANTUM EX INSTITUTO:) Ita cum „inclinatione capitis aſſentimus, quaſſatione ne„gamus. *Gell.* 10. 3.

„r) (NOTÆ ILLÆ:) Quibus uſi ſunt veteres, „ante quam præſens literarum ordo & conſtru„ctio inventa eſt. De quibus vide Teſm. h.

s) (Grot.) (PAULUS JCTUS LOQUITUR:) *Non figura*, inquit, *literarum, ſed oratione quam exprimunt litera obligamur, quatenus placuit non minus valere quod ſcriptura quam quod vocibus lingua figuratis ſignificaretur?* Valde philoſophice dixit *placuit*, ut oſtenderet hæc valere ἐκ συνθήκης.

„t) (SIVE EX ALIQUA CONVENIENTIA, UT „NOTÆ HIEROGLYPHICÆ:) Quibus ſacerdotes Æ„gyptiorum utebantur. *Tac.* 2. *ann.* 60. *&* *l.* 11. „*c.* 14. *Gron. h.* & ubi res ipſa conveniebat cum „figura.

„u) (UT APUD SINENSES:) Ubi una ſæpius „litera verbum integrum ſignificatur.

x) (ALIA IGITUR HIC ADHIBENDA DISTINCTIO EST:) Dictum jam eſt veram diſtinctionem inter mendacium & ſimulationem eſſe quod illud verbis fiat, hoc re;

ADDITIO.

„Author rejicit differentiam inter *ſimulationem* „& *mendacium*, (quam quidam in eo conſtituunt, „quod *ſimulatio* ſit ſi dolus in re eſt; *mendacium* „ſi dolus eſt in ſermone,) & recte, quia menda„cium non tantum ſermone, ſed & ſignis com„mitti poteſt, utpote quibus æque voluntas expli„catur ac verbis: At nec illa diſtinctio quam Au„thor adhibet admitti poteſt.

„y) (IN VOCE JURIS GENTIUM:) Vid. *Diſſ.* „*proœm. IV.* §. 8. *&* §. 24. Grotius enim jus Gen„tium diſtinguit in *latius patens*, quod moribus „receptum eſt tanquam ex condicto. *Proleg.* §. 42. „§. 43. & cum mutua obligatione *l.* 2. *c.* 3. §. 5. „*dict. diſſ. proœm. IV.* §. 8. §. 21. Et *arctius* „quod apud plures gentes quidem obtinet, at non „ex condicto; *Prol.* §. 58. quod non receptum eſt „cum mutua obligatione, adeoque vim pacti non „habet inter gentes. *L.* 1. *c.* 1. §. 14. *l.* 2. *c.* 3 §. 5. „*dict. diſſ. IV.* §. 16. §. 24. At neutrum jus gen„tium exiſtere, adeoque fabulam eſſe quæ de jure „gentium, ſive latius patenti ſive arctiori, dicun„tur probavimus *dict. diſſ. proœm. IV.* §. 29. „*ſeq.*

„z) (ET QUOD SINGULIS GENTIBUS PLACUIT „SINE MUTUA OBLIGATIONE:) Adeoque & ab „uno populo inconſultis aliis mutari poteſt. *l.* 2. „*c.* 8. §. 1. *n.* 2. *&* *l.* 2. *c.* 3. §. 5.

„aa) (ET ID QUOD MUTUAM IN SE CONTI„NET OBLIGATIONEM:) Quod reſpicit utilitatem „magnæ illius univerſitatis, ſeu humani generis, „*proleg.* §. 17. & pertinet ad mutuam gentium „inter ſe ſocietatem *L.* 2. *c.* 8. §. 1. *n* 2 At in „allegatis locis demonſtravimus, non dari jus gen„tium voluntarium, neque cum mutua obligatione, „neque ſine obligatione.

bb) (REPERTA SUNT AD SIGNIFICANDUM CUM MUTUA OBLIGATIONE:) Ita ut non poſſint adhiberi alio modo ac ſenſu: Quod verum non eſt: quilibet enim pro ſuo arbitrio vocibus uti poteſt, verba enim reperta ſunt ut poſſit exprimere animi ſenſus, non ut teneatur: adeoque natura & voces & facta ſunt juris conceſſivi, niſi in alterius damnum & injuriam cedant.

ADDITIO.

„Latius hoc argumentum examinavimus in *Diſſ.* „*proœm. XII.* §. 521. *n.* 13. *Vid. infra* §. 10.

„cc) (κατὰ συνθήκην:) Ex conſtituto ſigno „omnibus communi. *Gron. h.*

„dd) (RES ALIÆ NON ITEM:) Diximus nec „verba, nec alia ſigna inter gentes cum mutua obli„gatione recepta eſſe: hactenus igitur non eſt dif„ferentia inter *voces* & *res*.

„ee) (HINC FIT:) Scilicet ex placito illo gen„tium.

ff) (Grot.) (UT REBUS ALIIS UTI LICEAT ETIAMSI PRÆVIDEAMUS FUTURUM UT ALTER INDE FALSAM CONCIPIAT OPINIONEM:) *Vide Augusti-*

iamſi prævideamus futurum ut alter inde falſam concipiat opinionem. *gg* Loquor de eo quod intrinſecum eſt, non de eo quod accidit. Itaque exemplum ponendum eſt *hh* ubi nullum ſequitur inde nocumentum, *ii* aut ubi nocumentum ipſum, ſepoſita doli conſideratione, licitum eſt.

Luc. 24, 3. Prioris exemplum eſt in Chriſto, qui apud comites Emaun-
28. tinos *kk* προσεποιεῖτο ire longius, id eſt ſpeciem prætulit ituri longius, niſi thalimus vere quoque voluiſſe eum ire longius, *ll* ſub conditione tamen niſi magno niſu retineretur, quomodo & Deus *mm* multa vel-
Marc. 6, le dicitur quæ non fiunt: & alibi Chriſtus ipſe dicitur *nn* voluiſſe præ-
48. terire Apoſtolos navigantes, nempe niſi impenſe rogaretur navem aſcendere. Alterum exemplum dari poteſt *oo* in Paulo qui Timothe-
Act. 16, um circumcidit, cum ſatis ſciret Judæos hoc ita accepturos, quaſi
3. circumciſionis præceptum, *pp* quod revera abolitum jam erat, adhuc obligaret Iſraëlis poſteros, quaſique ita ſentirent ipſi Paulus & Timotheus: cum tamen hoc non quæreret Paulus, ſed tantum familiarius cum Judæis verſandi facultatem ſibi & Timotheo præbere. Neque vero circumciſio, ſublata lege divina, ex inſtituto *qq* amplius ſignificabat talem neceſſitatem, *rr* neque malum quod inde ſequebatur erroris ad tempus, dedocendi poſtea, tanti erat, quanti illud bonum quo Paulus tendebat: nimirum Evangelicæ veritatis inſinuatio. Hanc ſimulationem Patres Græci ſæpe vocant *ss* οἰκονομία; de qua

guſtinum de Doctrina Chriſtiana lib. 2. cap. 24.

ADDITIO.

„Ratio Authoris eſt, quia res non ſunt repertæ ad ſignificandum cum mutua obligatione: „unde concludit, ei qui ex re falſam concipit „opinionem jus non quæri, ſecus ac in mendacio: „quod ſatis ex præcedentibus refellitur.

„*gg*) (LOQUOR DE EO QUOD INTRINSECUM „EST:) i. e. Quod ex natura rei ſequitur: Nos „diximus nec mendacium per ſe illicitum eſſe, „nec ſimulationem, quia ſimulatio æque ac mendacium res ſunt perſe indifferentes. *Vid. infr.* §. 10.

hh) (Grot.) (UBI NULLUM INDE SEQUITUR NOCUMENTUM:) Ut in facto Micholis, 1 *Sam.* „XIX, 16.

„*ii*) (AUT UBI NOCUMENTUM IPSUM SEPOSITA DOLI CONSIDERATIONE LICITUM EST:) „Tunc enim non eſt injuria, nec alter mea culpa „læditur. Author exemplis rem illuſtrat. *n.* 4.

„*kk*) (προσεποιεῖτο:) Præſeferebat.

„*ll*) (SUB CONDITIONE TAMEN:) Imo non „opus eſt hic fingere conditionem tacitam: Sed „ſimpliciter dicendum, voluiſſe Servatorem ſimulare, idque rem arbitrii, & maxime licitum fuiſſe, utpote cum nullum detrimentum in diſcipulos inde ſecuturum erat, quin tendebat potius „illa ſimulatio ad bonum finem.

„*mm*) (MULTA VELLE DICITUR QUÆ NON FIUNT:) Ita voluit evertere Ninive, nec tamen fecit.

„*nn*) (VOLUISSE PRÆTERIRE APOSTOLOS NAVIGANTES, NEMPE NISI IMPENSE ROGARETUR „NAVEM ASCENDERE:) Simulabat præterire non „ſub conditione niſi retineretur, ſed quia res „arbitrii erat id ſimulare, & finis erat laudabilis.

„*oo*) (IN PAULO QUI TIMOTHEUM CIRCUMCIDIT:) Hic non erat ſimulatio: non enim id fecit ut alii falſam conciperent opinionem, ſed „quid eo facto intentaret publice declaravit.

„*pp*) (QUOD REVERA JAM ABOLITUM ERAT:) „Inſtituto baptiſmo: *Vid. ſupra L.* 1. *c.* 1 §. 17.

„*qq*) (AMPLIUS SIGNIFICABAT TALEM NECESSITATEM:) Circumciſio enim per ſe res indifferens eſt.

rr) (NEQUE MALUM QUOD INDE SEQUERATUR „ERRORIS AD TEMPUS:) Dixi jam non fuiſſe malum, ſed rem plane indifferentem, at in propoſito eo magis laudandum, quia tendebat ad bonum finem, ad augendam evangelii doctrinam.

ss) (Grot.) (Οἰκονομίαν:) Sic hanc vocandam, non ἀπάτην, id eſt fraudem, ait *Chryſoſtomus* indicato

qua egregia exſtat ſententia Clementis Alexandrini, qui de viro bono agens ſic ait: *ἐπὶ τῶν πλησίων ὠφελείᾳ μόνῃ ποιήσει τινὰ ἃ οὐκ ἂν προηγουμένως αὐτῷ πραχθείη*; *ob utilitatem proximi faciet quædam, quæ ſponte alioquin ac primaria intentione non faceret.* Tale in bello Romanorum illud, qui de Capitolio [tt] panem in hoſtium ſtationes jecerunt, ne fame premi crederentur. *Strom. lib. 7. c. 9 pag. 863.* *Livius 5. c. 48.*

4. Exemplum [uu] poſterioris eſt in ficta fuga, qualem *Joſue ſuis præcepit ad Hajum expugnandum, [vv] & alii duces ſæpe. Nam hic quod ſequitur nocumentum [ww] licitum eſſe ponimus ex belli juſtitia; ipſa autem fuga [xx] ex inſtituto nihil ſignificat, [yy] quanquam hoſtis eam accipit ut ſignum pavoris, quod alter cavere non tenetur, [zz] utens ſua libertate huc vel illuc eundi, & magis minusve celeriter, & hoc vel illo geſtu habituve. Eodem referri debet [α] eorum actus qui hoſtium armis, ſignis, veſtibus, velis uſi paſſim leguntur. *Joſue 8. Silv. in verbo bellum p. 1. n. 8.*

5. Hæc enim omnia ejus ſunt generis [β] ut a quovis pro arbitrio [γ] etiam contra conſuetudinem uſurpari poſſint, quia conſuetudo ipſa [δ] ſingulorum arbitrio, [ε] non quaſi conſenſu communi, introducta eſt, [η] qualis conſuetudo neminem obligat.

§. IX.

1. Gravior eſt diſputatio [a] de illis notis quæ, ut ita dicam, in com-

dicato jam libro primo de Sacerdotio. (*Tom. VI, pag. 7.*) Idem 1 ad Corinthios IV, 6. *ἦν δὲ ταῦτα οὐχ ὑπόκρισις, ἀλλὰ συγκατάβασις καὶ οἰκονομία. non hæc fraus fuit, ſed obſequentia quædam & diſpenſatio.* (Tom. III. p. 313.) Et IX, 20. *ἵνα γὰρ τοὺς ὄντας ἀληθῶς εἰς ταῦτα μεταστήσῃ, ἐγένετο αὐτὸς οὐκ ἀληθῶς, ἐπιδεικνύμενος μόνον, οὐκ ὢν δὲ, οὐδὲ ἐκ διανοίας ταῦτα πράττων οὕτως ἔχοντος. ut enim qui tales revera erant corrigeret, factus ille talis, non revera aliud quam quod erat præ ſe ferens agens talia, ſed non ex tali animo propoſito.* (Pag. 383.) Huc referri poteſt ſimulatus Davidis furor.

„tt) (PANEM IN HOSTIUM STATIONES JE-„CERUNT:) *Flor. 1. 13. Liv. 5. 48*

„uu) (POSTERIORIS:) Ubi nocumentum ipſum „ſepoſita doli conſideratione licitum eſt.

„*) (JOSUE:) *C. 8. v. 15*

„vv) (ET ALII DUCES SÆPE:) Exempla vide „apud *Liv. 1. 14. & 6. 2. 5 & c 54. Lucan. 4. v.* „*743. Juſtin. 1. 8. Tac. Ann. 2. 11. Teſm. h.*

„ww) (LICITUM ESSE PONIMUS EX BELLI JU-„STITIA:) Nam in hoſtem omnia licent, quate-„nus ad reparationem juris noſtri neceſſaria ſunt.

„xx) (EX INSTITUTO NIHIL SIGNIFICAT:) „i. e. Actus hic inter gentes non receptus eſt cum „mutua obligatione, ita ut non aliter poſſit fieri.

„yy) (QUANQUAM HOSTIS EAM ACCIPIT UT „SIGNUM PAVORIS QUOD ALTER CAVERE NON „TENETUR:) Simulata igitur fuga non eſt illicita, „etſi fugiens prævideat hoſtem falſam inde con-„cepturum opinionem, quaſi id ex pavore fiat: „Id enim malum non eſſe recte ait Author, quia „fugiens cavere non tenetur, quo minus hoſtis id „credat.

„zz) (UTENS SUA LIBERTATE &c.) Diximus „natura in hoſtem omnia licere, adeoque & vim, „nedum ſimulationem.

„α) (EORUM ACTUS:) Exempla vide apud „*Camden. pag. 2. pag. 317. Curt 7. 2 Thuan. 40.* „*pag. 817. & l. 10. p. 213. Theodoret. 4 12. Vid.* „*Teſm h.*

„β) (UT A QUOVIS PRO ARBITRIO:) Citra „ullam neceſſitatem.

„γ) (ETIAM CONTRA CONSUETUDINEM:) Quæ „per actum talem aliud quid intendit.

„δ) (SINGULORUM ARBITRIO:) Adeoque non „cum mutua obligatione *Vid. n. 1.*

„ε) (NON QUASI CONSENSU COMMUNI:) i. e. „Cum mutua obligatione. *d. n. 1.* At ſæpius di-„ctum eſt talem conſuetudinem communi con-„ſenſu mutuam non dari.

„η) (QUALIS CONSUETUDO NEMINEM OBLI-„GAT:) Aliam conſuetudinem communi gentium „conſenſu introductam non dari vidimus.

„a) (DE ILLIS NOTIS, QUÆ UT ITA DICAM „IN

commercio hominum verſantur, [b] in quo genere proprie mendacium ſitum eſt. [c] Multa enim ſunt contra mendacium in ſacris literis. *Verbum mendax odio habebit juſtus*, id eſt vir bonus, Proverb. XIII, 5. *Falſiloquentiam & verbum mendax amove a me*, Proverb. XXX, 8. *Perdes loquentes mendacium*, Pſal. V, 7. *Ne mentimini alter alteri*, Coloſſ. III, 9. Et hanc partem rigide tuetur [d] Auguſtinus: & ſunt etiam inter Philoſophos & Poëtas, qui cum eo ſentire videantur. Notum illud Homeri:

Ille mihi invîſus pariter cum faucibus Orci,
Cujus mens aliud condit quam lingua profatur.

Fragm. Crenſ apud Stob. Sophocles:

Aliena vero proloqui nunquam decet:
At vera certam ſi cui peſtem ferunt,
Huic danda venia eſt ſi facit quod non decet.

Cleobulus:

Mendacium odit quisquis animitus ſapit.

Ethic. Nicom. IV, 13. [e] Ariſtoteles dixit: κατ' αὐτὸ τὸ μὲν ψεῦδος φαῦλον καὶ ψεκτον, τὸ δὲ ἀληθὲς καλὸν καὶ ἐπαινετὸν: *per ſe mendacium turpe atque vituperabile, veritas pulchra ac laudabilis.*

2. Neque tamen deeſt in alteram quoque partem auctoritas: primum in ſacris literis exempla [f] laudatorum hominum ſine reprehenſionis nota: deinde veterum Chriſtianorum pronunciata, Origenis, Clementis, Tertulliani, [g] Lactantii, Chryſoſtomi, Hierony-

„IN COMMERCIO HOMINUM VERSANTUR:) i. e. „Quæ inter gentes communi conſenſu repertæ „ſunt ad ſignificandum cum mutua obligatione *vid.* §. 8. *n.* 1. ita ut neceſſario id quod iis notis „aſſeritur ſignificare debeant, nec alio ſenſu ad„hiberi poſſint. Quam ſententiam examinavimus „in *Diſſ. proœm.* XII. §. 13.

b) (IN QUO GENERE PROPRIE MENDACIUM SITUM EST:) Imo non in quolibet ſigno mendacium ſitum eſt, ſed in Sermone, quando palam falſum aſſeritur.

ADDITIO.

„Verior videtur ſententia Authoris, omnem „aſſertionem falſam, etiam quæ ſcriptis, nutu, ali„isque notis fit, mendacium eſſe. *Vid.* §. 8. *n.* 1. „At, quod Author porro aſſerit, voces nutus, &c. „reperta eſſe ad ſignificandum cum mutua obli„gatione, merito negamus.

„*c*) (MULTA ENIM SUNT CONTRA MENDACIUM:) Author occaſione quæſtionis, *an contra „hoſtem mendacio uti liceat?* totam materiam men„dacii, & an natura ei vitium inſit examinat, at„que hic autoritates adfert, quæ omne menda„ciorum genus (quod Auguſtinus triplex facit, in„juſtum officioſum, & jocoſum,) damnant.

„*d*) (AUGUSTINUS:) In *Enchiridio c.* 22. ubi „addit rationem: *Verba*, ait, *propterea inſtituta „ſunt, non per quæ ſe invicem homines fallant, „ſed per quæ in alterius quisque notitiam cogita„tiones ſuas proferat. Verbis ergo uti ad falla„ciam non ad quod inſtituta ſunt, peccatum eſt.*

„*e*) (ARISTOTELES:) Plato ait, *mendacium non „tantum a Diis, ſed & ab hominibus odio habe„tur. l. 2. de republ. in f.* Sophocles ait *Philoct. v.* 1136. „*boni viri eſt verum dicere:* Addatur *Nepos in „vita Attici c.* 15. *Arrian.* 1. *pr. rer. ind. p.* 532. „*Cicero pro Roscio n.* 16. *aliique apud Teſm. b. & „Alex ab alex. Gen. dier. l.* 6. *c.* 10.

f) (Grot.) (LAUDATORUM HOMINUM SINE REPREHENSIONIS NOTA.) *Irenæus* ex veteris presbyteri inſtitutione dedicit duci tque: *de quibus ſcriptura non increpant, ſed ſimpliciter ſunt poſita, nos non debere fieri accuſatores.* Locus eſt libro 4. c. 50. [Vide quæ de eo loco diximus in Libro Gallico *De Doctrina Morali Patrum*, Cap. 3. §. 7. *J. B.*]

g)(LA-

ronymi, Caſſiani, imo pene omnium ut ipſe fatetur Auguſtinus, [h] ita diſſentiens, ut tamen *magnam quæſtionem, latebroſam tractationem, diſputationem* [i] *inter doctos alternantem* (hæc enim omnia ipſius verba ſunt) agnoſcat.

3. Inter Philoſophos aperte hinc ſtant Socrates & diſcipuli ejus [k] Plato, Xenophon, & alicubi Cicero, & ſi Plutarcho ac [l] Quintiliano credimus Stoici, qui inter ſapientis dotes ponunt mentiri ubi & quomodo oportet: neque videtur diſſentire aliquot in locis Ariſtoteles, cujus illud καθ' αὑτὸ quod diximus exponi poteſt [m] communiter, ſive re ſpectata [n] ſepoſitis circumſtantiis. Interpres autem ejus Andronicus Rhodius [o] de Medico apud ægrotum mentiente ſic ait: ἀπατᾷ μὲν, ἀπατεὼν δὲ ὐκ ἔςιν: *decipit quidem, at deceptor non eſt:* Cauſam addit: ὐ γὰρ τέλος ἔχει τὴν ἀπάτην τῦ νοσῦντος, ἀλλὰ τὴν σωτηρίαν: *non enim propoſitum ſibi habet decipere, ſed ſervare ægrotum.*

Lib. 1. 2 & 5. de Rep. *Memorab Socrat lib. 4. c 2 §. 16. 17.* *Plut. de Stoicorum contradict pag. 1055. 1056.* *Quint. 12. 1.* *Nic 2, 7. 4 13.*

4. [p] Quintilianus, quem dixi, [q] hanc ipſam partem defendens, pleraque eſſe ait [r] quæ non tam factis quam cauſis eorum vel honeſta fiant, vel turpia. Diphilus,

Paraphr Eth. Nic. Lib. 5. c. 8. p. 297. *Inſt. Orat. 12, 1.* *Apud Stob. tit. 12.*

Quod pro ſalute dicitur mendacium
Me judice habere nil poteſt incommodi.

Quærenti apud [s] Sophoclem Neoptolemo,

Non tibi videtur turpe falſiloquentia?

Reſpondet Ulyſſes,

Non, ſi ſalus naſcatur ex mendacio.

Cui ſimilia ex Piſandro & Euripide adferuntur. Et apud [t] Quintilianum lego: *Nam & mendacium dicere etiam ſapienti aliquando conceſſum eſt.* Euſtathius Metropolita Theſſalonicenſis ad ſecundum Odyſſeæ: ψεύσεται [u] κατὰ καιρὸν ὁ σοφὸς: *mentietur ſapiens re urgente:* ubi & ex Herodoto & Iſocrate teſtimonia adfert.

Inſt. Orat. 2. 17. *Lib. 3. c. 72.*

§. X.

„g) (LACTANTII:) *De ira Dei c.* 10. & *de ve-*
„*ro Cultu c.* 18.

„h) (ITA DISSENTIENS:) Ipſe enim omne
„mendacium improbat *Vid. n. præced.*

„i) (INTER DOCTOS ALTERNANTEM:) Adeo-
„que ubi Doctores admodum variant.

„k) (PLATO:) *De republ. l. 2. in f. & l. 3. poſt*
„*pr: Idem de legibus l. 2. p. 663. & Juſtin. 2. c.*
„12. 13.

„l) (QUINTILIANO:) *Lib.* 12. *c.* 1. 557.

„m) (COMMUNITER:) Ut plurimum.

„n) (SEPOSITIS CIRCUMSTANTIIS:) Extra ca-
„ſus ſingulares qui ſatis id excuſent. *Gron. h.*

„o) (DE MEDICO:) Celſus apud *Orig. lib.* 4.
„*p.* 171.

„p) (QUINTILIANUS:) *d. l.* 12. *c.* 1.

„q) (HANC IPSAM PARTEM DEFENDENS:)
„Scilicet licentiam mentiendi.

„r) (QUÆ NON TAM FACTIS:) In quibus non
„tam opus ipſum quam intentio & finis vel lau-
„dem vel vituperationem meretur. *Gron. h.*

„s) (SOPHOCLEM:) *In Philoct. v* 108.

„t) (QUINTILIANUM:) *Inſt.* 2. *c.* 17.

u) (Grot.) (κατὰ καιρὸν:) In tempore ut *Donatus* loquitur ad Adelphos IV, 3. (verſ. 18.) *Et ipſum fallere in tempore, quidam de officiis ſcribentes rectum putant.* *Cicero* pro Q. Ligario ali-

§. X.

Th. 2. 2. q. 110 art. 1 in resp. Gell. 11, c. 11.

1. Tam diſſidentium ſententiarum [a] conciliatio forte aliqua reperiri poterit ex largiore aut ſtrictiore mendacii acceptione. Neque hic mendacium ſumimus [b] quatenus & imprudenti accidit, quomodo [c] mendacium dicere & mentiri apud Gellium diſcernuntur: [d] ſed de eo agimus quod ſcienter profertur cum ſignificatione quæ mentis conceptui, ſive in intelligendo, ſive in volendo, diſconveniat. Nam quod [e] primo καὶ ἁμέσως verbis & ſimilibus notis indicatur, [f] ſunt men-

aliquod mendacium honeſtum & miſericors vocat. (Cap. 5)

a) (CONCILIATIO FORTE ALIQUA REPERIRI POTERIT EX LARGIORE AUT STRICTIORE MENDACII ACCEPTIONE:) Imo jure naturæ res abſque illa diſtinctione clara eſt: Simulatio & mendacium ſua natura ſunt res mediæ, quibus bene vel male uti poſſumus: *Simulatio* enim eſt ubi quis aliter facit ac ſentit, *mendacium* ubi quis aliud aſſerit, aliud ſentit: Neutrum injuriam continet, quia nulla eſt obligatio ſic faciendi vel loquendi cum nullius interſit, & quisque de ſuis actibus pro lubitu disponere poſſit: quin alter potius injuria agit, qui, cum facultatem nullam in meas actiones habeat, a me exigit ut ei verum dicam.

Hinc *ſimulationes* & *mendacia* aliquando posſunt eſſe honeſta, ſi ſcilicet jus meum ſimulando vel mentiendo tueri, vel alterius jus eo ſervare poſſum: exempla ſunt in Mulieribus Ægyptiis timentibus Deum quæ celabant partum, utendo mendacio.

Equidem de *ſimulatione* id concedit Author ſed non de *mendacio:* Nos idem in mendacio jus eſſe jam diximus. Nam (1) quisque de lingua ſua de ſuo ſermone disponere i. e. loqui poteſt quicquid vult: Neque enim (2) alteri in meum ſermonem ullum jus competit, indeque quocunque modo loquar jus ejus non læditur. Adeoque (3) ejus non intereſt num verum dicam num falſum; quia vel plane inde non læditur, vel jure læditur, uti hoſtis cui vi, nedum mentiendo nocere jure poſſum.

Neque *obſtat*, quod contra verborum naturam agatur, quæ inter homines ideo reperta ſunt ut animi ſenſus iis exprimantur: adeoque contrarium videtur juri naturæ ſenſum eorum intervertere: Reſp. Inventa ſunt verba ut animi ſenſa quis exprimere poſſit, non ut teneatur; adeoque res meri arbitrii eſt: & ſic verum non eſt quod Author ait Gentes verba hæc inter ſe recipiſſe cum obligatione mutua, ita ut teneantur membra illius ſocietatis magnæ ſic & non aliter ſentire.

Utrubique autem excipitur caſus ſi alterius, quem lædere fas non eſt, decipiendi cauſa vel ſimulamus vel mendacium dicimus. Tunc enim fit illicitum non quod mentitus alter eſt vel ſimulavit, ſed quia eum læſit, eoque injuriam fecit: adeoque non quia invertit naturalem verborum uſum, ſed quia ea inverſione alii damnum dat.

ADDITIO.

„Author ex diſtinctione inter mendacium la-„xius & ſtricte ſumtum deciſionem quæſtionis, „*an mentiri liceat*, ſumi poſſe putat: *Stricte* au-„tem mendacium eſſe ait, *quod ſcienter profertur* „*cum ſignificatione quæ mentis conceptui disconve-*„*niat* §. *9.* *n.* 1. Laxius autem mendacium dici, „*quatenus & imprudenti accidit:* aut, *ubi dicit* „*rem falſam quam putat veram*, aut, *ſi unius vo-*„*cis plures ſunt ſignificationes; & loquens ſciat* „*eum qui audit in aliam partem accepturum. d.* §. „9 *n.* 1. hæc omnia a mendacii notione excludit. „*d* §. *9. in fin. junct.* §. 10. *n.* 1. Noſtram ſenten-„tiam expoſuimus in *Diſſ. proœm. XII.* §. 521. *n.* „13. Add. *infra* §. 11.

b) (Grot.) (QUATENUS ET IMPRUDENTI ACCIDIT:) *Ream linguam non facit niſi rea mens.* Et: *Nemo mentiens judicandus eſt qui dicit falſum quod putat verum, quia quantum in ipſo eſt, non fallit ipſe, ſed fallitur.* Sunt hæc *Auguſtini*, de verbis Apoſtoli ſermone XXVII. & enchiridii c. 18. relata a Gratiano in *cauſam* XXII, *quæſtione* 2. c. 3, 4.

ADDITIO.

„Hoc mendacium non eſt, quia non aliter lo-„quitur ac ſentit. Nam putat, licet ex impru-„dentia, verum eſſe quod aſſerit.

„*c*) (MENDACIUM DICERE ET MENTIRI APUD „GELLIUM:) Illud fit abſque propoſito mentiendi, „hoc cum propoſito: hinc recte ait Gellius, illo „caſu falli mentientem, hoc caſu eum cui men-„dacium dicitur *Gell. l.* 11. *c.* 11.

„*d*) (SED DE EO AGIMUS:) Stricte ergo men-„dacium dicitur ubi verbis vel ſignis aſſerimus id „quod falſum eſſe vel ſcimus vel putamus, & quod „aliter intelligi non poteſt. *Vid.* §. 10. *n.* 1.

„*e*) (PRIMO καὶ ἁμέσως:) Simpliciter & di-„recte. *Gron. b.*

„*f*) (SUNT MENTIS CONCEPTUS:) Indicans „id cogitat & ſentit.

„*) (ADEOQUE NON MENTITUR QUI DICIT „REM FALSAM &c.) Quia id quod ipſe cogitat, „quod ſentit, indicat.

„*g*)

mentis conceptus [f] ideoque non mentitur qui dicit rem falſam quam veram exiſtimat, ſed qui dicit rem veram quidem, [g] ſed quam falſam putat, mentitur. [h] Significationis ergo falſitas id eſt quod ad communem mendacii naturam requirimus. [i] Cui conſequens eſt cum vox aliqua aut ſermonis complexio eſt πολύσημος, id eſt plures uno ſignificatus admittit, [k] ſive ex vulgi uſu, ſive ex artis conſuetudine, ſive ex figura aliqua intelligibili, tunc ſi animi conceptus uni iſtarum ſignificationum congruat, [l] non admitti mendacium, [m] etiamſi putetur is qui audit in aliam partem id accepturus.

2. Verum quidem eſt talem locutionem uſurpatam temere non probandam: [n] ſed poteſt ex accedentibus cauſis honeſtari: puta ſi id pertineat [o] ad erudiendum eum qui curæ noſtræ eſt traditus, [p] aut ad evitandam iniquam interrogationem. Prioris generis exemplum ipſe Chriſtus dedit, cum diceret, *Lazarus amicus noſter* [q] *dormit*, *Joh. XI, 11.* quod Apoſtoli accipiebant tanquam de dormitione ſomni diceretur. Et quod [r] de Templo inſtaurando ipſe dixerat, intelligens hoc de *Joh. XI, 20.21.* ſuo corpore, Judæos ſciebat accipere de Templo proprie dicto. Sic & cum Apoſtolis adinſtar [s] Phylarcharum apud Hebræos ſedes eximias & regi proximas duodecim promitteret, *Luc. XXII, 30.* [t] & alibi vini novi *Matth. XXVI, 29.* potationem in patris regno, [u] ſatis ſciviſſe videtur non aliter hoc ab

„g) (SED QUAM FALSAM PUTAT:) Verba enim „disconveniunt cum mentis conceptu.

„h) (SIGNIFICATIONIS ERGO FALSITAS:) In „eo enim tota ratio mendacii conſiſtit, quod quis „aliter ac ſentit voluntatem ſuam declarat.

„i) (CUI CONSEQUENS EST:) Scilicet ei, quod „ad mendacii naturam requiratur falſitas ſignifica„tionis.

„k) (SIVE EX VULGI USU, SIVE EX ARTIS „CONSUETUDINE:) Vide ſupra *l.* 2. *c.* 16 §. 4. *n* 1.

„l) (NON ADMITTI MENDACIUM:) Quia re„vera non aliter loquitur quam ſentit: Neque „enim poteſt dici falſum aſſeruiſſe qui aliquo ſen„ſu verum dicit.

m) (Grot.) (ETIAMSI PUTETUR IS QUI AUDIT IN ALIAM PARTEM ID ACCEPTURUS:) Quomodo Abraham captioſe loquebatur cum ſervulis, ita judicante & probante *Ambroſio*, (*De Abrah.* c. 8.) quem ſequitur *Gratianus* poſt c. *ſi qualibet*, dicta *cauſa* XXII, *quæſt.* 2. c. 20. [Plus eſt in hoc exemplo, quam Author putat. Sed de eo fuſius agendi locus fuit in notis noſtris Gallicis. *J. B.*]

ADDITIO.

„Sufficit enim quod in loquente ſignificatio vo„cis quæ profertur non disconveniat mentis con„ceptui, neque ejus eſt curare quo ſenſu alter ac„cepturus eſt.

„n) (SED POTEST EX ACCEDENTIBUS CAUSIS „HONESTARI:) Adeoque locutio quæ diverſos ſen„ſus admittit indifferens eſt, & aliquando bona „& honeſta eſſe poteſt, ſi ad bonum finem ten„dit; exempla ſtatim ſequuntur: illicita autem fit „ſi in alterius vergit injuriam *n. 3.* ſeq.

„o) (AD ERUDIENDUM EUM:) Adeoque ubi „nemini fit injuria, ſed potius bene alteri fit.

„p) (AUT AD EVITANDAM INIQUAM INTER„ROGATIONEM:) Quia hoc caſu non tantum non „fit injuria, ſed forte injuria impeditur quæ re„ſpondendo directe alii imminere poſſet.

„q) (DORMIT:) Hæc vox æquivoca eſt, nam „& de mortuo ſumi poteſt & de dormiente. Vid. „*Ligtfoogt ad Math. c. 9. v.* 24.

„r) (DE TEMPLO INSTAURANDO:) Imo hic „ſignificatus vocis templi plane improprius, & lo„cutio mere figurata eſt, adeoque hoc exemplum „huc non pertinet.

„s) (PHYLARCHARUM:) *Vid. Johan. c.* 22. §. „30. Quaſi haberentur pro Principibus tribuum. „*Gron. h.*

„t) (ET ALIBI VINI NOVI POTATIONEM:) „*d. c.* 22. §. 30.

„u) (SATIS SCIVISSE VIDETUR:) Hæ voces „ſignificatum, quem ſervator eis tribuit, nec ex „figura aliqua intelligibili admittunt: Adeoque „non ex ea ratione probantur hæ locutiones, ſed „quia quilibet homo jus habet figurata loquendi, „ſi alii inde non fit injuria.

Act. I. 6. ab illis accipi quam de regno aliquo hujus vitæ, cujus ſpe ad ipſum momentum Chriſti ad cœlum aſcenſuri pleni erant. Idem alibi, [v] per fabularum ambages populum alloquitur, ne audientes ipſum
Matth. XIII. 13. intelligerent, [w] niſi ſcilicet animi attentionem talem ac docilitatem afferrent, qualem afferri par erat. [x] Poſterioris uſus exemplum ex profana hiſtoria dari poteſt in L. Vitellio, cui Narciſſus inſtabat,
Tacit. Annal. XI, c. 34. [y] aperiret ambages & veri copiam faceret: ſed non ideo pervicit, [z] quin ſuſpenſa & quo duceretur inclinatura reſponderet. Dictum [aa] Hebræorum huc pertinet: אם יודע אדם להסור את דבריו מוטב ואם לא ישתיק; *ſi quis norit uti perplexiloquio, recte: ſin minus, taceat.*

[bb] Contra accidere poteſt, ut tali loquendi genere uti non modo illaudabile ſit, ſed & improbum, [cc] puta cum Dei honos, [dd] aut amor proximo debitus, [ee] aut reverentia adverſus ſuperiorem, [ff] aut rei quæ agitur natura exigunt ut quod animo cogitatur omnino pateſiat: [gg] ſicut in contractibus diximus id aperiendum quod natura con-

„v) (PER FABULARUM AMBAGES POPULUM ALLOQUITUR:) Hoc enim docendi modo uti res „arbitrii eſt; eaque antiquiſſima docendi ratio „fuit. *Vid. Gell.* 2. 29. *Quintil.* 1. 9. *pr.* & 5. „11. *Senec. ad Polyb.* 27.

„w) (NISI SCILICET ANIMI ATTENTIONEM „TALEM AC DOCILITATEM AFFERRENT:) Ibi po„pulus ſciebat ſervatorem allegorice loqui, ſed „allegoriam non intelligebat.

„x) (POSTERIORIS USUS:) Ubi æquivoca voce „uti licet ad evitandam iniquam interrogationem.

„y) (APERIRET AMBAGES ET VERI COPIAM „FACERET:) Vitellius enim cum de adulteriis Meſ„ſalinæ quæſtio eſſet, deque eorum probatione, „in genere ſaltem exclamavit *o facinus! o ſcelus!* „*Tac. l.* 11. *ann. c.* 34.

z) (Grot.) (QUIN SUSPENSA ET QUO DUCERETUR INCLINATURA RESPONDERET:) Idem *Tacitus* hiſtoriarum III. (Cap. 3.) *Incerta diſſeruit tracturus interpretationem prout conduxiſſet.* Item: *ita compoſitus, ut ex eventu rerum adverſa abnueret vel proſpera agnoſceret.* (Ibid. c. 52.)

ADDITIO

„Hinc ignaro propior fuiſſe dicitur *d. l.* 11. *c.* „35. Similia exempla vide *apud Tac. Hiſt. lib.* 3. „*c.* 3. & *Ann. l.* 2. *c.* 87. *Liv. l.* 8. *c.* 2. *l.* 4. *c.* 45. „*Vid. Thuan.* 4. *p.* 82. *Plin. l.* 1. *ep.* 5.

aa) (Grot.) (HEBRÆORUM:) Quorum & hoc eſt: מותר לשנות מפני השלום. *licet perplexe loqui boni cauſa.* Citat doctiſſimus *Manaſſes Ben-Iſrael* in ſuo conciliatore, quæſtione XXXVII. *Chryſoſtomus* I. de Sacerdotio: ἀπατεὼν ἐκεῖνος ἂν εἴη καλεῖσθαι δίκαιος, ὁ τῷ πράγματι κεχρημένος ἀδίκως, οὐχ ὁ μεθ' ὑγιοῦς γνώμης τοῦτο ποιῶν. *fallax jure vocetur qui re tali injuſte utitur, non qui ſalutari propoſito.* (in fin. Lib.)

„bb) (CONTRA ACCIDERE POTEST:) Diximus „enim locutionem æquivocam eſſe indifferen„tem, at poſſe bonam vel malam fieri.

cc) (Grot.) (PUTA CUM DEI HONOS:) *Philo* de Vita Moſis: ἐπ' ἔργοις ἅπερ ἀναφέρεται εἰς Θεοῦ τιμήν, δι' ἃ μόνα καὶ τὸν ἐν τοῖς ἄλλοις τὸ ἦθος κατεψευσμένον, ἀναγκαῖον ἦν ἀληθεύειν. ἀλήθεια γὰρ ὀπαδὸς Θεοῦ. *de factis loquor quæ ad Dei honorem pertinent, in quibus ſolis veracem eſſe oportuit, etiam ſi quis cæterum ingenio eſſet mendace. Veritas enim Dei comes.* (Pag. 679. E.) *Auguſtinus* epiſtola VIII. *Alia quæſtio eſt, ſitne aliquando mentiri viri boni: & alia quæſtio eſt, utrum ſcriptorem ſanctarum ſcripturam mentiri oportuerit.* Vide quæ infra §. XV.

dd) (Grot.) (AUT AMOR PROXIMO DEBITUS:) Æſchylus Prometheo, (pag. 39. *Ed. H. Stephan.*)

Λέξω τορῶς σοι πᾶν, ὅ, τι χρῄζεις μαθεῖν,
Οὐκ ἐμπλέκων αἰνίγματ', ἀλλ' ἁπλῷ λόγῳ,
Ὥσπερ δίκαιον πρὸς φίλους οἴγειν στόμα.
Dicam diſerte quicquid audire expetis,
Sermone nudo, non per implicitos modos,
Quo more amicos alloqui verum ac bonum eſt.

„ee) (AUT REVERENTIA ADVERSUS SUPERIO„REM:) Cum enim ſubditus veritatem ſuperiori „quærenti dicere teneatur, injuriam facit ſi per „æquivoca verba impedit quo minus Princeps id „cognitum habeat, quod ſcire vult.

„ff) (AUT REI QUÆ AGITUR NATURA EXI„GUNT:) Uti ſi duo paciscuntur; tunc enim valet „tantum id quod ex utriusque mente actum eſt; „non vero quod alter æquivoca locutione voluit, „quia

contractus intelligitur exigere: quo ſenſu non incommode accipi poteſt Ciceronis illud, *tollendum eſſe ex rebus contrahendis* [hh] *omne mendacium*, deſumptum ex veteri lege Attica [ii] κατὰ τὴν ἀγορὰν ἀψευδεῖν; quibus in locis mendacii vox videtur [kk] ita laxe accipi ut etiam obſcuram locutionem includat. [ll] At nos proprie loquendo a mendacii notione id ipſum jam excluſimus.

De Offic. III. 15. Demoſt. in Leptinem pag. 363. A.

§. XI.

1. Ad communem ergo mendacii notionem requiritur, ut [a] quod dicitur, ſcribitur, notatur, innuitur, [b] intelligi aliter nequeat, quam in eum ſenſum qui a mente proferentis diſcrepet. Huic autem notioni laxiori [c] ſtrictior mendacii, [d] qua naturaliter illicitum eſt, ſignificatio differentiam aliquam propriam adjiciat neceſſe eſt, quæ, ſi recte res inſpiciatur, [e] ſaltem ſecundum communem gentium exiſti-

„quia ſcit alio me ſenſu id accipere.

„gg) (SICUT IN CONTRACTIBUS DIXIMUS ID „APERIENDUM QUOD NATURA CONTRACTUS IN„TELLIGITUR EXIGERE:) Quod explicavimus *L.* „2. *c.* 9. §. 9.

„hh) (OMNE MENDACIUM:) Quo ſcilicet alter „læditur.

„ii) (κατὰ τὴν &c.) *In foro nemo mentitor.*

„kk) (ITA LAXE ACCIPI UT ETIAM OBSCU„RAM LOCUTIONEM INCLUDAT:) lino de vero „mendacio loquitur quo alterius jus læditur.

„ll) (AT NOS PROPRIE LOQUENDO A MENDA„CII NOTIONE ID IPSUM JAM EXCLUSIMUS:) „Quia ubi æquivoca eſt locutio, non poteſt dici „aliter eum ſenſiſſe aliter dixiſſe: animi enim „conceptus uni iſtarum ſignificationi convenit: „*Vid. n. 1.* at diximus effatum Ciceronis & legem „Atticam eo non pertinere, ſed agere de vero „mendacio.

„a) (QUOD DICITUR, SCRIBITUR, NOTATUR, „INNUITUR:) Nam omnibus his modis menda„cium dici vidimus §. 8. *n.* 1.

„b) (INTELLIGI ALITER NEQUEAT:) Adeo„que ubi aliquid aſſerit, quod palam falſum eſt, „& cum conceptu animi directo pugnat.

„c) (STRICTIOR MENDACII SIGNIFICATIO &c. „DIFFERENTIAM ALIQUAM PROPRIAM ADJICIAT NECESSE EST:) Author communem notionem men„dacii eſſe ait, diſconvenientiam ſermonis & mentis: „at mendacium *ſtricte* dictum, i. e. injurioſum eſſe, „quando per illam diſconvenientiam libertas ju„dicandi, quam jure gentium loquens ei cum quo „loquitur debet, læditur.

„Supponit enim Author (1) Gentes voces, nu„tus, aliasque declarandæ voluntatis notas intro„duxiſſe cum mutua obligatione: Indeque (2) ho„mines colloquentes his quibus colloquuntur „quaſi ex pacto tacito debere judicandi libertatem: „(3) Hoc jus exiſtens & manens quæſitum eſſe ex „communi gentium æſtimatione ei ad quem ſer„mo aut nota dirigitur: (4) hanc repugnantiam „cum illo jure exiſtente & manente, (i. e. men„dacium,) illicitam eſſe.

„At (1) negamus gentes voces &c. introduxiſ„ſe cum mutua obligatione, adeo ut homines „non poſſint alio ſenſu illis uti quam eo quem „gentes communi æſtimatione indiderunt: Ne„que enim de tali pacto conſtat, neque illud pro„bari poterit: Sane voces inter homines repertæ „ſunt, ut poſſint animi ſenſum explicare, non ut „teneantur: Quilibet jus in ſuas actiones adeoque „in ſuum ſermonem habet non alius. Sane alii nulla „fit injuria ſi falſo ſermone utor; jus ejus non „læditur, nullum ergo inde alii jus agendi oritur.

„Hinc (2) negamus ei cum quo loquimur ex „pacto tacito deberi libertatem judicandi: Dixi„mus pactum tale tacitum non exiſtere: Præterea „velim mihi explicari quid ſit illa libertas judi„candi, quæ actio inde detur, & quæ reparatio in„de debeatur.

„Negamus (3) hanc libertatem judicandi eſſe „jus aliquod exiſtens & manens, ſed id merum „eſt figmentum Authoris.

„Negamus (4) repugnantiam cum illo jure exi„ſtente & manente, mendacium ſtricte ſic dictum „conſtituere, & illicitum eſſe.

„Mendacium igitur per ſe non eſt illicitum, „neque enim eo jus alterius læditur, adeoque „ceſſat reparandi neceſſitas: Exc. ſi per mendacium „damnum alii datur; tunc enim ille qui mentitur „cauſa eſt damni dati, adeoque obligatur non ex „tacito pacto, & quia libertatem judicandi alteri „aufert, ſed ex regula naturæ, quia damnum facto „& culpa ſua alii infert, quod reparare tenetur. „*Vid. Diſſ. proœm. XII.* §. 521. *n. XIII.*

„d) (QUA NATURALITER ILLICITUM EST:) „Mendacium ergo juxta communem notionem il„licitum non eſſe ait, ſed tunc demum ſi alterius „libertas judicandi læditur *Vid* §. *h. n.* 1 §. 12 & §. 14.

„e) (SALTEM SECUNDUM COMMUNEM GENTI„UM

ſtimationem, nulla videtur alia dari poſſe *f* præter repugnantiam cum jure exiſtente ac manente ejus ad quem ſermo aut nota dirigitur: *g* nam ſibi neminem mentiri, ut maxime falſum proferat, ſatis conſtat. *h* Jus hic intelligo non quodvis & rei extrinſecum, ſed quod proprium ſit huic negotio atque cognatum. Id autem nihil eſt aliud quam *i* judicandi libertas, quam homines colloquentes his quibus colloquuntur debere, quaſi pacto quodam tacito, intelliguntur. *k* Hæc enim nec alia eſt mutua illa obligatio quam homines introduci voluerant, ſimul atque ſermone notiſque ſimilibus uti inſtituerunt; * nam ſine tali obligatione inane fuiſſet tale repertum.

2. Deſideramus autem *l* ut quo tempore ſermo fit, jus illud ſubſiſtat

„IIM EXISTIMATIONEM:) Quibus placuiſſe ait, ut „voces, nutus, aliæque iodicandæ voluntatis notæ „adhiberi debeaot cum mutua obligatione. *Vid.* „§. 8. *n.* 2.

„*f*) (PRÆTER REPUGNANTIAM CUM JURE EXI„STENTE AC MANENTE EJUS AD QUEM SERMO „AUT NOTA DIRIGITUR:) Dictum jam eſt, eum „ad quem ſermo dirigitur non habere jus exigendi „ab alio ut verba quæ profert conveniant cum ejus „mente; adeoque hæc repugnantia merum figmen„tum eſt.

„*g*) (NAM SIBI NEMINEM MENTIRI:) Quia „ea intentione mentimur, ut *alius* credat id quod „aſſerimus, & quod verum non eſt.

„*h*) (JUS HIC INTELLIGO NON QUODVIS NEC „REI EXTRINSECUM SED QUOD PROPRIUM SIT „HUIC NEGOTIO:) Non ergo intelligit Author „*jus* quod extra rem eſt, & ab ea diſtioctum; ad„que non præciſe requirit ut damnum alter cum „quo loquimur ex hoc mendacio ſentiat, ſed *jus* „intelligit quod rei ipſi cognatum eſt, & negotio, „quo indicatur voluntas, proprium: nimirum in„telligit jus quod conſiſtit in libertate judicaodi, „& quod læditur per falſiloquium: Quæ omnia „fruſtra dicuntur.

i) (Grot.) (JUDICANDI LIBERTAS:) Hinc *furari cor* Hebræis dicitur qui adimit ſciendi vias: *Geneſ.* XXXI, 26. 27. & ibi *Onkelos* & LXX. Rabbi *David* libro radicum, & Rabbi *Salomo* in commentario, & *Abeneſtra.*

ADDITIO

„Auctor igitur jus mihi ex ſermone alterius „quæſitum eſſe putat, ad eum effectum ne „aliter loquatur quam ſentit, quia aliter lo„quendo eripit mihi libertatem judicandi. Atque hinc „ait nec infanti nec furioſo mendacium dici, quia „libertas judicii, adeoque læſio in iis ceſſat. §. 12. „Hinc porro concludit culpoſum non eſſe menda„cium ſi mentimur non illi qui decipitur ex noſtro „ ſermone, ſed alii, quia hujus libertas oon læditur. „§. 13. Item ſi is cui mentimur conſentit, vel fal„tem præſumtio eſt eum conſenſurum: quia li„libertati judicandi renunciare poteſt. §. 14.

„At in præcedentibus dictum eſt, *jus* hoc me„rum figmentum eſſe, & nec dari aliquod jus gen„tium, neque ex eo libertatem judicandi deberi „ei cum quo loquimur. Sed nec ex vocum rece„ptiooe ullam ſequi obligatiooem illis ſic oon „aliter utendi, jam demonſtravimus, & porro de„monſtrabimus.

„k) (HÆC ENIM NEC ALIA EST MUTUA ILLA „OBLIGATIO QUAM HOMINES INTRODUCI VOLUE„RANT:) Supponit enim voces, nutus, aliasque „indicaodæ voluntatis notas communi gentium „conſenſu repertas eſſe ad ſignificandum cum mu„tua obligatione; *Vid.* §. 8. *n.* 1. & *n.* 5. ita ut „aliter noo poſſiot adhiberi oiſi eo ſenſu quem „gentes ei indiderunt, indeque homines ei eum „quo loquuntur, obligari: Quod in præcedentibus refutavimus.

„*) (NAM SINE TALI OBLIGATIONE INANE „FUISSET TALE REPERTUM:) Quale? ſcilicet qua lo„quentes ſe obligant quod velint vocibus in ſenſu „communiter receptis uti, eoque permittere eis cum „quibus loquuntur facultatem judicandi: Nos jam „diximus fabulam eſſe quæ de jure gentium, & in„de deducta obligatione Author affert. Sed & ve„rum non eſt ſermonem inutilem fore ſine tali „obligatione: nam (1) uſum habet ſermo in lau„dando creatore, etſi homines invicem non collo„quantur: (2) uſum habet ut poſſint homines „animi ſenſa explicare ſi veliot: (3) præcipuus „autem uſus io eo eſt, quod teneantur quoque præ„ſtare id quod ſemel juxta ſenſum vocis receptum „voluerunt, ſi jus io alterum inde eſt translatum: „(4) quod teneantur ſenſu recepto uti, ſi de damno „& injuria ejus agitur, cum quo loquuntur: At„que his caſibus obligatio oritur non ex jure gen„tium voluntario, nec ex tacito pacto, neque id„eo quia mentiri non licet, ſed ex eo jure naturæ, „quo quis id quod alteri promiſit juxta ſenſum „vocis inter utrumque receptum præſtare tenetur, „vel quia alteri damnum mea aſſertione infertur.

„*l*) (UT QUO TEMPORE SERMO FIT JUS ILLUD „SUBSISTAT AC MANEAT:) Senſus eſt, ut eo tempore

ſiſtat ac maneat m fieri enim poteſt ut jus quidem fuerit ſed ſublatum ſit, aut tollatur ex alio jure ſuperveniente n ſicut debitum acceptilatione o aut conditionis ceſſatione. Tum vero requiritur p ut jus quod læditur ejus ſit qui cum loquimur, non alterius, q ſicut & in contractibus injuſtitia non naſcitur niſi ex læſo jure contrahentium. Huc forte non male referas, r quod veriloquium ad juſtitiam refert poſt Simonidem Plato, s & quod mendacium t illud vetitum ſacræ literæ ſæpe deſcribunt, teſtimonio ſive elocutione adverſus proximum, & quod ipſe Auguſtinus in mendacii natura conſtituenda ponit u fallendi voluntatem. Et v Cicero quæſtionem de veritate eloquenda w referri vult ad juſtitiæ fundamenta.

L. 1. de rep. pag. 331 C. D. Ed. H.Steph.

De Offic. 1. 10.

3. Tolli autem videtur poſſe x jus quod diximus, ſicut y conſenſu ejus quicum agimus expreſſo, z ut ſi quis prædixerit ſe falſa dictu-

„tempore quo quis cum alio loquitur, hic judicii „libertatem habeat.

„m) (FIERI ENIM QUIDEM POTEST UT JUS „FUERIT, SED SUBLATUM SIT AUT TOLLATUR „EX ALIO JURE SUPERVENIENTE:) Sic v. g. furioſus ex hypotheſi Authoris jus habuit & libertatem judicandi, antequam furore correptus fuit, „adeoque eo tempore mendacium ipſi dicere non „licebat, ſed jus hoc ſublatum eſſe putat accedente furore, cum enim jam deficiat judicandi „libertas, hanc per mendacium lædi non poſſe „ſtatuit.

„n) (SICUT DEBITUM ACCEPTILATIONE:) Ibi „vere jus quæſitum fuit, quod per acceptilationem „tollitur.

„o) (AUT CONDITIONE CESSANTE &c.) Hic „itidem jus, etſi eventuale, quæſitum fuit, quod „deficiente conditione, adeoque ex jure ſuperveniente, expirat.

„p) (UT JUS QUOD LÆDITUR EJUS SIT QUI „CUM LOQUIMUR, NON ALTERIUS:) i. e. Ut is „cum quo loquimur judicandi libertatem habeat: Unde concludit nullum eſſe mendacium ſi „ſermo ad eum dirigitur qui non decipitur, etiamſi tertius falſam inde hauriat perſuaſionem: quia „illi cum quo loquimur libertas judicandi manet „integra: *vid.* §. 13.

„q) (SICUT ET IN CONTRACTIBUS INJUSTITIA NON NASCITUR NISI EX LÆSO JURE CONTRAHENTIUM:) *Vid. l. 2. c. 12. §. 8. ſeq.* non „ergo alius ex hoc contractu jus ſibi arrogare poteſt: *L. 2. c. 11. §. 18.* Author idem obtinere in „mendacio putat, quia colloquentes ex tacito pacto obligari fingit, ut recepto non alio ſenſu voces accipiant: At jam dictum eſt colloquentes „ipſos non teneri ad verum dicendum adeoque „nullum jus colloquentibus, nedum tertio, inde „quæri.

„r) (QUOD VERILOQUIUM AD JUSTITIAM REFERT:) Hoc verum eſt quatenus de præjudicio „alterius agitur: nam ſi ex mendacio jus alii auſertur, is qui mentitus eſt illud reparare ex regula juſtitiæ generali tenetur.

„s) (ET QUOD MENDACIUM &c. SACRÆ LITERÆ SÆPE DESCRIBUNT, TESTIMONIO SIVE „ELOCUTIONE ADVERSUS PROXIMUM:) i. e. Si falſum teſtimonium dicit: hoc enim mendacium „illicitum eſt, quia proximus inde læditur, eique „fit injuria.

„t) (ILLUD VETITUM:) Intelligit mendacium „ſtricte ſic dictum, i. e. injurioſum. *Vid.* §. 14.

u) (Grot.) (FALLENDI VOLUNTATEM:) *Lactantius* inſtitutionum VI, 18. *Ut non mentiatur unquam decipiendi aut nocendi cauſa.* [Locus autem *Auguſtini* eſt in *Enchiridio: Omnis autem, qui mentitur, contra id, quod animo ſentit, loquitur, voluntate fallendi.* Cap. 22. J. B.]

ADDITIO.

„Sed hæc voluntas nihil habet illiciti, niſi alius „inde lædatur, ut bene Lactantius obſervat.

„v) (CICERO:) *L. 1. off. c. 7.*

„w) (REFERRI VULT AD JUSTITIÆ FUNDAMENTA:) Imo id non de omni elocutione „aſſerit, ſed de ea qua *fides* datur, hanc enim „adimplere præciſe tenetur is qui fidem dedit, „non quia mentiri non licet, ſed quia jus ſua voluntate in alium tranſtulit, adeoque jus alienum in „patrimonio habet, quod ei tribuere debet cujus „jus eſt.

„x) (JUS QUOD DIXIMUS:) i. e. Judicandi libertas, quam jure gentium deberi ait ei cum quo „colloquimur. *Vid. n. t.*

„y) (CONSENSU EJUS QUI CUM AGIMUS EXPRESSO:) Libertati enim judicandi, juxta hypotheſin Authoris, unusquisque renunciare poteſt, & „volenti non fit injuria *Vid.* §. *ſeq.*

„z) (UT SI PRÆDIXERIT SE FALSA DICTURUM „ET ALTER PERMISERIT:) Si quis prædicit ſe falſum dicturum, alteri non competit actio, etſi is putet loquentem verum dixiſſe, indeque lædatur; „quia falſum revera non dixit is qui loquitur, „nam

dictarum & alter permiſerit, ita & [aa] tacito æquave ratione præſumto, aut [bb] oppoſitione juris alterius quod communi omnium judicio multo plus valeat. [cc] Hæc recte intellecta multas nobis ſuppeditabunt illationes, quæ ad concilianda ſententiarum ſupra deſignatarum diſſidia non parum valituræ ſint.

§. XII.

Primum eſt, etiamſi quid dicatur quod falſam habeat ſignificationem infanti aut amenti, [a] in eo mendacii culpam non eſſe. Videtur enim communi omnium hominum ſenſu permiſſum eſſe:

Lucret. Lib. I. verſ. 933.

[b] *Ut puerorum ætas improvida ludificetur.*

Inſt. Orat. 12. 1.

Et Quintilianus de pueris locutus: [c] *utilitatis*, inquit, *eorum gratia multa fingimus*. Ratio proxima eſt, [d] quia cum in infantibus & amentibus non ſit judicii libertas, non poteſt eis circa eam libertatem injuria fieri.

§. XIII.

1. Secundum eſt, [a] quoties ſermo ad eum dirigitur qui non decipitur, etiamſi tertius inde falſam hauriat perſuaſionem, nullum eſſe men-

„nam advertit eum cum quo loquitur, ne credat „id quod aſſerit: Idque verum etiam eſt, *licet al-* „*ter non permittat*, quia ſufficit alterum prædi„xiſſe ſe veritatem non dicturum.

„*aa*) (TACITO ÆQUAVE RATIONE PRÆSUMTO:) „Uti ſi certum eſt eum, ad quem ſermo dirigitur, „læſionem in libertate judicandi non ægre latu„rum, ſorte ob commodum aliquod quod inde aſ„ſequitur. *Vid.* §. 14. Ubi rationem addit, quia „præſumitur voluiſſe, eoque renunciaſſe ſuo juri „judicandi: Verior ratio eſt, quod tunc menda„cium jure licitum ſit quo alter non læditur, „quod hic non fit.

„*bb*) (AUT OPPOSITIONE JURIS ALTERIUS:) „Forte quod is qui falſum loquitur potius jus ha„beat, & ſupereminens. *Vid.* §. 15. At nec Prin„ceps mentiri poteſt ſi de alterius præjudicio aga„tur cui nocere fas non eſt.

„*cc*) (HÆC RECTE INTELLECTA MULTAS NO„BIS SUPPEDITABUNT ILLATIONES:) Ex præce„dentibus apparet hypotheſin Authoris non tan„tum rem per ſe claram magis implicare, ſed & „omni ratione juris carere: Principia hujus res „ſunt ſimpliciſſima: Nemo alii verum dicere te„netur, neque ex libertate judicandi jus oritur inter „colloquentes. Si vero mendacio hoc nocetur „ei cui fas non eſt nocere, is qui mentitur tene„tur, non quia verum non dixit, ſed quia facto „hoc damnum alii dedit, quod proinde reparare „tenetur: Atque ex his principiis omnes de men„dacio quæſtiones facile explicari poſſunt.

„*a*) (IN EO MENDACII CULPAM NON ESSE:) „Eſt mendacium: Nam palam aliter loquitur ac „ſentit: at non eſt culpa mendacii, quia jus infan„tis non læditur.

„*b*) (PUERORUM ÆTAS LUDIFICETUR:) Dum „fabulæ illis narrantur.

„*c*) (UTILITATIS EORUM GRATIA:) Per fabu„lam enim moralium præceptis imbuuntur.

„*d*) (QUIA CUM INFANTIBUS ET AMENTIBUS „NON SIT JUDICII LIBERTAS:) Tota enim ratio, „cur mendacium ſit illicitum, in eo ab Authore „ponitur, quia judicandi libertatem homines col„loquentes invicem quaſi ex pacto tacito debeant, „cui juri quæſito repugnet mendacium *Vid.* §. 11. „*n.* 1. Hinc igitur concludit, infantibus & furio„ſis non dici mendacium, quia judicandi liber„tas in illis deficit, adeoque non poſſe iis circa „eam libertatem fieri injuria: At gratis hæc di„cuntur; Is qui mentitur ideo non tenetur quia „damnum alii hoc mendacio non datur.

„*a*) (QUOTIES SERMO AD EUM DIRIGITUR „QUI NON DECIPITUR ETIAMSI TERTIUS INDE „FALSAM HAURIAT OPINIONEM &c.) Exemplo „res clarior fiet. Cajus mentitur ſe literas acce„piſſe, naves certis mercibus oneratas naufragio „periiſſe: Sejus qui præſens id audivit, magno „pretio emit eaſdem merces exſtantes, naves in„terim adveniunt, & precium mercium minuitur „&c. Quæritur an hic ſit verum mendacium? „Author negat, nos affirmamus, aliter enim lo„quitur aliter ſentit; At porro quæritur, an Sejo „jus agendi contra Cajum competat, quia damnum „ei ex hoc mendacio obvenit? & merito id ne-

gatur

mendacium: [b] Non ratione ejus ad quem ſermo eſt: quia illi libertas manet integra, plane ut illis [c] quibus id intelligentibus fabula narratur, aut apud quos profertur ſermo figuratus. κατ' εἰρωνεἰαν aut καθ' ὑπερβολὴν, quæ figura, ut Seneca ait, [d] ad verum mendacio venit: & [e] Quintiliano ementiens ſuperjectio dicitur. [f] Neque ratione ejus qui obiter id audit; quia cum eo non agitur, [g] ideoque nulla eſt ad illum obligatio. Imo [h] ſi ipſe ſibi opinionem informat de eo quod non ipſi ſed alteri dicitur, [i] habet quod ſibi non alteri rem imputet. Quippe, ſi recte judicare volumus, [k] illius reſpectu ſermo non ſermo eſt, ſed res quæ ſignificare quidlibet poteſt.

VII, de Benef. 23.

2. [l] Nihil ergo peccavit aut Cato Cenſorius, qui ſociis auxilia falſo eſt pollicitus, [m] aut Flaccus, qui hoſtium urbem ab Æmilio expugnatam aliis narravit, [n] quanquam eo hoſtes decepti ſunt: [o] cui rem ſimilem de Ageſilao narrat Plutarchus. [*] Nihil enim hic dictum hoſtibus: [p] nocumentum autem quod inde ſecutum eſt, extrinſecum quid eſt, & [q] per ſe non illicitum optari aut procurari. [r] Ad hoc genus [s] Chryſoſtomus & Hieronymus retulerunt [t] Pauli

Livius 34. c. 12. App. Hiſp p. 301. Ed. H Steph. In Ageſil. pag. 505. C. Chriſoſt. in Galat. Tom III. p 730. Hieron. Epiſt. ad Auguſt. Tom. II, p. 336. & ſeq.

„gatur, quia mentiens non habuit animum decipiendi tertium, cum quo locutus non eſt: Sejus „igitur non deceptus eſt culpa Caji.

„b) (NON RATIONE EJUS AD QUEM SERMO „EST: QUIA ILLI LIBERTAS MANET INTEGRA:) „Vera ratio, eſt quia Sejo, cum quo locutus non „eſt, facto Caji damnum non datur.

„c) (QUIBUS ID INTELLIGENTIBUS FABULA „NARRATUR:) Jus eorum non læditur.

d) (Grot.) (AD VERUM MENDACIO VENIT:) *Incredibilia affirmat, ut ad credibilia perveniat. Seneca* ibidem.

„e) (QUINTILIANO:) 8. 6. 495.

„f) (NEQUE RATIONE EJUS QUI OBITER ID „AUDIT, QUIA CUM EO NON AGITUR:) Adeo„que animum eum decipiendi non habuit.

„g) (IDEOQUE NULLA EST AD ILLUM OBLI„GATIO:) Ex hypotheſi enim Authoris jus, ne „libertas judicandi auferatur, debetur ſaltem inter „colloquentes, ex tacito pacto. *Vid.* §. 11. *n.* 1.

„h) (SI IPSE SIBI OPINIONEM INFORMAT:) „i. e. aſſertionem falſam, quæ alii fit, veram credit.

„i) (HABET QUOD SIBI NON ALTERI REM IM„PUTET:) Recte: mentiens enim nec ei mentitus eſt, nec ei mentiri voluit.

„k) (ILLIUS RESPECTU SERMO NON SERMO „EST:) Senſus eſt, quod ſermo ſaltem ſit reſpectu „ejus cum quo collocutus eſt.

„l) (NIHIL ERGO PECCAVIT CATO CENSORI„US &c.) Barbari caſtella Biliſtagis, ſocii Roma„norum, oppugnarunt, is auxilia quærebat apud „Catonem, hic milites navibus imponebat & ho„ſtes fama Romani auxilii implebat, At profe„ctis legatis revocat ex navibus milites: quæritur „an ſimulatio hæc licita fuerit? Quod merito af„firmatur, quia ſociis auxilia præſtare Romani „tenebantur, & cum vi ac armis eis aſſiſtere potue„rint, multo magis dolo in hoſtes uti potuerunt.

„m) (AUT FLACCUS:) Qui dum in caſtra com„meatum importat, manifeſtis inſidiis circumven„tus, hac ſolertia evaſit: inter milites ſuos ru„morem ſpargit Pallantiam ab Æmylio captam; „quam vocem Barbari audientes, & ita ſe rem „habere exiſtimantes, diſceſſerunt: *Appian. bell. „Hiſp. p. m. 301.*

„n) (QUANQUAM HOSTES EO DECEPTI SUNT:) „Hoc non ideo licitum eſt, quod ſermo non di„rectus fuerit ad hoſtem ſed ad alium: nam ſer„mo falſus qui ad ipſum hoſtem dirigitur, num„quam peccatum eſt, hoſti enim omni modo no„cere licet: Aliud in promiſſis obtinere infra vi„debimus.

„o) (CUI REI SIMILEM:) Alia exempla *vide „infra* §. 17.

„*) (NIHIL ENIM HIC DICTUM HOSTIBUS:) „Imo etſi ipſis hoſtibus eſſet dictum peccatum „non fuiſſet, quia hoſti omni modo nocere licet.

„p) (NOCUMENTUM AUTEM QUOD INDE SECU„TUM EST, EXTRINSECUM QUID EST:) Dixi jam „intrinſece quoque damnum hoſti inſerre licere.

„q) (PER SE NON ILLICITUM OPTARI AUT „PROCURARI:) Si per ſe non eſt illicitum nocere „hoſti, etiam mendacium ei dicere, eoque hoſtem „decipere licet.

„r) (AD HOC GENUS: &c.) Petrus noluit comedere „cum gentilibus Judæis, quem Paulus ideo repre-

hen-

Galat. 2. 14. li ſermonem, quo Antiochiæ Petrum ut nimium Judaizantem reprehendit. [u] Cenſent enim Petrum ſatis intellixiſſe non id ſerio fieri: [v] interim vero conſultum infirmitati adſtantium.

[a] §. XIV.

1. Tertium eſt, quoties certum eſt eum ad quem ſermo eſt [b] libertatis ſuæ in judicando læſionem non ægrè laturum, [c] imo gratias habiturum eo nomine, [d] ob commodum aliquod quod inde aſſequitur, [e] tunc quoque [f] mendacium ſtricte dictum, id eſt injurioſum, non committi; [g] ſicut furtum non perpetraret qui ex præſumta domini voluntate rem ipſius exiguam conſumeret, ut inde magnam eidem utilitatem pararet. In his enim, quæ adeo certa ſunt, [h] præſumta voluntas pro expreſſa habetur. [i] Volenti autem conſtat injuriam non fieri, Sic ergo videtur non peccare, [k] qui aut ægrotantem amicum perſuaſione non vera ſolatur, [l] ut Arria Pætum filio mortuo, quæ hiſtoria eſt [m] in Plinii epiſtolis: aut in prælio peri-

cli-

„hendit. Quidam patrum ajunt, fictam non veram „fuiſſe reprehenſionem Pauli, eumque conſulere „voluiſſe infirmitati adſtantium: quod verum non „eſſe tum ex Pauli rationibus apparet, tum ex „natura rei. Nam Servator, pro toto humano „genere mortuus, per Evangelium Judæos & gen„tiles fecit æquales, indeque omnem differentiam „ſuſtulit.

s) (Grot.) (CHRYSOSTOMUS ET HIERONYMUS:) Adde *Cyrillum* adverſum Julianum libro IX. circa finem. Nec multo aliter *Tertullianus* primo & tertio contra Marcionem. [L. I. c. 20. IV. 3.]

„t) (PAULI:) *Ad Galat.* 2. 11.

„u) (CENSENT ENIM PETRUM SATIS INTEL„LEXISSE NON ID SERIO FIERI:) Diſſentit *Augu„ſtin. ep. 8. Paræus ad Rom. 15. dub. 3.*

„v) (INTERIM VERO CONSULTUM INFIRMITA„TI ADSTANTIUM:) Scilicet gentilium, qui ſe ex„cludi videbant a conſortio Apoſtolorum.

„a) (AD §. XIV.) Author ait, mendacium tunc „quoque licitum eſſe ſi alteri prodeſt: Quod „omnino verum eſt: nam tota quæ in mendacio „eſt injuria in eo conſiſtit, quod alter inde læda„tur, quæ ratio ceſſat ſi is cui mentimur com„modum inde aſſequitur.

„b) (LIBERTATIS SUÆ IN JUDICANDO LÆSIO„NEM NON ÆGRE LATURUM &c.) Dixi (1) liber„tatem judicandi non deberi ei cum quo loquimur, „& jus hoc merum eſſe figmentum, adeoque (2) „mendacium non ideo illicitum eſſe, quia hæc li„bertas læditur, ſed quia alteri damnum inde „oritur; quo proinde (3) ceſſante, uti ceſſat in „caſu propoſito, mendacium pro peccato haberi „nequit.

„c) (IMO GRATIAS HABITURUM:) Si igitur „alter gratias non habeat, ſed reſpuat commodum, „ex hypotheſi Authoris erit peccatum ob læſam „nunc libertatem judicii: Uno errore dato ſequun„tur infiniti alii.

„d) OB COMMODUM ALIQUOD:) Cujus rei ex„empla mox ſequuntur.

„e) (TUNC QUOQUE MENDACIUM &c. NON COM„MITTI:) Quia nemini jus inde aufertur.

„f) (MENDACIUM STRICTE SIC DICTUM, ID „EST INJURIOSUM:) Author mendacium diſtin„guit in laxius & ſtricte ſic dictum. *Vid.* §. *10.* „*n. 1.*

„g) (SICUT FURTUM NON PERPETRARET QUI „EX PRÆSUMTA DOMINI VOLUNTATE REM &c.) „Quia non habet animum rem domini contrectan„di, ſed patrimonium ejus augendi: Unde tene„tur tanquam negotiorum geſtor, non vero actio„ne furti.

„h) (PRÆSUMTA VOLUNTAS PRO EXPRESSA „HABETUR:) i. e. conſenſiſſe videtur ut libertas „ejus judicandi lædatur: At non ideo deſinit eſſe „mendacium, ſed deſinit eſſe peccatum, quia non „animo decipiendi mentitur, ſed animo negotia „alterius gerendi.

„i) (VOLENTI AUTEM CONSTAT INJURIAM NON „FIERI:) Regula vera eſt, ſed male huc appli„catur.

„k) (QUI AUT ÆGROTANTEM AMICUM „PERSUASIONE NON VERA SOLATUR:) Jus enim „alterius non læditur.

„l) (UT ARRIA PÆTUM FILIO MORTUO:) „Marito enim ægrotanti, & de filii æque ægro„ti ac jam mortui ſtatu interroganti reſpon„dit, hunc bene quieviſſe, & libenter cibum ſum„ſiſſe &c.

m) (Grot.) (IN PLINII EPISTOLIS:) *Lib. III. ep. 16.*

„n)

clitanti [n] ex falſo nuntio animum addit, quo incitatus victorium & ſalutem ſibi pariat, [o] ac ſic deceptus non capiatur, quemadmodum Lucretius loquitur. *Ubi ſupr.*

2. Democritus: ἀληθομυθεύειν χρεὼν ὅπȣ λώϊον: *Omnino veriloquio utendum eſt, ubi id eſt melius.* *Apud Stob. Serm. 12* Xenophon: φίλȣς δίκαιον ἐξαπατᾶν, ἐπὶ δὲ ἀγαθῷ: *amicos decipere licet, ipſorum bono.* Et Clemens Alexandrinus concedit ψεύδεσθαι ἐν θεραπείας μέρει, *mendacio uti pro remedio.* *Stromat. Lib. 7. Cap. 9. p. 863.* Maximus Tyrius: καὶ ἰατρὸς νοσȣ̃ντα ἐξαπατᾷ, καὶ ςρατηγὸς ςρατόπεδον, καὶ κυβερνήτης ναύτας, καὶ δεινὸν ȣ̓δέν: *Et medicus ægrotum, & imperator exercitum, & gubernator nautas decipit: nec quicquam in hoc mali eſt.* *Pag. 381. Ed. Baſil. 1534.* Rationem reddit ad Platonem Proclus: τὸ γὰρ ἀγαθὸν κρεῖττόν ἐςι τῆς ἀληθείας, *nam quod bonum eſt, id vero eſt melius.* Tale illud [p] apud Xenophontem, ſocios jamjam adfore, [q] & Tulli Hoſtilii, ſuo juſſu circumduci Albanum exercitum: & Quinctii Conſulis, ut hiſtoriæ loquuntur, [r] ſalubre mendacium, hoſtes ab altero cornu fugere: [s] ac ſimilia paſſim apud Hiſtoricos. Notandum autem eſt, [t] læſionem judicii in hoc genere eo minoris eſſe, [u] quia ferme momentanea eſt, pauloque poſt aperitur veritas. *Lib. 4. Socr. c. 2. §. 16.* *Livius libro 1. c. 27.* *Idem, 2. 64.*

§. XV.

1. Quartum & [a] ſuperiori affine eſt, quoties [b] qui habet jus ſupereminens in omnia jura alterius, [c] eo jure [d] bono ipſius ſive proprio, ſive publico utitur. Et hoc maxime ſpectaſſe videtur [e] Plato; qui imperium habentibus concedit falſum dicere. *III. de Rep. pag. 389. B.* Idem cum [f] Medicis modo dare videatur, modo adimere, diſcrimen hoc adhi-

„n) (EX FALSO NUNCIO ANIMUM ADDIT:) „Exempla vide apud *Liv. l. 2. c. 64. Chalcocond. „rerum Turc. l. 2. p. 233. Vid. ſupr. §. 13. n. 2.*

„o) (AC SIC DECEPTUS NON CAPIATUR:) i. e. „damnum inde non ſentiat.

p) (Grot.) (APUD XENOPHONTEM:) *Et Ageſilaus cum in Bœotiam veniſſet, & intellexiſſet Piſandrum navali prælio victum a Pharnabazo & Conone, juſſit militibus ſuis contrarium dici, coronatusque incedens ſacra fecit pro victoria.* Plutarchus Ageſilao (pag. 605. C.)

„q) (ET TULLI HOSTILII:) *Liv. 1. c. 27.*

„r) (SALUBRE MENDACIUM:) *Liv. l. 2. c. 64.*

„s) (AC SIMILIA:) Si celatur mors ducis. Vi„de *Tacit. Ann. 1. 5. Liv. 1. 41. & 3. 18. Evag. „5. 1. Herodian. 2. 1. Thuan. l. 13. p. 259.*

„t) (LÆSIONEM JUDICII IN HOC GENERE EO „MINORIS ESSE:) Rationem hanc jam rejecimus; „omne mendacium licitum eſt quo jus alterius „non læditur.

„u) (QUIA FERME MOMENTANEA EST, PAU„LOQUE POST APERITUR VERITAS:) Sic v. g. „mox conſtabit an hoſtis fuga vera ſit vel non: „Sed fabulam de judicii libertate ejusque læſione „jam excuſſimus.

„a) (SUPERIORI AFFINE:) Ubi ob commodum „alicujus mentiri licet

b) (Grot.) (QUI HABET JUS SUPEREMINENS:) Iliados ſecundo Agamemnon Græcorum Imperator, (*verſ. 73*)

Πρῶτα δ' ἐγὼν ἔπεσιν πειρήσομαι, ἣ θέμις ἐςὶ,
Καὶ φεύγειν σὺν νηυσὶ πολυκλήισι κελεύσω.
Ante tamen Danaos verbis tentabo, (ſinit fas)
Utque cito fugiant arata claſſe manebo.

„c) (EO JURE:) Imo id non eſt effectus im„perii, ſed jus naturæ omnibus hominibus com„mune.

„d) (BONO IPSIUS SIVE PROPRIO SIVE PUBLI„CO UTITUR.) Princeps, omnisque alius qui Impe„rium ſummum habet, ratione mendacii non plus „juris habet quam quilibet ſubditus. Nimirum „neutri mentiri licet ſi alterius jus inde læditur, „eique fit injuria.

„e) (PLATO:) *Lib. 3. d. republ. p. m. 95. & de „Legibus l. 2 p. 663.* & paſſim

f) (Grot.) (MEDICIS:) Exempla medicorum affert

hibendum videtur, [g] ut priore loco Medicos intelligat publice ad hoc vocatos, poſteriore eos [h] qui privatim id ſibi arrogant. [i] Deo tamen, quanquam jus ſummum in homines habenti, non convenire mendacium recte agnoſcit [k] idem Plato, [l] quia infirmitatis nota eſt ad talia confugere.

2. Exemplum forte inculpatæ falſiloquentiæ, laudante etiam *De Joſeph. p. 550, & ſeq.* Philone, dari poterit [m] in Joſepho, qui regia vice imperans fratres primum quaſi exploratores, deinde quaſi fures, ficte, nec ita ſentiens accuſat. [n] Et in Solomone, *Reg. 3, 25.* qui ſapientiæ divinitus datæ ſpecimen dedit, cum apud mulieres de partu litigantes voces eas protulit quæ voluntatem ſcindendi infantis ſignificarent, cum animus ei longiſſime a tali voluntate abeſſet, & veræ matri ſuum partum attribuere vellet. Quintiliani eſt dictum [o] *aliquando exigit communis utilitas ut etiam falſa defendantur.* *Inſt. Orat lib 2. c. 17. p. 197. Edit. Barm.*

§. XVI.

Quintum eſſe poteſt, [a] quoties vita innocentis, aut par aliquid aliter ſervari, & alter ab improbi facinoris perfectione aliter averti non

affert *Chryſoſtomus* dicto libro 1. de Sacerdotio.

ADDITIO.

„Imo Plato non modo dat, modo adimit medi-„cis facultatem mentiendi: Sed eam dat medicis „publicis, i. e. magiſtratibus, eisque ſolis: at *pri-„vatis* (non medicis, ſed, ut ipſe loquitur, πάσιν „ἄλλοις, omnibus aliis) eam adimit; loquitur „autem Plato de mendacio hoſti, aut utilitatis pu-„blicæ cauſa dicto: *de republ. l. 3. p. 94.*

„g) (UT PRIORE LOCO MEDICOS INTELLIGAT:) „Imo intelligit adminiſtrantes rempublicam.

„h) (QUI PRIVATIM:) Imo, per privatos in-„telligit omnes alios homines imperium non ha-„bentes.

„i) (DEO TAMEN NON CONVENIRE MENDA-„DACIUM:) Imperfectionem enim infert falſilo-„quium, quæ in Deum non cadit.

„k) (IDEM PLATO:) *Nihil eſt cauſa igitur ut „Deus mentiatur: igitur Dæmonem Deorumque na-„tura a mendacio plane aliena eſt? Omnino inquit. „Quocirca & ſimplex, & verax eſt Deus & ope-„ra & verbis: & neque mutatur ipſe, neque „alios decipit, neque ſimulacrorum objectis, neque „ſermonibus, neque ſignis immiſſis &c. De republ. „l. 2 in f.*

„l) (QUIA INFIRMITATIS NOTA EST AD TA-„LIA CONFUGERE:) Deus ipſe eſt veritas, quæ „pugnat cum falſiloquio.

m) (Grot.) (IN JOSEPHO:) *Cum fratribus diſpenſatoria ſeveritate crimen explorationis inureret,* ait *Caſſiodorus* de Amicitia. [Cap. *De Naturali motu*, pag. 637. *Edit. Genev.* 1650. Sed is liber non eſt *Caſſiodori.*]

ADDITIO.

„Imo id non animo lædendi, ſed convincendi „fratres injuriæ fiebat, & ad bonum tendebat fi-„nem. *Vid. Gen. 42. v. 9.* quanquam etiam in pœ-„nam frater læſus terrorem eis inferre jure potu-„erit.

„n) (ET IN SOLOMONE:) Simulationem tan-„quam medium explorandæ veritatis adhibuit, „unde nemini fiebat injuria. *Vid. 1 Reg. 3. 16*

„o) (ALIQUANDO EXIGIT ETIAM COMMUNIS „UTILITAS:) Nam jura ſubditis quæſita auferri „poſſunt ob utilitatem publicam.

a) (Grot.) (QUOTIES VITA INNOCENTIS, AUT PAR ALIQUID, ALITER SERVARI, ET ALTER AB IMPROBI FACINORIS PERFECTIONE ALITER AVERTI NON POTEST:) *Auguſtinus* in v. Pſalmum, (§. 7.) relatus a *Gratiano* in cauſam XXII. quæſt. 2. c. ne quis 14. (Sed ita ut verba paullo diverſa ſint) *Duo vero ſunt genera mendaciorum in quibus non eſt magna culpa, ſed tamen non ſunt ſine culpa cum aut jocamur, aut proximo conſulendo mentimur. Illud autem primum in jocando ideo non eſt pernicioſum, quia non fallit. Novit enim ille, cui dicitur, cauſa jocandi fuiſſe dictum. Secundum autem ideo minus eſt, quia retinet nonnullam benevolentiam.* *Tertullianus* libro de Pudicitia inter delicta quotidianæ incurſationis, quibus omnes ſumus

non poteſt: quale fuit *b* factum Hypermneſtræ quæ hoc nomine laudari ſolet,

> *c Splendide mendax, & in omne virgo*
> *Nobilis ævum.*

§. XVII.

1. *a* Latius quam quæ jam diximus patet quod paſſim ſtatuunt ſapientes, apud hoſtem falſo ſermone uti licere. *b* Sic regulæ de non mentiendo exceptionem, niſi adverſus hoſtes, addit Plato, *c* Xenophon, Philo inter Judæos, *d* inter Chriſtianos Chryſoſtomus. Quo forte non male referas quod in ſacris literis extat *e* Jabeſitarum in obſidione mendacium, & factum non diſſimile Prophetæ *f* Eliſæi: & Valerii Levini, qui Pyrrhum a ſe interemtum jactabat.

Lib. 2. De Rep. p. 382.
c. Lib. 1. De Cyri inſtit. c. 6. & IV. Socr c. 2. § 16.
De Migr. Abr. (Immo De Cherubim, p. 110. D.)
De Sac. L. 1.
Sam. 11. verſ. 10.
2 Reg. 6. 18. & ſequ.

2.

mus objecti, ponit, neceſſitate mentiri. (Cap. 19.)

ADDITIO.

„Mendacium enim per ſe res indifferens eſt, & „bonum fit ſi alterius jus inde ſervetur. Exem„plum vide in *Chron. Argent. ad an* 1313. & alia „apud *Gron. h.*

„*b*) (FACTUM HYPERMNESTRÆ:) Quo pro„miſerat patri ſe interfecturam Lynceum mari„tum, quem ſervavit: *Ovid. Heroid.* 14.

c) (Grot.) (SPLENDIDE MENDAX:) Ubi ſcholiaſtes, *decenter. Pulchrum eſt enim pro juſtitia mentiri.* Simile eſt illud *Chryſoſtomi* de Rahabe τ̃ καλȣ̃ ψεύδȣς, ὢ καλȣ̃ δόλȣ, ȣ̓ προδιδόντος τὰ θεῖα, ἀλλὰ φυλάττοντος τὴν ἀλήθειαν, aut, ut alii habent codices, τὴν εὐσέβειαν, *o pulchrum mendacium, o laudabilem dolum, non prodentis res divinas, ſed cuſtodientis veram pietatem. Auguſtinus* de Obſtetricibus Ægyptiis: *o magnum humanitatis ingenium, o pium pro ſalute mendacium!* Laudat easdem obſtetrices, & præmia illis data, etiam æterna, credit *Hieronymus* ad Exechielem XXVIII. (pag. 481) & ad Eſaiam LXV. (pag. 249.) *Ambroſius* ad Syagrium libro VIII. (Epiſt. LXIII) *Auguſtinus* ipſe, ut ſolet, varians, ad Conſentium contra mendacium c. 15. *Toſtatus* negat in eo peccatum. Hæſitant *Auguſtinus* lib 2. quæſtione ſuper Exodum, (Cap. 1) *Thomas* 2, 2. quæſtione CX. art. 4. reſp. ad 4. & ibi *Cajetanus.* Vide ſi vacat & moriæ encomio *Eraſmum*, & doctiſſimum *Maſium* ad Joſuam 2, 5. [Verba CHRYSOSTOMI de *Rahabe*, leguntur Orat. II. *De Pœnitentia*, Tom. VI. pag. 775. *Ed. Savil.* Adde BASILIUM, *in principium proverbiorum*, Tom. I. pag. 402. *Ed. Pariſ.* 1638. J. B.]

„(AD §. XVII.) Quæritur an contra hoſtes falſo „ſermone uti liceat ſi damnum eis inde datur? „Merito id affirmatur: *Vide ſupra §. 1, Prop. IV.* „Cum enim licitum eſt occidere hoſtem finis il„lius obtinendi cauſa, nedum licitum erit mentiri, „eoque damnum illi inferre.

„*a*) (LATIUS QUAM QUÆ DIXIMUS PATET:) „Hactenus Author ſaltem exceptiones explicavit „regulæ, *quod mentiri non liceat*, quia libertatem „judicandi alteri adimit: hic exceptionem gene„ralem & latius patentem affert in hoſte, utpote „cui libertatem judicandi ſemper auferri poſſe pu„tat, quia ipſam vitam ei auferre licet.

„*b*) (SIC REGULÆ DE NON MENTIENDO:) Imo „regula eſt, *mentiri licere*: Dictum enim eſt mendacii „vocem per ſe indifferentem eſſe, & ſolum excipi „caſum ubi alius, quem lædere fas non eſt, in„de læditur.

„*c*) (XENOPHON:) *Lib. 2. inſt. Cyr. pag. 309.* „Adde *Ovid. 2. faſt. 25. Thucyd. l. 6. pag. 344.* „*Appian. de bell. Parth. n. 152. Nepos in Them.* „*c. 5. in Ageſil. l. 3. Liv. 29. 37. Thuan. 8 p. 166.* „*Busbeq. ep. 3. p. 207. Teſm h.*

d) (Grot.) (INTER CHRISTIANOS CHRYSOSTOMUS:) Sic loquens: εἰ βȣ́λοιγε τῶν ςρατηγῶν τȣ̀ς ἐξ αἰῶνος εὐδοκιμήσαντας ἐξετάσαι, τὰ πλείονα αὐτῶν τρόπαια τῆς ἀπάτης εὑρήσεις ὄντα κατορθώματα, καὶ μᾶλλον τȣ́τȣς ἐπαινȣμένȣς ἢ τȣ̀ς φανερῶς κρατȣ̃ντας. *ſi nobiliſſimos ducum ad examen voces, pleraque eorum trophæa reperies fraudum eſſe opera, magisque tales laudari quam qui aperte agendo vicerunt.* [De Sacerdotio, Lib. 1. Cap. 5.]

„*e*) (JABESITARUM IN OBSIDIONE MENDACIUM:) Imo id non erat mendacium, nam ex pa„cto & utriusque conſenſu ſeptem concedebantur „dies, intra quos ſi non defenderentur deditio„nem promittebant Jabeſitæ: Vid. *1 Sam. XI. v. 3.*

f) (Grot.) (ELISÆI:) Ejusdem Eliſæi alterum ſimile eſt 2 *Regum* VIII, 10. ita ut legunt Maſoretæ, id eſt, ſecundum קְרִי, quod ſequitur latina vulgata verſio.

2. [g] Ad tertiam [h] quartam, [i] & quintam obſervationem earum quas jam poſuimus pertinet Euſtratii Metropolitæ Nicænſis locus
Cap 9. ad ſextum Nicomachiorum: ὁ εὖ βȣλευόμενος οὐκ ἐξ ἀνάγκης ὁ ἀληθεύων ἐςὶν, ἐςὶ γὰρ ποτε τὸν ὀρθῶς βȣλευόμενον καὶ περὶ αὐτȣ̃ τȣ̃ ψεύδȣς βȣλεύσασθαι, ἵν᾽ ἐπιτηδὲς ψεύδηται πρός τινα ἢ ἐχθρὸν ὄντα, ἵνα σφάλῃ αὐτὸν, ἢ φίλον ἵν᾽ ἐκκόψῃ αὐτὸν ἀπὸ κακȣ̃, καὶ τȣ́των τὰ παραδείγματα ἐν ταῖς ἱςορίαις πολλά: *Qui recte conſultat non utique & verum dicit. Fieri enim poteſt ut quis recte conſultans hoc ipſum conſultet quo pacto de induſtria mentiatur, aut hoſti ut eum fallat, aut amico ut eum a malo liberet: quarum rerum exemplis plenæ ſunt hiſtoriæ.* Et Quintilianus, ſi ab homine
Inſt. Or. 12, 1. occidendo graſſator avertendus ſit, aut hoſtis pro ſalute patriæ fallendus, [k] quod alias in ſervis reprehendum ſit, fore ait in ipſo ſapiente laudandum.

3. Non placent hæc [l] Scholæ actorum paulo ante ſæculorum,
ut quæ unum ex veteribus [m] Augnſtinum ferme in omnibus ſequen-
Th 2, 2. qu. dum ſibi delegerit. Sed eadem Schola tam ab omni uſu abhorren-
110. art. 1. & 3. tes [n] admittit interpretationes tacitas, ut dubitari poſſit an non
Covar. in cap ſatius ſit adverſus quoſdam [o] falſiloquium admittere [p] in iis quos
quamvis de pactis diximus caſibus, [q] aut eorum aliquibus, [r] (nihil enim definiendum
in 6. p 2. §. 1. n. hic ſumo) [s] quam iſta a falſiloquio tam indiſcrete eximere; ut cum
15. Soto dicunt, neſcio [t] intelligi poſſe neſcio ut dicam; [u] non habeo, intel-
de Juſtitia 5. q. ligi poſſe ut tibi dem; & id genus alia, [v] quæ ſenſus communis re-
6 art. 2. Tolet lib 4 c. 58. Leſſ. lib 2 de Juſtitia c. 42. dub. 9.
pudiat

g) (AD TERTIAM.) Si in commodum ejus cum quo loquimur mentimur.

„h) (QUARTAM:) Si jure imperii mentimur.

„i) (ET QUINTAM:) Si in commodum tertii „mentimur.

„k) (QUDD ALIAS IN SERVIS REPREHENOEN„DUM SIT:) Mendacium & furtum propria ſer„vorum vitia dicebant veteres. *Vid. infr. §. 20. n. 1.* „*Gron. h.*

„l) (SHOLÆ ACTORUM:) Theologis ſuperio„rum ætatum, qui Scholaſtici vocantur. *Gron. h.*

m) (Grot.) (AUGUSTINOM:) Contra cujus poſteriorem in hac re ſenteotiam ſcripſit *Rupertus* Abbas.

ADDITIO.

„Is omne peccatum, etiam vitæ ſive ſuæ, ſive „alterius ſervandæ cauſa, improbat: Auguſtinus „de mendacio *cap.* 14. 15. 16. 20: verba vide in „*cauſ. 22. q. 2. c. 8.* & apud *Teſm. cd* §. *16. h.* „Conf. *Auguſt. Enchrid. 22. & epiſt. 8. & 19.*

„n) (ADMITTIT INTERPRETATIONES TACITAS:) „Nam ſi quis me interrogat, an homo in mea do„mo lateat, eadem ſchola licitum eſſe ait reſpon„dere, *me neſcire*: neque id mendacium eſſe, quia „hactenus me neſcire aſſerere poſſum, *ut dicam:* „quæ abſurda ſunt & verum meodacium inferunt: „de quo mox: *lit. t.*

„o) (FALSILOQUIUM AOMITTERE:) i. e. Loqui „aliter ac ſentias.

„p) (IN IIS QUOS OIXIMUS CASIBUS:) Nempe „juxta quinque obſervationes præcedeotes: Nos „jam diximus, omne mendacium licitum eſſe quod „non tendit in alterius injuriam.

„q) (AUT EURUM ALIQUIBUS:) Imo omnibus.

„r) (NIHIL ENIM DEFINIENOUM HIC SUMO:) „Imo tuto definiri poteſt, omne mendacium lici„tum eſſe, niſi ex quo jus alterius læditur.

„s) (QUAM ISTA A FALSILOQUO TAM INDI„SCRETE EXIMERE:) i. e. Quam temere aſſerere, „in omnibus caſibus obſervatis non licere aliter „loqui aliter ſentire.

„t) (INTELLIGI POSSE NESCIO UT OICAM:) „i. e. Neſcio ad eum effectum ut tibi dicam ve„ritatem.

„u) (NON HABEO, INTELLIGI POSSE UT TIBI „DEM:) v. g. Aliquis vult rem ſibi ablatam, quam „ego poſſideo, reſtitui: Si repono *me non ha„bere*, non eſſe mendacium ajunt Scholaſtici, quia „*non habeo* ad eum effectum ut roganti rem red„dam.

„v) (QUÆ SENSUS COMMUNIS REPODIAT:) Pu-
„gnant

pudiat, & quæ ſi admittantur jam nihil obſtabit [w] quo minus qui quid affirmat id ipſum negare, qui negat affirmare dicatur.

4. Veriſſimum quippe eſt nullam omnino eſſe vocem [x] quæ non ambiguum recipiat, [y] cum omnes præter ſignificatum quem vocant primæ notionis, [z] alterum habeant ſecundæ, eumque varium [aa] ſecundum varias artes, tum vero alios quoque ex translatione ac ſimilibus figuris. Neque magis eorum commentum probo, qui, quaſi vocem non rem exhorreſcerent, joca vocant ea quæ vultu ac pronuntiatione maxime ſeria proferuntur.

§. XVIII.

Sciendum vero [a] quæ de falſiloquio diximus [b] ad aſſerentem ſermonem, [c] & quidem talem qui nulli niſi publico hoſti noceat, [d] non ad promittentem referenda. Nam ex promiſſione, [e] ut jam modo dicere cœpimus; [f] jus ſpeciale ac novum confertur ei cui fit promiſſio: idque inter hoſtes etiam locum habere [g] ſine ulla hoſtilitatis jam exiſtentis exceptione, neque tantum in promiſſis expresſis, [h] ſed & in tacitis, ut in colloquii poſtulatione oſtendemus, cum ad eam partem [i] quæ de fide in bello ſervanda eſt, ventum erit.

§. XIX.

„gnant enim directo cum recepto loquendi uſu.

„w) (QUO MINUS QUI QUID AFFIRMAT ID IPSUM „NEGARE, QUI NEGAT AFFIRMARE DICATUR:) „Sunt enim reſervationes mentales, quæ in diſpo„ſitionibus ubi de utriusque conſenſu agitur, & in „caſibus ubi veritatem quis dicere tenetur, maxime „ſunt prohibitæ.

x) (Grot.) (QUÆ NON AMBIGUUM RECIPIAT:) Id Chryſippus defendit apud *Gellium* libro XI. c. 12. Et *Seneca* de Beneficiis ſecundo capite 34. *Ingens eſt copia rerum ſine nomine, quas non propriis appellationibus notamus, ſed alienis commodatisque.*

„y) (CUM OMNES PRÆTER SIGNIFICATUM QUEM „VOCANT PRIMÆ NOTIONIS:) Quam domicilium „proprium appellat Cicero *16. fam. 17. Gron. h.*

z) (Grot.) (ALTERUM HABEANT SECUNDÆ:) *Auguſtinus* de Magiſtro: *nullum nos ſignum comperiſſe quod non inter cætera quæ ſignificat, ſe quoque ſignificet.* (Cap. 7.)

aa) (Grot.) (SECUNDUM VARIAS ARTES:) Vide quæ ſupra notata ad paragraphum decimum.

„a) (QUÆ DE FALSILOQUIO DIXIMUS:) Sciſi„cet illud licitum eſſe in caſibus exceptis, & in„primis in hoſtes.

„b) (AD ASSERENTEM SERMONEM:) Quo tan„tummodo pronunciatur aliquid eſſe vel non eſſe. „*Vid. Gron. h.*

„c) (ET QUIDEM TALEM QUI NULLI NISI „PUBLICO HOSTI NOCEAT:) Nam ei ſoli, qui „publice hoſtis declaratus eſt nocere licet.

d) (Grot.) (NON AD PROMITTENTEM:) Diſtinguit hæc & Ageſilaus & cum eo *Plutarchus*: *τὸ μὲν συνθέμενον ἀδικεῖν, τῶν Θεῶν ἐςι καταφρονεῖν, ἐν δὲ τῷ παραλογίζεσθαι τὰς πολεμίυς, ὐ μόνον τὸ δίκαιον, ἀλλὰ καὶ δόξα πολλὴ, καὶ τὸ μεθ' ἡδονῆς κερδαίνειν ἔνεςι. fœdera violare, Deos eſt contemnere. Extra ea verbis hoſtem decipere, non juſtum modo eſt, ſed & gloriam habet, & cum lucro voluptatem.* [Vit. Ageſil. pag. 600. D. Tom. I. *Ed. Wechel.*]

ADDITIO.

„Nam dum hoſti fidem do, jus in eum, qua „hoſtem, transfero, unde obligatio oritur ex mea „voluntate.

„e) (UT JAM MODO DICERE COEPIMUS:) Jus „enim quod fuit, tollitur ex alio jure ſuperveni„ente *Vid. ſupr. §. 11. n. 2. & 3.*

„f) (JUS SPECIALE AC NOVUM CONFERTUR „EI CUI FIT PROMISSIO:) Vera ratio eſt, quod „jura etiam inter hoſtes commutari poſſint, nam „illi quoque jus in ſuas res & actiones habent, „de quibus proinde uti diſponunt ita jus eſt: de „quo latius *infra cap. 9. & c. 20. ſeq.* agemus.

„g) (SINE ULLA HOSTILITATIS JAM EXISTEN„TIS EXCEPTIONE:) Qua hoſtes enim de ſuo „jure diſponunt, adeoque exceptioni hoſtilitatis „quaſi renunciant.

„h) (SED ET IN TACITIS:) i.e. Ubi ex medii „neceſſitate fides ſequitur, uti qui concedit collo-

§. XIX.

Illud quoque ex ſuperiori, quæ *a* de jurejurando fuit, diſſertatione repetendum eſt, *b* ſive id aſſertivum ſit ſive promiſſivum, vim habere excludendi omnes exceptiones *c* quæ ex perſona ejus quicum agimus peti poſſent, *d* quia non cum homine tantum ſed & cum Deo res eſt, *e* cui per jusjurandum obligamur, *f* etiamſi homini jus nullum naſci poſſit. *g* Ibidem & illud diximus, *h* non ſicut in alio ſermone, ita in jurato, ut a mendacio excuſemur *i* admitti interpretationes verborum quasvis non plane inuſitatas: ſed omnino veritatem requiri *k* eo in ſenſu quem homo exaudiens intelligere fide optima exiſtimatur: ut plane deteſtanda ſit illorum impietas, qui ut pueros talis, *l* ita viros jurejurando fallendos aſſerere non dubitabant.

§. XX.

1. Scimus etiam fraudium, *a* quas conceſſas naturaliter diximus, genera quædam *b* a populis aut hominibus nonnullis repudiata: ſed id *c* non accidit ob injuſtitiæ opinionem, *d* ſed ob eximiam quandam

„quii facultatem promittit ſecuritatem eundi & „redeundi.

„*i*) (QUÆ DE FIDE IN BELLO SERVANDA EST:) „De fide tacita agitur *l. 3. c. 20.* § *1. & cap. 24.* „*per tot.*

„(AD §. XIX.) Author regulam illam quod aſſerente ſermonē hoſti mentiri liceat, limitat, niſi „jurato quis aſſerat: quia profanatio eſt nominis divini, neque Deus teſtis mendacii adhiberi „debet.

„*a*) (DE JUSJURANDO:) *Lib.* 2. *c.* 13.

„*b*) (SIVE ID ASSERTORIUM SIVE PROMISSORIUM:) *Lib.* 2. *c.* 13. §. 3.

„*c*) (QUÆ EX PERSONA EJUS QUI CUM AGIMUS PETI POSSENT:) Uti hic hoſti opponi poſſet, quod ei nocere adeoque & mentiri liceat: „quod de aſſertivo verum eſt, non de promiſſorio: *Vid.* §. *præced.*

„*d*) (QUIA NON CUM HOMINE TANTUM SED „ET CUM DEO RES EST:) Examinavimus hoc principium paſſim. *L. 2. c. 11. §. 2. & 3. c. 14. §. 3.* „*& 6. n. 1. c. 11. §. 3. 4. & 16. c. 12. §. 9. n. 2.* „Speciatim autem in materia juramentorum. *L. 2.* „*c. 13. §. 14. usque ad §. 20. & c. 14. §. 3.*

„*e*) (CUI PER JUSJURANDUM OBLIGAMUR:) „Adeo ut ſi verum non ſit id quod jurato aſſeruimus, Deo pœnam violati numinis dare teneamur.

„*f*) (ETIAMSI HOMINI NULLUM JUS NASCI „POSSIT:) In *promiſſoriis* hoſti ſemper jus naſcitur, adeoque ei ſemper fides ſervanda eſt etſi „non ſit jurata: at in *aſſertoriis* nec jurata aſſertio jus dat hoſti, quia dolo in hoſtem uti licet: „Verum aſſerens Deo tenetur ob perjurium.

„*g*) (IBIDEM ET ILLUD DIXIMUS:) *L. 2. c. 13.* „*§. 3. 4. & 5.*

„*h*) (NON SICUT IN ALIO SERMONE:) Nam „ſi quis vocem ambiguam, alio ſenſu ac alter intelligit, profert, non eſſe mendacium dixit *ſupra* §. *10. n. 1.*

„*i*) (ADMITTI INTERPRETATIONES VERBORUM:) „Nam & in juramento verba accipienda ſunt ex „ſenſu ejus cui promittitur vel juratur, ſi promittens vel jurans ſcit alterum eo ſenſu accipere.

„*k*) (EO IN SENSU QUEM HOMO EXAUDIENS:) „Cum enim jurans ſcit alterum alio ſenſu accipere, idque inter utrumque agitur ut fides alteri „fiat, juraret animo decipiendi, & in eum finem „teſtem adhiberet Deum.

„*l*) (ITA VIROS JUREJURANDO FALLENDOS:) „Lyſandri Laconis, aut Philippi Macedonis. *Ælian.* „*l. 7. c. 12. Gron. b.*

„(AD §. XX.) Author allegat exempla gentium „quæ fraudes in hoſtem quoque improbant: At „addit, gentes repudiaſſe fraudes non quod juſtitiæ repugnent, ſed quod minus perfectum minusque generoſum crediderint dolo in hoſtes uti.

„*a*) (QUAS CONCESSAS NATURALITER DIXIMUS:) „Scilicet per diſſimulationem, ſimulationem & „mendacium.

„*b*) (A POPULIS AUT HOMINIBUS NONNULLIS „REPUDIATA:) Vid. *ſupra* §. *6. n. 4.* exempla „quoque ibi allegavimus.

„*c*) (NON OB INJUSTIÆ OPINIONEM:) Quaſi illicitum

dam animi celſitudinem, [e] interdum & virium fiduciam. Exſtat apud [f] Ælianum dictum Pythagoræ duabus rebus hominem ad Deum proxime accedere, [g] vera ſemper loquendo, [h] & benefaciendo aliis: & apud Jamblichum veracitas dux dicitur ad omnia divina *Protrept. c. 20.* humanaque bona. Ariſtoteli: ὁ μεγαλόψυχος παῤῥησιαςικὸς καὶ ἀληθευτικὸς, *magnanimus verum & libere loqui amat.* *Nic. IV, 8.* Plutarcho: τὸ ψεύδεσθαι δουλοπρεπὲς, [i] *ſervile mentiri.* Arrianus de Ptolomæo: καὶ αὐτῷ *Lib. 1. init.* βασιλεῖ ὄντι αἰσχρότερον ἢ τῷ ἄλλῳ ψεύσασθαι ἦν: *Et ipſi utpote regi turpius mentiri quam alii cuivis.* Apud eundem Alexander: οὐ χρῆναι τὸν βα- *Lib. 7. c. 5.* σιλέα ἄλλο τι ἢ ἀληθεύειν πρὸς τοὺς ὑπηκόους *non debere regem apud ſubditos alind quam verum eloqui.* Mamirtinus de Juliano: *Mira eſt in Prin- Panegyr. Jul. c. 26.* *cipe noſtro mentis linguæque concordia. Non modo humilis & parvi animi, ſed & ſervile vitium ſcit eſſe mendacium: & vere; cum mendaces homines aut inopia aut timor faciat, magnitudinem fortunæ ſuæ imperator qui mentitur ignorat.* Laudatur Plutarcho Ariſtidis: φύσις *Pag. 319. D.* ἱδρυμένη ἐν ἤθει βεβαίῳ καὶ πρὸς τὸ δίκαιον ἀτενὴς, ψεῦδος δ᾽ οὐδ᾽ ἐν παιδιᾶς τινι τρόπῳ προσιεμένη; *ingenium morum conſtantia præditum, & juſti tenax, mendacii etiam in joco fugiens.* De Epaminonda Probus: *adeo veri- Corn. Nep. c. 3.* *tatis diligens, ut ne joco quidem mentiretur.*

2. Quod profecto [k] Chriſtianis eo magis obſervandum eſt, quia ipſis non ſimplicitas tantum imperata eſt [l] Matth. X, 16. ſed & vaniloquentia interdicta [m] Matth. XII, 36; & is in exemplum propoſitus in cujus ore dolus inventus non eſt. Lactantius: *Itaque viator ille 1 Petr. 2, 22.* *verus ac juſtus non dicit illud Lucilianum:* *Inſt. Div. 6, 18.*

Homini amico ac familiari non eſt mentiri meum.

Sed etiam inimico atque ignoto exiſtimabit non eſſe mentiri ſuum: nec aliquando committet, ut lingua interpres animi a ſenſu & cogitatione diſcordet. Talis eſt in Philoctete Sophoclis Neoptolemus ὑπερβάλλων ἁπλο-

„illicitum id eſſe putarent.

„*d*) (SED OB EXIMIAM QUANDAM ANIMI CELSITUDINEM:) adeoque ex virtute, & perfectionis „ſtudio.

„*e*) (INTERDUM ET VIRIUM FIDUCIAM:) Hæc „ratio feritatem gentium primævam ſapit: Diximus, non poſſe vim adhiberi ubi dolo vinci hoſtis poteſt.

„*f*) (ÆLIANUM:) *l. 12. c. 59.*

„*g*) (VERA SEMPER LOQUENDO:) hæc intelligenda ſunt quando alterius intereſt veritatem dici.

„*h*) (ET BENEFACIENDO ALIIS:) Hoc eſt quod „gentium Philoſophi dixere, *imitari Deum.*

i) (Grot.) (SERVILE MENTIRI:) *Philo* libro: omnem virum probum eſſe liberum: (Pag. 888. B.) Παρ᾽ ὃ καὶ τοὺς διχόνους καὶ δολεροὺς ἅπασιν ὀνομάζειν ἔθος ἀνελευθέρους τε καὶ δουλοπρεπεῖς. *unde & eos qui duplices ſunt atque fallaces, eos illiberales ſerviliſque animi vocare ſolent.* [Locus *Plutarchi* in Lib. *De Educ. Liber.* pag. 2. C. *Edit. Wechel.* Tom. II. J. B]

ADDITIO

„*Vide ſupra §. 17. n. 2.*

„*k*) (CHRISTIANIS EO MAGIS OBSERVANDUM „EST:) Imperfectionem infert aliter loqui & „aliter ſentire, quia eo animo fit ut alter decipi„atur: Secus ergo ſi mendacium, ad bonum tendit „finem nec alii fit injuria, tunc etiam & lauda„bile eſſe diximus.

„*l*) (MATH. X. 16.) *Eſtote prudentes ſicut ſer„pentes, & ſimplices ſicut columbæ*

„*m*) (MATH. XII. 36.) quoniam omne verbum „otioſum quod locuti fuerint homines reddent „rationem de eo in die judicii.

N 2 (Grot.)

ἁπλότητι καὶ εὐγενείᾳ, *generoſa ſimplicitate excellens*, ut recte notavit Orat. 52. pag. 552. C. Dion Pruſæenſis, qui Ulyſſi ad dolos hortanti ſic reſpondet:

Ego audiens quæ doleo, Laërta ſate,
Implere factis oderim multo magis:
Nam ſi nec ego ſum natus ut fallacias
Sectcr, [n] *nec olim genitor, ut perbibent meus:*
At ſum paratus vi mera, non fraudibus
Pertrahere raptum.

Euripides Rheſo:

Generoſus animus hoſtibus furtim necem
Inferre neſcit.

Plutarch. Alex. p. 683. D 3. Sic Alexander [o] furari negabat ſe velle victoriam. Et Achæos abhorruiſſe ab omni in hoſtes fraude narrat [p] Polybius, ideo quod Lib 13. c. 1. eam demum firmam cenſerent victoriam, quæ, ut Claudiani verbis In VI. Conſ Honor. verſ. 248. ſenſum ejus exprimam,

[q] *Confeſſos animo quoque ſubjugat hoſtes.*

Tales Romani ferme ad [r] usque belli Punici ſecundi finem. Ælianus: Var. Hiſt. 12, 33. ἴσασι Ῥωμαῖοι ἀγαθοὶ εἶναι, καὶ ȣ̓ μὲν διὰ τέχνης καὶ ἐπιβȣλῆς καταγωνίσασθαι τȣ̀ς ἐχθρȣ́ς: *Romanis propria eſt virtus, non per aſtus & vafritiem quæſita victoria.* Unde cum [s] Perſeus Macedonum Rex deceptus eſſet ſpe pacis, negabant veteres Senatorum ſe agnoſcere Romanas artes: majores nunquam ut aſtu magis quam virtute gloriarentur bella geſſiſſe: non verſutiis Punicis, non calliditate Græca, apud quos fallere hoſtem quam vi ſuperareglorioſius foret. Tum illud addebant: *Interdum in præſens tempus plus profici dolo quam virtute, ſed ejus demum animum in perpetuum vinci, cui confeſſio expreſſa eſſet ſe neque arte, neque caſu, ſed collatis cominus viribus juſto ac pio bello eſſe ſuperatum.* [t] Etiam ſerius apud [u] Tacitum legimus: *non fraude, ne-* Ann. l. 2. c. 88.

que

n)(Grot.) (NEC OLIM GENITOR, UT PERHIBENT MEUS:) Achilles de quo *Horatius* carminum lib. IV. ode VI. (*verſ. 13. & ſeqq.*)

Ille non incluſus equo Minervæ
Sacra mentito, male feriatos
Troas & lætam Priami choreis
Fallere aulam:
Sed palam captis gravis.

Et quæ ſequuntur. ubi Scholiaſtes dicit *Achillem nihil fraude, ſed ſemper palam virtutis fiducia dimicaſſe.* Nota illud *virtutis fiducia*, quod optime convenit cum iis quæ nos hujus paragraphi initio in textu diximus.

„o) (FURARI NEGABAT:) *Curt. l. 4. c.* 13. At „is non dolum & ſolertiam improbat, ſed metum „ab hoſte, neque improbat victoriam quæ arte „procuratur, ſed quæ arte tam vili & latrunculo„rum propria: Nos diximus improbam eſſe vim, „ubi dolo vincere poſſumus.

„p) (POLYBIUS:) Sed videtur loqui de fraude „illicita, quæ a virtute abeſt, & crimen infert, „de qua alibi agetur: Nam Græcis quoque ſtra„tagemata in uſu fuiſſe ex Frontini & Polyæni „libris conſtat.

„q) (CONFESSOS ANIMO:) i. e. Ubi adeo fra„ctæ ſunt vires hoſtium, ut fateri neceſſe habeant „ſe ſubjugatos eſſe: quod dici nequit ſi ſalvis viri„bus dolo ſaltem vincuntur.

„r) (USQUE AD BELLI PUNICI SECUNDI FI„NEM:) Imo usque ad initium tertii *Salluſt. c. hiſt.* „*Gron. h.*

„s) (PERSEUS:) *Liv. l.* 42. *cap.* 47.

„t) (ETIAM SERIUS:) I. e. poſt bellum Puni„cum ſecundum.

u)

que occulte, ſed palam & armatum populum Romanum hoſtes ſuos ul-ciſci Tales etiam Tibareni, ν qui prælii quoque locum & tempus *Scholiaſtes ad a. Apollonii Rhod. verſ.* 1012. condicebant. Quod & de Græcis ſui temporis apud Herodotum prodit Mardonius.

§. XXI.

Ad modum agendi & illud pertinet, quod *a* quicquid alicui facere non licet, ad id eum impellere aut ſollicitare non liceat. Pro exemplo ſint hæc: *b* regem ſuum occidere ſubdito non licet, *c* nec oppida ſine conſilio publico dedere, *d* nec ſpoliare cives. Ad hæc ergo ſubditum, *e* qui talis manet, *f* permovere non licet. Semper enim qui alteri peccandi cauſam dat peccat & ipſe. *g* Nec eſt quod regerat quisquam, ipſi qui talem hominem ad facinus impellit, actum talem, puta hoſtis interfectionem, eſſe licitum. Licet enim id ei facere, ſed non eo modo. Bene Auguſtinus: *Nihil intereſt utrum ipſe ſcelus admittas, an alium propter te admittere velis.* *Lib. 2. De Mor. Eccl. Cath. cap. 17.*

§. XXII.

Aliud eſt *a* ſi quis opera ſponte nec ſuo impulſu peccantis ad rem ſibi licitam utatur: quod iniquum non eſſe *b* Dei ipſius exemplo alibi probavimus. *Transfugam jure belli recipimus*, *c* inquit Celſus, id eſt, *d* contra jus belli non eſt ut eum admittamus qui deſerta hoſtium parte noſtram eligit. *L. 51. D de acq. rerum dom.*

CAPUT

„*u*) (TACITUM:) *Annal. l. 2. c. 88.*

„*v*) (QUI PRÆLII QUOQUE LOCUM:) Ne ali„quid arte aut dolo feciſſe videantur.

„(AD §. XXI.) Quæritur an hoſtis poſſit ſubdi„tum ſui hoſtis ſubornare ut hoſtem occidat? „Negatur: quia res per ſe illicita eſt, uti probabi„mus plenius infra *c.* 5. §. 18. Unde Alexander „apud Curtium *l.* 4. *c.* 1. *&* *c.* 11. exprobrat Da„rio, quod milites ſuos ad proditionem, & amicos „ad perniciem ſuam nummis ſollicitet, adeoque „quod ne quidem belli jura cum eo ſervet, inde„que ait ſe Darium ad internecionem perſecutu„rum, non ut juſtum hoſtem, ſed ut percuſſorem „veneficum.

a) (Grot.) (QUICQUID ALICUI FACERE NON LICET, AD ID EUM IMPELLERE AUT SOLLICITARE NON LICEAT:) Ita docet & *Maimonides* in הלכות רוצח cap. 5, ſect. 10.

ADDITIO.

„Nam ſupra diximus eum qui conſilium dat, lau„dat, ſi alter facturus aliter non fuiſſet, eſſe cauſam „damni & delicti: Idem eſt ſi impellit aut ſollicitat.

„*b*) (REGEM SUUM OCCIDERE SUBDITO NON „LICET:) Nam nec privatum occidere fas eſt, ne„dum regem.

„*c*) (NEC OPPIDA SINE CONSILIO PUBLICO DE„DERE:) Quia de re aliena diſponeret.

„*d*) (NEC SPOLIARE CIVES:) Jus enim in res „civium, utpote alienas non habet.

„*e*) QUI TALIS MANET:) Secus ergo ſi deſe„rit civitatem & noſter civis ſit, noſtramque cau„ſam defendit.

„*f*) (PERMOVERE NON LICET:) Qui enim alii „eſt peccandi Author, ipſe peccat.

„*g*) (NEC EST QUOD REGERAT:) Author ad „objectionem, quod licitum ſit jus ſuum reparare „quocunque modo, etiam cum internecione hoſtis, „reſpondet, id fieri quidem poſſe ſed non eo „modo, i. e. non per ſubditos hoſtis, tunc enim „autor eſſet parricidii, & ipſe parricida.

„*a*) (SI QUIS OPERA SPONTE NEC SUO IM„PULSO PECCANTIS, AD REM SIBI LICITAM U„TATUR:) uti ſi quis opera transfugæ utatur con„tra civitatem & patriam illius transfugæ:

b) (Grot.) (DEI IPSIUS EXEMPLO:) *L. 2. c. 26. §. 5.*

ADDITIO.

„Nam Deus & diaboli & impiorum parata ope„ra utitur. *d. §. 5.*

„*c*) (INQUIT CELSUS:) *L. 51. ff. Acq rer. dom.* „De transfugis agetur *infra l. 3. c. 20 §. 12.*

d) (Grot.) CONTRA JUS BELLI NON EST UT EUM ADMITTAMUS QUI DESERTA HOSTIUM PAR-

CAPUT II.

Quomodo jure gentium bona ſubditorum pro debito imperantium obligentur: ubi de repreſſaliis.

I. *Naturaliter ex facto alieno neminem teneri niſi haredem.*

II. *Jure tamen Gentium introductum ut pro debito imperantis teneantur res & actus ſubditorum.*

III *Exemplum in prehenſione hominum:*

IV. *Et rerum.*

V. *Locum habere hoc poſt jus denegatum; & quando id factum cenſeri debeat: ubi oſtenditur rem judicatam proprie jus non dare aut adimere.*

VI. *Vitam non obligari.*

VII. *Diſtinctio ejus quod in hac materia eſt Juris Civilis & Gentium.*

§. I.

I. [a] VEniamus ad ea quæ ex jure deſcendunt gentium. [b] Ea partim ad quidvis bellum ſpectant, * partim ad certam belli ſpeciem. [c] A generalibus auſpicemur. [d] Mero naturæ jure ex facto alieno nemo tenetur, [e] niſi qui bonorum ſucceſſor eſt: [f] ut enim cum oneribus bona tranſirent ſimul cum dominis rerum introductum eſt.

TE NOSTRAM ELIGIT.) Neque reddendi tales, niſi pace convenerit, ut pace cum Philippo, Ætolis, Antiocho. *Polybius* in excerptis legationum XX, XXVIII, XXXV. *Menander protector* idem nos docet. (Pag. 118. *Edit. Hæſch.* in conditionibus Fœderis inter *Juſtinianum* & *Choſroen.*)

ADDITIO.

„Senſum hujus legis plane alium eſſe, demon„ſtrabimus infra *c. 20.* §. *12.*

„*a*) (VENIAMUS AD EA QUÆ EX JURE DESCEN„DUNT GENTIUM:) Dixit com, quid quantumve „in bello liceat, & quibus modis, aut unde ſpec„tari aut ex præmiſſo antecedenti. Unde autem „ſpectari ex *natura* primum deinde ex *gentium* „jure: *vid. Sup. c. 1.* §. 1. Hactenus egit de nudo *na„tura jure,* Hic & in ſequentibus agit de eo quid „quantumve nudo *jure gentium* in bello liceat & „quibus modis: Syſtema Authoris examinavimus „capite præcedenti §. 1. lit. *f.*

„*b*) (EA PARTIM AD QUODVIS BELLUM SPEC„TANT.) Sive publicum ſive privatum; ſive ſolen„ne ſive minus ſolenne; ſive plenum ſive minus „plenum ſeu imperfectum. *Vid.* §. *2. n. 3.* Singu„las horum bellorum ſpecies explicavimus in „*Diſſ. prooem. IX.* §. *19. ſeq.*

*) (PARTIM AD CERTAM BELLI SPECIEM:) Ni„mirum ad ſolum bellum jure gentium ſolenne. „De quo *Cap. ſeq.*

„*c.*) (A GENERALIBUS) i. e. ab eis quæ ex jure „gentium deſcendunt, & ad quodvis bellum ſpec„tant

„*d.*) (MERO JURE NATURÆ EX FACTO ALIENO „NEMO TENETUR:) *Vid. lib. 2. c. 17.* §. *10.* & *c. 21.* „§. *19.* Examinat hoc capite Auctor, *an jus re„preſſaliarum juri natura conveniat?* Idque negat „quia ex facto alieno naturaliter nemo tenetur niſi „hæres. *h. c.* §. *1.* & *2.* unde concludit, ſubditos pro „debito vel delicto imperantis conveniri non poſſe, „i. e. repreſſalias licitas non eſſe: *ibid.* At *jure „gentium* voluntario introductum eſſe, ut pro de„bito imperantis teneantur res & actus ſubdito„rum, tradit *hoc cap.* §. *2.* §. *3.* ſi ſcilicet juris repa„ratio petita & denegata eſt; *ibid.* §. *5.* vitam ta„men non obligari. *ibid.* §. *6.* Denique differenti„am inter jus gentium & jus civile exponit. §. 7.

„Nos ex principiis B. Parentis ſtatim demonſtra„bimus *jus repreſſaliarum* non ex jure gentium „voluntario, (quale non agnoſcimus) ſed ex ipſo „*jure natura* oriri. *Vid.* §. *ſeq.*

„*e*) (NISI QUI BONORUM SUCCESSOR EST:) *Vid. l.* „2. *c.* 14. §. 10. *c.* 21. §. 19. *L. 2. c. 9.* §. *12. L.* 2. *c.* 13. §. 17.

f) Grot.) UT ENIM CUM ONERIBUS BONA TRANSIRENT SIMUL CUM DOMINIIS RERUM INTRODUCTUM EST.) Vide ſupr. lib. II, c. XXI. §. 19, Adde c. in literis 5. *de raptoribus* c. tua 9. de uſuris.

ADDITIO.

„Alibi probavimus, hæreditates non demum „poſt introductum dominium, adeoque jure genti„um voluntario, ſed ipſo naturæ jure in liberos tran„ſire. *d. l. 2. c.* 14. §. *10.* & *Diſſ. proœm. XII.* §. *280. ſeq.* „Error Authoris inde oritur, quod res omnes natura „eſſe communes omnibus, & diviſione de„mum ac ſubſecuta occupatione, adeoque volunta„te demum gentium in patrimonium ſingulo„rum tranſiiſſe putet: quem errorem late refutavi„mus ſupra *L. 2. c. 2.* §. *2. ſeq.* & *Diſſ. prooem. VI.* „§. 68.

„*g*)

eſt. Imperator [g] Zeno æquitati naturali contrarium dicit ut pro alienis debitis alii moleſtentur. Hinc tituli in jure Romano, ne uxor pro marito, [h] ne maritus pro uxore, [i] ne filius pro patre, [k] ne pater vel mater pro filio conveniantur.

l. un. C. ut null. ex vic.
Tot tit. C. ne uxor pro mar. & ne fil. pro pat.

2. [l] Nec quod Univerſitas debet ſinguli debent, ut diſerte loquitur [m] Ulpianus: [n] nimirum ſi Univerſitas bona habeat; [o] alioqui enim tenentur non ſinguli, ſed qua pars ſunt univerſorum. Seneca: *Siquis patriæ meæ pecuniam credat, non dicam me illius debitorem, nec hoc æs alienum profitebor:* [p] *ad exſolvendum tamen hoc portionem meam dabo.* Supra dixerat: *Unus e populo non tanquam pro me ſolvam, ſed tanquam pro patria conferam.* Et: *ſinguli debebunt non tanquam proprium, ſed tanquam publici partem.* Hinc [q] ſpeciatim jure Romano conſtitutum, ut nullis ex vicanis pro alienis vicanorum debitis teneatur; [r] & alibi nulla poſſeſſio alterius pro alienis debitis etiam publicis conveniri præcipitur: & in [s] Novella Juſtiniani vetantur ἐνεχοριασμοὶ, id eſt, [t] pignorationes pro aliis, [u] addita cauſa, quod rationem non habeat, alium quidem eſſe debitorem, alium vero exigi; ubi & hujuſmodi exactiones [v] odioſæ vocantur. Et Rex Theodoricus apud [w] Caſſiodorum, fœdam vocat licentiam alterum pro altero pignorandi.

L. 7. §. 1 D. quod cuj univ. nom.
Lib. 6. de Benef. c. 20.
Cap. 19. ibid.
D. l un C ut null. ex vic. l. XI c. 56. L. 4. C de exec. & exact. l. 12.
Nov 52. & 134. c. 7.
Lib. 4. var. ep. 10.

§. II.

„g) (ZENO ÆQUITATI NATURALI CONTRARIUM DICIT:) *in L. un. c ut nullus ex vicaneis pro „aliorum vicaneorum debitis teneatur:* Ratio hæc eſt, „quia natura unusquisque tantum jus in ſuas res „& actiones, non in alienas habet, adeoque ex „sua diſpoſitione alium obligare non poſſum.

„h) (NE MERITUS PRO UXORE:) *Cod. l. 4. tit.* 12

„i) (NE FILIUS PRO PATRE:) *Cod. l.* 4 *tit.* 13.

„k) (NE PATER VEL MATER PRO FILIO:) Ne pa„ter teneatur pro filio agitur in C. *l.* 4. *tit.* 13. ne ma„ter pro filio, in *d. l.* 4. *tit.* 12.

„l) (NEC QUOD UNIVERSITAS DEBET SINGOLI „DEBENT:) Vide *L.* 2. *c.* 5 *§.* 17. *Lib.* 2. *c.* 9. *§.* 3. „*L.* 2. *c.* 20. *§.* 1. *n* 8. *&* *c* 21. §, 2 *&* 7:

„m) (ULPIANUS) *L.* 7. *§.* 1. *ff. quod univ. nom.* „Nec quod univerſitati debetur ſingulis debetur: *ibid.* „alia enim ſunt jura ſingulorum alia univerſitatis. „*L.* 6. *§.* 1. *ff. de rer. div.*

„n) (NIMIRUM SI UNIVERSITAS BONA HABEAT:) „ex quibus ſcilicet ſolutio fieri poſſit, quia hæc bo„na ſpeciatim ad id deſtinata ſunt, ut publica inde „ſolvantur debita

„o) (ALIOQUI ENIM TENENTUR NON QUA SIN„GULI, SEO QUA PARS SUNT UNIVERSORUM:) „Cum enim debitum publico nomine contractum „ſolvi debeat, ſinguli concurrere tenentur, quia eſt „pars defenſionis civitatis, ad quam ſinguli te„nentur.

p) (Grot.) (AD EXSOLVENDUM TAMEN HOC PORTIONEM MEAM DABO.) *Vide leges Siculas fine libri* 1.

„q) (SPECIATIM JURE ROMANO CONSTITU„TUM.) *L. un. c. ut nullus ex vicaneis:* id enim „naturali æquitati repugnare Zeno ait.

„r) (ET ALIBI:) *L.* 4. *c. de execut. & exact.*

„s) (IN NOVELLA.) *Vide rubricam Nov.* 51. *ut* „*non fiant pignorationes pro aliis perſonis.*

t) (Grot) (PIGNORATIONES.) C. unico *de injuriis* in ſexto: *pignorationes quas vulgaris elocutio repreſſalias nominat.* Rectius ſcribas, ut libri quidam, *reprenſalias.* Id enim voci Saxonicæ *Withernamii* ad amuſſim reſpondet, ſed uſus alterum recepit.

„u) (ADDITA CAUSA:) *d. Nov.* 53. *c.* 1.

„v) (ODIOSÆ VOCANTUR:) *Vid. Nov.* 134. *c* 7.

„w) CASSIODORUM.) 4. *Var.* 10.

(AD §. 2.) Author regulam hactenus poſuit, jure naturæ neminem ex facto alterius, adeoque nec ſingulos ex facto univerſitatis teneri; indeque pignorationes pro alieno debito illicitas eſſe ait:

Putat autem id jure gentium voluntario mutatum eſſe, gentesque, ob publicam & communem utilitatem, convenisse ut ſinguli quoque pro civitatis debito obligentur: indeque executiones & pignorationes in bonis civium quoque fieri poſſe: At hoc non demum ex jure gentium ſecundario, ſed ex ipſo jure naturæ ſequi jam demonſtrabimus.

§. II.

1. [a]Hæc quanquam vera ſunt, tamen [b] jure gentium voluntario induci potuit, [c] & inductum apparet, ut pro eo quod debet præſtare [d] civilis aliqua ſocietas, aut ejus caput, [e] ſive per ſe primo, [f] ſive

PROPOSITIO I.

Repreſſaliæ ſunt, quando pro injuria a Principe illata ejus ſubditi, vel horum bona, ab alio populo capiuntur donec ſatisfiat.

DEMONSTRATIO.

Repreſſaliæ dicuntur a *prenſando*, ſeu ab Italico *preſa*, quod capturam de notat: apud Belgas dicuntur *breeven van marque: Vid. Pac. Hiſp. & belg. de an.* 1648. *art.* 27. & 60. (quia id non cuique licet, ſed cui id per literas publicas conceſſum eſt) Antiquis Germania *Witbername Grot. in not. ad §. praced. & infra §. 4. Conf. Bodin. l.* 1. *c.* 10. (ubi tamen repreſſalias & clarigationem confundit.)

Repreſſaliæ igitur ſunt veræ pignorationes, quando ſcilicet pro injuria ab altero illata ſubditorum bona vel perſonæ prenſantur, i. e. pignori capiuntur, donec alter ſatisfaciat:

PROPOSITIO II.

Infertur quoque injuria a principe, cum illatam a ſubdito non vindicat imploratus:

DEMONSTRATIO.

Equidem, ex injuria quam nobis alterius populi ſubditus infert, nec Princeps illius ſubditi, nec ejus concives obligantur: Nam quisque ex ſuo ſaltem facto non alieno obligatur. Hinc merito cenſet Livius, valuiſſe pactas cum Romulo inducias etſi quidam Vejentinorum contra Romanos militaſſent. *L.* 1. Et recte Veneti Galliarum regi, conquerenti quod commeatus & pulvis tormentarius Venetiis emtus & hoſtibus advactus ſit, reſpondit, factum hoc eſſe privatorum mercatorum. *Guicciard. l.* 5.

At læſus populum, cujus ſubditus debet, vel injuriam fecit, tenetur implorare, &, ut ſubditum ad ſatisfaciendum adigat, inſtare poteſt: quod ſi imploratus nolit facere, tum jam ipſe injuriam facit, quia probat & tuetur injuriam, reſiſtit reparationi juris noſtri cum reparare id & poſſit & teneatur. *de quo late actum eſt ſupra l.* 2. *c.* 21. §. 3. 4. 6. & 7.

PROPOSITIO III.

Repreſſaliæ eodem jure licita ſunt quo bellum.

DEMONSTRATIO.

Uti enim bellum non obtinet niſi ubi aliter jus meum reparari non poteſt, ita nec repreſſaliæ locum habent niſi ex eadem neceſſitate: Uti igitur bello propter injuriam a principe extraneo nobis illatam ſubditorum res & perſonas capere poſſum, quia ſubditi factum principis probare, illudque tueri tenentur, ita eadem ratione, propter eandem injuriam, extra bellum capere ſubditorum res & perſonam poſſum, usque dum Princeps ſatisfaciat. Quin præferendum hoc potius remedium eſt bello, utpote mitius, ſi ſcilicet jus noſtrum hoc modo æque reparari poteſt.

Unde apparet male ab Autbore jus hoc tribui juri gentium voluntario, cum ſit ab ipſo naturæ jure.

PROPOSITIO IV.

Differunt tamen bellum & repreſſaliæ: (1) quod bello acquiratur dominium rei captæ; hoc jure autem ſaltem pignus ſeu ſecuritas. (2) Illo vaſtari res poſſunt, hoc auferri tantum. (3) Illo homines occidi, hoc capi tantum. (4) Hoc jure continetur reſtitutio rei prehenſæ ſi ſatisfactum eſt, contra in bello. (5) Jus repreſſaliarum non eſt in advenas & peregrinos, quia ſtatim ac diſcedunt deſinunt eſſe ſubditi neque Princeps lædens horum intuitu moveretur ad ſatisfactionem, at aliud eſt in jure belli: (6) fœminæ & infantes capi poſſunt jure repreſſaliarum, non jure belli: de quo infra §. 6.

PROPOSITIO V.

Requiritur ad repreſſaliarum juſtitiam ut res repetatur a Principe qui læſit, ejusque officium imploretur.

DEMONSTRATIO.

Nam neſcitur anne injuriam reparare velit, adeoque de eo conſtare debet: Si nolit reparare, tunc duplici remedio læſus uti poteſt: (1) repreſſaliis capiendo res & perſonas lædentium, ad ſolam ſecuritatem: (2) bello, quo caſu ea licita ſunt ſine quo victoria obtineri nequit; adeoque vaſtare res hoſtis, easque capere, hoſtem interficere &c. licet.

„a) (HÆC QUANQUAM VERA SUNT:) Scilicet „quod alius ex alterius facto non teneatur, indeque „bona unius ob alterius injuriam pignori capi non „poſſint.

„b) (JURE GENTIUM VOLUNTARIO INDUCI „POTUIT:) Imo non potuit, quia tale jus non „exiſtit.

„c) (ET INDUCTUM APPARET:) Talis gentium voluntas nec probari, poterit nec uſlibi exſtat: „Neque opus eſt eo confugere, cum res ex ipſo na„turæ jure perſpicua ſit.

„d) (CIVILIS ALIQUA SOCIETAS:) Sive populus, „ſive rex.

„e) (SIVE PER SE PRIMO:) Si ipſa Princeps

„vo

[f] ſive quod alieno debito jus non reddendo ſe quoque obſtrinxerit, [g] pro eo teneantur & obligata ſint bona omnia [h] corporalia & incorporalia eorum qui tali ſocietati aut capiti ſubſunt. [i] Expreſſit autem hoc quædam neceſſitas, quod alioqui magna daretur injuriis faciendis licentia, [k] cum bona imperantium ſæpe non tam facile poſſint in manus venire quam privatorum qui plures ſunt. [l] Eſt igitur hoc inter jura illa quæ Juſtinianus ait, uſu exigente & humanis neceſſitatibus a gentibus humanis conſtituta. *Inſt. de Jur. nat. § 2.*

2. [m] Non autem ita hoc naturæ repugnat, ut non more & tacito *Th. 2, 2, q. 40.*
conſenſu induci potuerit, [n] cum & fidejuſſores ſine ulla cauſa ex ſo- *art. 1. Molin.*
lo conſenſu obligentur. Et ſpes erat facilius membra ejuſdem ſo- *diſp. 120.*
cietatis [o] a ſe mutuo jus conſequi poſſe, & indemnitati ſuæ conſulere, *& 121. Valent.*
quam externos, quorum multis in locis exigua habetur ratio: de- *diſp. 3 q. 16 num.*
inde [p] commodum ex hac obligatione commune erat omnibus po- *3. Navar. c.*
pulis, ita ut qui nunc eo gravaretur, alio tempore indidem ſuble- *27. n. 136.*
vari poſſet.

3. [q] Re-

„vel tota civitas immediate debitum contraxit, vel „injuriam fecit.

„f) (SIVE QUOD ALIENO DEBITO JUS NON „REDDENDO SE QUOQUE OBSTRINXIT:) Sæpius „enim dictum eſt, Principem ab extraneis imploratum ut injuriam a ſubditis illatam reparet, eam „ſuam facere ſi id neget:

„g) (PRO EO TENEANTUR ET OBLIGATA SINT „BONA OMNIA:) Quia ſubditi tenentur tueri factum „Principis, unde & jus belli in eos obtinet, nedum „jus pignorandi,

„h) (CORPORALIA ET INCORPORALIA:) Nam „univerſo patrimoniu ſuo factum Principis tueri te„nentur, adeoque totum hoc patrimonium læſis eſt „obligatum: Unde & in bello id occupare licitum „eſt. *Vid. c. 8. §. 4.*

„i) (EXPRESSIT AUTEM HOC QUÆDAM NE„CESSITAS:) Jus enim gentium ex communi ne„ceſſitate ortum ducere Author docuit: at dixi„mus jus hoc ab ipſa natura eſſe.

„k) (CUM BONA IMPERANTIUM SÆPE NON „TAM FACILE POSSINT IN MANUS VENIRE:) „Imo ſola difficultas rem meam a Principe læ„dente recuperandi nullum mihi jus dat in bona „ſubditorum: neque unquam probari poterit „Gentes hoc prætextu uſus eſſe:

„l) (EST IGITUR HOC INTER JURA ILLA QUÆ „JUSTINIANUS AIT, USU EXIGENTE: &c.) Ali„bi jam diximus, hanc definitionem juris gentium „non fuiſſe cognitam antiquis Romanorum Jctis, „ſed a Triboniano ex juris illius ignorantia eſſe „inventam: Romanis præter naturæ jus aliud jus gen„tium cognitum non fuit, adeoque ad id ſolum „referri debet jus repreſſaliarum. *Vid. Diſſ. proœm. XII. §.*

„m) (NON AUTEM ITA HOC NATURÆ RE„PUGNAT, UT NON MORIBUS ET TACITO CON„SENSU INDUCI POTUERIT.) Mens Authoris hæc „eſt: Repreſſalias, etſi jure gentium introductas, „non ita repugnare naturæ, ut non tacito con„ſenſu gentium talis obligatio, (qua ſubditi pro „debito & injuria civitatis teneantur,) introduci „poſſit, etſi nulla cauſa intuitu ſubditorum ſubſit; „idque exemplo fidejuſſorum firmat, qui iti„dem ſine cauſa ex ſolo conſenſu obligantur: At „paſſim jam diximus, obligationem hanc ſubdito„rum ex vero jure naturæ deſcendere, quia ſub„diti injuriam civitatis defendant, vel defendere „tenentur, adeoque ex hac propria injuria obli„gantur.

„Hinc apparet cauſam fidejuſſorum plane di„verſam eſſe, qui non tenentur ideo quia injuriam „rei principalis defendunt, ſed quia conſenſu ſuo „debitum alienum in ſe recipiunt.

„n) (CUM ET FIDEJUSSORES SINE ULLA CAU„SA EX SOLO CONSENSU OBLIGENTUR:) Scilicet „jure naturæ: Nam jure Romano ex nudo con„ſenſu fidejuſſor non obligatur, (niſi ſtipulatio ac„ceſſerit,) quia cauſa non ſubeſt propter quam „fidjuſſor alterius obligationem ſuſcipiat: Jus Ro„manum autem non vult ut cives temere ſuum ja„ctent. *Vid. Diſſ. proœm. XII. §. 461. n. 2. §. 490. §. 491.* At diximus diſparem eſſe cauſam repreſſa„liarum & fidejuſſorum: priori enim caſu non „obligantur ſubditi ex conſenſu, nedum tacito, „uti Author ſtatuit, ſed ex delicto, quia defendunt „injuriam civitatis.

„o) (A SE MUTUO JUS CONSEQUI POSSE:) Dixi „jam difficultatem repetendi rem meam a Princi„pe nullum mihi jus, nec natura nec jure gentium, „dare in bona ſubditorum.

„p) (COMMODUM EX HAC OBLIGATIONE COM-

3. [q] Receptum autem hunc morem, non tantum apparet [r] ex bellis plenis quæ populi populis inferunt: [s] in his enim quid obſervetur, oſtendunt denunciationum formulæ: *Populis priſcorum Latinorum, hominibusque priſcis Latinis bellum indico facioque:* & in rogatione: *Vellent, juberent Philippo regi Macedonibusque qui ſub regno ejus eſſent bellum indici:* & in decreto ipſo; *Populus Romanus cum populo Hermundulo hominibusque Hermundulis bellum juſſit;* quod ex Cincio eſt in re militari: & alibi: *Hoſtis ſit ille* [t] *quisque intra præſidia ejus ſunt:* verum etiam [u] ubi ad eam belli plenitudinem nondum ventum eſt, ſed tamen violenta quadam juris exſecutione, [v] id eſt bello imperfecto opus eſt, [w] idem vidimus uſurpari. [x] Pharnabazo Regis Perſarum ſubdito dicebat olim Ageſilaus: ἡμεῖς, ὦ Φαρνάβαζε, καὶ φίλοι ὄντες πρότερον βασιλέως, ἐχρώμεθα τοῖς ἐκείνου πράγμασι φιλικῶς. καὶ νῦν πολέμιοι γεγονότες, πολεμικῶς: ἐν οὖν καὶ σε τῶν βασιλέως κτημάτων ὁρῶντες εἶναι βουλόμενον, εἰκότως διὰ σοῦ βλάπτομεν ἐκεῖνον: *Nos, Pharnabaze, & cum amici regis eſſemus amice nos erga ea quæ ipſius erant gerebamus, & nunc, cum hoſtes ſimus facti, hoſtiliter nos gerimus. Quare cum & tu eſſe velis inter ea quæ Regis ſunt, jure per te illum lædimus.*

Liv. l. 1. c. 32.

Lib. 31. c. 6.

Gell. l. 16. c. 4.

Livius lib. 38. c. 48. & alibi.

Plut. Ageſ. p. 602. D. E & Xen. hiſt. Gr. 4. c. 1. §. 15.

§. III.

1. [a] Ejus quam dico exſecutionis ſpecies erat quam Athenienſes voca-

„MUNE ERAT OMNIBOS:) Hæc ratio ſupponit jus „gentium, i. e. tacitum gentium conſenſum: Cum „autem talis communis conſenſus non exiſtat, to„ta illa ratio corruit.

„q) (RECEPTUM AUTEM HUNC MOREM NON „TANTUM APPARET:) Receptum eſt hoc jus non „ut mos gentium, ſed ut verum jus naturæ; idque „non tantum ex rationibus naturæ allegatis, ſed „& ex hoc ipſo gentium conſenſu probatur.

r) (Grot.) (EX BELLIS PLENIS:) Diſtinguit bella ab his pignorationibus vir prudens *Nicolaus Damaſcenus*, ubi oſtendit Herodi, cui non licebat bellum inferre Arabi, licuiſſe ῥύσια λαμβάνειν, pro ſibi ex contractu debitis uti pignoratione. *Joſephus* XVI. antiquæ hiſtoriæ, ubi hæc verba: τὸ δάνειον εἰπὼν τῶν πεντακοσίων ταλάντων, καὶ τὴν συγγραφὴν ἐν ᾗ καὶ τοῦτο ἦν προσγεγραμμένον, ἐξεῖναι τῆς προθεσμίας παρελθούσης ῥύσια λαμβάνειν ἐξ ἁπάσης τῆς χώρας, τὴν μὲν στρατιὰν οὐ στρατιὰν ἔλεγεν, ἀλλ' ἐπὶ δικαίαν τῶν ἰδίων ἀπαίτησιν· *cum narraſſet quingenta Herodi talenta debita, cautionemque de iis expoſitam id continere ubi dies præſtituta tranſiiſſet, poſſe ipſum ex omni Arabum terra pignora capere, hanc expeditionem non expeditionem eſſe dicebat, ſed juſtam debiti exactionem.* (Cap. X. §. 8. diviſion. *Hudſon.*)

„s) (IN HIS ENIM QUID OBSERVETUR OSTENDUNT DENUNTIATIONUM FORMULÆ:) Quibus „non tantum Principi lædenti, ſed & ſubditis ejus „bellum denunciatur. *Vid. infr. c. 4. §. 6.*

„t) (QUI INTRA PRÆSIDIA EJUS SUNT:) Adeoque & ſubditi & adveuæ &c.

„u) (UBI AD EAM BELLI PLENITUDINEM VEN„TUM NON EST:) Diximus enim jus repreſſalia„rum obtinere antequam ad bellum procedimus; „quin id præferendum eſſe, ſi per talem pignora„tionem, absque vi & armis, jus noſtrum recipe„re poſſumus.

„v) (ID EST BELLO IMPERFECTO:) Imo pla„ne non eſt bellum, quia nondum eſt certatio „per vim:

„w) (IDEM VIDEMUS USURPARI:) Ut nimirum „etiam ſubditorum bona pro debito regis teneantur.

„x) (PHARNABAZO:) Imo hoc exemplum „huc non pertinet, ſed ibi bellum erat inter Græ„cos & Perſas: unde ſubditi Perſarum, inter quos „etiam erat Pharnabazus, jure belli (non repreſ„ſaliarum) violari potuerunt.

„AD §. III.) (Author modum pignorationis ſeu „violentæ executionis apud Athenienſes uſitatum „refert, quo tres cives capere alterius licebat ci„vitatis, quæ eum, qui civem Athenienſem inter„fecit, vel punire vel dedere recuſabat.

„a) (EJUS QUAM DICO EXECUTIONIS:) &c. „Quæ ſcilicet ex hypotheſi Authoris jure genti„um voluntario i. e. tacito gentium conſenſu indu„cta eſt. *Vid. §. præced.*

„b)

vocabant [b] ἀνδρολη‎ψίαν, de qua ſic habebat lex Attica; ἐάν τις βιαίῳ θανάτῳ ἀποθάνη, ὑπὲρ τούτου τοῖς προσήκουσιν εἶναι τὰς ἀνδροληψίας, ἕως ἂν ἢ δίκας τοῦ φόνου ὑπόσχωσιν, ἢ τοὺς ἀποκτείναντας ἐκδῶσι. τὴν δὲ ἀνδροληψίαν εἶναι μέχρι τριῶν, πλέον δὲ μή: ideſt, [c] *Si quis morte per vim illata* [d] *obierit, pro eo* [e] *proximis ac neceſſariis jus eſto homines prehendendi,* [f] *donec aut pœna ſiuatur de cæde, aut homicidæ dedantur:* *liceat autem* [g] *tres tantum homines prehendere, non ultra.* Hic videmus pro debito civitatis [h] quæ obligatur ſubditos ſuos qui aliis nocuerunt plectere; [i] obligari jus quoddam incorporale ſubditorum, ipſam ſcilicet libertatem morandi ubi velint, & agendi quod velint, [k] ita ut in ſervitute interim ſint, [l] donec civitas id faciat quod facere tenetur, id eſt puniat ſontem. Quanquam enim Ægyptii, ut ex [m] Diodoro Siculo diſcimus, diſputabant, corpus ſive libertatem pro debito obligari non debere, [n] nihil tamen in eo eſt naturæ repugnans; [o] & mos non Græcorum tantum, [p] ſed & aliarum gentium in contrarium valuit.

Apud Demoſth Or. adv. Ariſtoc. p 440.C.

Biblioth. l. 1. c. 79.

2. [q] Ariſtocrates Demoſtheni coævus decretum rogaverat, ſi quis Charidemum occidiſſet eum abripere undecunque liceret; & ſi quis

„b) (ἀνδροληψίαν i. e. viri capionem *Gron. h.*

„c) (SI QUIS:) Civis Athenienſis *Gron. h.*

„d) (OBIERIT:) ſive homicida ſit civis Athenienſis fugitivus, ſive extraneus.

„e) (PROXIMIS AC NECESSARIIS:) Quibus jus „eſt vindicandi cædem *Vid. L. 2. c. 20 §.*

„f) (DONEC AOT POENA SOMATUR DE CÆDE, „AUT HOMICIDÆ OEDANTUR:) Arbitrium ejus „eſſe civitatis ubi homicida invenitur, vidimus ſupra *l. 2. c. 21 § 4. & 5.*

„g) (TRES TANTUM HOMINES:) Cives ejus urbis in qua homicida degit, & quem dedere, aut „a quo pœnam ſumere civitas illa recuſat.

„h) (QUÆ OBLIGATUR:) Quæ imploranti jus „dicere teoetur.

„i) (OBLIGARI JUS QUODDAM INCORPORALE „SUBDITORUM, IPSAM SCILICET MORANDI LIBERTATEM:) Diximus teneri civem ex debito & injuria civitatis, quia judicium civitatis ſequi, illudque tueri tenetur: Atque hinc in bello civis „ille, utpote juri noſtro reſiſtens, occidi, nedum „extra bellum pignoris loco capi poteſt.

„k) (ITA UT IN SERVITUTE INTERIM SINT:) „Imo non fiunt ſervi, non enim ſunt juſto bello „capti, quia hoſtes non fuerunt.

„l) (DONEC CIVITAS ID FACIAT QOOD FACERE TENSTUR ID EST PUNIAT SONTEM:) I. „e. donec injuria nobis facta reparetur, vel puniendo ſontem, vel eum dedendo.

„m) (DIODORO SICULO &c:) Diodorus inter „leges Ægyptiorum refert, *quod ſolutio ex bonis „debitoris ſolum fieri debeat, corpus autem addici „creditori non poſſit,* rationem legiſlatoris hanc „affert. *Putabat enim oportere bona tantum ſubdita eſſe debitis; corpora, quorum opera & bello & pace merentur, civitatibus addicta eſſe. „Non enim æquum videbatur milites qui pro patriæ ſalute pericula ſubirent, pro uſuris in carcerem duci, aut ob unius avaritiam in periculum agi patriæ ſalutem:* Et tum addit, *Hanc „quoque legem videtur Solon ad Athenienſes „tranſtuliſſe, quam Siſachtiam appellant, decernens „ne ob uſuras civium corpora necterentur: Diod. „Sic. L. 2. p. m. 36.*

„n) (NIHIL TAMEN IN EO EST NATURÆ REPUGNANS:) Naturalis enim ratio vult, ut debitor, „qui ex bonis ſolvere non poteſt, tantundem „præſtet, i. e. operis ſuis obligationem tollat: „patet ergo legem illam; qua corpus obligari prohibetur, eſſe mere civilem, quod vel ex ratione „allagata apparet, indeque ad creditores extraneos, „de quibus Author hic loquitur, plane non pertinere: Coof. *l. 2. c. 5. §. 27. c. 14. §. 2. n. 1. L. „1. c. 3. §. 8. n. 1. L. 3. c. 7. §. 1. n. 1. c. 14. §. 8. „n. 1.*

„o) (ET MOS NON GRÆCORUM TANTUM:) Teſtatur id idem Diodorus *d. l Haud injuria queruntur quidam de nonnullis Græcis legumlatoribus, qui arma, aut aratrum, aut aliud quidvis „operi neceſſarium, prohibeant ob fænus addici „creditoribus, corpora vero, quæ his utuntur, trahi permittant.*

„p) (SED ET ALIARUM GENTIUM:) Hinc regula Jctorum: qui non habet in ære luat in corpore:

„q) (ARISTOCRATES &C. DECRETUM ROGAVERAT:)

ſi quis obſiſteret is hoſtium eſſet numero. [r] Hic multa reprehendit Demoſthenes: primum quod non diſtinxerit Ariſtocrates inter cædem juſtam & injuſtam; [s] cum & juſta aliqua eſſe poſſit: [t] deinde quod non exigit ut prius poſtuletur judicium: prætetea [u] quod non eos apud quos facta ſit cædes, ſed eos qui homicidam recipiunt teneri velit. *Ubi ſupra.* Verba [v] Demoſthenis ſunt: ὁ μὲν νόμος, ἂν μήτε δίκας ὑπόσχωσι παρ' οἷς ἂν τὸ πάθος γένηται, μήτε τοὺς δεδρακότας ἐκδίδωσι, κελεύει κατὰ τούτων εἶναι τὸ ἀνδρολήψιον κατὰ τριῶν. ὁ δὲ τούτους μὲν ἀθώους παρῆκε, καὶ οὐδὲ λόγον πεποίηται περὶ αὐτῶν οὐδένα, τοὺς δὲ τὸν ἤδη πεφευγότα, φήσω γὰρ οὕτω, κατὰ τὸν κοινὸν ἀνθρώπων νόμον, ὃς κεῖται, τὸν φεύγοντα δέχεσθαι, ὑποδεξαμένους ἐκσπόνδους εἶναι γράφει ἐὰν μὴ τὸν ἱκέτην (male editur οἰκέτην) ἔκδοτον διδῶσιν: *Lex, ſi apud quos cædes evenit neque jus reddant, neque ſontes dedant, adverſus eos dat trium hominum prehenſionem. At hic* [w] *hos quidem relinquit intactos, ac ne mentionem quidem eorum facit. At eos qui jam fuga elapſum, ita enim rem ponam,* [x] *ſuſceperunt, ſecundum jus omnium hominum, quod fugientes vult poſſe ſuſcipi, hos vult eſſe hoſtium loco, ni ſupplicem dedant.* Quarta reprehenſio eſt [y] quod Ariſtocrates rem ſtatim ad bellum plenum deducit, cum lex prehenſione contenta ſit.

3. Ex his [z] primum illud & ſecundum & quartum ratione non caret. At tertium illud, [aa] niſi ad ſolum eventum cædis caſu aut ob ſui tutelam factæ reſtringatur, [bb] non eſt ut non oratorio magis & argu-

„RAT:) *Vid. Demoſth. adv. Ariſtocr.*

„r) (HIC MULTA REPREHENDIT DEMOSTHENES:) Enthycles contradicebat huic decreto, utpote legibus contrario.

„s) (CUM ET JUSTA ALIQUA ESSE POSSIT:) Lex ſupponit cædem injuſtam, quia proſpicere ſaltem voluit Charidemo contra inſidias inimicorum:

„t) (DEINDE QUOD NON EXIGIT UT PRIUS POSTULETUR JUDICIUM:) Implorari enim ante omnia debet officium ejus civitatis ubi homicida degit, rogarique ut vel ſontem puniat vel dedat: Verum id jam ſub verbis illius legis, *ſi quis obſiſteret*, continebatur.

„u) (QUOD NON EOS APUD QUOS FACTA SIT CÆDES, SED EOS QUI RECIPIUNT HOMICIDAM TENERI VULT:) Male hic quoque reprehenditur Ariſtocrates, nam illi apud quos facta eſt cædes non tenentur, ſed ſolus homicida, ſi vero illi hunc homicidam recipiunt, ſoli injuriam committunt, ſi reum dedere aut pœnam ab eo ſumere recuſant.

„v) (DEMOSTHENIS:) *In dict. orat. adv. Ariſtocratem.*

„w) (HOS QUIDEM:) Scilicet tres illos homines, quos ex lege Attica capere licebat: At lex ſupponit caſum ubi reus fuga elapſus eſt, adeoque ubi illa civitatis reum punire vel dedere non potuit.

„x) (SUSCEPERUNT SECUNDUM JUS OMNIUM HOMINUM:) Imo jure naturæ homicida doloſus, de quo caſu lex agit, ſuſcipi non poteſt, ſed vel dedi vel judicium in eum dari debet, adeoque hæc mera cavillatio fuit Demoſthenis.

„y) (QUOD ARISTOCRATES REM STATIM AD PLENUM BELLUM DEDUCIT, CUM LEX PREHENSIONE CONTENTA SIT:) Ariſtocrates ſpeciali ſanctione vitam Charidemi ſalvam eſſe voluit, adeoque hoſtem declaravit eam civitatem quæ homicidam protegerit: Sane lex quidem Athenienſium voluit mitius prius adhiberi remedium, nimirum repreſſalias, ſed id contraria lege, inprimis pro tutanda ſalute tanti viri, mutari potuit.

„z) (PRIMUM ILLUD ET SECUNDUM ET QUARTUM RATIONE NON CARET:) Contrarium jam probavimus.

„aa) (NISI AD SOLUM EVENTUM CÆDIS CASU AUT OB SUI TUTELAM FACTÆ RESTRINGATUR:) Tunc enim fugientes ſecundum jus omnium hominum ſuſcipi poſſunt: at de tali caſu Ariſtocrates non loquebatur.

„bb) (NON EST UT NON ORATORIE MAGIS:) „Dixi

argumenti cauſa quam ex vero & jure ſit dictum. Nam *cc* jus gentium ut ſupplices ſuſcipiantur & defendantur, *dd* ut ſupra diximus, *ee* ad eos tantum quibus fortuna, non crimen, obſtat pertinet. *Lib. 2. c. 21. §. 7.*

4. *ff* Cæteroqui par jus eſt eorum apud quos crimen eſt factum, & eorum qui ſontem punire aut dedere recuſant. Atque adeo aut illa ipſa lex, qua utitur Demoſthenes, *gg* interpretationem eam quam dico ex uſu recepit, *hh* aut adverſus cavillationes tales expreſſius poſtea adpoſita: *ii* horum enim alterum quin ſit non negabit, qui attenderit ad illud Julii Pollucis: ἀνδρολήψιον δὲ ὅταν τις τοὺς ἀνδροφόνους καταφυγόντας ὥς τινας ἀπαιτῶν μὴ λαμβάνῃ, ἔξεσιν ἐκ τῶν οὐκ ἐκδιδόντων ἄχρι τῶν τριῶν ἀπαγαγεῖν *Hominum prehenſio eſt, quoties quis homicidas qui ad aliquos confugerunt kk non recepit cum id poſtulaverit. Nam jus eſt tres homines prehendendi adverſus eos qui dedere recuſant.* Nec aliter Harpocration: ἀνδροληψία τὸ ἁρπάζειν ἄνδρας ἐκ τινὸς πόλεως. ἐνεχύραζον γὰρ τὴν ἔχουσαν πόλιν τὸν ἀνδροφόνον, καὶ μὴ προϊεμένην αὐτὸν εἰς τιμωρίαν: *Jus hominum prehenſionis eſt jus rapiendi aliquos ex urbe aliqua. Nam in eam civitatem, quæ homicidam teneret, nec pœnæ dederet, pignoratione utebantur.* *Lib. 8. c. 6. § 50. Ed. Amſt* *Voc. Ἀνδροληψία.*

5. *ll* Simile huic eſt quod *mm* ad recuperandum civem injuria manifeſta captum, civitatis apud quam id factum eſt cives retinentur. Sic Carthagine quidam impedierunt, ne Ariſton Tyrius caperetur, hac addita cauſa: *nn idem Carthaginenſibus & Tyri, & in aliis emporiis, in quæ frequenter commeent, eventurum.* *Livius lib. 34. c. 61.*

§. IV.

„Dixi, meram hanc eſſe cavillationem.

„*cc*) (JUS GENTIUM UT SUPPLICES SUSCIPIANTUR:) Imo hoc non ex jure gentium voluntario, „ſed ex ipſo jure naturæ ſequitur.

„*dd*) (UT SUPRA DIXIMUS:) *l. 2. c. 21. §. 4. ſeq.*

„*ee*) (AD EOS TANTUM QUIBUS FORTUNA „NON CRIMEN OBSTAT PERTINET:) Recte: criminis igitur rei recipi quidem poſſunt at non defendi; recipi inquam poſſunt usque dum cauſa cognoſcatur, ſi de crimine conſtat, neceſſario vel puniri vel dedi debent. *d. l. 2. c. 21. §. 6*: Si id negat civitas, jus belli cum ea eſt, vel „jus repreſſaliarum.

„*ff*) (CÆTEROQUI PAR JUS EST EORUM APUD „QUOS CRIMEN EST FACTUM:) Neque id negat „Ariſtocrates, ſi enim homicida apud eos apud „quos facta eſt cædes commoratur, neque civitas „reparare injuriam velit, eadem omnino ratio eſt, „& vel cives eorum capi, vel ex lege Ariſtocratis belli jure peti poſſunt: At Ariſtocrates ponit „caſum ubi aufugit homicida; hoc autem caſu cives illius loci, ubi cædes commiſſa eſt, nec capi „nec ipſa civitas hoſtis loco haberi poteſt.

„*gg*) (INTERPRETATIONEM EAM QUAM DICO „EX USU RECEPIT:) Imo lex illa erat particularis „& ad perſonam Charidemi reſtricta, ſtatutumque, „ut quæ civitas obſiſteret quo minus abriperetur „ejus interfector hoſtis loco eſſet: In reliquis ergo manebat lex, quod cives prius capi deberent.

„*hh*) (AUT ADVERSUS CAVILLATIONES TALES EXPRESSIUS POSTEA ADPOSITA:) Imo id „non opus erat, quia tuta lex ſalva manebat, extra „caſum Charidemi.

„*ii*) (HORUM ENIM ALTERUM QUIN SIT NON „NEGABIT:) Dixi non opus eſſe hoc effugio; „manebat lex generalis de capiendis civibus, & „ſpeciale ſaltem quid conſtitutum erat in caſu „Charidemi, ut ſcilicet jus belli in receptores eſſet.

„*kk*) (NON RECEPIT:) i. e. quoties illi ad quos „confugerunt ſontes eos non dedunt.

„*ll*) (SIMILE HUIC EST:) Scilicet juri prenſandi cives alienæ civitatis, ſi homicidam dedere „noluit *vid. n. 1.*

„*mm*) (AD RECUPERANDUM CIVEM INJURIA „MANIFESTA CAPTUM:) Hoc hodieque frequentiſſime fit, & eadem ratio eſt. Nam ſi civitas „quæ civem noſtrum capit, injuriam hanc repara-

§. IV.

[a] Alia exſecutionis violentæ ſpecies eſt ἐνεχυριασμὸς ſive [b] *pignoratio inter populos diverſos;* quod [c] jus repreſſaliarum vocant recentiores Juriſconſulti, [d] Saxones & Angli Withernamium, & Galli etiam, [e] ubi a Rege impetrari id ſolet [f] literas Marcæ. Locum autem habet, ut ajunt Juriſconſulti, [g] ubi jus denegatur.

Bald. 3 conſ. 58 Bart. de Repreſſ. q. 5. ad tertium n. 9.

§. V.

I. Quod fieri intelligitur, non tantum [a] ſi in ſontem aut debitorem judicium intra tempus idoneum obtineri nequeat, [b] verum etiam ſi in re minime dubia ([c] nam in dubia re præſumtio eſt pro his qui ad judicia publice electi ſunt) plane contra jus judicatum ſit; [d] nam auctoritas judicantis non idem in exteros quod in ſubditos valet. [e] Etiam inter ſubditos non tollit quod vere debebatur: *Verus debitor, licet abſolutus ſit,* [f] *natura tamen debitor permanet:* inquit [g] Paulus Juriſconſultus: *Et cum per injuriam judicis domino rem* quæ

L. 60. D de cond. indeb.

„re non vult, ſubditi ejus civitatis ideo tenentur, „quia factum principis, in quem omne judicium „ſuum contulerunt, tueri tenentur, eoque ſunt „participes injuriæ.

„*nn*) (IDEM CARTHAGINENSIBUS EVENTURUM:) „Similia exempla Vide apud *Juſtin. 2. 15. & ſu-* „*pra l. 2. c. 18. §. 7.*

„*a*) (ALIA EXECUTIONIS VIOLENTÆ SPECIES:) „Hactenus enim ſaltem egit de Androlepſia Athe- „nienſium: & de cive injuria incarcerato:

b) (Grot) (PIGNORATIO INTER POPULOS DIVERSOS:) Σύλας id dicit *Demoſthenes* in oratione pro Corona, & *Ariſtoteles* Oeconomicôn ſecundo. [pag. 503. C. Sed locus DEMOSTHENIS, non extat, quod quidem ſciam, in nobili illa & longa Oratione *pro Corona* verum in brevi Oratione Περὶ τοῦ ςεφάνου τῆς τριηραρχίας pag. 717. A. quam laudat HARPOCRATION, voce Σύλας: unde ſine dubio natus error Auctoris. *J. B.*]

ADDITIO.

„Recte additur *inter diverſos populos:* quia inter „hos eſt medium neceſſarium recuperandi jus noſ- „trum: Nunquam ergo obtinet inter privatos, „quia hi ſuperiorem habent a quo jus impetrare „poſſumus.

„*c*) (JUS REPRESSALIARUM:) a latino *prenſan-* „*do* vel ab Italico *preſa.*

„*d*) (SAXONES ET ANGLI WITHERNAMIUM, „a Germanico Wiedernehmen, quia viciſſim res „aliorum capiuntur.

„*e*) (UBI A REGE IMPETRARE ID SOLET:) „Nam privati repreſſalias exercere nequeunt, ſed „juſſu publico demum id fieri debet: quia publi- „ca injuria per repreſſalias vindicatur, quod priva- „tis non licet.

„*f*) (LITERAS MARCÆ:) *Bodin de rep. l. 1. c. 10.* „*Cujac. ad l. un C. ut nullus ex vicaneis:* Bel- „gis quoque dicuntur breve van marquen: *Vid.* „*ſupra §. 1. prop. I.*

„*g*) (UBI JUS DENEGATUR:) Adeoque ubi al- „ter imploratus injuriam nobis factam reparare „non vult.

„*a*) (SI IN SONTEM AUT DEBITOREM JUDI- „CIUM INTRA TEMPUS IDONEUM OBTINERI NE- „QUEAT:) Repreſſaliæ igitur tunc demum locum „habent (1) quando alius populus (2) nobis vel „ſubditis noſtris injuriam facit & (3) imploratus „eam reparare, & quidem (4) intra tempus ido- „neum nolit.

„*b*) (VERUM ETIAM SI IN RE MINIME DUBIA „PLANE CONTRA JUS JUDICATUM SIT:) Nam „eo ipſo denegatur juſtitia.

„*c*) (NAM IN DUBIA RE:) i. e. ſi judex ratio- „nes probabiles allegat pro ſuo judicato.

„*d*) (NAM AUTORITAS JUDICANTIS NON IDEM „IN EXTEROS QUOD IN SUBDITOS VALET:) „Nam in hos valet judicatum, ut ut injuſtum.

„*e*) (ETIAM INTER SUBDITOS NON TOLLIT „QUOD VERE DEBEBATUR:) Hoc verum non eſſe, „nec id a Jctis dici, probavimus ſupra *l. 2. c. 23.* „*§. fin. n. 5.*

„*f*) (Grot.) (NATURA TAMEN DEBITOR PERMANET:) Spectant huc quæ habet *Gailius* de „Pace publica lib. II. cap. VIII. num. 7. & *Vaſ-* „*quius* libro IV. controverſiarum illuſtrium cap. „X. §. 41.

„*g*) (PAULUS JURISCONSULTUS:) *Lib. 60. ff.* „*cond. indeb.*

„*b*)

quæ debitoris non fuiſſet abſtuliſſet creditor quaſi obligatam ſibi, & quæreretur, an ſoluto debito reſtitui eam oporteret debitori, [b] *Scævola reſtituendam probavit.* [i] Hoc intereſt, quod ſubditi exſecutionem etiam injuſtæ ſententiæ vi impedire, aut contra eam jus ſuum vi exſequi licite non poſſunt, [k] ob imperii in ipſos efficaciam: [l] exteri autem jus habent cogendi, [*] ſed quo uti non liceat quamdiu per judicium ſuum poſſint obtinere.

2. [m] Tali igitur de cauſa aut [n] corpora, [o] aut res mobiles ſubditorum ejus qui jus non reddit, capi poſſe [p] non quidem natura introductum eſt, [q] ſed moribus paſſim receptum. Vetuſtiſſimum exemplum eſt apud Homerum Iliados Λ, ubi Neſtor narratur ob ereptos patri equos Elidenſium pecora & armenta cepiſſe [r] ῥύσι' ἐλαυνόμενος ut Poëta loquitur, ubi ῥύσια interpretatur Euſtathius [s] τὰ ἀντί τινῶν ῥυόμενα, ὅ ἐστιν ἑλκόμενα καὶ ἀντὶ τῶν προαρπασθέντων ἁρπαζόμενα. Sequitur deinde in narratione, [t] convocari edicto ad jus ſuum perſequendum omnes eos quibus aliquid ab Elidenſibus debebatur, nimirum,

> Μή τις οἱ ἀτεμβόμενος κίοι ἴσης.
> *Ne quis juſta ſibi parte careret.*

Aliud exemplum eſt in [u] hiſtoria Romana de Romanorum navibus, quas

L. 12. §. 1. D. de diſtr. pign.

Innoc. & Pan in c. quia plerique de immunit Eccl. Soto l. 3. q. 4. art. 5.

Jac. de Canibat. Anchar. Dominic Franc. in c. 1 de injuriis in 6. Fulg. & Salic. in authent. Omnino C. de act. & obl. Jac. de Bello viſa in Auth. Ut non fiant pignora. Silv. in verbo repreſſ. Bart. in tract. de repreſſ. Guid. Papa q. 32. Gail. de pign. obſ. 1. n. 5. Vict. de Jure belli n. 41. Covar. c. peccatum p. 11. §. 9. n. 4.

Verſ. 674.

Verſ. 704.

„b) (SCÆVOLA RESTITUENDUM PROBAVIT:) „*L. 12. §. 1. ff. de diſtr. pign.*

„i) (HOC INTEREST:) Dixit enim autoritatem „judicantis non idem in exteros valere quod in „ſubditos valet.

„k) (OB IMPERII IN EOS EFFICACIAM:) Re- „ctius ex ſua diſpoſitione, quia coeundo in civi- „tatem compromittunt in judicis ſententiam.

„l) (EXTERI AUTEM JUS HABENT COGENDI:) „Si ipſis jus denegatur: uti denegatur ſi contra „jus judicatur.

„*) (SED QUO UTI NON LICEAT QUAMDIU PER „JUDICIUM SUUM POSSINT OBTINERE:) Secus „ergo ſi judicium denegatur, uti denegatur ſi ſen- „tentia pronunciatur quæ ipſo jure nulla eſt.

„m) (TALI IGITUR DE CAUSA:) Ubi quis con- „tra jus judicatum eſſe contendit.

n) (Grot.) (CORPORA:) Vide exemplum apud *Ammianum* libro XVII. ubi Julianus Francorum quosdam retinet usque dum captivi ex pacto liberentur. Adde quæ habet *Leo Afer* lib. III.) pag. 435. *Ed. Elzevir.* 1632.) de Monte *Berrigualid.* [Author ex *Ammiano* nobis proponit *Francos*, pro *Alemannis*. Deinde hi tanquam obſides retenti: adeoque alio pertinet exemplum. Vide *Cap.* 2. dicti libri XVII. pag. 179. *Edit. Valeſ. Gron.* ubi res narratur. J. B.)

ADDITIO

„Fieri hoc magis ſolet, quando pro ſubdito- „rum noſtrorum corporibus metuimus: ut alii „metu talionis deterreantur.

„o) (AUT RES MOBILIS SUBDITORUM.) Quod „plerumque fit, quando res noſtræ apud alios de- „tinentur vel debitum nobis denegatur.

„p) (NON QUIDEM NATURA INTRODUCTUM „EST:) Imo natura introductum eſt ut ſi in ſon- „tem aut debitorem judicium obtineri nequit; „a civitate ejus cives & eorum bona capi poſſint. „*Vid. n. 1. pr.*

„q) (SED MORIBUS PASSIM RECEPTUM:) i. e. „Jure Gentium. *Vid. infr. §. 7. n. 4. & ſupr. c.* „2. §. 2. *n. 1.* §. 5. *n. 1. Add. infr. c. 13.* §. *1. n. 2.* „*c. 21.* §. 9 Quod paſſim refutavimus.

r) (Grot.) (Ῥύσι' ἐλαυνόμενος:) Hoc ſenſu ῥύσια invenias excerptis legationum ex *Polybio* 38. ubi de Achæis contra Bœotos; & excerpto CXXIII. ῥυσιάζειν apud *Diodorum Siculum* excerptis manuſcripti Peireſiani. [Ubi τὴν πόλιν, ſcilicet *Lacedæmona*, ῥυσιάζειν, dicitur *Polychares* Meſſenius: pag. 229.) Alibi vero ῥύσια καταγγέλλειν in bello uſurpatur, ut dicemus mox capite 3. §. 7. ſunt enim hæc valde affinia.

„s) (Τὰ ἀντί:) *Quæ pro quibuſdam aguntur i. e.* „*trahuntur & pro rebus raptis rapiuntur Vid.* „*Gron. b.*

„t) (CONVOCARI EDICTO:) Nam non ſolum „Neſtori injuriam fecere Elidenſes, ſed & aliis: „qui proinde ex rebus civitatis merito juris ſui „reparationem petere potuerunt.

„u) (HISTORIA ROMANA:) Apud *Liv. l. 2. c.* 34.

„v) (ſi

Livius, 2, 34. quas pro bonis Tarquiniorum Cumis Ariſtodemus, Tarquiniorum *Ant. Rom.* 7, 12. hæres, retinuit. Famulos, jumenta, pecunias retenta dixit Halicarnaſſenſis. Et apud Ariſtotelem Oeconomicôn ſecundo de decreto *Pag.* 503. C. *Ed. Pariſ.* Carthaginenſium ad prehendendas exterorum naves εἴ τις σύλαν ἔχει, ut ibi loquitur, [v] *ſi quis jus prehendendi haberet.*

§. VI.

[a] Vita autem ſubditorum innocentium ut ex tali cauſa obligetur, forte creditum fuit apud aliquos populos, eo nimirum [b] quod crederent unicuique hominum jus vitæ plenum eſſe in ſe, [c] & id ad rempublicam potuiſſe transferri: [d] quod minime eſſe probabile, nec ſaniori Theologiæ conſentaneum [e] alibi diximus. Fieri tamen poterit, non ex intentione [f] ſed ex accidenti, ut occidantur qui juris exſecutionem per vim volunt impedire. Sed id ſi prævideatur, ex caritatis lege omittendam potius juris perſecutionem [g] alibi oſtendimus, cum ex ea lege, Chriſtianis præſertim, [h] pluris eſſe debeat *Lib.* 2. *c.* 1. §. 12. & 13. vita hominis quam res noſtra, ut alibi demonſtratum eſt.

§. VII.

„v) (SI QUIS JUS REPREHENDENDI HABERET:) „i. e. ſi alicui injuria facta, nec ad poſtulatio-„nem reparata fuit.

„a) (VITA AUTEM SUBDITORUM:) Celebris „quæſtio eſt, an, ſi civitas vicina jus civi noſtro „denegat, atque ideo membra illius civitatis ca-„piuntur, an, inquam, capti ſi reparatio non ſe-„quitur interfici poſſint? Negat Author, quia etſi „cives pro debito civitatis jure gentium i. e. taci-„to pacto ſe obligaverint, id tamen ad vitam non „extendi ait, quia nemo vitæ ſuæ eſt dominus, „indeque eam obligare nequit:

„Ut rite intelligamus hanc quæſtionem, præ-„mittendum eſt (1) jus capiendi perſonas alterius „civitatis non oriri ex jure aliquo ficto gentium, „ſed ex ipſo jure naturæ. (2) Rationem illius ju-„ris conſiſtere in eo, quod cives illius civitatis ap-„probent vel approbare teneantur factum ſuæ ci-„vitatis, adeoque ex propria injuria ad reparatio-„nem teneantur.

„His præmiſſis facile concedimus, ſi civitas „extranea noſtro civi jus denegat quod ei ex *cau-„ſa civili* vel *ex delicto non capitali* debetur, *Vid.* „§. *5. n. 2.* captum occidi non poſſe: creditor „enim, vel læſus, ſi idem conſequi non poſſunt, „nil niſi æſtimationem ſeu tantundem petere poſ-„ſunt, non ergo vitam demere capto: quia nulla „proportio eſt inter vitam & debitum, ſive id „ex promiſſo oriatur, ſive ex delicto non capitali.

„At aliud dicendum ſi civitas nolit judicium „dare *in reum mortis*, adeoque cauſa eſt quo ini-„mus ſanguis vindicari poſſit, tunc enim ſanguis „capti, qui factum civitatis defendit, iterum effun-„di poteſt; hoc enim ſolo modo reparatio fit in-„juriæ; Sane lex Attica de *homicidio loquitur,* „*Vid. ſupr.* §. *3. n. 1. n. 2.* & *n. 4.* quod expiari „non poteſt niſi ſanguine.

„Neque *obſtat* denegationem juris, etiam civi-„lis, juſtam cauſam dare bello, at in bello cives „hoſtis occidere licet: Reſp. hinc jus belli, adeo-„que & jus occidendi captos, locum non habet „quamdiu reparatio obtineri poteſt per repreſſali-„as; ſi vero per illam capturam reparatio obtine-„ri nequit, nihil impedit quo minos bello jus „vindicari poſſit, & tunc capti hoſtium loco ha-„beri poſſunt.

„b) (QUOD CREDERENT UNICUIQUE HOMINUM „JUS VITÆ PLENUM ESSE IN SE:) Adeoque „unumquemque vitam alii obligare poſſe.

„c) (ET ID AD REMPUBLICAM POTUISSE „TRANSFERRI:) Ita ut etiam pro facto civitatis „vitam obligare poſſit.

„d) (QUOD MINIME ESSE PROBABILE &c.) „Equidem in genere verum eſt, neminem jus in „vitam ſuam habere niſi ad ejus conſervationem: „At excipitur caſus ubi quis jus alterius, adeoque „& civitatis ſuæ defendit, tunc enim etiam vitam „ſuam obligare poteſt. In repreſſaliis jus, quo „vita captis auferri poteſt, non oritur ex tali obli-„gatione, ſed ex propria injuria, quia factum ſuæ „civitatis defendit.

„e) (ALIBI DIXIMUS:) *L. 2. c. 21. §. 11. n. 2.* „*c. 11. §. 18. ſeq c. 20. §. 43. lib. 15. §. 16. c. 17.* „*§. 2. n. 1.*

„f) (SED EX ACCIDENTI, UT OCCIDANTUR:) „Vide *l. 3. c. 1. §. 2.* & *§. 4. n. 1. Lib. 2. c. 1. §. 3.*

„g) (ALIBI OSTENDIMUS:) *dd. ll.* inprimis *l.* „*2. c. 1. §. 11. 12.* & *13. l. 2. c. 14. §. 1. l. 3. c. 1. §.* „*4. n. 2.* Vide *indicem* voce *caritas.*

„h) (PLURIS ESSE DEBEAT VITA HOMINIS „QUAM

§. VII.

1. Cæterum non minus in hac materia quam in aliis cavendum eſt, ne confundamus ea [a] quæ juris gentium ſunt proprie, [b] & ea quæ jure civili [c] aut pactis populorum conſtituuntur.

2. [d] Jure gentium ſubjacent pignorationi omnes ſubditi injuriam facientes, [e] qui tales ſunt ex cauſa permanente, [f] ſive indigenæ, [g] ſive advenæ, [h] non qui tranſeundi aut moræ exiguæ cauſa alicubi ſunt. [i] Introductæ enim ſunt pignorationes ad exemplum onerum, quæ pro exſolvendis debitis publicis inducuntur, quorum immunes ſunt qui tantum pro tempore legibus loci ſubſunt. A numero tamen ſubditorum [k] jure gentium excipiuntur legati, [l] non ad hoſtes noſtros miſſi, [m] & res eorum.

Dec. conſil. 352. Bal. l. 3. de off. aſſeſſ.

3. [n] At jure civili populorum ſæpe [o] excipi ſolent perſonæ mulierum & infantium; [p] eorum vero qui literis operam dant & ad mercatus veniunt etiam res. [q] Jure gentium ſingulis pignorandi jus eſt, ut & Athenis ἐν ἀνδροληψίᾳ. [r] Jure civili multorum locorum peti id

„QUAM RES NOSTRA:) Hoc virtutis eſt non ju„ris: ſi ego aliter rem meam tueri non poſſim „niſi internecione raptoris, id licitum omnino eſt, „& culpa eſt ejus qui injuriam fecit:

„a) (QUÆ JURIS GENTIUM SUNT PROPRIE:) „i. e. quæ ad jus gentium latius patens pertinent, „de quo vide *Diſſ. proœm XV.* §. *10.* §. *13. ſeq.* „& quale non exiſtere probavimus *ibid.* §. *29.* „*ſeq.*

„b) (ET QUÆ JURE CIVILI CONSTITUUNTUR:) „Quod vocat jus gentium arctius. *dict diſſ.* §. *24.*

„c) (AUT PACTIS POPULORUM:) Nam ſi po„puli certum modum procedendi conſtituerunt, „proceſſus inſtitui debet juxta modum conven„tum.

„d) (JURE GENTIUM SUBJACENT PIGNORATI„ONI OMNES SUBDITI &c:) Imo id non ex jure „gentium eſt, quale non exiſtit, ſed ex ipſo jure „naturæ: rationem naturæ expoſuimus *ſupra* §. *2.*

„e) (QUI TALES SUNT EX CAUSA PERMA„NENTE:) i. e. perpetuo in territorio commoran„tur, adeoque ibi domicilium conſtitutum habent.

„f) (SIVE INDIGENÆ:) i. e. ibi nati.

„g) (SIVE ADVENÆ:) Qui domicilium in eo „territorio fixerunt.

„h)(NON QUI TRANSEUNDI AUT MORÆ EXI„GUÆ CAUSA ALICUBI SUNT:) Hi enim non te„nentur ſequi judicium Principis, nec illud tueri, „adeoque nec pro Principe obligantur.

„i) (INTRODUCTÆ ENIM SUNT PIGNORATIO„NES AD EXEMPLUM ONERUM:) Eodem nitun„tur fundamento: quia ſubditi, cœundo in civita„tem, promittunt ſe defenſuros communi ope ci„vitatem. *Vid. l. 2. c. 5.* §. *24. l. 2. c. 9.* §. *8.*

„k) (JURE GENTIUM EXCIPIUNTUR LEGATI:) „Author enim ſtatuit, placuiſſe gentibus ut commu„nis mos,(qui quemvis in alieno territorio degentem „ejus loci territorio ſubjicit,) exceptionem paterc„tur in legatis, ut qui ſicut fictione quadam ha„bentur pro perſonis mittentium, ita etiam ficti„one ſimili conſtituerentur quaſi extra territori„um: *Vid. l. 2. c. 18.* §. *4. n. 5.* quod ibi reſuta„vimus: Certum igitur eſt etiam legatos in terri„torio noſtro degentes pignorari poſſe; nam illi „quoque factum ſuæ civitatis defendunt.

„l) (NON AD HOSTES NOSTROS MISSI:) Nam „ſi ad hoſtes noſtros mittuntur, Author jure bel„li quoque eos capi, quin occidi poſſe ſtatuit. *d.* „*c. 18.* §. *5.*

„m) (ET RES EORUM:) Hæ capi poſſunt, „Quoties ipſe legatus capi poteſt. Quia idem jus „in perſonis obtinet, quod in rebus *d. c. 18.* §. „*8. & 9.*

„n) (AT JURE CIVILI POPULORUM:) i. e. ju„re gentium improprie ſic dicto: quod multis „populis commune eſt ſine mutua obligatione: „*proleg.* §. *53.*

„o) (EXCIPI SOLENT PERSONÆ MULIEROM ET „INFANTIUM:) Imo non exipiuntur, ſed pig„nori capi omnino poſſunt, uſque dum ſatisfiat.

„p) (EORUM VERO QUI LITERIS OPERAM „DANT &c:) Neque horum res ullibi excipiun„tur, ſed pignori capi poſſunt: & privilegium „eruditorum, & quod arreſtari eorum res non „poſſint, eſt privilegium juris Romani.

„q) (JURE GENTIUM SINGULIS PIGNORANDI „JUS EST:) Imo jure naturæ non niſi juſtu „publico id fieri poteſt: Bodinus ait Carolum IX. „ad jus regium id retuliſſe, eum id ante promi„ſcue factum fuerit. *L. 1. c. 10. in fin.*

„r) (JURE CIVILI MULTORUM LOCORUM PETI

id ſolet alibi a poteſtate ſumma, [s] alibi a judicibus. Jure gentium [t] ipſo facto dominium rerum captarum acquiritur [u] ad ſummam debiti & ſumptuum, [v] ita ut reſiduum reddi debeat. [w] Jure civili ſolent citari quorum intereſt res publica auctoritate divendi aut addici iis quorum intereſt. Sed hæc atque alia peti debent ab his qui jura civilia tractant, & nominatim in hac materia [x] a Bartolo, qui de repreſſaliis ſcripſit.

4. Illud hic addam, quia ad hujus juris ſatis per ſe rigidi emollitionem pertinet, [y] eos qui non ſolvendo quod debebant, aut jus non reddendo cauſam dederunt pignorationibus, ipſo naturali ac divino jure [z] teneri ad reſarcienda damna aliis quibus eam ob cauſam aliquid decedit.

Æg. Regius de actib. ſuper n. diſp. 13. du. 7. n 117.

CAPUT III.

De bello juſto ſive ſolenni jure Gentium, ubi de indictione.

I. *Bellum ſolenne juris gentium eſſe inter diverſos populos.*
II. *Diſtinctio populi quamvis injuſte agentis a piratis & latronibus.*
III. *Mutationem interdum incidere.*
IV. *Requiri ad naturam belli ſolennis, ut auctorem habeat eum, qui ſummam poteſtatem habeat: quod quomodo intelligendum.*
V. *Requiri & denuntiationem.*
VI. *Quid in denuntiatione ſit juris naturæ, quid proprium juris gentium, diſtincte explicatur.*
VII. *Denuntiatio alia conditionata, alia pura.*
VIII. *Quæ in denuntiationibus ſint juris civilis, non gentium.*
IX. *Bellum alicui indictum ſimul indictum eſſe ejus ſubditis & ſociis qua ipſum ſequuntur.*
X. *Non qua per ſe conſiderantur: quod exemplis illuſtratur.*
XI. *Cauſa cur denuntiatio ad effectus quoſdam requiratur.*
XII. *Hos effectus non reperiri in aliis bellis.*
XIII. *Bellum an ſimulatque indictum eſt, geri poſſit.*
XIV. *An indicendum ei qui jus legationis violavit.*

§. I.

„ID SOLET A SUMMA POTESTATE:) Imo id ex „ipſo jure naturæ eſt.

„s) (ALIBI A JUDICIBUS:) Nemo id con„cedere poteſt niſi ſumma poteſtas, & ex ejus con„ceſſione magiſtratus inferiores.

„t) (IPSO FACTO DOMINIUM RERUM CAPTA„RUM ACQUIRITUR:) Jure naturæ tantum pignus „in ea re acquiritur non dominium; nam capi„tur ſaltem usque dum nobis ſatisfiat.

„u) (AD SUMMAM DEBITI ET SUMTUUM:) „Jure naturæ capere licet etiam ultra ſum„mam debitam, quia in ſecuritatem debiti ca„pitur: At ſi res poſtea vel venditur vel credito„ri addicitur, reſiduum reſtitui debet rei do„mino.

v) (Grot.) (ITA UT RESIDUUM REDDI DEBEAT:) Uſi hac æquitate Veneti, captis in Galata Genuenſium navibus, memorante *Gregora* libro IX. ἀλλ' οὐδὲ τῶν ἁλισκομένων ἐκείνων νεῶν ἀπασῶν τῷ πληρώματι ἐλυμήναντο τὸ παράπαν οὐδέν. ἦν γὰρ τὸ μὲν πλήρωμα σῖτος καὶ κριθή, τῶν δὲ ὄψων ταρίχη ὁπόσα γεωργοῦσι λίμναι κωπαΐδες τε καὶ μαιώτιδες, καὶ ποταμοὶ ταναΐδες. ἀλλὰ διετήρησαν εἰς τ' ἀκριβὲς ἀλώβητα, ἕως ἀπολαβόντες τὸ χρέος, ἀπέδοσαν ἅπαντα. *ſed neque de onere captarum a ſe navium corruperunt quicquam, onus erat frumentum & hordeum: ad hæc, ſalſamenta piſcium qualia proferunt Copaides & Mæotides paludes, & Tanais flumina: ſed ea ſervarunt anxie, nihil imminuta, donec recepto debito integra redderent.* (Pag. 189. *Ed. Genev.*)

„w) (JURE CIVILI SOLENT CITARI:) Jurisna„turalis eſt ut reſiduum reſtituatur, id vero ſine „citatione fieri nequit.

„x) (A BARTOLO:) Adde *Barboſam, Hunnium,* „& *Peſchwitz de repreſſaliis Limn. de jure* „*publ. l. 4. c. 8. n. 314. Gailium de pignorationi*„*onibus. Buſium de ſubtilit. jur. l. 17. Salmas. de* „*mod. Uſur. c. 13. p. 531. & p. 212. Ruland. de* „*commiſſ p. 1. l. 7 c. 9.* & alii quos allegat *Bech*„*told* in Sylloge materiarum ad verba *repreſſalia.* „Vide quoque *Puffend. l. 8. c. 6. §. 13.*

„y) (EOS QUI NON SOLVENDO QUOD DEBE„BANT

§. I.

1. [a] SUpra dicere incepimus juſtum bellum apud probos auctores dici ſæpe,[b] non ex cauſa unde oritur, [c] neque ut alias ex rerum geſtarum magnitudine, [d] ſed ob peculiares quosdam juris effectus. Quale autem ſit [e] hoc bellum, optime [f] intelligitur ex hoſtium definitione apud Romanos Juriſconſultos. [g] *Hoſtes ſunt, qui nobis, aut*

„BANT AUT JUS NON REDDENDO CAUSAM DEDE-„RUNT:) His enim duobus caſibus Author ſtatu-„it repreſſalias ſtatui poſſe.

z) (Grot.) (TENERI AD RESARCIENDA DAMNA:) *Plutarchus* in Cimone de Scyriis: ἐβδελομένας τὰ χρήματα τῶν πολλῶν συνεκτίνειν, ἀλλὰ τὰς ἔχοντας καὶ διηρπακότας ἀποδοῦναι κελευόντων· *Plerique pecunias contribuere nolebant, ſed jubebant eos qui res alienas aut habebant aut rapuerant, ſarcire damnum.* (Pag. 483. C.)

ADDITIO.

„Etſi enim civitas ejusque Rector injuria agat „jus denegando, certum tamen eſt reum, qui vel „non ſolvit quod debet, vel injuriam non repa-„rat, primam eſſe cauſam pignorationis: adeoque „cives, qui ex hac injuria damnum ſentiunt, ad „reſtitutionem damni agere poſſunt contra debito-„rem. At non video quid ſubditi ſperare poſſint a „Principe qui læſis extraneis jus denegat, & ſecun-„da cauſa eſt pignorationis:

(AD §. 1.) Rubricam hujus capitis Author ponit *de bello juſto ſive ſolenni jure gentium:* quia putat dari adhuc aliud *bellum minus ſolenne*, quod refutavimus ſupra *l.* 1. *c.* 3. §. 4.

ADDITIO.

„Repetendum eſt ex notatis *ad cap.* 1. *hujus libri* „*§.* 1. Grotium circa licentiam bellorum diſtinguere „inter *jus naturæ* & *jus gentium*: JURE NATURÆ „bellum juſtum eſſe dixit, ſi juſta cauſa adſit: & „in tali bello denunciatione opus non eſſe putat ſi „quis rem ſuam repetit, aut pœnam ab alio de-„poſcit: *cap. h.* §. 6. *n.* 1. & tantum excipit ca-„ſum, quoties pro re una res alia, aut pro debito „res debitoris invaditur aut res ſubditorum, tunc „enim interpellationem requirit *ibid. §. 6. n.* 2. „Idem obtinere, ait, ſi princeps impetatur ex debi-„to vel delicto ſubditi *ibid.* JUS GENTIUM ab hoc „naturæ receſſiſſe ait in BELLO PUBLICO & JURE „GENTIUM SOLENNI, ibi enim indiſtincte requiri de-„nunciationem. *vid.* §. 5. §. 11. Ad hujus rei intelle-„ctum notandum eſt, Grotium bellum publicum „dividere in *Solenne* & *minus ſolenne*, *L.* 1. *c.* 3. „§. 4. *Solenne* definit, quod peculiares quosdam „ex pacto gentium effectus habet: *l.* 1. *c.* 3. §. 4. „& 5. *l.* 3. *c.* 3. §. 1. *Solennitates*, quæ ad obtinen-„dos illos effectus peculiares a Gentibus ſupponi „putat, in eo conſiſtere ait, (1) ut utrinque ſint „ſummæ poteſtates, (2) ut clarigatio præcedat & „indictio ſequatur. *d. l.* 1. *c.* 3. §. 4. *d. l.* 3. *c.* 3. „§. 2. 3. 4. 5. & *hoc. cap.* § 4. 5. *Effectus autem* „*particulares* hujus *belli ſolennis* Grotio ſunt, ut „(1) belli jura inter gentes obtineant etiamſi in-„juſtum ſit bellum: (2) ut utrinque hoſtem lædere, „interficere, & res ejus capere ac vaſtare liceat: (3) „ut id liceat ultra debiti vel pœnæ modum. Quod „Syſtema latius expoſui in *Diſſert. proœm. IX.* „§. *48. ſeq.*

„*Minus ſolenne bellum*, etſi publicum, definit, „quod (1) geritur a quovis magiſtratu etiam in „privatos: (2) quod caret clarigatione vel indicti-„ne. *d. l.* 1. *c* 3. §. 4. *n.* 2. & §. 5. *L.* 3. *c.* 3. §. 1. „Quam hypotheſin ulterius explicavi in *dict. diſſ.* „*XI.* §. *70. ſeq.* eamque refutavi in *Diſſ. IV.* §. „168.

„Alibi jam demonſtravi, non dari *jus gentium* „*voluntarium*, adeoque fruſtra quæri quid illo ju-„re ſtatutum ſit. De ſolo *jure naturæ* quæſtio „eſt inter gentes, & eo jure clarigationem ſeu in-„dictionem belli neceſſariam eſſe probabimus in-„fra §. 6. Quid vero huic invento Authoris cauſam „dederit examinavimus. *dict. diſſ. IX.* §. 168.

a) (Grot.) (SUPRA DICERE INCEPIMUS:) *L.* 1. *c.* 3. §. 4.

„*b*) (NON EX CAUSA UNDE ORITUR:) Quaſi „cauſa belli juſta ſit.

„*c*) (NEQUE UT ALIAS EX RERUM GESTARUM „MAGNITUDINE:) Nam bellum etiam ratione cau-„ſæ juſtum dici poteſt, etſi nec prælia, nec obſi-„diones urbium ſecutæ fuerint, quin licet pauciſ-„ſimo militum numero exercitus conſtet.

„*d*) (SED OB PECULIARES QUOSDAM JURIS „EFFECTUS:) Quos gentes bello ſolenni tribuiſſe „Author fingit: & quos late expoſuimus. *dict.* „*diſſ. IX.* § *48. ſeq.*

„*e*) HOC BELLUM:) Scilicet ſolenne, ſeu quod „ſolennitates certas ex pacto gentium habet.

„*f*) (INTELLIGITUR EX HOSTIUM DEFINITIO-„NE APUD ROMANOS JCTOS:) Imo ex illa defini-„tione hoſtis nulla ratione intelligitur, dari *bellum* „*ſolenne*, quod jure gentium peculiares effectus „habeat: & omnium minime intelligitur, quale „illud bellum ſit. Uti in ſequentibus videbimus.

„*g*) (HOSTES SUNT QUI NOBIS AUT QUIBUS „NOS PUBLICE BELLUM DECERNIMUS:) Hæc de-„finitio non ex jure gentium ſed ex jure naturæ „deſumta eſt: Nam eo jure hoſtis non eſt niſi (1)

 „talis

L. 118. de verb. ſign. *aut quibus nos publice bellum decernimus:* [b] *cæteri latrones aut prædones ſunt*, ait [i] Pomponius: nec aliter [k] Ulpianus: *Hoſtes ſunt* L. 24. D. de captiv. *qui nobis, aut quibus bellum publice populus Romanus decrevit, vel ipſi populo Romano; cæteri latrunculi vel prædones appellantur. Et ideo* [l] *qui a latronibus captus eſt ſervus latronum non eſt,* [m] *nec poſtliminium illi neceſſarium eſt. Ab hoſtibus autem captus,* [n] *puta a Germanis & Parthis, & ſervus eſt hoſtium, & poſtliminio ſtatum priſtinum* L. 19. §. 2. D. de captiv. *recuperat.* [o] Et Paulus: [p] *A piratis aut latronibus capti liberi permanent.* Accedat illud [q] Ulpiani: *In civilibus diſſenſionibus, quamvis* L. 21. §. 1. eod. tit. *ſæpe per eas reſpublica lædatur,* [r] *non tamen in exitium reipublicæ contenditur: qui in alterutras partes diſcedent vice hoſtium non ſunt eorum inter quos jura captivitatum aut poſtliminiorum fuerint: & ideo captos, & venundatos poſteaque manumiſſos placuit* [s] *ſupervacuo repetere a Principe ingenuitatem, quam nulla captivitate amiſerant.*

2. Illud tantum notandum, [t] ſub exemplo populi Romani quem- Philipp. 4. c. 6. vis intelligi qui in civitate ſummum imperium habeat. *Ille hoſtis eſt*, ait Cicero, *qui habet rempublicam, curiam, ærarium, conſenſum & concordiam civium,* [u] *& rationem aliquam ſi res ita tulerit pacis & fœderis.*

§. II.

1. [a] Non autem ſtatim reſpublica aut civitas eſſe deſinit [b] ſi quid admit-

„talis declaratus ſit, i. e. niſi bellum indictum ſit, „& quidem (2) publice, i. e. publica autoritate; quia „familiæ omne jus ſuum vi agendi in civitatem „contulerunt, adeoque tuendi neceſſitas & modus „ab arbitrio civitatis dependet.

„b) (COETERI LATRONES AUT PRÆDONES „SUNT:) Quia jus non habent vi agendi.

„i) (POMPONIUS:) *leg. 118 de verb. ſign.*

„k) (ULPIANUS:) *In Leg. 24. ff. de capt. & poſtl.*

l) (Grot.) (QUI A LATRONIBUS CAPTUS EST SERVUS LATRONUM NON EST:) Hinc argumentum Pœnulo *Plauti:* Eunucho *Terentii.* Talis & Eumæus Odyſſ. Ο. (verſ 402, & *ſeqq.*)

„m) (NEC POSTLIMINIUM IPSI NECESSARIUM) „*Vid. l. 5. l. 19. §. 2. ff. capt. & poſtl.*

„n) (PUTA A GERMANIS:) Unde conſtat Germaniam non fuiſſe in provinciæ formam redactam tempore Ulpiani, quia liberi populi erant, „*l. 24. ff. capt. & poſtl.* etſi quidam Germaniæ „populi Romanis paruerint, tradente Macro Se„to, qui cœvus fuit Ulpiano, in *l. 3. ff. de aſſeſ.* „*officio.* & Celſo in *l. 48. ff. Cond. & dem.*

„o) (ET PAULUS:) *in l. 19. ff. capt. & poſtl.*

p) (Grot.) (A PIRATIS:) Pompejus a piratis captos liberos pronuntiavit. *Appianus* Mithridatico (pag. 237. *Ed. H. Steph.*) Adde *Herreram* tomo II.

„q) (ULPIANI:) In *l. 2. §. 1. ff. capt. & poſtl.*

„r) (NON TAMEN IN EXITIUM REIPUBLICÆ „CONTENDITUR:) Non odio publico civitatis, ſed „mutuo, & ſtudiis privatis: Seu, non geritur con„tra rempublicam quam uterque ſalvam vult, ſed „in concives, vel potius in partem civium, & „contenditur ſaltem utra factio in republica ſalva „priores partes ferat. *Gron. h.*

„s) (SUPERVACUO REPETERE A PRINCIPE IN„GENUITATEM:) i. e. petere ut reſtituantur in „ingenuorum & civium locum: *Gron. h.*

„t) (SUB EXEMPLO POPULI ROMANI QUEMVIS „INTELLIGI QUI IN CIVITATE SUMMUM IMPERI„UM:) Quod Romani JCti dixerant de populo vel „Principe Romano, id accipiendum de omni po„pulo vel principe qui rerum potitur. *Gron. h.*

„u) ET RATIONEM ALIQUAM:) i. e. qui talis „ſit cum quo pax & fœdus eſſe poſſit. *Gron. h.*

(AD §. II.) Author diſcrimen ſtatuit inter ſocietatem civium & ſocietatem latronum, & recte ait, illam juris tuendi cauſa eſſe conſtitutam licet aliquando injuſte agat civitas, quia hoc non eſt vitium ſtatus: latronum autem cœtum criminis cauſa ſociari, adeoque ipſum ſtatum vitioſum eſſe, conſpirationem nimirum exequendi injurias, etſi per accidens quoque actus juſtitiæ exerceant.

„a) (NON AUTEM STATIM RESPUBLICA AUT „CIVITAS ESSE DESINIT:) Adeoque nec jus belli.

„b) (SI QUID ADMITTAT INJUSTUM:) Nam „finis

admittat injuſtum, [c] etiam communiter, [*] nec cœtus piratarum aut latronum civitas eſt, [d] etiamſi forte æqualitatem quandam inter ſe ſervent, [e] ſine qua nullus cœtus poſſet conſiſtere. Nam hi [f] criminis cauſa ſociantur: illi etſi interdum delicto non vacant [g] juris tamen fruendi cauſa ſociati ſunt, [h] & exteris jus reddunt, [i] ſi non per omnia ſecundum jus naturæ, [k] quod multos apud populos ex parte quaſi obliteratum alibi oſtendimus, [l] certe ſecundum pacta cum quibusque inita; [m] aut ſecundum mores. Sic Græcos, [n] quo tempore mari prædas agere pro licito habebatur, [o] abſtinuiſſe a cædibus & populationibus nocturnis, [p] & a raptu boum aratorum, notat ad Thucydidem Scholiaſtes. *Lib. 1. C. 5. Ed. Oxon.* Alios etiam populos, itidem ex rapto viventes, ubi ex mari domum ſe receperant miſiſſe ad dominos [q] ut rapta ſi vellent æquo pretio redimerent, memorat [r] Strabo. *Lib. 11. pag 495. 496.* Ad tales pertinet & ille Homeri locus Odyſſeæ ξ.

Καὶ μὲν δυσμένεες καὶ ἀνάρσιοι, οἵ τ' ἐπὶ γαίης
Ἀλλοτρίης βῶσιν, καί σφιν ζεὺς ληΐδα δώῃ,
Πλησάμενοι δὲ τε νῆας ἔβαν οἰκόνδε ἕκαςος,
Καὶ μὲν τοῖς ὄπιδος κρατερὸν δέος ἐν φρεσὶ πίπτει.

Ipſi etiam raptus avidi, qui aliena pererrant
Littora, conceſſu Superum ſi præda reperta eſt,
Navibus impleti abeunt, & vela retorquent:
Quippe Deos metuunt memores fandi atque nefandi.

2. Prin-

„finis tamen civitatis manet, ſcilicet ut jus tuean-„tur: Status autem a fine diſcernuntur.

„c) (ETIAM COMMUNITER:) i. e. Conſenſu „omnium.

„*) (NEC COETUS PIRATARUM AUT LATRO-„NUM CIVITAS EST:) Quia finis hujus cœtus „eſt injuriam facere.

„d) (ETIAM SI FORTE ÆQUALITATEM QUAN-„DAM INTER SE SERVENT:) per *æqualitatem* in-„telligit juſtitiam, utpote quam in æqualitate po-„nit: *Vid. l. 2. c. 12. §. 8. ſeq.* talis enim cœtus „ideo pro civitate non habetur, quia finis ejus „non eſt jura tueri.

„e) (SINE QUA NULLUS COETUS POSSET CON-„SISTERE:) Adeoque nec cœtus latronum. *Vid.* „*proleg. §. 13.*

f) (CRIMINIS CAUSA SOCIANTUR Ὁμιλ@ ἀνθρώπων ἐ νόμῳ ξυνιόντων, ἀλλ' ἐκ τῆ ἀδίκῳ ξυνειλεγμένων. *turba hominum non lege congregata, ſed injuſtitiæ cauſa in unum coacta. Procopius* 11. Vandalicorum. (*Cap. 15.*)

„g) (JURIS TAMEN FRUENDI CAUSA SOCIA-„TI SUNT:) Ut honeſte vivant, ſuum cuique „tribuant, & neminem lædant. *Gron. h.*

„h) (ET EXTERIS JUS REDDUNT:) Contra pro-„priæ quoque civitatis membra.

„i) (SI NON PER OMNIA SECUNDUM JUS NA-„TURÆ:) Imo jus reddere exteris tenentur juxta naturæ jura, & in eum finem civitates ſunt conſtitutæ.

„k) (QUOD MULTOS APUD POPULOS EX PAR-„TE QUASI OBLITERATUM ALIBI OSTENDIMUS:) „*Vid. l. 2. c. 5. §. 12. n. 3. c. 15. §. 5. n. 1. c. 20. §.* „*43. n. 2. & §. 47. L. 1. c. 2. §. 5. n.* Conf. *l. 3. c.* „*9. §. 18.*

„l) (CERTE SECUNDUM PACTA CUM QUIBUS-„QUE INITA:) i. e. juxta leges fœderum.

„m) (AUT SECUNDUM MORES:) Per mores in-„telligit jus gentium voluntarium. *l. 2. c.* 19. §. 1. „*n.* 1. & *c.* 20. §. 41. Exemplum vide *l.* 3. *c.* 6. „*§.* 25. At tale jus gentium non dari probavimus „in *Diſſ. proœm. IV. §. 29. ſeq.*

„n) (QUO TEMPORE MARI PRÆDAS AGERE „PRO LICITO HABEBATUR:) De quo ſtatu *Vid.* *l.* 2. *c.* 15. §. 5.

„o) (ABSTINUISSE A CÆDIBUS ET POPULATI-„ONIBUS NOCTURNIS:) Nam Græcos abhorruiſſe „ab omni fraude, etiam in hoſtem, vidimus *ſupra* „*c.* 1. §. 20. *& §. 6. n. fin.*

„p) (ET A RAPTU BOUM ARATORUM:) Favo-„re agriculturæ:

q) (Grot.) (UT RAPTA SI VELLENT ÆQUO PRETIO REDIMERENT:) Tales & illi quorum *Saxo* meminit libro XIV. (pag. 234.) Ideo Scyrios Plutarchus cum tempore pejores factos notat: λῃζόμενοι

2. [s] Principale autem pro forma eſt in moralibus: & ut recte
Cap. 30. Ciceroni dictum eſt de Finibus Quinto, *ex eo quod maximas partes continet, latiſſimeque funditur, tota res appellatur:* cui convenit illud [t] Galeni, ἀπὸ τῦ πλεονεκτῦντος ἐν τῇ κράσει γίνονται αἱ προσηγορίαι. Idem [u] talia ſæpe vocat ὀνομαζόμενα κατ' ἐπικράτησιν. Quare crude nimis dictum eſt ab eodem Cicerone, de republica tertio, ubi injuſtus eſt rex,
Apud August. de Civit. Dei, lib. 2, c. 21. ubi injuſti optimates, aut ipſe populus, [v] non jam vitioſam ſed nullam eſſe rempublicam: quam ſententiam [w] Auguſtinus corrigens: *Nec ideo tamen*, ait, *vel ipſum non eſſe populum, vel ejus rem dixerim*
De Civ. Dei lib. 19, c. 24. *non eſſe rempublicam, quamdiu manet qualiscunque multitudinis rationalis coetus rerum quas diligit concordi communione ſociatus.* [x] Corpus morbidum, corpus tamen eſt: & [y] civitas, quanquam graviter ægrota, civitas eſt quamdiu manent leges, manent judicia, & quæ alia neceſſaria ſunt [z] ut ibi jus exteri conſequi poſſint, non minus
Boristhenit. pag 443 & de lege, p. 648. A. Tom. II. p. 385. A. B. quam privati inter ſe. Rectius Dion Chryſoſtomus, qui legem, ([aa] eam præſertim quæ jus Gentium facit) dicit eſſe in civitate [bb] ut mentem in corpore humano: [cc] ea enim ſublata civitatem non eſſe amplius. Et Ariſtides, in ea qua Rhodios ad concordiam hortatur, oſtendit [dd] etiam cum tyrannide leges multas bonas poſſe conſiſtere. Ariſtoteles, quinti de republica capite nono ait, [ee] ſi quis nimium intendat vim paucorum aut populi, primo vitioſam fieri rempublicam, poſtremo nullam. Exemplis rem illuſtremus.

3. A

μενοι δὲ τὴν θάλασσαν ἐκ παλαιῦ, τελευτῶντες ὐδὲ τῶν εἰς πλεόντων παρ' αὐτὺς καὶ χρωμένων ἀπείχοντο ξένων, cum ab antiquo mari prædas egiſſent, poſtremum ne iis quidem qui ad eos ipſos commercii cauſa navigabant, abſtinuere injuriam. (Vit. Cimon. p. 483. C.)

„r) (STRABO:) *Lib. 11. pag. 495. ſeq.*

„s) (PRINCIPALE AUTEM PRO FORMA EST IN „MORALIBUS:) i. e. ſtatus diſcernitur a fine: finis „reipublicæ eſt jus reddere, finis autem cœtus latro„num, injuriam facere.

„t) (GALENI:) *Ab eo quod ſuperat in mixtura „fiunt appellationes. Gron. h.*

„u) (TALIA SÆPE VOCAT:) *Appellata a potiore.*

„v) (NON JAM VITIOSAM SED NULLAM ESSE „REMPUBLICAM:) Oratorio more loquitur Cice„ro; reſpublica enim vox juris eſt, indeque aliquo „ſenſu dici poteſt nullam eſſe in actu injuſto.

„w) (AUGUSTINUS CORRIGENS:) At Auguſti„nus eodem quo Cicero ſenſu alibi ait, *remota „juſtitia quid ſunt regna quam magna latrocinia: „de Civ. Dei c. 44.*

„x) (CORPUS MORBIDUM &c.) At nec Cicero „id negavit.

„y) (CIVITAS EST QUAMDIU MANENT LEGES:) „Nam finis civitatis principalis manet, jus enim ſuum „cuique regulariter tribuunt.

„z) (UT IBI JUS EXTERI CONSEQUI POSSINT:) „Non tantum juxta pacta, ſed & juxta jus naturæ. „*Vid. n. 1.* Conf. ſupra *l. 2. c. 21. §. 6.*

„aa) (EAM PRÆSERTIM QUÆ JUS GENTIUM „FACIT:) Scl. Voluntarium: at talem legem non „dari diximus.

„bb) (UT MENTEM IN CORPORE HUMANO:) „Uti corpus non poteſt ſubſiſtere ſine mente, „ſic civitas ſine lege ſubſiſtere nequit.

cc) (Grot.) (EA ENIM SUBLATA CIVITATEM NON ESSE AMPLIUS:) *Cicero* libro X, epiſt. 1. *Nec leges ſunt, nec judicia, nec omnino ſimulacrum aliquod ac veſtigium civitatis.*

ADDITIO.

„Coeunt homines in civitatem ideo ut legem „naturæ de ſuum cuique tribuendo communibus „viribus, cum ſinguli non ſufficiunt, exſequi poſ„ſint; hoc fine ſublato deſinit eſſe civitas.

dd) (ETIAM CUM TYRANNIDE LEGES MUL„TAS BONAS POSSE CONSISTERE:) Per tyranni„dem intelligit ſtatum regium, uterque enim ſta„tus tendit ad eundem finem, ſcilicet ad tuendum „jura ſingulorum.

„ee) (SI QUIS NIMIUM INTENDAT VIM PAU„CORUM AUT POPULI:) i. e. ſi ſupra modum ef„feratur vis paucorum aut populi. *Gron. h.*

„ff) (AU-

3. A latronibus captos capientium non fieri, [ff] ſupra dicentem audivimus Ulpianum. [gg] Idem captos a Germanis ait libertatem amittere. [hh] Atqui apud Germanos latrocinia, quæ extra civitatis cujusque fines fiebant, nullam habebant infamiam, quæ verba ſunt [ii] Cæſaris. De Venedis [kk] Tacitus: *Quidquid inter Peucinos Fenuosque ſilvarum ac montium erigitur, latrociniis perrerant.* [ll] Idem alibi Cattos nobilem Germaniæ populum latrocinia agitaſſe dicit. Apud eundem Garamantes latrociniis fœcunda gens, ſed gens tamen. Illirici ſine diſcrimine mari prædas agere ſoliti, [mm] de iis tamen triumphus fuit: [nn] Pompejo de piratis non fuit. [oo] Tantum diſcrimen eſt inter populum, quantumvis ſceleratum, & inter eos qui, cum populus non ſint, ſceleris cauſa coëunt.

L. 21. § 1. D. De Captiv. *L. 24. D. ibid.* *Bell. Gall. lib. 6. c. 23.* *De Morib. German. c. 46.* *Ann. 12. c. 27.* *Hiſt. 4. c. 50.* *Ap. Illyr p. 761.*

§. III.

Poteſt tamen mutatio incidere, non in ſingulis tantum, ſicut [a] Jephtes, Arſaces, [b] Viriatus ex prædonum ducibus juſti duces facti ſunt; [c] ſed etiam in cœtibus, ut qui prædones tantum fuerant aliud vitæ genus amplexi civitas fiant. Auguſtinus de latrocinio locutus: *Hoc malum ſi in tantum perditorum hominum acceſſibus creſcit, ut & loca teneat, ſedes conſtituat, civitates occupet, populos ſubjuget,* [d] *regni nomen aſſumit.*

Judic. 11. 3. *De Civ. Dei lib. 4. c. 4.*

§. IV.

„ff) (SUPRA:) *§. 1. n. 1.*

„gg) (IDEM:) *d. §. 1. n. 1.*

„hh) (ATQUI APUD GERMANOS LATROCINIA „&c. NULLAM HABEBANT INFAMIAM:) Argu„mentum hoc eſt: Germani latrocinia exercebant, „neque tamen ideo deſierunt eſſe populus & civi„tas, unde etiam ab iis capti fiebant ſervi.

„ii) (CÆSARIS:) *de bell. Gall. l. 6. c. 23.*

„kk) (TACITUS) *Annal l. 12. c. 27.*

„ll) (IDEM ALIBI:) *Hiſt. l. 4. c. 50.*

„mm) (DE IIS TAMEN TRIUMPHUS FUIT:) „Anno U. C. 525. Cn. Fulvii Centumani qui præ„cedente anno claſſe eos vicerat. *Gron. h.*

„nn) (POMPEJO DE PIRATIS:) Imo de Serto„torio prædone, & de Servili bello Pompejus tri„umphavit. *Flor. l. 3. c. 22.* Item de Ciliciæ piratis. „*Val Max l. 8. c. 15. n. 8.* Utriusque rationem vidi„mus *l. 1. c. 3. §. 1. n. 1. in not.* Tale bellum Au„thor vocat mixtum *Vid. l. 1. c. 3. §. 1.* Quæ la„tius examinavimus in *Diſſ. proœm. IX. §.* 166.

„oo) (TANTUM DISCRIMEN EST INTER POPU„LUM, QUANTUMVIS SCELERATUM, ET INTER „EOS &c.) Senſus eſt quod reſpublica, licet ſce„lerata, maneat reſpublica, maneaque populus, „cum quo belli jura adeoque jura hoſtis, trium„phi &c. obtinent: ſecus ac in ſocietate latronum.

(AD §. III.) Author recte ait cœtum latronum in juſtam civitatem evaleſcere, ex momento quo conſtituunt latrones ſe ſocios non criminum ſed juris tuendi eſſe velle, adeoque ex quo perpetuam intentionem habent intra fines illius territorii quod occupant jus ſuum cuique tribuendi.

a) (JEPHTES, ARSACES:) Ille enim ab Iſraelitis dux electus eſt: *Judic. c. 2. §. 3. ſeq.* Hic Parthorum regnum occupavit, *Juſt. l. 41. c. 4.*

b) (VIRIATUS:) Hic nunquam juſtus dux factus eſt; ab initio venator tandem latro fuit *Flor. l. 2. c.* 17. Unde Juſtinus quoque non ait judicio populi, & ad jura tuenda eſſe electum, ſed *multitudinem eum ſecutum eſſe ut cavendi ſcientem declinandorumque periculorum peritum. L. 44. c. 2.*

c) (Grot.) (SED ETIAM IN COETIBUS, UT QUI PRÆDONES TANTUM FUERANT ALIUD VITÆ GENUS AMPLEXI CIVITAS FIANT:) Exemplum in Mamertinis. *Diodorus Siculus* in fragmentis (e Lib. XXI. XXII.)

ADDITIO.

„Uti ſi plures latrones in unum corpus ſocian„tur juris tuendi cauſa:

„d) (REGNI NOMEN ASSUMIT:) Jam enim fi„nis juſtæ civitatis adeſt, quia regnum ſupponit „juſtitiæ adminiſtrationem.

§. IV.

Summum autem imperium qui habeant [a] diximus ſupra, unde intelligi & hoc poteſt, [b] ſi qui pro parte habeant pro ea parte juſtum bellum gerere: multoque magis eos qui non ſubditi [c] ſed inæ-
Cajet. 2, 2. *q.* 40. *art.* 1. qualiter ſunt fœderati, quomodo inter Romanos & eorum ſocios, quanquam fœdere inferiores, Volſcos, Latinos, Hiſpanos, Pœnos [d] omnia juſti belli exercita ex hiſtoriis diſcimus.

§. V.

Sed ut juſtum [a] hoc ſignificatu bellum ſit, [b] non ſufficit inter ſummas utrinque poteſtates geri, [c] ſed oportet, ut audivimus, ut & publice decretum ſit, & quidem ita decretum publice [d] ut ejus rei ſignificatio ab altera partium alteri facta ſit, unde promulgata prælia
Cap. 2, dixit Ennius. Cicero [e] Officiorum primo: *At belli quidem æquitas ſanctiſſime feciali populi Romani jure præſcripta eſt: ex quo intelligi datur, nullum bellum eſſe juſtum, niſi quod aut rebus repetitis geratur, aut denunciatum ante ſit & indictum.* Minus plene vetus ſcri-
Lib. 18. ptor apud Iſiodorum: *Juſtum bellum eſt quod ex edicto geritur, re-*
e 1 *Lib.* 1. *c.* 27. *bus repetis, aut propulſandorum hominum cauſa.* Sic Livius bellum [f] palam

a) (DIXIMUS SUPRA:) *L.* 1. *c.* 2. §. 7. *ſeq. Vid. Diſſ. proœm. VIII.* §. 18 *ſeq.*

„b) (SI QUI PRO PARTE HABEANT, PRO EA „PARTE JUSTUM BELLUM GERERE:) Author di„vidi imperium poſſe, & diviſo imperio jus cui„que parti eſſe bellum gerendi: hypotheſin ejus „de diviſione imperii expoſuimus in *diſſ. proœm.* „*VIII.* §. *20, n. 2.* Noſtram ſententiam explicavi„mus *ſupra. l* 1. *c.* 3. §. 18.

c) (Grot.) (SED INÆQUALITER SUNT FOEDERATI:) Ut dux Lotharingiæ, apud *Crantzium* Saxonicis XII, 13. Civitas Sundenſis principibus ſuis Pomeranis bellum indixit. Idem *Crantzius* Vandalicorum XIV, 35.

ADDITIO.

„Hi enim comiter quidem & reverenter habent „aliorum populorum majeſtatem, ſed non deſinit „eorum majeſtas, quia ſuis legibus vivunt: quod „late demonſtravimus *ſupra l.* 1. *c.* 3. §. 21.

„d) (OMNIA JUSTI BELLI EXERCITA:) Nam „proprio jure imperium eis competiit, ſuis vixere „legibus &c.

„Ex eodem principio Status imperii Romano „Germanici jus belli merito ſibi aſſerunt, quia „ſummam poteſtatem habent, ut ut relativam; etſi „enim ratione Imperatoris & imperii ſint ſtatus, „ratione ſui territorii ſupremum aliquod jus „habent, leges pro lubitu ſtatuunt, ac jus belli ac „pacis exercent *Vid. l.* 1. *c.* 3. *pag.* 268. *prop. II.*

„a) (HOC SIGNIFICATU:) Ut obtineat peculia„res quosdam juris effectus. *Vid.* §. 1. *n.* 1.

„b) (NON SUFFICIT INTER SUMMAS UTRIN„QUE POTESTATES GERI:) Nec jure naturæ id „ſufficit.

„c) (SED OPORTET UT ET PUBLICE DECRE„TUM SIT:) Scilicet in ſtatu populari conſenſu „populi, in ſtatu regio a rege. &c.

d) (Grot.) (UT EJUS REI SIGNIFICATIO AB ALTERA PARTIUM ALTERI FACTA SIT:) *Joſephus* antiquæ hiſtoriæ libro XV. (Cap. 5. §. 3. *diviſ. Hudſ.*) *πόλεμον ἀκήρυκτον ἐπάγειν, ἀνομίαι bellum inferre non ante denuntiatum, injuſtum eſt.* Vide hujus gentium moris exempla apud *Crantzium* Saxunicorum XI. apud *Oderbornium* in vita Baſilidis lib. III. Facta contraria Turcæ Olizaſthianis, & Neemonis Servii, reprehendit *Nicetas* lib. III. & IV. (L. III. C. 6. L. V. C. 4)

ADDITIO.

Id eſt, denuntiari bellum debet: Hoc verum omnino eſt, ſumma poteſtas enim quæ læſam ſe putat, non ſtatim vi agere & armis jus ſuum vindicare poteſt, ſed prius ſatisfactionem poſtulare tenetur, eaque negata arma demum adhibere poteſt. Exemplum illuſtre eſt apud Dubravium *Hiſt. Bohem l.* 7. ubi Bretislaus Bohemus cum Poloni in fines Boemiæ incurſiones feciſſent, inſtabat ut ſine mora miles Poloniam invaderet, ſed Seniores obtinuere ut prius deditio peteretur, qua denegata publica demum injuria futura fuiſſet:

„e) (OFFICIORUM PRIMO:) *c.* 11.

„f) (PA-

f palam & ex edicto gerere dixit, in juſti belli deſcriptione. Et cum narraſſet Acarnanas agrum Atticum eſſe populatos: *Irritatio animorum ea prima fuit: poſtea juſtum bellum g decretis civitatum ultro indicendo factum.* Lib. 31. c. 14.

§. VI.

1. Quæ loca & alia de belli promulgatione agentia ut intelligantur, * accurate diſtinguenda ſunt quæ jure naturæ debentur, quæ natura non debentur ſed honeſta ſunt, quæ jure gentium requiruntur ad effectus juris gentium proprios, & quæ præterea ex peculiaribus populorum quorundam inſtitutis veniunt.

a Naturali jure, *b* ubi aut vis illata arcetur, *c* aut ab eo ipſo qui deliquit pœna depoſcitur, *d* nulla requiritur denuntiatio. Et hoc eſt

„*f*) (PALAM ET EX EDICTO GERERE:) Edictum hoc neceſſarium erat in ſtatu populari, ibi enim ſenatus jus belli non habebat, ſed decreto populi opus erat: Hinc formula ſolennis apud Romanos, *vellent juberent populo Carthaginenſi bellum indici: Liv. l. 21. c. 17.* & huc pertinet deliberatio apud Livium: *utrum populi juſſu indiceretur bellum, an ſatis eſſet JCto id fieri; pervicere Tribuni declarando, impedituros ſe delectum ut Quintius conſul de bello ad populum ferret l. 4. c. 30. Vid. Teſm. h.*

„*g*) (DECRETIS CIVITATUM:) Nam ibi non unius erat arbitrium ſed omnium, ſtatus quippe erat popularis, adeoque communi decreto opus erat.

„*) (ACCURATE DISTINGUENDA SUNT:) Imo omnes hæ diſtinctiones & ratione & uſu carent. Nos, præter ea quæ *jure naturæ* debentur, nullam obligationem inter gentes agnoſcimus. Sane ex *honeſtate* nullum jus oriri certum eſt. Sed & *jus gentium voluntarium* non exiſtere, nedum *effectus quosdam juris particulares* inde oriri, ſupra demonſtravimus: Conf. *Diſſ. proœm. IV. §. 13. ſeq. junct. §. 29. ſeq*: Tandem probavimus, ea *quæ ex peculiaribus populorum quorundam inſtitutis oriuntur* eſſe merum jus civile. *Vid. dict. diſſ. IV. §. 24. junct diſſ. IX. §.* 168.

„*a*) (NATURALI JURE:) Mens Authoris hæc eſt: (1) jure naturæ non requiri denunciationem, ſed unumquemque vel vim vi arcere, vel ab eo qui deliquit pœnam depoſcere, vel unumquemque vi rem ſuam vindicare poſſe, etiam citra interpellationem: §. 6. *n.* 1. (2) aliud eſſe ſi aliud pro alio petitur, vel alius pro alio convenitur, tunc enim neceſſariam eſſe interpellationem, *d* § 6. *n.* 2. & *l.* 2. *c.* 10. § 2. *n.* 1. (3) ex honeſtate etiam priori caſu denuntiationem requiri: (4) jure Gentium voluntario itidem ſemper requiri denuntiationem ad obtinendos illos effectus particulares, qui non niſi ex bello ſolenni, i. e. publice denuntiato, ſequuntur: *Ibid. §. 6.* Cauſam autem cur gentes ad bellum ſolenne denuntiationem requirant (5) non eam fuiſſe ait, ne quid clam aut dolo agerent; ſed ut certo conſtaret non privato auſu ſed voluntate utriusque populi, aut populi capitum geri bellum: inde enim natos eſſe ait effectus peculiares qui in bellis minus ſolennibus non obtinent. §. 11.

„Nihil hic quod juri naturæ conveniat traditur: Verum enim (1) in genere non eſt unumquemque, etiam privatum, (nam id ſtatuit Author *Vid. diſſ. proœm. VIII.* § 17. *Diſſ VII.* §. 65. *ſeq. Diſſ. I. §.* 80.) vim vi arcere extra neceſſariæ defenſionis terminos, aut pœnam depoſcere, aut rem ſuam propria autoritate vindicare poſſe; jure naturæ enim id jus ſolis patribusfamilias conceſſum eſt: *Vid. Diſſ. proœm. XII.* §. 612. (2) Verum non eſt in hoc caſu ſolo neceſſariam eſſe interpellationem ſi aliud pro alio petitur, vel alius pro alio convenitur: ſemper enim clarigatio præcedere debet. Diximus (3) honeſtatem in diſciplina juris naturæ nullum juris habere effectum. Diximus (4) bellum ſolenne, cui gentes ſolennitates quasdam præſcripſere quæ peculiares quosdam effectus juris producerent, ſabulam eſſe. Unde (5) concludimus, cauſam cur gentes denunciationem requirant veram hanc eſſe, quia neceſſitas defenſionis non incipit niſi ex quo alter reparationem negat.

„Cæterum principia juris naturæ ſimpliciſſima ac per ſe clara ſunt, adeoque tot ambagibus, verborumque & diſtinctionum involucris, ac tot fictis jurium ſpeciebus opus non eſt: quod ex ſequentibus magis eluceſcet.

„*b*) (UBI AUT VIS ILLATA ARCETUR:) Adeoque in bello defenſivo denunciatione opus non eſt.

„*c*) (AUT AB EO IPSO QUI DELIQUIT POENA DEPOSCITUR:) Duo hic errat Author (1) quod gentem a qualibet gente pœnam depoſcere poſſe ſtatuat: (2) quod ei qui injuriam mihi fecit bellum denuntiandum non eſſe putet: prius refutavimus *L. 2. c. 20. §. 3. & §. 40.* poſterius mox refutabimus.

d) (NUL-

Lib. 1. c. 86. eſt quod [e] Sthenelaidas ephorus dicit [f] apud Thucididem: ȣ̓ δίκαις ȣ̓δὲ λόγοις διακριτέα μὴ λόγῳ καὶ αὐτȣ̀ς βλαπτομένȣς: *non eſt quod verbis & judi-*

d) (NULLA REQUIRITUR DENUNCIATIO:) Res ita ſe habet: Jure naturæ aliud eſt *clarigatio* aliud *denunciatio* belli: ILLA eſt ſolennis & publica rerum aut cujusque juris clara voce ſacta repetitio. *Plin. l. 27, Hiſt. c. 2. in fin.* quod fiebat conſultis Fecialibus. *Liv. l. 36. c. 3.* Modum & ritus apud Romanos refert *Alex ab alex l. 5. c. 3.* originem & formulas refert Gellius *l. 16. c. 4. Liv. l. 1. c. 32:* Conſ. *ſupra l. 2. c. 23. §. 4. & 8.* HÆC ſequitur clarigationem: Si enim alter neget ſatisfactionem, bellum denunciatur.

Differunt igitur *clarigatio* & *denuntiatio* belli, quod illa contineat repetitionem rei, hæc intimationem ſeu inſinuationem belli: unde utrinsque plane alii & pruprii ritus ae formulæ ſunt. *Alex. d. l. Liv. l. 1. c. 32. Cic. de off. l. 1. c. 11.*

Omni *clarigationi* ineſt eventualis belli denunciatio, & omni *denuntiationi* ineſt conditio clarigationis, ni ſcilicet ſatisfecerit alter. *Vid. Grot. §. 6. & 7.* Unde etiam indicto bello ſpatium aliquod antequam actu bellum inferatur indulgendum eſſe ſunt qui ſtatuunt. *Vid.* §. 13.

In bello *offenſivo* ſemper neceſſaria eſt vel *clarigatio*, vel *belli denunciatio:* Nam (1) jus belli, uti actio, oritur ex injuria quæ aliter reparari niſi vi non poteſt; at non conſtat num reus reparare velit niſi petita ſit reparatio, & querela mota: ſane ignorat lædens quid & quantum læſus poſtulet. (2) Injuria non fit niſi ei cui jus denegatum eſt, non poteſt autem videri jus denegatum ubi exactum non eſt. (3) Inter privatos moram non facit reus niſi interpellatus; *l. 88. ff. de reg. jur.* quia non tenetur offerre ſi neſcit requiri & peti aliquid; ſed ſufficit petenti moram non facere. *Vid. Supr. l. 2. c. 10. §. 1.* Idem ergo multo magis obtinet inter Principes. Sane (4) ab executione natura inchoare non licet, quia neſcitur anne alter in dubio cedere velit. Hinc (5) cum Galli a legatis Romanis violarentur, erant qui ex templo Romam eundum cenſerent, at vicere Seniores ut legati prius mitterentur quæſtum injurias, pollulatumque ut pro jure gentium violato Fabii dederentur. *l. 5. c. 36.* Tartari, cum Sinenſium regnum invaderent, literis ad regem datis petiere ſatisfactionem, & ſe arma tum depoſituros promiſerunt: ſed ſpreta eſt eorum petitio. *Mart. Hiſt. Sines.* Sabini raptis virginibus miſere qui fœminas repoſcerent, ut poſt repulſam neceſſarium videretur bellum *Halicarn l. 2. c. 39.* Ita Romulus prius repetit res ablatas a Fidinatibus, *d. l. 2. c. 54.* Veji a Romanis, *ibid. c. 56.* & deinde ſecuta eſt invaſio: Senatus Romanus cum legati ejus gloriarentur deceptum ſpe pacis regem, negarunt eas eſſe artes Romanorum, *majores ſuos indicere priusquam gerere ſolitos bella. Liv. l. 42. c. 47.* Unde Gellius *l. 61. c. 4. bellum eſſe decretum ait, nolentibus res captas reſtituere vel authores injuriæ dedere.* De Romanis ac Sabinis ait Livius *utrinque injurias factas, nec eas repetitas*: Lepidus conſul improbat vagari cum terrore belli per nationes quibus bellum indictum non ſit. *Liv. l. 38. c. 42.*

Dictum autem eſt alterutram ſufficere vel *clarigationem* vel *indictionem* belli: Si quis enim denegat reparationem juris, neque petenti ſatisfacere vult, jam ſatis conſtat, alteri præter arma aliud medium reparandi juris non ſupereſſe: Et ex eo quod alter repetit itidem ei conſtare debet, alterum jus ſuum recipere velle legitimis remediis, quæ ſunt bellum: Sed & denunciationi ineſt clarigatio, quia ideo bellum denunciatur ut ſatisfiat, ſi proinde denuntianti bellum offertur ſatisfactio deſinit jus belli.

In bello *defenſivo* neutro opus eſt, (1) quia qui invaditur non repetit ſed ab eo repetitur: (2) denunciatur bellum futurum, at invaſione ab altero facta cœptum jam eſt bellum: (3) denunciatio præcedit bellum, ab bello jam cœpto præcedere non poteſt: (4) in invaſuris quidem arbitrio eſt ſtatuere an bellum gerere velit, adeoque ſi decreverit hoſti id nunciat, at invaſus neceſſario ſe defendit, nec res arbitrii id amplius eſt: (5) fruſtra quis denunciat ſe bellum geſturum qui ratione officii non poteſt non gerere: idque (6) exemplo judiciorum confirmatur, ubi actor reo nunciat litem, non reus actori: Accedit (7) conſenſus gentium, quem Author allegatis exemplis probat; Similia allegavi in diſputatione *de clarigatione.*

Ceſſat clarigatio (1) ſi bellum non eſt; uti ſi cum prædone, vel cum ſubditis res agitur: (2) ſi tutum hoſti additum non præſtat hoſtis, uti ſi legatos interficit, nec litteras mittendi copia aut occaſio eſt, nam tunc culpa ejus eſt qui non vult admittere legatos: (3) in bello defenſivo: *Vid.* §. 6. (4) jure talionis, ſi & alter non ſoleat denunciare: Hinc Guſtaphus Adolphus in literis ad Ferd. II. datis ſe perſpicere non poſſe ait, qua ratione denuntiatio belli quæ a Cæſareo exercitu contra regem miſſo omiſſa fuerat, a ſe poſtularetur: *Vide Arma Suecica.* (5) ſi notorie conſtet alterum ſatisfacere nolle, uti ſi bellum parat ad repellandam vim, quod Cæſar innuit apud Dionem in Cæſare. *quædam eſſe bella in quibus querelæ & indictiones præcedere debeant, ſed alia exoriri quæ, tanquam juſſerit neceſſitas, non poſſunt in diſceptationem adduci. Vid. Albr. Gent. de jure belli L. 2. c. 2.*

ADDITIO.

„In nupero bello Sileſiaco Reginæ Hungariæ, „quæ dolebat bellum absque indictione inchoatum „eſſe, duo regerebat Boruſſiæ rex. (1) toties Ducatus „Sileſiæ repetitos & ſemper negatos fuiſſe. (2) „Domum Auſtriacam eosdem ducatus absque in„dictione vi occupaſſe, adeoque eam improbare „non poſſe quod in ſe probavit. Vid. Nähere Ausführung des Eigenthum des königlichen Churhaus Brandenburg. §. 54. *ſeq.*

„*e*) (STHENELAIDAS:) Imo plane de denunti„atione

judiciis diſceptemus ultra verba læſi. Et Latinus apud Halicarnaſſenſem: τὸν ἄρχοντα πολέμου πᾶς ὁ προπαθὼν ἀμύνεται: *bellum inferentem is qui impetitur* [g] *a ſe repellere ſolet.* Et Ælianus ex Platone ait, quod ad propulſandam vim ſuſcipitur bellum, non a Caduceatore [h] ſed a natura indici. Hinc Dion Chryſoſtomus in ea quæ eſt ad Nicomedienſes, πόλεμοι ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἀκήρυκτοι γίγνονται: [i] *pleraque bella ſine denuntiatione ſuſcipiuntur.* Nec ob aliam cauſam Livius Menippo præfecto Antiochi objicit, quod Romanos quoſdam cecidiſſet nondum [k] aut indicto bello, [l] aut ita commiſſo ut ſtrictos gladios aut ſanguinem usquam factum audiſſent: eo ipſo oſtendens [m] ex his duobus alterum potuiſſe ad facti defenſionem ſufficere. Neque magis per naturæ jus indictio neceſſaria eſt, [n] ſi dominus rei ſuæ manum injicere velit.

Lib. 1. Antiq. Rom. c. 58.

Pag. 473. C.

Lib. 35. c. 51.

2. At [o] quoties pro re una res alia, [p] aut pro debito res debitoris invaditur, multoque magis [q] ſi res eorum qui debitori ſubditi ſunt occupare quis velit, [r] interpellatio requiritur, [s] qua conſtet alio modo fieri nequire ut noſtrum aut nobis debitum conſequamur.

[t] Jus

„atione hic quæſtio non fuit, ſed quærebatur an „per judicia i. e. per arbitros res decidenda ſit, an „per arma? Nimirum Athenienſium legati in Concilio Spartano negabant ſe injuriam feciſſe, & „controverſias non bello ſed ex conventis dirimi „debere contendebant.

„His reſpondet Sthenelaidas, ſocios læſos haut „dignos eſſe ut eorum cauſa judiciis demum diſcutiatur & verbis, cum non ſint verbis læſi; ſed „ut vindicetur mature & omni conatu: Hic igitur Ephorus non ait denuntiationem non eſſe „neceſſariam, neque enim de eo quærebatur; ſed „judiciis non eſſe certandum cum eo qui notorie „am injuriam committit, adeoque de quo certo „conſtat eum ſatisfacere niſi coactum nolle.

f) (Grot.) (APUD THUCYDIDEM:) Idem libro III. in Platæenſium oratione: κατὰ τὸν πᾶσι νόμον καθεστῶτα, τὸν ἐπιόντα πολέμιον ὅσιον εἶναι ἀμύνεσθαι, *ex jure apud gentes omnes recepto fas eſt arcere eum a quo hoſtiliter impetimur.* (Cap. 56.) Flaminius apud *Diodorum Siculum* in excerptis Peireſcianis, ἐπεμαρτύρατο πάντας ἀνθρώπους τε καὶ Θεοὺς, ἐπὶ τῷ προκατῆρχθαι τοῦ πολέμου τὸν βασιλέα· *omnes Deos hominesque teſtabatur, inceptum a rege bellum.* (Pag. 297.) Adde quæ habet *Mariana* XIX, 13. De bello non indicto vide *Dexippum* in excerptis de legationibus. (pag. 6. *Edit. Hæſchel.*)

„*g*) (A SE REPELLERE SOLET:) Loquitur de „bello defenſivo, ubi verum eſt denunciatione „opus non eſſe.

„*h*) (SED A NATURA INDICI &c.) Quia bel„lum eſt defenſivum.

„*i*) PLERAQUE BELLA &c.) Scilicet defenſiva.

„*k*) (AUT INDICTO BELLO &c:) Romani enim „nondum denuntiaverant bellum:

„*l*) (AUT ITA COMMISSO UT STRICTOS GLA„DIOS AUT SANGUINEM USQUAM FACTUM AUDIS„SENT:) Romani enim nnn vim intulerunt, non „gladios ſtrinxerunt &c. adeoque nec jure neceſſa„riæ defenſionis excuſare ſe poterat Menippus.

„*m*) (EX HIS DUOBUS ALTERUM POTUISSE AD „FACTI DEFENSIONEM SUFFICERE:) Prius in bel„lo offenſivo, poſterius in bello defenſivo.

„*n*) (SI DOMINUS REI SUÆ MANUM INJICERE „VELIT:) Imo eadem hic ratio eſt, quæ militat in caſu „ubi quis pro injuria ſibi illata arma ſumit: neceſ„ſaria, inquam, eſt vel clarigatio vel denuntiatio.

„*o*) (QUOTIES PRO RE UNA RES ALIA:) Uti „ſi noſtra res vel periit, vel deterior reddita eſt.

„*p*) (AUT PRO DEBITO RES DEBITORIS INVA„DITUR:) Uti ſi contra perſonam agitur ex ejus „promiſſo, & ideo res debitoris capiuntur.

„*q*) (SI RES EORUM QUI DEBITORI SUBSUNT:) „Uti ſi res ſubditorum pro debito principis capi„untur. *Vid. c. praeced. §. 2. & ſeq.*

„*r*) (INTERPELLATIO REQUIRITUR:) Toties „igitur Author interpellationem neceſſariam pu„tat, quoties quis non petit rem ſibi ablatam, „aut pœnam poſcit ab ipſo delinquente: Nos his „quoque caſibus interpellationem requiri diximus.

„*s*) (QUA CONSTET ALIO MODO FIERI NEQUI„RE UT NOSTRUM AUT NOBIS DEBITUM CONSE„QUAMUR:) At eadem ratio eſt ſi quis rem ſu„am repetit, aut ſatisfactionem pro injuria ſibi „illata petit: Lædens enim ignorat num læſus re„petere, an condonare velit: ſed nec læſo conſtat „an lædens ſatisfacere nolit niſi prius interpelle„tur:

[t] Jus enim illud non primarium eſt, ſed ſecundarium & ſurrogatum. [u] ut alibi explicavimus. Sic etiam antequam ſummam poteſtatem habens impetatur ex debito aut delicto ſubditi, [v] interpellationem oportet intercedere [w] quæ illum in culpa conſtituat, [x] ex qua aut damnum dare cenſeatur [y] aut & ipſe delinquere, juxta ea quæ a nobis [*] ſupra tractata ſunt.

3. Verum etiam ubi jus naturæ non præcipit talem interpellationem fieri, [z] honeſte tamen & laudabiliter interponitur, puta ut ab offendendo abſtineatur, aut delictum pœnitentia & ſatisfactione expietur, ſecundum ea quæ [aa] de tentandis rationibus belli vitandi diximus: quo & illud pertinet,

Extrema primo nemo tentavit loco.

Et [bb] præceptum quod Deus Hebræis dedit ut civitatem oppugnandam prius ad pacem invitarent: [cc] quod cum ſpecialiter illi populo datum ſit male a nonnullis cum jure gentium confunditur. [dd] *Ne*que enim erat illa qualiſcumque pax, ſed ſub lege ſubjectionis & tributi. Cyrus cum in regionem Armeniorum perveniſſet, antequam

„tur: adeoque ex interpellatione demum conſtat, „alio modo niſi bello reparationem fieri non „poſſe:

„t) (JUS ENIM ILLUD NON PRIMARIUM EST, „SED SECUNDARIUM ET SURROGATUM:) Author „enim in rebus non exſtantibus humano generi pla„cuiſſe ait, ut tu tenearis in tantum quatenus es „factus locupletior. *L. 2. c. 10. §. 2. c. 12. §. 13.* „*n. 1. Conf. l. 2. c. 7. §. 2. & l. 3. c. 10. §. 6.* Hæc „obligatio igitur, ex hypotheſi Authoris, non eſt „primaria, ſed ex placito humani generis ſurrogata:

„At negamus jus hoc eſſe ſecundarium: Jus „hoc, quo is qui rem noſtram reſtituere non poteſt „ad tantundem tenetur, æque primarium eſt, & „in ipſa naturæ ratione fundatur quia tantundem „morali æſtimatione idem eſt: Unde nulla exinde ſumi poteſt ratio differentiæ quoad denunci„andi neceſſitatem:

„Adeoque hoc caſu æque, ac ubi rem noſtram „vindicamus, denunciare bellum tenemur, ob ra„tiones ante allegatas:

„u) (UT ALIBI:) *L. 2. c. 10. §. 2.* Conf. *l. 3.* „*c. 2. §. 2. n. 1. n. 2.*

„v) (INTERPELLATIONEM OPORTET INTER„CEDERE:) Quia ſatisfacere non poteſt ſi neſcit „quis petat, quid petat, & an jure alter petat.

„w) (QUÆ ILLUM IN CULPA CONSTITUAT:) „Si enim rogatus nolit ſatisfacere, is cauſa eſt in„juriæ, adeoque ex ſua culpa tenetur.

„x) (EX QUA AUT DAMNUM DARE CENSEA„TUR:) Si ſcilicet ſubditi ex debito tenentur.

„y) (AUT ET IPSE DELINQUERE:) Si ſubditi „ex delicto tenentur.

z) (Grot.) (HONESTE TAMEN ET LAUDABILITER INTERPONITUR:) *Vide Marianam XXVII. 13.*

ADDITIO.

„Dixi jure quoque requiri denunciationem, „in omni bello offenſivo: Quæſtio, quid ho„neſtatis ſit, non pertinet ad diſciplinam juris natu„ralis, de quo ſolo hic tractamus.

aa) (Grot.) (DE TENTANDIS RATIONIBUS BELLI VITANDI DIXIMUS:) *L. 11. c. XXIII. §. 7.*

bb) (Grot.) (PRÆCEPTUM QUOD DEUS HEBRÆIS DEDIT:) *Joſephus* antiquæ hiſtoriæ V, 2. *ἐπέσχε δὲ αὐτοὺς ἡ γερουσία, πείσασα μὴ δεῖν ὀξέως οὕτως πρὸς τοὺς ὁμοφύλους ἐκφέρειν πόλεμον, πρὶν ἢ λόγοις διαλεχθῆναι περὶ τῶν ἐγκλημάτων, τοῦ νόμου μηδ᾽ ἐπὶ τοὺς ἀλλοτρίους ἐφιέντος δίχα πρεσβείας, καὶ τοιαύτης πρὸς τὸ μετανοῆσαι πείρας, τοὺς δόξαντας ἀδικεῖσθαι στρατιὰν ἀναγαγεῖν· ſed retinuit eos Senatus, oſtendens non oportere ita ſubito bellum inferri popularibus, priusquam querela verbis diſceptata ſint, cum lex ne in externos quidem permittat injuria affectis producere exercitum niſi legatione prius miſſa, tentatisque viis, quibus ad ſaniorem mentem injuriæ auctores revocari poſſint.*

„*cc*) (QUOD CUM SPECIALITER ILLI POPULO „DATUM SIT, MALE A NONNULLIS CUM JURE „GENTIUM CONFUNDITUR:) Interpellatio quam „Deus hic præcipit non eſt clarigatio, nam po„puli illi jus Iſraelitarum non læſerunt, adeoque „hi fruſtra ejus reparationem poſtulaſſent; ſed „Iſraelitæ vindicabant injuriam Deo illatam, inde„que offerebant gentilibus pacem ſub lege ſubjecti„onis & tributi: Hoc præceptum omnino uni po„pulo datum fuit.

„*dd*) (NEQUE ENIM ERAT ILLA QUALISCUN„QUE

quam noceret copiam miſit ad regem qui debitum ex fœdere tributum & militum exigerent: νομίζων φιλικώτερον εἶναι οὕτως, ἢ μὴ προειπόντα πορεύεσθαι, ee *humanius id exiſtimans quam ſi ultra duceret nihil prædicens*, ut in ea hiſtoria ff Xenophon loquitur. Cæterum gg jure *De Cyri Inſtit. l. 2. c. 4 §. 19.* gentium ad effectus illos peculiares omnibus caſibus requiritur denuntiatio, hh non utrinque ſed ab altera partium.

§. VII.

I. Sed hæc denunciatio aut a conditionata eſt, aut pura. b Conditionata, ubi cum rerum repetitione conjungitur. c Rerum autem repetitarum nomine d jus feciale comprehendebat non tantum e vindicationem ex jure dominii, f ſed & perſecutionem ejus quod ex cauſa civili g aut criminis debetur, ut recte explicat h Servius. Inde illud in formulis, i *reddi, ſatisfieri, dedi;* ubi *dedi*, ut alibi diximus, intelligendum eſt; k ni punire ſontem malint ipſi qui conveniuntur. l Hanc rerum repetitionem dictam eſſe clarigationem teſtis eſt m Plinius. Conditionata eſt denuntiatio apud n Livium, *Eam ſe injuriam, niſi ab ipſis qui fecerint dematur, ipſos omni vi depulſuros eſſe;* & *Lib. 8. c. 23.* apud o Tacitum, *ni ſupplicium in malos præſumant, uſurum promiſcua cæde*

„QUE PAR:) Par igitur non offerebatur ſub con„ditione ſi repararent injuriam, quæ illata non „fuit; ſed ſi ſeſe dederent ſub lege tributi:

„ee) (HUMANIUS ID ERISTIMANS:) Ibi ſecun„da vice eregit tributum & militem, nam antea „rex Armeniorum id negavit: adeoque mere „humanitatis fuit, cum jam conſtaret eum neutrum „præſtare voluiſſe, denuo eum interpellare.

„ff) (XENOPHON:) *Hiſt. l. 2. c. 4. §. 19.*

„gg) (JURE GENTIUM AD EFFECTUS ILLOS „PARTICULARES:) Diri, non dari jus gentium, „nec ſolennitates quaſdam, quæ bellum ſolenne „efficiant, a gentibus introductas eſſe; neque inde „oriri effectus quoſdam juris particulares; De„nuociatio non demum ex jore aliquo ficto gen„tium, ſed ab ipſa natura originem cepit, & lo„cum habet in omni bello offenſivo.

„hh) (NON UTRINQUE SED AB ALTERA PAR„TIUM:) ſi enim læſus denuotiat bellum, & læ„dens ſatisfacere recuſat, hic denunciare bellum „non tenetur, ex ejus enim hypotheſi bellum „eſt defenſivum.

„a) (CONDITIONATA EST AUT PURA:) Imo „denunciatio belli ſemper eſt conditionata, & „ſemper, tacite ſaltem, clarigationem continet „*Vid. ſupr.*

„b) (CONDITIONATA, UBI CUM RERUM REPE„TITIONE CONJUNGITUR:) Diximus in omni „clarigatione duo contioeri (1) repetitionem rei, „eaque negata (2) denuntiationem belli.

c) (Grot.) (RERUM REPETITARUM NOMINE:) Vide *Parutam* de Bello Cyprio lib. I. *Bizarum Pars III.* lib. XXIII. de Turcis. *Reinking.* lib. II. claſſe III. c. IV.

„d) (JUS FECIALE:) Quod de ritu belli ſtato„tum eſt. de quo vide *l. 2. c. 23. §. 4. & 8.*

„e) (VINDICATIONEM EX JURE DOMINII:) „Quando quis rem ſibi ablatam vindicat:

„f) (SED ET PERSECUTIONEM:) Quando quis „petit id quod ex contractu vel quaſi contractu „debetur.

„g) (AUT CRIMINIS:) Quando quis repetit id „quod ex delicto vel quaſi delicto debetur.

h) (Grot.) (SERVIUS:) Ad X. Æneidos (*verſ. 14.*)

„i) (REDDI, SATISFIERI, DEDI:) Vid. *L. 2. c* „*1. §. 2. l. 2. c. 21. §. 4.*

„k) (NI PUNIRE SONTEM MALINT IPSI QUI „CONVENIUNTUR:) Nam in arbitrio eorum eſt „dedere vel ſontem punire. *L. 2. c. 25. §. 3. l. 2. c.* „*21. §. 4.*

„l) (HANC RERUM REPETITIONEM DICTAM „ESSE CLARIGATIONEM:) De qua B. Pareus inte„gram diſſertationem ſcripſit.

m) (Grot.) (PLINIUS:) Libro XXII. 2 *Et legati cum ad hoſtes clarigatum mitterentur, id eſt, res raptas clare repetitum, unus utique Verbenarius vocabatur.* Et de Verbena agens libro XXV, 9. *Hæc eſt quam legatos ferre ad hoſtes indicavimus.* Vide *Servium* ad IX. & X. Æneid. (*verſ. 53. Lib. IX. 14. Lib. X.*)

„n) (LIVIUM:) *l. 8. c. 23.*

„o) (TACITUM:) Sunt verba Germanici ad „Cæcinnam *Ann. 1. 48.*

cæde: & vetus ejus exemplum in Supplicibus Euripidis, ubi Theſeus caduceatori hæc dat mandata ad Creontem Thebanum:

[p] *Vicina Theſeus qui tenet regni ſola.*
Humare poſcit mortuos: quod ſi datur,
Sic amica faciet gens Erechtidûm tibi.
Hæc ſi probantur, tum refer retro pedem:
Sin nemo paret, verba ſint hæc altera:
Jam mox ut arma pubis expectent meæ.

Papinius in ejusdem rei narratione:

Aut Danais edice rogos, aut prælia Thebis,

[q] Polybius hoc vocat ῥύσια καταγγέλλειν, [r] Romani veteres *condicere*.

[s] Pura denuntiatio eſt [t] quæ ſpecialiter indictio [u] aut edictum, [v] ubi aut bellum jam alter intulit (& hoc eſt quod apud [w] Iſiodorum dicitur bellum propulſandorum hominum cauſa) [x] aut ea deliquit ipſe quæ pœnam merentur.

Orig. 18, 1.

2. Interdum autem [y] conditionatam pura ſubſequitur, [*] quanquam id neceſſe non eſt ſed ex ſuperabundanti. Hinc illa formula: *Teſtor populum illum injuſtum eſſe, neque jus reddere.* Et altera: [z] *Quarum rerum, litium, cauſarum condixit Pater patratus populi Romani Quiritium Patri patrati populi Priſcorum Latinorum, hominibusque Priſcis Latinis, quas res nec ſolverunt, nec dederunt, nec fece-*

Livius, 1, 32. Ibid.

p) (Grot.) (VICINA THESEUS QUI TENET REGNI SOLA:) Similis denuntiatio eſt in *Batrachomyomachia*, (verſ. 135. & ſeq.) & in Amphitruone *Plauti* initio. (Act. I. Sc. I. verſ. 50.) Vide & *Cromerum*, Lib. XXI.

„q) (POLYBIUS:) *l. 4. c. 53.* & in *excerpt. legat.* „123. Exempla alia ſunt apud Livium *l. 1. c. 22.* „*Res repetitum ſe veniſſe, ni reddantur bellum in-* „*dicere juſſos. Liv. l. 4. c. 30. Tunc quoque ne* „*confeſtim bellum indiceretur, neve exercitus mit-* „*terentur, religio obſtitit: fetiales prius mitten-* „*dos ad res repetendas cenſuere.* Hinc & dies „præfigi ſolebat intra quem ſatisfactio poſtulabatur: *Liv. 1. 32* ſi non deduntur quos expoſcit „diebus tribus & triginta peractis, bellum indicit. „*Addatur Alexand. ab Alex. l. 5. c. 3. Tern b.* „*ht. a.*

r„) (ROMANI VETERES CONDICERE:) Condicere enim Ictis Romanis eſt, repetere id quod ex „erronea, vel injuſta, vel non ſecuta, vel ſine „cauſa penes alterum eſt:

„s) (PURA DENUNCIATIO:) Authori pura eſt „denunciatio quando non continetur rei repetitio: „Sed ſtatim bellum indicitur: At huic ipſi de„nunciationi tacitam ineſſe clarigationem ſupra „jam dictum eſt: & ſi debitor bello indicto „offert ſatisfactionem ceſſat bellum, quia per bel„lum nil niſi ſatisfactio quæritur.

„t) (QUÆ SPECIALITER INDICTIO:) Quia a „belli indictione incipit.

„u) (EDICTUM:) Aliquando enim per decre„tum bellum indicitur. *Vid. ſupr.* §. 5.

„v) (UBI AUT BELLUM JAM ALTER INTU„LIT:) Hic plane non opus eſt indictione aut „edicto, nedum clarigatione, quia agitur de de„fenſione neceſſaria.

„w) (ISIDORUM:) *Vid. ſupr.* §. 5.

x) (Grut.) (AUT EA DELIQUIT IPSE QUÆ POENAM MERENTUR:) Exemplum vide apud *Bem-* „*bum* libro VII.

ADDITIO

„Imo hoc quoque caſu denunciatio tacitam con„tinet conditionem, niſi injuriæ, quæ pœnam me„retur, reparationem offerat.

„y) (CONDITIONATAM PURA SEQUITUR:) Per „puram denunciationem hoc caſu reo ſignifica„tur bellum decretum in eum eſſe quia repa„rationem negavit.

„*) (QUANQUAM ID NECESSE NON EST:) Nam „ſola clarigatio ſufficit; ſi alter negat ſatisfacti„onem non opus eſt nova indictione, quia jam „conſtat eum ſatisfacere nolle, indeque aliud re„cuperandi medium, præter arma, non ſupereſſe.

z) (Grot.) (QUARUM RERUM, LITIUM, CAU-

SA-

fecerunt, quas res dari, fieri, ſolvi oportuit, puro pioque duello quærendas cenſeo, conſentio, conſciſcoque. Et tertium carmen: *Quod populi Priſci Latini adverſus populum Romanum Quiritium fecerunt, delinquerunt, quod populus Romanus Quiritium bellum cum Priſcis Latinis juſſit eſſe, Senatusque Romanus Quiritium cenſuit, conſenſit, conſcivit: ut bellum cum Priſcis Latinis fieret, ob eam rem ego populusque Romanus populo Priſcorum Latinorum bellum indico, facioque* [aa] Hoc autem caſu ita ut dixi non eſſe præciſe neceſſariam denuntiationem ex eo quoque apparet, [bb] quod ad proximum præſidium rite fieret, [cc] ut feciales in Philippi Macedonis [dd] & poſtea in Antiochi cauſa conſulti reſponderunt, cum prima denunciatio ipſi facienda eſſet qui bello petebatur. Imo & [ee] belli in Pyrrhum indictio facta eſt uni militum Pyrrhi, idque in circo Flaminio, ubi is miles [ff] locum emere dicis cauſa jubebatur, ut [gg] Servius narrat ad nonum Æneidos. *Liv. lib. 31. c. 8. Idem. l. 36. c. 3.*

3. Supervacuæ obſervationis & hoc argumentum eſt, [hh] quod bellum ſæpe utrinque indictum eſt, [ii] ut Peloponneſiacum a Corcyrenſibus & Corinthiis, cum ab altera parte indictum eſſe ſufficiat. *Thucyd. 1. 29.*

§. VIII.

A more autem & inſtitutis quorundam populorum non a jure gentium ſunt, [a] caduceus apud Græcos [b] ſagmina [c] & haſta ſanguinea

SARUM: &c.) Confer Græca *Dionyſii Halicarnaſſenſi* excerpto legationum II.

„aa) (HOC AOTEM CASU:) Ubi ſcilicet con„ditionata præceſſit.

„bb) (QUOO AD PROXIMUM PRÆSIOIUM RITE „FIERET:) Vera denuociatio regi aut populo ipſi „fieri debet: Sane res peti ab iis ooo poteſt qui „non habent poteſtatem reddendi aut ſatisfaciendi: Neque cooſtat an Principi innotuerit deonunciatio, ſi alii fit. Certum ergo eſt locum Livii „allegatum agere de reiterata denunciatione, ad„eoque ubi clarigatio præceſſit, & reſtitutio nega„ta eſt, tunc enim plane non opus eſt ſpeciali de„nunciatione, &, ſi ad præſidium fit, ex ſupera„bundaoti fit.

„cc) (UT FECIALES IN PHILIPPI MACEDONIS:) „*Liv. 31. c. 8.*. Nam hoc bellum decem aote an„nis jam cœptum & trieonio prius depoſitum „erat, adeoque non erat oovum bellum: *Liv.* „*l. 31. c. 1.*

„dd) (ET POSTEA IN ANTIOCHI CAUSA:) „*Liv. l. 36. c. 3.* Conſul deiode M. Acilius ex Scto „ad collegium Fecialium retulit, „*ipſine regi Antio„cho indiceretur bellum, an ſatis eſſet ad præſidium „aliquod ejus nunciare &c.* Feciales reſponderunt „*nihil referre ipſi coram, an ad præſidium nuntiare„tur: amicitiam renunciatam videri, quum lega„tis toties repetentibus res nec reddi nec ſatisfieri „æquum cenſuiſſent:* adeoque præceſſit jam clari„gatio.

„ee) (BELLI IN PYRRHUM INOICTIO FACTA „EST UNI MILITUM:) Nam Pyrrhus ſe jam hoſtem „declaraverat, & Tarentiois, hoſtibus Romaoorum, „auxilia ſe laturum promiſerat, ac exercitum in „portu Tarentino actu expoſuerat. *Juſtin. L. 18.* „*c. 1.*

„ff) (LOCUM EMERE OICIS CAUSA JUBEBA„TUR:) per æs & libram, uti in aliis venditioni„bus imaginariis. *Suet oct. 64. Vid. Gron. b.*

„gg) (SERVIUS:) *Æneid. 9. n. 53.*

„hh) (QUOD BELLUM SÆPE UTRINQUE INOI„CTUM EST:) Si mutuæ ſunt injuriæ:

„ii) (UT PELOPONESIACUM:) *Thucyd. l. 1.* „*p. m. 14.*

a) (Grot.) (CADUCEUS APUO GRÆCOS:) Undo caducei origo diſces ex *Plinio* XXIX, 3. & *Servio* ad IV. & VIII. Æneidos. [At *Caduceus* ſignum trat pacis non belli. Id patet vel ex locis *Plinii*, & *Servii*, quos Auctor ipſe iodicat. Referam tantum verba SERVII: *Unde, ſecundum* LIVIUM, *legati pacis* Caduceatores *dicuntur. Sicut enim per Feciales a fædere* (ſuppl. *dictos*) *bella indicebantur: ita pax per Caduceatores fiebat.* In Æn. IV. 242. Adde AUL. GELL. *Noct. Attic.* X. 27. ISIDOR. *Origin.* VIII. 11. SUIDAM, voce Κηρύκειον: inprimis THUCIDIDEM, Lib. I. Cap. 53. & ult. *J. B*]

guinea [d] apud Æquicolas primum, & horum exemplo apud Romanos, [e] renunciatio amicitiæ & ſocietatis ſi qua interceſſiſſet, poſt res repetitas [f] triginta dîes ſolennes, [g] haſtæ miſſio iterum, & alia id genus, quæ cum his [h] quæ proprie juris gentium ſunt confundi non oportet. Nam & horum magnam partem [i] ſuo tempore uſurpari deſiiſſe docet nos Arnobius: imo jam [k] Varronis ævo quædam omittebantur. Punicum bellicum tertium [l] ſimul indictum, ſimul illatum eſt. Et Mecœnas apud Dionem quædam horum vult [m] propria eſſe ſtatus popularis.

Arnob l.2. cont gent. p. 91. Ed. Lugd. B

Varro l. 4 de Lingua Latine, pag. 23. Ed. H. Steph.

Vide Appian. Bell. Pun. p. 43.

§. IX.

Indictum autem bellum ei qui imperium in populo ſummum habet, [a] ſimul indictum cenſetur omnibus ejus non ſubditis tantum [b] ſed

ADDITIO.

„Caduceus erat baculus quem ferebat Fecialis „bellum indicens, unde & caduceator vocabatur. „Omnes fere gentes tali ſigno utebantur: Nam „Indis anchora erat pro caduceo. *Philoſtr. in vit. „Apol. Thyan. l. 3. c. 3.* Nergobrigibus lupi pel„les. *Appian. de bello Hiſpan. n. 282.* Canadenſibus „le calumet. *La Hontan voyage de Canade*: In Hiſto„ria Galliæ exemplum refertur ubi Fecialis ibat „Sago violaceo, aureis liliis variato; bacillo ad „modum liliis itidem diſtincto; Serico & oblon„go pileolo: *Gram. Hiſt. l. 8. p. 399. Vid. Teſm. b.*

„*b*) (SAOMINA:) de modo legandi Feciales, & de „verbena ſeu ſagmine late egimus *ſupra. l. 2 c. 23 §. 4.*

„*c*) (ET HASTA SANGUINEA:) Non quæ in„fecta eſſet cruore, ſed ex arbore ſanguinea, quæ „ſuo ingenio erat ejus coloris, unde nomen acce„pit. *Liv. l. 1. c. 32. Plin. 16. 18. & 37. Idem 23. „10. Vid. l. 9. ff. ad l. Pompej. de parric. Macrob. „2. Sat 16. Gron. b.*

„*d*) (APUD ÆQUICOLAS:) Nam a Sabinis & „Æquicolis jus Feciale Romanorum originem duxit, „*Liv. l. 1. c. 32.*

„*e*) RENUNCIATIO AMICITIÆ ET SOCIETATIS:) „Imo id jam fit ſi res repetitur, eaque negatur: „*Vid. Liv. l. 36. c. 3.*

„*f*) (TRIGINTA DIES SOLENNES:) Triginta tres „refert *Liv. l. 1. c. 32. Vid. Gron. b.* Triginta di„es juſtos datos fuiſſe ait *Macrob. l. 1. Saturn. 16. „Gell. 20. 1.* Naturale eſſe diximus, ut poſt clariga„tionem tempus aliquod expectetur intra quod ſa„tisfactio fieri poſſit.

g) (Grot.) (HASTÆ MISSIO:) Vide *Servium* ad IX. Æneidos, (verſ. 53.) *Ammianum* XIX & quæ ad eum notata a doctiſſimo Lindenbrogio, (*cap. 2. pag. 229. Edit. Valeſ. Gron*)

„*h*) (QUÆ PROPRIE JURIS GENTIUM SUNT:) „Non dari jus gentium nec proprie nec impro„prie certum eſt.

„*i*) (SUO TEMPORE USURPARI DESIISSE:) Nam „ex inſtituto Romanorum originem habebant, „adeoque pro lubitu mutari potuerunt.

„*k*) (VARRONIS:) *L. 4. de lingua lat. pag. 23.*

l)(SIMUL INDICTUM SIMUL ILLATUM EST:) Cau„ſa ejus belli fuit quod Carthaginenſes contra fœderis „legem adverſus Numidas paraſſent claſſem & exer„citum, ac Maſſiniſſæ fines territarent. *Flor. l. 2. c. 15.* „ideo Romani miſerunt legatos qui caſtigarent Se„natum & pacem inter eos ac Maſſiniſſam para„rent: at ſuaſu Giſonis bellum adverſus Romanos „concitatum eſt, adeo ut legati, ne violarentur, „fuga ſibi conſulere coacti fuerint: Neque tamen ad„huc juſta belli cauſa viſa ſun, ſed per legatos „ipſis denunciatum fuit ut Carthaginenſes claſſem „exurerent & exercitum dimitterent: quod cum fa„cere nollent bellum ipſis indictum eſt: *Liv. epit. „l. 48. & 49.* Ex quibus conſtat, diu ante indictum „bellum reparationem poſtulatam a Romanis „fuiſſe.

„*m*) (PROPRIA ESSE STATUI POPULARI:) Po„pulus enim delectatur ſolennibus & pompa.

„*a*) (SIMUL INDICTUM CENSETUR OMNIBUS „EJUS NON SUBDITIS TANTUM: &c.) Quæritur an „ſufficiat Principi indici bellum, an & ſubditis in„dici neceſſe ſit? Reſp. ſufficit denuntiari Principi, „(1) quia indictio tantum inter eos obtinet qui jus „belli habent, at ſubditi non habent jus belli: (2) „quia repetitio tantum ab eo flagitari debet qui „poteſt reſtituere, ſubditi autem non poſſunt re„ſtituere. Sane (3) ſubditi tenentur ſequi judicium „Principis ejusque proinde ſolius arbitrium eſt rei „reſtituendæ, vel armis decertandi: Merito igi„tur Author ait, bello indicto Principi omnibus „indictum videri qui cauſam ejus ſequuntur; „adeoque & ſubditis. Quanquam exempla alleget „Author ubi ſimul & ſubditis bellum denuncia„tum eſt. Add. *l. 3. c. 2 §. 2. n. 3.*

„*b*) (SED ET QUI SE SOCIOS ADJUNCTURI „SUNT:) Quæritur an hoſtis mei ſociis bellum „denunciari ſpeciatim debeat? Negatur ſi cauſæ „hoſtis mei ſaltem accedunt, eamque defendunt; „Nam

[b] ſed & qui ſe ſocios adjuncturi ſunt, [c] ut qui acceſſio ſint ipſius, & hoc eſt quod ajunt recentiores Juriſconſulti [d] diffidato principe diffidatos ejus adhærentes. [e] Nam indicere bellum vocant diffidare, quod intelligendum eſt [f] de eo ipſo bello quod adverſus eum cui indictum eſt geritur; quomodo bellum Antiocho indictum cum eſſet, [g] Ætolis ſeparatim indici non placuit, [h] quod ipſi palam ſe Antiocho adjunxiſſent: *Ætolos ultro ſibi bellum indixiſſe* reſpondebant Feciales.

Bald. ad l. 2. C. de ſerv. n. 70.

Livius lib. 36. c. 3.

§. X.

[a] At eo bello abſoluto, ſi ob auxilia ſuppeditata populus aut rex alter [b] bello impetendi ſint, [c] ut effectus juris gentium conſequantur [d] opus erit nova indictione. Jam enim non ut acceſſio ſpectatur, [e] ſed ut principale aliquid. Ac propterea recte dictum eſt, [f] non fuiſſe juſtum jure gentium bellum aut Manlii in Gallogræcos, aut

„Nam ab illis injuria facta non eſt, adeoque nec „ab illis res repeti poteſt: Neque de eorum cauſa „agitur, cum ſaltem ſint inſtrumentum, & acceſ„ſio hoſtis clarigati, auxilia quæ mittuntur ſunt „pars hoſtis, & privatorum vices obtinent, quibus in„dici bellum non debet: Sane in unoquoque bello „una clarigatio ſufficit, hic unum bellum eſt cui „aſſiſtit ſocius.

„Aliud eſt ſi ſinguli ſocii ex propria cauſa „agunt, ideoque unuſquiſque ſociorum propriam „cauſam perſequitur; tunc enim duæ ſunt di„verſæ injuriæ, duæ belli cauſæ, ſinguli igitur ſocii „clarigare & clarigari debent, quia tot ſunt inju„riæ quot injuriantes, *arg. l. 9. ff. de Juriſd.* & ſic „tot actiones ſeu repetitiones, quin tot bella ſe„parata, etſi coadunatis viribus hoſtem aggredi„antur, adeoque & tot clarigationes ſeu intima„tiones.

„c) (UT QUI ACCESSIO SINT IPSIUS:) Et nu„dum inſtrumentum. *Vid. l. 1. c. 5. §. 3.*

„d) (DIFFIDATO PRINCIPE DIFFIDATOS EJUS „ADHÆRENTES:) Quia tota cauſa diffidata eſt cui „accedunt ſocii.

„e) (NAM INDICERE BELLUM VOCANT DIFFI„DARE:) A veteri Germanica voce fehde, unde „befehden idem eſt quod aggredi aliquem vi.

„f) (DE EO IPSO BELLO QUOD ADVERSUS „EUM CUI INDICTUM EST GERITUR:) Adeoque „ſufficit denunciationem fieri ei qui injuriam infert, „& ſatisfacere non volt.

„g) (ÆTOLIS SEPARATIM INDICI NON PLA„CUIT:) *Liv. l. 36. c. 3.*

„h) (QUOD IPSI PALAM SE ANTIOCHO AD„JUNXISSENT:) Imo hæc non fuit vera omiſſæ „indictionis ratio, adeoque exemplum Ætolorum „huc non quadrat. Hi enim propriam cauſam „egerunt: defecere a Romanis; *Liv. l. 35. c. 23.* „neglecta dignitate Romanorum Antiochum judi„cem decrevere; *d. l. c. 33.* primi bellum incho„arunt, Demetriadem, Chalcidem, & Lacedæmo„nem aggreſſi ſunt; *d. l. c. 34. 35. 36* & tunc de„mum intervenit Antiochus *Liv. 35. c. 43.* Hinc „Feciales rationes omittendæ indictionis non alle„garunt quod Antiocho ſe junxiſſent, ſed *quod „Ætoli bellum ſibi ultro indixiſſent quum Demetria„dem ſociorum urbem per vim occupaſſent, Chalci„dem terra marique oppugnatum iſſent; regem An„tiochum in Europam ad bellum populo Romano „inferendum traduxiſſent. Liv. l. 36. c. 3.* Ex qui„bus apparet de bello defenſivo ibi agi ab Ætolis „principaliter, (non tanquam ſociis) & ultro in„choato.

„a) (AT EO BELLO ABSOLUTO:) Imo etiam „ nondum abſoluto ſed durante bello juſta „hæc belli cauſa eſt. Etſi enim ſocius qui alteri„us cauſæ vi fœderis vel pacti accedit, hoſtis non „fiat, ſed cum eo pax maneat, tamen injuriam fa„cit ei contra quem auxilia mittit, reparationi ju„ris ejus reſiſtit, indeque hic juſtam inde belli „cauſam habet.

„b) (BELLO IMPETENDI SUNT:) Nec tales ſocii „pace comprehenduntur.

„c) (UT EFFECTUS JURIS GENTIUM CONSE„QUANTUR:) i. e. ut bellum ſit jure gentium ſo„lenne: quod merum eſſe figmentum toties dixi„mus. Hoc ex ipſa ratione naturali ſequitur.

„d) (OPUS ERIT NOVA INDICTIONE:) Quia „novum bellum eſt, ex nova injuria ortum; quod „cum prioris hoſtis mei ſocio geritur, non qua ſo„cio, ſed jure proprio.

„e) (SED UT PRINCIPALE ALIQUID:) Scilicet „ob propriam injuriam, quam aſſiſtendo hoſti no„ſtro nobis intulit.

f)(Grot)(NON FUISSE JUSTUM JURE GENTIUM BELLUM AUT MANLII IN GALLO GRÆCOS &c:) Aut Ulyſſis ſociorum in Ciconas Priamo quondam auxi-

liatos

[g] aut Cæſaris in Arioviſtum: [h] non enim jam ut acceſſio alieni belli, ſed principaliter impetebantur, quam ad rem [i] ſicut ex jure gentium indictio [k] ita ex jure Romano novus populi Romani juſſus deſiderabatur. Nam quod in rogatione contra Antiochum dictum
Livius lib. 36. c. 1. erat: *vellent, juberentque* [l] *cum Antiocho rege, quique factam ejus ſecuti eſſent bellum iniri:* [m] quod & obſervatum in decreto adverſus
Lib 42. c. 31. regem Perſea, videtur intelligi debere [n] quamdiu cum Antiocho aut Perſeo bellum eſſet, [o] & de his qui re ipſa ei bello ſe immiſcerent.

§. XI.

Cauſa autem cur gentes [a] ad bellum illud quod jure gentium juſtum diximus denuntiationem requirerent, [b] non ea fuit quam ad-
Alb. Gent. lib. 2. c. 1. ferunt nonnulli, [c] ne quid clam aut dolo agerent, [d] id enim ad fortitudinis præſtantiam magis quam ad jus pertinet; [e] ſicut nationes quæ-

liatos, de quibus *Homerus* Odyſſeæ I. & ibi *Dydimus.* (Lib. IX. verſ. 40.)

ADDITIO.

„Quod factum late expoſuimus ſupra *L. 1. c. 3.* „*§. 5. n. 4.*

„g) (AUT CÆSARIS IN ARIOVISTUM:) Fa„ctum hoc itidem examinavimus *d. §. 5. n. 4.*

„h) (NON ENIM JAM UT ACCESSIO ALIENI „BELLI SED PRINCIPALITER IMPETEBANTUR:) „Imo allegato loco demonſtravimus Manlium „Gallo-græcis non ideo bellum intuliſſe quod „in exercitu Antiochi legiones Gallorum fuerint. „Sed quod omnes Aſiæ civitates infeſtarent, agros „vaſtarent, prædam abigerent, captivos immola„rent. *Liv. l. 38. c. 12. & 45.* Cæſaris bellum „omnino juſtum fuiſſe ratione Gallorum itidem „demonſtravimus, ſed id ſaltem improbavimus, „quod injuſſu populi id geſſerit. *d. §. 5. n. 4.*

„i) (SICUT EX JURE GENTIUM INDICTIO:) In „caſu Manlii non opus erat indictione, quia bel„lum erat defenſivum, In caſu Cæſaris fieri debu„it indictio, & facta eſt. Nam ex hiſtoria belli „cum Arioviſto geſti apparet Cæſarem colloqui„um ei propoſuiſſe; quod cum negaret, ab eo po„ſtulavit ne Germanorum copiam in Galliam tra„duceret, & ne Æduos cæteroſque ſocios Romano„rum injuria laceſſeret, ſi id omitteret amicos, „ſi non hoſtes futuros. *Cæs. de bell. Gall. l. 1. c. 19.* „*& 20.* En hic clarigationem cum eventuali belli „indictione.

„k) (ITA EX JURE ROMANO NOVUS POPULI „ROMANI JUSSUS DESIDERABATUR:) Imo non „Romano demum jure, ſed ex naturæ ratione „Dux belli novum populi conſenſum explorare „debet, ſi novum ob auxilia lata bellum, quod „mandatum ei non erat, inchoare jure velit: At„que eo ſolo peccavit Cæſar non Manlius.

„l) (CUM ANTIOCHO REGE QUIQUE SECTAM „EJUS SECUTI ESSENT:) Recte ait Author inde „jus belli novi & ſeparati in ſocios non ſequi, „niſi id in ſpecie quoque mandatum ſit: At ex „alia defenſionis neceſſariæ ratione factum Man„lii a Senatu probatum eſſe diximus.

„m) (QUOD & OBSERVATUM IN DECRETO AD„VERSUS REGEM PERSEA:) Imo in decreto quod „eſt apud *Liv. l. 42. c. 18.* nihil tale exſtat: de cau„ſa belli contra Perſeum egimus ſupra *l. 2. c. 20.* „*§. 39.*

„n) (QUAMDIU CUM ANTIOCHO AUT PERSEO „BELLUM ESSET:) At Manlius allegabat bellum „cum Antiocho nondum finitum fuiſſe ſalvis & „ſuperſtitibus Gallo-græcis. Sed & præterea no„vum quoque bellum licitum erat, quia vim „omnibus Aſiæ civitatibus inferebant: Unde Man„lio quoque triumphus decretus fuit.

„o) (ET DE HIS QUI RE IPSA EI BELLO &c.) „Adeoque bellum unum mandatum eſſe ait, & in „hoſtem, & in ſocios quatenus hoſti aſſiſtunt.

„a) (AD BELLUM ILLUD QUOD JURE GENTI„UM JUSTUM DIXIMUS:) Et quale non dari proba„vimus.

„b) (NON EA FUIT QUAM AFFERUNT NON„NULLI:) Nimirum *Albericus gentilis L. 1. c. 2.*

„c) (NE QUID CLAM AUT DOLO AGERENT:) „i. e. ne videantur per inſidias aggredi hoſtem.

„d) (ID ENIM AD FORTITUDINIS PRÆSTAN„TIAM POTIUS QUAM AD JUS PERTINET:) Imo „ad jus pertinet ne clam aut dolo bellum infera„tur, ſed ut indictio præcedat.

e) (Grot.) (SICUT NATIONES QUÆDAM ETIAM PRÆLII DIEM & LOCUM CONDIXISSE LEGUNTUR:) Ut Porſenæ Romani, memorante in Publicola *Plutarcho,* (pag. 105. C.) Turcæ biduo ante prælium ignes plurimos accendunt. *Chalcocondylas* VII.

ADDITIO.

„Hoc meri eſt arbitrii: at quod clam vel dolo non

quædam etiam prælii diem & locum condixiſſe leguntur: [f] ſed ut certo conſtaret non privato auſu ſed voluntate utriusque populi aut populi capitum geri bellum: [g] nam inde [h] nati ſunt effectus peculiares, [i] qui neque in bello adverſus prædones, [k] neque in eo quod rex gerit in ſubditos locum habent. Ideo Seneca diſtincte dixit: *Indicta bella finitimis*, [l] *aut geſta cum civibus*. *Lib. 3. de Ira c. 2.*

§. XII.

Nam [a] quod notant quidam & exemplis docent, etiam [b] in bellis talibus capta fieri capientium, [c] verum eſt, ſed ex una dumtaxat parte, [d] idque ex jure naturali, [e] non ex jure voluntario gentium, [f] ut quod gentibus tantum proſpicit, [g] non his qui ſine gente ſunt, [h] aut pars gentis. Errant & in eo, quod putant [i] bellum ſui tuendi aut rerum tuendarum ergo ſuſceptum indictione non egere; nam eget *Ayala l. 1. c. 5.* *Alb. Gent d. l. 2, c. 2.*

„non poſſit bellum inferri, non eſt res arbitrii. „Exempla condictionis in diem de Tybarenis re„fert Cælius *l.* 18. *c.* 30. De aliis *Alex ab alex l.* 5. „*c.* 3, *in fin.*

„*f*) (SED UT CERTO CONSTARET NON PRIVATO „AUSU SED VOLUNTATE UTRIUSQUE POPULI &c.) „Vera ratio eſt, quod ante clarigationem ſeu belli „indictionem non videatur jus nobis denegatum: „Cæterum an publico conſilio bellum initum ſit „an non, hoſtis non eſt inquirere, quod legatis „Romanorum reſponſum dedere Carthaginenſes, „cum illi de Annibale quererentur quod injuſſu „populi Saguntum oppugnaſſet. *Liv. l.* 38. *c.* 45. At„que hinc male Catonem ſuaſiſſe, dedendum eſſe „Cæſarem, demonſtravimus ſupra *l.* 1. *c.* 3. §. 5. *n.* 4.

„*g*) (NAM INDE:) Scilicet ex eo quod conſtet „per indictionem belli non privato auſu ſed utri„usque populi voluntate geri bellum.

„*h*) (NATI SUNT EFFECTUS PARTICULARES:) „Qui ſint illi effectus vidimus initio hujus capitis.

„*i*) (QUI NEQUE IN BELLO ADVERSUS PRÆDO„NES:) Alibi jam diximus nec natura dari bellum „in prædones, & male hæc bella vocari minus ſo„lennia: *Vid. l.* 1. *c.* 3. §. 4. Nam in prædones „omnia nobis liceat non jure belli, ſed jure neceſ„ſariæ defenſionis.

„*k*) (NEQUE IN EO QUOD REX GERIT IN „SUBDITOS:) Sed & hoc bellum non eſſe diximus „*d. c.* 3. §. 4. Nam ſubditos compellimus vi im„perii per judicia, ubi indictione opus non eſt, „ſed requiritur præcedens cauſæ cognitio, & ſen„tentia.

„*l*) (AUT GESTA CUM CIVIBUS:) Geruntur „igitur abſque indictione: quia proprie, & vero „ſenſu juris, non ſunt bella:

„*a*) (QUOD NOTANT QUIDAM:) *Albric. gent.* „*l.* 2. *c.* 2.

„*b*) (IN BELLIS TALIBUS:) Quæ cum prædo„nibus & civibus geruntur.

„*c*) (VERUM EST SED EX UNA DUNTAXAT „PARTE:) Scilicet ex parte ejus qui prædones vel „ſubditos rebelles vi petit, non contra:

d) (IDQUE EX JURE NATURALI:) Quod ſolum in bellis ejusmodi minus ſolennibus obtinere putat. *Vid. diſſ. proœm. IX.* §. 70. Sane jure naturæ capi res non poſſunt niſi juſta adſit cauſa, quæ nunquam eſt in ſubditis rebellibus & prædonibus. *dict. diſſ.* §. 168.

e) (NON EX JURE GENTIUM VOLUNTARIO:) Etſi enim jure gentium voluntario etiam qui ex injuſta cauſa bellum gerit capere poſſit, id tantum verum eſſe fingit ſi bellum ſolenne eſt; i. e. ſi inter duas ſummas poteſtates geritur, & indictum eſt. *d. diſſ.* §. 63. ſeq. At in bellis minus ſolennibus non procedi, ait, ex privilegio illo gentium, ſed ex jure naturæ; additque rationem, quia jus gentium tantum proſpicit gentibus, non illis qui gens non ſunt, vel pars gentis. *dict. diſſ.* §. 71. *ſeq.*

Fabulam de bello jure gentium ſolenni & minus ſolenni paſſim refutavimus: Jure naturæ prædam capere non poteſt niſi qui juſtam cauſam habet rem vindicandi: Talis cauſa autem nunquam eſt in ſubditis rebellibus & prædonibus. Quid inter populos de quorum jure non conſtat juris ſit, alibi explicavimus: Nimirum judicium de juſtitia belli, adeoque de jure capiendi, ſuspendi usque ad finem belli: *Diſſ. proœm. IX* §. 168.

„*f*) (UT QUOD GENTIBUS TANTUM PROSPI„CIT:) i. e. Illis qui utrinque habent ſummam pot„eſtatem. *Vid. l.* 1. *c.* 3. §. 4. *n.* 1.

„*g*) (NON HIS QUÆ SINE GENTE SUNT:) Ut „prædones &c. *Vid. l.* 1. *c.* 3. §. 4. *n.* 2. *junct. l.* 3. *c.* „18. §. 6. *c.* 19. §. 2.

„*h*) (AUT PARS GENTIS:) Ut ſubditi rebelles. „*Vid. l.* 1. *c.* 3. §. 4. *n.* 2. *ſeq.*

„*i*) (BELLUM SUI TUENDI AUT RERUM TUEN„DARUM ERGO SUSCEPTUM INDICTIONE NON EGERE:)

eget omnino [k] non quidem ſimpliciter, [l] ſed ad eos quos dicere cœpimus, & mox explicabimus effectus.

§. XIII.

Ne illud quidem verum, [a] non ſtatim atque indictum eſt inferri bellum poſſe; quod [b] Cyrus in Armenios, [c] Romani in Carthaginenſes, ut modo diximus, fecerunt; [d] nam indictio nullum poſt ſe tempus jure gentium requirit. Poteſt tamen fieri [e] ut ex naturali jure tempus aliquod requiratur ex negotii qualitate, puta cum res repetitæ ſunt, aut pœna in nocentem poſtulata, & id negatum non eſt. Tunc enim id dandum eſt tempus quo quod petitum eſt commode fieri poſſit.

§. XIV.

Quod ſi jus etiam legationum violatum ſit, [a] non ideo tamen denuntiatione opus non erit [b] ad eos quos dico effectus, [c] ſed ſufficiet eam fieri quomodo fieri tuto poteſt, per literas ſcilicet: quomodo & citationes & denuntiationes alias fieri mos habet in locis minus tutis.

CAPUT IV.

„EGERE:) Si bellum defenſivum intelligit, ubi de „vi actu illata repellenda agitur, ipſe errat: Nam „bello indictio tunc non requiritur *ſupra* §. 6. *lit. d.*

„k) (NON QUIOEM SIMPLICITER:) Quaſi injuria ſit non indicere:

„*l*) (SED AD EOS QUOR DICERE COEPIMUS & „MOX EXPLICABIMUS EFFECTUS:) Scilicet ut capere in infinitum, & ultra debiti ac pœnæ modum, ut interficere &c. hoſtea liceat etiam ex „non juſta cauſa: At jam demonſtravimus, bellum „jure gentium ſolenne meram fabulam eſſe.

„*a*) (NON STATIM ATQUE INDICTUM EST IN„FERRI BELLUM POSSE:) Sed putant exſpectandum eſſe num ſorte reparationem ſit oblaturus.

„*b*) (CYRUS ARMENIOS:) *Vid. ſupra.* §. 6. *n.* 3. „Cyrus miſit legatos qui hortarentur Armeniæ re„gem ut cum tributo & exercitu, quod ex fœdere „debebat, veniat. *Xenoph. Hiſt. l.* 2. *in fin.* & *l.* „3. *inpr.* Quod cum negaret Armenius, & copias cogeret, ac Cyro obviam iret, indictione „belli opus oon fuit *d. l.* 3. *pr.*

„Equidem verum eſt Cyrum ante indictiooem „occupaſſe montes ioacceſſibiles in quos Armenus „ſe recipere ſolebat, at ex hiſtoria conſtat Cyrum „non animo lædendi id feciſſe, ſed ne difficilinr „fiat juris reparatio; & promiſit Cyrus ſe reverſurum ubi promiſſa præſtiterit. *d. l.* 3. *pr.* interim a lædendis ſubditis abſtinuit. *d. l.* 2. *in fin.* „*p. m.* 66.

„*c*) (ROMANI IN CARTHAGINENSES:) *Vide* „*ſupra in in not. ad* §. 8. ubi Romanos in tertio bello Punico clarigationem præmiſiſſe probavimus.

„*d*) (NAM INDICTIO NULLUM POST SE TEM„PUS JURE GENTIUM REQUIRIT:) Ratio naturalis in aprico eſt: Qui enim bellum indicit tacite „conditionem adjicere videtur, ni is cui indicitur „injuriam reparare velit. Si proinde is cui bellum „indicitur reparationem non offert, ſed potius „armare incipit, ridiculum foret hoſti indulgere „tempus quo reparationem juris difficiliorem reddat. Amphitruo cum exercitu ingreſſus fines „Teleboorum legatos miſit qui rapta & raptorem „repeterent. *Plaut. Amphitr. act* 1. *Sc.* 1. *v.* 48. „*ſeq.* Sed & Cyrum occupaſſe montes Armenios „lit. præced. vidimus, ut, ſi rex clarigatus tributum non ſolveret, ſtatim ad reparationem juris „agere poſſet: Idem exemplum ſecutus Rex Boruſſiæ cum ducatus hæreditarios Sileſiæ vindicaret. Adeoque arbitrarium eſt quod aliquando poſt „indictionem adhuc 30. vel 33. dies indulgeri, „vel certus dies præfigi ſoleat. *Alex. ab Alex. l.* „5. *c.* 1. *Gentilis de jure belli l.* 2. *c.* 1.

„*e*) (UT EX NATURALI JURE:) Ei enim a „quo reparatio poſtulatur, & qui eam non negat, „tempus aliquod indulgeri debet, ut cauſam examinare poſſit. at recte ait Grotius, *id ſaltem dandum eſſe tempus quo quod petitum eſt commode* „*fieri poſſit*, ne hoſti occaſin detur vires ſuas augendi

„*a*) (NON IDEO TAMEN DENUNTIATIONE OPUS „NON ERIT:) Sed tunc demum ſi tuto deoontiari „ei non poteſt.

„*b*) (AD EOS QUOS DICO EFFECTUS:) Belli ſolenni particulares. Sed figmentum hoc eſſe jam dixi.

„*c*) (SED SUFFICIET EAM FIERI QUOMODO FI„ERI TUTO POTEST, PER LITTERAS SCILICET:) „Uti in omnibus aliis injuriis reparatio peti poteſt „& debet ante belli illationem, ita & ſi legati violati ſunt. Modo tuto per legatos vel per literas „denuntiatio fieri poſſit. Idque non quoad effectus juris gentium particulares, (quos non agnoſcimus) ſed quoad effectus juris naturalis, „quod & gentium eſt, obtinet.

(AD

CAPUT IV.

De jure interficiendi hoſtes in bello ſolenni, & alia vi in corpus.

I. *Belli ſolennis effectus generaliter exponuntur.*

II. *Vox* licere *diſtinguitur in id quod impune fit, nec tamen ſine vitio, & in id quod vitio caret, etiamſi id non facere virtutis ſit alicujus: additis exemplis.*

III. *Effectus belli ſolennis in ſua generalitate conſideratos referri ad licere impunitatis.*

IV. *Cur tales effectus introducti ſint.*

V. *Teſtimonia de his effectibus.*

VI. *Ex hoc jure interfici & offendi omnes qui intra fines hoſtium ſunt.*

VII. *Quid ſi eo ante bellum venerint?*

VIII. *Subditos hoſtium ubique offendi, niſi lex alieni territorii obſtet.*

IX. *Jus hoc offendendi etiam ad infantes & feminas porrigi:*

X. *Etiam ad captos, & quovis tempore:*

XI. *Etiam ad eos qui ſe dedere volunt, nec recipiuntur:*

XII. *Etiam ad deditos ſine conditione.*

XIII. *Perperam id jus ad cauſas alias referri, ut ad talionem, pertinaciam defenſionis.*

XIV. *Porrigi & ad obſides.*

XV. *Jure gentium vetitum veneno quenquam interimere:*

XVI. *Aut tela, aut aquas aliquas veneno inficere:*

XVII. *Non & aquas aliter corrumpere.*

XVIII. *Percuſſoribus uti an contra jus gentium ſit? diſtinguitur.*

XIX. *Stupra an ſint contra jus gentium.*

§. I.

(AD §. 1.) Grotius hoc capite & in capitibus ſequentibus exponit quid liceat in hoſtem *jure gentium voluntario.* Et in genere tradit, lædere hoſtem licere & in perſona & in rebus. *Vid. infr.* §. 3. Adeoque (1) *perſonam* hoſtis interfici, & capi, i. e. in ſervitutem redigi, *Vid. cap. h. & c. 7.* ac (2) *res* hoſtis capi & vaſtari poſſe ait. *Vid. c. 5. 6. 8.*

Jus interficiendi hoſtem jure naturæ his nititur principiis.

PROPOSITIO I.

Lædens, qui reparare injuriam detrectat, nec judicem habet, & vi reſiſtere paratus eſt, non poteſt aliter ad reparandum compelli quam vi & armis.

DEMONSTRATIO.

Vis igitur tunc unicum medium eſt jus nobis ablatum recuperandi, eoque licita: *Vid. ſupra l. 3. c. 1. §. 1.*

PROPOSITIO II.

Vis ergo omnis licita eſt quatenus eſt neceſſaria ad defenſionem juris.

PROPOSITIO III.

Cum igitur adigi non poſſit niſi victus & ſubactus, omnia licita ſunt ſine quibus vinci & ſubigi, re bene perpenſa, non poſſe videtur.

DEMONSTRATIO.

Cum enim natura jus meum vi & armis contra hoſtem defendere eumque vincere liceat, omnia quoque ex medii neceſſitate licita ſunt ſine quibus finis ille obtineri nequit: Adeoque læſo omnia licent quibus vires hoſtium minuuntur vel noſtræ augentur, ſive id fiat interimendo hoſtes, ſive prædando res, ſive capiendo perſonas eorum.

PROPOSITIO IV.

Unde e contrario apparet illicita in bello ea eſſe quæ ad victoriam non faciunt.

DEMONSTRATIO.

Non ergo pertinent ad medii neceſſitatem quæ, cum fiunt, *nec* vires noſtras in bello augent aut firmant, (uti ſi infantes, furioſi &c. occiduntur, vel res ſacræ vaſtantur &c.) *nec* hoſtium vires infringunt, uti ex iisdem exemplis apparet.

PROPOSITIO V.

Hinc interficere licet hoſtem, quamdiu reſiſtit. Vid. infr. §. 6. Non ſi captus vel ſupplex eſt, vel obſidem ſe dedit. Infr. §. 10. usque ad §. 14. nedum infantes, mulieres, aliosque actu non militantes: infr. §. 9.

PROPOSITIO VI.

Ex eadem ratione arma, quæ non ſunt neceſſaria ad juris noſtri reparationem, adhiberi jure non poſſunt. Vid. infr. §. 10. ſeq.

Antequam ad ipſam explicationem Authoris nos accingemus tria in genere notanda ſunt.

Primo Authorem non tractare quid jure naturæ in bello liceat, ſed quid jure gentium ſecundario, & in bello ſolenni. Cum tamen id quod quod juri Gentium tribuit ex ipſo naturæ jure ſequatur.

§. I.

Ad illud [a] Virgilii:

Tum certare odiis, tum res rapuiſſe licebit,

Servius Honoratus, cum [b] juris fecialis originem ab Anco Martio & ulterius [c] ab Æquicolis petiiſſet, ſic ait: *Si quando homines aut animalia ab aliqua gente rapta eſſent populo Romano, cum fecialibus, id eſt ſacerdotibus, qui faciendis præſunt fœderibus, proficiſcebatur* [d] *etiam Pater patratus, & ante fines ſtans clara voce dicebat belli cauſam, &* [e] *nolentibus res captas reſtituere, vel auctores injuriæ tradere,* [f] *jaciebat haſtam, quæ res erat pugnæ principium, & jam licebat more belli res rapere.* Ante autem dixerat: [g] *Veteres lædere res rapere dicebant, etiamſi rapinæ nullum crimen exiſteret: ſimiliter ſatisfacere* [h] *res reddere dicebant.* Quibus docemur [i] belli inter duos popu-

Secundo: Male confundi cum jure naturæ ea quæ virtutis ſunt, & quæ homo perfecte quidem agit, ſed licite omittit; nam ea non ad jus naturæ ſed ad Ethicam pertinent, unde fruſtranea ſunt ea quæ a capite XI. usque ad caput XVII. tractat.

Tertio: Cavendum eſſe ab eo quod ſequitur ſuppoſito jure vitæ & necis in captos. Nam hoc ſuppoſitum merus fuit abuſus gentium; in captos nullum amplius jus victori competit vim inferendi, ceſſat tota neceſſitatis & defenſionis ratio, ex qua ſola jus interficiendi hoſtes competit. Unde ex eo jure, vel potius abuſu juris, nulla autoritas capi poteſt.

ADDITIO.

„Syſtema Grotii de licentia in hoſtem examinavimus capite præcedente §. 1. *in pr.* Diximus „eum diſtinguere inter licentiam quæ *ex jure natura* venit, & inter eam quæ *jure gentium* introducta eſt.

„*Jure natura* nihil in hoſtem licere, ait, niſi „juſta belli cauſa adſit: atque hoc ſolo caſu omnia „licere quæ ad finem juris conſequendi ſunt „neceſſaria, *L.* 3. *c.* 1. §. 1. *ſeq. c.* 10. §. 3. intra „modum debiti & pœnæ.

„Hinc ſi vitam aliter ſervare, vel res meas aliter defendere non poſſum, vel ſi juſtam alter „pœnam mihi debet, etiam extra territorium hoſtile, *c. h.* §. 8. jus mihi eſſe, ait, vi qualicunque, etiam adhibito veneno & percuſſoribus, coercere eum qui illam impetit. *L.* 3. *c.* 1. §. 2 *n.* 1. „*c.* 4. §. 15. *c.* 10. §. 2. Non ergo interfici poſſe ſtatuit „eos qui actu non militant, adeoque nec fœminas, „pueros, &c.

„At *jure gentium* ſtatutum eſſe fingit, ut etiam „ex cauſa non juſta in hoſtem ſævire, & eum interficere liceat ſi bellum eſt publicum & jure „gentium ſolenne. *Vid. l.* 3. *c.* 1. §. 1. *pag.* 14. *ſeq.* & „infra §. 4. non vero in alieno territorio. *Vid.* §. 8.

„Idque jus extenſum eſſe ait etiam ad eos qui actu „non militant, *Vid.* §. 6. ut pueros, infantes: vel qui „non amplius reſiſtunt, ut captos, deditos, obſides &c.

„Non tamen vi qualicunque occidere licere „hoſtem: jure gentium enim prohibitum eſſe veneno & percuſſoribus uti *Vid.* §. 15. *ſeq.* at non „ubique prohiberi ſtupra. *Vid.* §. 19.

„Cæterum ſpeciali capite temperamentum circa „jus interficiendi in bello juſto quoque affert. *Vid.* „*l.* 3. *c.* 11. cujus regulas tum ex virtutum præceptis „tum ex honeſtatis regulis deſumit. *Vid. l.* 3. *c.* 10. „§. 1. quod examinabimus ibidem.

„Vera principia *juris naturalis* (nam jus gentium non agnoſcimus, præcepta virtutum autem ad diſciplinam juris naturalis plane non pertinent) expoſuimus ſupra §. 1.

„*a*) (VIRGILII:) *Æneid. X.* 14.

„*b*) (JURIS FECIALIS ORIGINEM:) *Gell. lib.* 14. „*c.* 4.

„*c*) (AB ÆQUICOLIS:) *Vid. ſupra c.* 3 §. 8.

„*d*) ETIAM PATER PATRATUS:) De jure fecialium, & in ſpecie de patre patrato late actum „eſt. Supra *l.* 2. *c.* 15. §. 3.

„*e*) (NOLENTIBUS RES CAPTAS RESTITUERE:) Adeoque hic eſt clarigatio, quam ſequitur belli indictio. *Gell. l.* 16. *c.* 4.

„*f*) (JACIEBAT HASTAM:) *c. præced.* §. 8.

„*g*) (VETERES LÆDERE RES RAPERE DICEBANT:) Rapina igitur non ſemper infert crimen.

„*h*) (RES REDDERE:) Etiam tantundem reſtituendo.

i) (Grot.) (EFFECTUS QUOSDAM ESSE PROPRIOS:) *Crantzius* Saxonicorum XI, 5.

„*k*) (QUI BELLUM SUA NATURA NON SEQUUNTUR:) Imo id non docemur ex loco allegato, „ſed contrarium potius inde infertur; Nimirum clarigationem præcedere & bellum indici debere, quo facto res hoſtis rapere crimen non eſſe. Hæc licentia

igitur

populos eorumve capita indicti effectus quosdam eſſe proprios [k] qui bellum ex ſua natura non ſequuntur: [l] quod cum iis optime convenit quæ ex Juriſconſultis Romanis modo attulimus.

§. II.

1. Sed [a] quod dixit Virgilius *licebit* videamus quo pertineat. Interdum enim licere dicitur id [b] quod rectum ex omni parte piumque eſt, [c] etiamſi forte aliud quid fieri poſſit laudabilius, quale eſt illud Pauli Apoſtoli: πάντα μοὶ ἔξεςιν, ἀλλ' ὐ πάντα συμφέρει; *Omnia* ([d] illius ſcilicet generis cujus ſunt de quibus agere cœperat & acturus erat) *licent mihi*, [e] *ſed non omnia expediunt*. Sic [f] licet matrimonium contrahere, ſed laudabilior eſt ex pio propoſito cælebs caſtitas, ut ad Pollentium ex eodem Apoſtolo diſſerit Auguſtinus. Repetere quoque nuptias licet, [g] ſed laudabilius eſt uno contentum eſſe matri-

1 Cor. 6, 12.

De Adulterinis conjug. 1 c. 15, & ſeq.

„igitur ex ipſo naturæ jure ſequitur, neque enim „jus aliquod gentium voluntarium Romanis cogitatum fuit.

„*l*) (QUOD CUM IIS OPTIME CONVENIT QUÆ „EX JCTIS ROMANIS MODO ATTULIMUS:) Scilicet „*capite præcedenti* §. 1, *lit. f.* At notavimus ibidem Jctos loqui de jure naturæ ſeu jure gentium primævo: „Recte enim & ex ipſa naturæ ratione Pomponius „& Ulpianus ſtatuunt, bellum tantum eſſe inter „ſummas poteſtates: Recte Paulus & Ulpianus ex „eodem naturæ jure ſtatuerunt ſervum non fieri „niſi bello captum, eumque ſolum poſtliminio „uti, non vero eum qui bello civili vel a prædone „captus eſt: cujus rei rationem infra explicabimus.

„*a*) (QUOD DIXIT VIRGILIUS LICEBIT:) Scilicet certare odiis & res rapere.

„*b*) (QUOD RECTUM EX OMNI PARTE PIUM„QUE EST, ETIAMSI ALIQUID FORTE FIERI POS„SIT LAUDABILIUS:) Quædam enim etiam natu„ræ ſociali, & juri naturæ laxiori ſenſu ſumto „convenire ait, etſi forte aliud quid fieri poſſit „laudabilius, quam hypotheſin expoſuimus in *diſſ* „*proœm. 11. §. 8. §. 9.* Conf. infra *c. 10. §. 1.*

„*c*) (ETSI FORTE ALIUD QUID FIERI POSSIT „LAUDABILIUS:) Nam hoc non ad rationes juris „pertinet ſed ad diſciplinam Ethicam.

„*d*) (ILLIUS SCILICET GENERIS:) Quæ per ſe „non ſunt prohibita. *Add.* 1. *Chor.* 10. *v.* 23. & „*Eccl.* 37. 31.

„*e*) (SED NON OMNIA EXPEDIUNT:) Quia lau„dabilius pro temporis ratione omittuntur

f) (Grot.) (LICET MATRIMONIUM CONTRAHERE, SED LAUDABILIOR EST EX PIO PROPOSITO COELEBS CASTITAS:) *Tertullianus* adverſus Marcionem 1. *vacat abſtinentia teſtimonium, ſi licentia eripitur.* (Cap. 29.) Vide de hac re, & de fuga in perſecutione eundem lib. 1. ad uxorem. *Hieronymus* adverſus Helvidium, (Tom. II. pag. 14. in fin. *Edit. Baſil.*) *virgo majoris eſt meriti dum id contemnit, quod ſi feceris non delinquis.* Adverſus Jovinianum, (Lib. 1. pag. 25. B.) *ideo plus amat virgines Chriſtus, quia ſponte tribuunt quod ſibi non fuerat imperatum.* Ad Pammachium: *ſemper grandia in audentium ponuntur arbitrio. Non tibi imponitur neceſſitas ut voluntas premium conſequatur.* (Epiſt. pag. 164. Tom. I.) Chryſoſtomus ad 1 Cor. VII. (verſ. 9. pag. 159. Tom. II. *Ed. Savil.*) βελτίονα δείκνυσι τὴν ἐγκράτειαν, *meliorem oſtendit continentiam.* Ad Rom. VII, 6. κἂν μὴ πειθώμεθα καὶ γέενναν ἠπείλησε, δεικνὺς ὅτι ὐ τῆς φιλοτιμίας τῶν ἀγωνιζομένων τὰ ζητούμενα, ὥσπερ ἡ παρθενία καὶ ἀκτημοσύνη, ἀλλὰ πάντως αὐτὰ ἀνυσθῆναι δεῖ. *niſi præceptis obediamus gehennam minatus eſt, oſtenditque hæc quæ poſtulat non eſſe ex iis quæ certantes ſuopte ſtudio præſtant, qualia ſunt virginitas & poſſeſſionum abdicatio, ſed omnino ea debent impleri.* (Pag. 91. eundem Tom.) Secunda oratione de jejunio: ἀφῆκεν ἔξω τῶν ςαδίων, ἀφῆκεν ἀνωτέρω τῶν ἀγώνων τὴν παρθενίαν ἵνα καὶ οἱ κατορθῶντες τὴν οἰκείαν μεγαλοψυχίαν ἐπιδείξωνται, καὶ οἱ μὴ κατορθῶντες τῆς συγγνώμης ἀπολαύωσι τῦ δεσπότυ. *reliquit extra ſtadia, reliquit ſupra certandi legem continentiam virginalem, ut & qui id præſtant animi ſui oſtendant magnitudinem. & qui non præſtant indulgentia Domini fruantur.* (Tom. VI. p. 833) Quod mox aptat & ad ἀκτημοσύνην, poſſeſſionum abdicationem. Adjice quæ habet *Gratianus* ex *Auguſtino* & aliis in cauſa XIV. quæſtione 1.

ADDITIO.

„Adeoque laudabile eſt matrimonium contra„here, utpote quod voluntati creatoris, & motui „naturali omnibus animantibus indito quam „maxime convenit; ſed ſi religionis propagandæ „cauſa id omittitur, hic finis laudabilior eſt, & „ipſi matrimonio præfertur.

„*g*) (SED LAUDABILIUS EST UNO CONTEN-

trimonio; ut recte hanc quæſtionem explicat [b] Clemens Alexandrinus. Chriſtianus conjux [i] paganam conjugem licite relinquere poteſt, ut ſenſit Auguſtinus, (quod [k] quibus circumſtantiis verum ſit, diſcutere non eſt hujus loci) [l] ſed & poteſt retinere: itaque addit ille: *Utrumque quidem pariter [m] licitum eſt per juſtitiam quæ coram Domino eſt: & ideo nihil horum prohibet Dominus, [n] ſed non utrumque expedit.* Ulpianus de venditore cui poſt diem præſtitum [o] vinum licet effundere; *Si tamen cum poſſet effundere non effundit [p] laudandus eſt potius.*

Ad Pollentium l. 1, c. 19.

L. 1. §. licet. 3 D de peric & com. rei vend.

2. [q] Alias vero licere aliquid dicitur, non quod ſalva pietate & officiorum regulis fieri poteſt, ſed quod apud homines pœnæ non ſubjacet. Sic apud populos multos [r] ſcortari licet: apud Lacedæmonios

„TDM MATRIMONID:) Imo nihil hic video quod „vituperium mereatur: Secundæ nuptiæ æque laudabiles ſnot ac priores, & voluntati divinæ, mo„tuique nobis indito æque conveniunt: Odium „illud ſecundarum nuptiarum, de quo *Socrat.* „*Hiſt. Eccl. l. 5. c. 21. Nov. 22. c. 20. §. 1. ſeq.* „*Can. apoſtol. 7. &c.* & quod in prima Eccleſia vi„guit, ex mala interpretatione ſacræ ſcripturæ or„tum eſt; Quod vero jure Romano pœnæ in ſe„cundas nuptias ſtatutæ ſunt, id in favorem libe„rorum prioris matrimonii, & ex ratione mere „civili factum eſt, quia pater ad ſecunda vota pro„perans, perſonam vitrici ioduere præſumitur. „*Nov. 2. c. 1. ſeq.*

b) (Grot.) (CLEMENS ALEXANDRINUS:) Strdmatôn IV. ubi inter alia de ſecundas nuptias faciente ait: ὅτ© ἐχ ἁμαρτάνει μὲν κατὰ διαθήκην. ἐ γὰρ κεκώλυται πρὸς τȣ̃ νόμȣ. ἐ πληροῖ δὲ τῆς κατὰ τὸ ἐυαγγέλιον πολιτείας τὴν κατ' ἐπίτασιν τελειότητα. *non peccat is quidem in ſædus: neque enim ulla lex eſt quæ prohibeat, ſed non implet excellentiſſimam evangelicæ vitæ perfectionem.* (Lib. III. Cap. 12. pag 548. *Ed. Oxon.*)

i) (Grot.) (PAGANAM CONJUGEM LICITE RELINQOERE POTEST, UT SENSIT AUGUSTINUS:) Librd I. de adulterinis conjugiis ad Pollentinum cap. 14. & 18. ex quibus locis multa tranſcripſit *Gratianus* in cauſam 28, quæſt. 1.

ADDITIO.

„Quia divortia jure naturæ ſunt permiſſa, modo „juſta cauſa adſit: Qualis quoque eſt ſi ex muta„tione religionis odium inter conjuges exiſtat, vel „alias verus Dei cultus inde impediretur.

„*k*) (QUIBUS CIRCUMSTANTIIS VERUM SIT:) „Sola religio id non efficit, niſi alia legitima cau„ſa accedat.

„*l*) (SED & POTEST RETINERE:) Etſi legiti„mam divortii cauſam forte habeat.

„*m*) (LICITUM EST PER JUSTITIAM QUÆ CO„RAM DOMIND EST:) i. e. jure naturæ.

„*n*) (SED NDN UTRUMQUE EXPEDIT:) Ali„quando enim laudabilius eſt retinere paganam „uxorem.

„*o*) (VINUM LICET EFFUNDERE:) Quia vaſis „ſuis ipſe utitur, nec alia vaſa comparare tenetur. „*L. 1. ff. peric & com.*

„*p*) (LAUDANDUS EST POTIUS:) Si alia vaſa „vel conducat vel emat.

q) (Grot.) (ALIAS VERO LICERE ALIQDID DICITUR NON QUOD SALVA PIETATE ET OFFICIORUM REGULIS FIERI POTEST, SED QUOD APUD HDMINES POENÆ NON SUBJACET:) *Tertullianus* in exhortatiooe ad caſtitatem: *licentia plerumque tentatio eſt diſciplinæ.* (Cap. 8) Ibidem: *omnia licent, ſed non omnia pro ſalute.* Chryſoſtomus de pœnitentia VII. ὁ ἀκρίδας ἐκ βοτανῶν ἐσθίων καὶ μέλι ἄγριον, τῷ τὴν λαμπρὰν παρατιθεμένῳ καὶ βασιλικὴν τράπεζαν ἐξ αὐθεντίας προςάτ]ει, ἐκ ἔξεςί σοι. καὶ τοι ἐδόκει βασιλεῖ πάντα ἐξεῖναι· *hic qui herbarum cacuminibus veſcebatur & fero melle, illi ſplendidam & regiam menſam ſibi apponere ſolito, cum auctoritate edicit, non licet tibi. Atqui videntur regi omnia licere.* (Tom. VI. pag. 909.) *Columella* præfatione libri VII. *Nec ſane eſt vindicendum nobis quicquid licet: nam ſummum jus antiqui putabant ſummam crucem.* Hieronymus ad Jovinianum. *eſt vere jus ſummum ſumma malitia.* [Locus *Columellæ* eſt *Lib. 1. Cap. 7. Hieronymi* autem non *ad Jovinianum*, ſed *ad Innocentium*, Tom. I. pag. 235. *J. B.*]

ADDITIO.

„In juribus civilibus hæc diſtinctio uſum habet, „ſæpius enim magiſtratus ob utilitatem publicam „diſſimulat quædam quæ jure improbantur, nec „pœnam jure debitam in facta ſtatuit; at inter gen„tes talem licentiam contra juris naturalis ratio„nes introductam eſſe, nulla ratione probari „poteſt:

„*r*) (SCORTARI LICET:) Ubi ſcl. lupanaria permiſ„ſa ſunt: ut in Belgio, &c. at diximus ea licita

non

monios & Ægyptios [s] etiam furari licebat. Apud Quintilianum eſt: *Sunt quædam non laudabilia natura, ſed jure conceſſa, ut in XII. tabulis,* [t] *debitoris corpus inter creditores dividi licuit.* Eſt autem hæc vocis *licere* ſignificatio [u] minus propria, ut recte notat Cicero Tuſculanarum quinta, de Cinna loquens: *Mihi contra non ſolum eo videtur miſer quod ea fecit, ſed etiam* [v] *quod ita ſe geſſit ut ea facere ei liceret: etſi peccare nemini licet, ſed ſermonis errore labimur: id enim licere dicimus, quod cuique conceditur:* [w] recepta tamen; ut cum idem Cicero pro Rabirio Poſthumo judices ſic alloquitur, *Quid deceat vos* [x] *non quantum liceat vobis ſpectare debetis: ſi enim quod liceat quæritis, poteſtis tollere e civitate quem vultis* [y] Sic regibus dicuntur omnia licere quia ſunt ἀνυπεύθυνοι, *exemti a pœnis humanis*, ut alibi diximus. At Regem, ſive Imperatorem, informans [z] Claudianus recte ait,

Lib. 3. c. 6. — *Cap. 19.* — *Cap. 5.* — *De IV. Conſ Honor. v. 267.*

Nec tibi quid liceat, ſed quid feciſſe decebit
Occurrat.

Et Muſonius caſtigat reges: μὴ τὸ καθήκει μοι λέγειν μεμελημότας, ἀλλὰ τὸ ἔξεςί μοι, *qui in more habent dicere,* [aa] *hoc mihi licet, non hoc me decet.* *Apud Stob. ſerm. 46. p. 326.*

3. Eoque ſenſu ſæpe opponi videmus quod licet & quod oportet, [bb] ut a Seneca patre in controverſiis non ſemel. [cc] Ammianus Marcellinus: *Sunt aliqua quæ fieri non oportet, etiamſi licet.* Plinius in epiſtolis: *Oportet quæ ſunt inhoneſta, non quaſi illicita, ſed quaſi pudenda vitare.* Cicero ipſe oratione pro Balbo: *Eſt enim aliquid quod non oporteat etiamſi licet.* Idem [dd] pro Milone fas eſſe ad naturam, licere ad leges refert. Et in declamatione Patris Quintiliani eſt, [ee] aliud eſſe jura ſpectare, aliud juſtitiam.

Lib. 30. cap. 8. — *Lib. 5.*

§. II.

„non eſſe, ſed jure civili impunita. Quin nec de„ſunt pœnæ, liberi enim non ſuccedunt, non „ſunt integræ famæ &c.

„s) (ETIAM FURARI LICEBAT:) Imo verum „furtum non fuiſſe, nec furem rem ſibi acquiſiviſſe „probavimus *ſupra l. 1. c. 1. §. 10. n. 4. not.*

„t) (DEBITORIS CORPUS INTER CREDITORES DI„VIDI LICUIT:) *Gell. l. 20. c. 1.* Hoc jure, in pœ„nam decoctorum, & ut alii deterreantur, fieri „potuit: adeoque nihil hic quod pietati & officio„rum regulis repugnet, occurrit.

„u) (MINUS PROPRIA:) Verum enim jus non „dat, ſed ſaltem impunitatem.

„v) (QUOD ITA SE GESSIT UT EA FACERE „LICERET:) Quod evexit ſe ſupra leges, Roma „armata tyrannide occupata. *Flor. 3. 21. Gron. b.*

„w) (RECEPTA TAMEN:) In ſenſu juris nun„quam recepta eſt, ſed intuitu facti id verum eſt.

„x) (NON QUANTUM LICEAT VOBIS:) De „facto, & ad effectum impunitatis.

„y) (SIC REGIBUS DICUNTUR OMNIA LICERE:) „Quia impune id agunt.

„z) (CLAUDIANUS:) 4. *Conf. Idem in Honorii* „*Cons. v. N. 5. 266.*

„aa) (HOC MIHI LICET:) Scilicet, ut diximus, „ad effectus impunitatis,

bb) (Grot.) (UT A SENECA PATRE:) Inter alia controverſiarum libro IV, 25.

„cc) (AMMIANUS:) *l. 30. c. 28.*

„dd) (PRO MILONE:) C. 16. At Cicero hic „non opponit id quod *licet* ei quod *oportet*, ſed „opponit jus naturæ juri civili, atque *fas* ad illud, „ad hoc *licere* refert.

„ee) (ALIUD ESSE JURA SPECTARE:) Itidem „hic opponuntur jura civilia juri naturæ, illa enim „plurima permittunt quæ jure naturæ omitti de„berent, quia leges civiles cum ſenſu imbecillitatis „humanæ feruntur. *L. 1. c. 4. §. 7.*

§. III.

[a] Hoc ergo modo [b] lædere hoſti hoſtem licet & in perſona & in rebus: id eſt non ei tantum qui ex juſta cauſa bellum gerit, [c] quique lædit intra eum modum quem naturaliter conceſſum initio hujus libri diximus, [d] ſed ex utraque parte, [e] & indiſtincte, [f] ita ut eam ob cauſam nec puniri poſſit in alio forte territorio deprehenſus [g] tanquam homicida aut fur; [h] nec bellum ipſi ab alio talis facti nomine inferri. [i] Hoc ſenſu apud Salluſtium legimus: *cui omnia in victoria lege belli licuerunt.*

Orat. 2. ad Cæſ. de Rep. ordin. c. 48. Ed. Waſſ.

§. IV.

„a) (HOC ERGO MODO:) Nimirum voce *licere* ſumta non pro coquod ſalva pietate, & juxta officiorum regulas fieri poteſt, ſed quod effectum ſaltem externum dominii producit, vel apud homines pœnæ non ſubjacet. *Vid.* §. *præced. n. 2. pr.* de qua differentia vide *Diſſ. proœm. IV.* §. *18. ſeq.*

„b) (LÆDERE HOSTI HOSTEM LICET & IN PERSONAS & IN RES:) Sed in bello jure gentium ſolenni. *Vid. c. præced.* §. *4. ſeq.*

„c) (QUIQUE LÆDIT INTRA EUM MODUM: &c.) Ex hypotheſi enim Authoris intra hos fines etiam naturæ jure hoſtem lædere licet: Quam hypotheſin latius explicavimus *in diſſ. proœm. IX.* §. *54. ſeq.*

„d) (SED EX UTRAQUE PARTE:) Adeoque etiam a parte ejus qui bellum ex cauſa injuſta gerit. Hinc jam conſtat, quæ cauſa ſit inventi Grotiani inter bellum jure gentium ſolenne & minus ſolenne.

„Recte enim judicavit Grotius, de juſtitia cauſæ inter duas ſummas poteſtates, quarum utraque jure ſe agere aſſerit, quæri non poſſe, neque tamen bella utrinque juſta dari.

„Hine ſupponit, gentes conſtituiſſe in quibusdam bellis (*Vid. cap. præc.* §. *4. ſeq.*) ut utrinque cauſa pro juſta babeatur, ad eum effectum, ut is quoque qui injuſtam cauſam tuetur lædere perſonas, & capere res hoſtis poſſit. &c. At alibi probavimus tale ſtatutum gentium nec probari, nec per naturam probari poſſe.

„Sed & admitti non poteſt utrinque cauſam a gentibus vere pro juſta haberi, ſed illæ judicium ſuſpendunt, quia facultas judicandi eis non competit.

„Cum ergo de juſta belli cauſa conſtare non poſſit, & uterque juſtitiam cauſæ ſibi aſſerat, neque tamen utriusque cauſa juſta eſſe poſſit, merito quæritur quis nam jure, quis injuria agat? Adeoque quis nam lædere hoſtem jure poſſit? Equidem vix eſt ut inter bellum gerentes uterque in bona fide eſſe poſſit, ea enim eſt rationis noſtræ conditio ut examinatis rite rationibus, adhibito prudentum conſilio. Gentes facile diſcernere juſtum ab injuſto poſſint: is igitur ſemper injuria agit, qui ſcit juſtam ſibi eſſe cauſam vel ſaltem de ea dubitat.

„At ponamus utrumque in bona fide eſſe: Sane neque jure naturæ, ubi unius tantum cauſa juſta eſſe poteſt, nec jure gentium voluntario, (quale non exiſtit) concedi poteſt utrumque jure agere: Igitur *quæſtio de juſtitia cauſæ* ſuſpenditur usque dum Deus, bellorum arbiter, per ſententiam, i. e. per ultimam victoriam, eum qui injuria agit declaraturus eſt. Quæ latius demonſtravimus in *Diſſ. proœm. IX.* §. *168.*

„e) (ET INDISTINCTE:) i. e. ultra modum debiti & pœnæ: *dict. diſſ.* §. *63.* & §. *68.* eum jure naturæ non plus exigi poſſe ſtatuat, quam quod alter debet vel meritus eſt. Dict. diſſ. *proœm. IX.* §. *62.*

„f) (ITA UT OB EAM CAUSAM NEC PUNIRI POSSIT IN ALIO FORTE TERRITORIO:) Effectus hujus belli juris gentium ſolennis ex hypotheſi Authoris plures ſunt, quos collegimus *in Diſſ. proœm. IX.* §. *65.* §. *67.* §. *68.* At ſæpius dictum eſt, totum hoc inventum ſuave eſſe ſomnium Authoris.

„g) (TANQUAM HOMICIDA AUT FUR &c.) Quia gentes utrinque cauſam pro juſta habent, adeoque utrique licentiam dedere ſe ſe interficiendi: Effectum enim inter alios hunc Author tribuit juri huic gentium, ut is qui contra jus illud agit, & v. g. dominium illud externum alii eripit, a qualibet gente ideo puniri & bello peti poſſit, ac infamis fiat. *Vid. infra* §. *15. n. 1.*

„h) (NEC BELLUM IPSI AB ALIO TALIS FACTI NOMINE INFERRI:) Sed potius ipſe, & omnes qui ab eo cauſam habent, in poſſeſſione talium rerum a qualibet civitate defendendi ſint *l. 3. c. 6.* §. *2.* §. 7. *n. 1. c. 7.* §. *6. n. 1. 2.* & §. *7. c. 10.* §. *1.* §. *5. n. 1.* Aliæ enim gentes nec judices ſunt, nec ipſis injuria facta eſt.

„i) (HOC SENSU:) Imo Salluſtius non loquitur de jure gentium voluntario, quod in bello ſolenni obtineat; tale enim Romanis cognitum non fuit; ſed agit de bello quod Sulla geſſit, adeoque quod civile eſt, & ſic nec ex hypotheſi Authoris ad bellum ſolenne pertinet: Loquitur autem Salluſtius de licentia quæ bellum civile ſequi ſolet, & laudat Sullam, ejusque moderationem, quod cum juxta conſuetudinem bellorum civilium omni in victos crudelitatis genere uti potuiſſet, id tamen non fecerit. *de republ. ord. orat 2.*

„a)

Digitized by Google

§. IV.

[a] Cauſa cur id gentibus placuerit hæc fuit; quod inter duos populos de jure belli [b] pronuntiare velle periculoſum fuerat aliis populis, [c] qui ea ratione bello alieno implicarentur: [d] ſicut Maſſilienſes in cauſa Cæſaris & Pompeji dicebant, neque ſui judicii neque ſuarum eſſe virium diſcernere utra pars juſtiorem haberet cauſam; deinde, [e] quod etiam in bello juſto vix ſatis cognoſci poteſt ex indiciis externis, quis juſtus ſit ſe tuendi ſua recuperandi aut pœnas exigendi modus, [f] ita ut omnino præſtiterit hæc religioni bellantium exigenda relinquere, quam ad aliena arbitria vocare. Achæi in oratione ad Senatum apud [g] Livium: *Quonam modo ea quæ jure belli acta ſunt in diſceptationem veniunt?* [h] Præter hunc effectum licentiæ, id eſt impunitatis, [i] eſt & alius, dominii ſcilicet: de quo [k] poſterius agemus.

Cæſar. de Bell. Civ. 1.1.35. — *Lib. 39. c. 36.*

§. V.

1. [a] Illa autem, quam nunc tractare cœpimus, lædendi licentia [b] primum ad perſonas porrigitur: de qua [c] multa exſtant apud probos auctores teſtimonia. Græcum eſt proverbium [d] ex tragœdia Euripidis:

> Καθαρὸς ἅπας τοι πολεμίȣς ὃς ἂν κτάνῃ
> [e] *Purus profecto eſt quisquis hoſtem occiderit.*

Itaque

„a) (CAUSA CUR ID GENTIBUS PLACUERIT „HÆC FUIT:) Mentem Authoris explicavimus in „Diſſ *proœm. IX. §. 63.* Fruſtra autem quæritur „de cauſa cur id gentibus placuerit, quia nondum „probatum eſt gentibus id placuiſſe.

„b) (PRONUNTIARE VELLE PERICULOSUM:) Imo & illicitum erat, quia gentes invicem ſunt æquales, nec alia in aliam jus ſibi arrogare; aut de juſtitia alterius cauſæ cognoſcere poteſt:

„Quod adeo verum eſt, ut qui alterius cauſam „juſtam aſſerit eo ipſo hoſtis fiat,

„c) (QUI EA RATIONE BELLO ALIENO IMPLI„CARENTUR:) Eo ipſo enim, dum unius cauſam „injuſtam judicant, cauſam ejus defendunt, alte„rumque pro homicida & fure habent.

„d) (SICUT MASSILIENSES:) Hi naturæ jus ſe„cuti abſtinuerunt a judicio: Etſi Cæſar ideo ur„bem Maſſilienſium poſtea obſidione cinxerit & „occupaverit. *Vid. Suet. in Cæſ. c. 24.*

„e) (QUOD ETIAM IN BELLO JUSTO VIX SA„TIS COGNOSCI POTEST:) Quid ſi cognoſci poſſet? „quis facultatem judicandi inter duas gentes dedit „aliis gentibus? Dixi fabulam eſſe quæ de bello „jure gentium ſoleoni, ejusque effectibus particula„ribus finguntur.

„f) (ITA UT OMNINO PRÆSTITERIT HÆC „RELIGIONI BELLANTIUM EXIGENDA RELINQUE„RE:) Quaſi jure naturæ reliqui populi poſſint „inter duos populos litigantes judicium ferre. „*Conf. l. 2. c. 15. §. 13. & c. 16. §. 13.*

„g) (LIVIUM:) *l. 39. c. 36.*

„h) (PRÆTER HUNC EFFECTUM LICENTIÆ, ID „EST IMPUNITATIS:) Mentem Grotii illuſtravi„mus in *Diſſ. proœm. IX. §. 65.*

„i) (EST & ALIUS, DOMINII SCILICET:) Ut „ſcilicet bello capta jure gentium voluntario „utrinque acquirantur capientibus, etſi juſta bel„landi cauſa non ſit; At ſaltem ad effectus dominii „exteroos. Quam hypotheſin expoſuimus. in *dict.* „*diſſ IX. §. 65.*

„k) (POSTERIUS:) *Infra c. 5. & 6.*

„a) (ILLA AUTEM QUAM NUNC TRACTARE „COEPIMUS LÆDENDI LICENTIA:) Quæ ſcilicet ex „jure gentium ſecundario oritur, & ſaltem impu„nitatem inter gentes infert.

„b) (PRIMUM AD PERSONAS EXTENDITUR:) „Author ergo jus occidendi hoſtem naturaliter „uoo liberare ait a culpa aut pœna, ſed jure genti„um demum impunitatem indultam eſſe.

„c) (MULTA EXSTANT APUD PROBOS AUTHO„RES TESTIMONIA:) At illa noo de jure Genti„um voluntario, ſed de jure oaturæ teſtantur.

d) (Grot.) (EX TRAGOEDIA EURIPIDIS:) Ione (*verſ. 1 2 3 4.*)

„e) (PURUS PROFECTO:) i. e. non pollutus ho„micidio.

Itaque more Græcorum antiquo cum his qui extra bellum occidiſſent hominem, [f] lavare, potum ſumere, multoque magis ſacra facere fas non erat, [g] cum his qui in bello, fas erat. Et paſſim occidere Lib. 21. c. 13. [h] jus belli vocatur. Marcellus apud Livium: *quicquid in hoſtibus feci, jus belli defendit.* Apud eundem Alcon ad Saguntinos: *Sed hæc patienda cenſeo potius, quam trucidari corpora veſtra, rapi, trahique ante ora veſtra conjuges ac liberos belli jure ſinatis.* Idem alibi Lib. 28. c. 23. cum narraſſet Aſtapenſes occiſos; addit, factum jure belli. Cicero Cap. 9. pro Dejotaro: *Tibi vero inimicus cur eſſet a quo cum vel interfici belli lege potuiſſet, regem ſe & filios ſuos conſtitutos eſſe meminiſſet?* Cap. 4. Et pro M. Marcello: *Nam cum ipſius victoriæ conditione* [i] *jure omnes occidiſſemus, clementiæ tuæ judicio conſervati ſumus.* Comm. de Bell. Gall. 7, 41. Cæſar Hæduis ſignificat *ſuo beneficio conſervatos, quos jure belli interficere potuiſſet.* Lib. 3. cap. 8. §. 5. diviſ. Hudſon. Joſephus in bello Judaico: καλὸν ἐν πολέμῳ θνήσκειν, ἀλλὰ πολέμου νόμῳ, τοῦτ᾽ ἔστιν ὑπὸ τῶν κρατούντων: *Pulchrum in bello occumbere, ſed belli jure, id eſt vitam adimente victore.* Papinius: (*Thebaid.* XII, 552.)

> *Nec querimur cæſos:* [k] *hæc bellica jura, viceſque*
> *Armorum.*

2. Jure autem belli cum dicunt hi ſcriptores, [l] non tale intelligi quod actum culpa omni liberet, [m] ſed qualem dixi impunitatem, [n] ex Ann. 1. c. 48. aliis locis apparet. Tacitus dixit, *in pace cauſas & merita ſpectari,* Hiſt. 3. c. 51. [o] *ubi bellum ingruat innocentes ac noxios juxta cadere.* [p] Idem alibi: *Nec illis aut honorare eam cædem jus hominum: aut ulciſci ratio belli permittebat.* [q] Neque aliter ſumendum jus belli, quod abſtinuiſſe Lib. 1. c. 1. Achivos Ænea & Antenore memorat Livius, eo quod pacis auctores ſemper fuiſſent. [r] Seneca in tragœdia Troadibus: (*verſ.* 335.)

Quod

„f) (LAVARE, POTUM SUMERE:) Usque dum „expiatum eſſet crimen. *l. 2. c. 24, §. 10. n. 3.*

„g) (CUM HIS QUI IN BELLO, FAS ERAT:) „Fas autem eſt ipſum jus naturæ Vid. *L. 2. c. 18. §. 6.* „& ſupra §. *2. n. 3.*

„h) (JUS BELLI VOCATUR:) Haſdrubalis uxor ad „Scipionem apud Appianum.

„i) (JURE OMNES OCCIDISSEMUS:) i. e. victoriæ „jure periiſſemus.

k) (Grot.) (HÆC BELLICA JURA:) *Servius* in exceptis Fuldenſibus ad II. Æneidos: (verſ. 538.) *jure bellico Politen Pyrrhus occiderat: ſed cur ante oculos patris? Spartianus* Severo: *præter eos quos jus prælii abſumſit.* (Cap. 14.)

„l) (NON TALE INTELLIGI QUOD ACTUM „OMNI CULPA LIBERET:) Quo quod actum eſt „probum & pium ſit, nec reum peccati apud De-„um faciat. *Vid. Gron h.* adeoque quod juſtum eſt „non juxta juſtitiam internam, ſed externam ſal-„tem. *Vid. diſſ. proœm. IX. §. 65.*

„m) (SED QUALEM DIXI IMPUNITATEM:) Ut „ob propter occiſum hoſtem, aut res ejus raptas, apud „alias gentes deprehenſus nec pro fure nec pro ho-„micida haberi poſſit. Vid. ſupr. § *3. & dict. diſſ* §. 65.

„n) (EX ALIIS LOCIS APPARET:) At omnia „illa loca loquuntur de eo quod fit, non quod ju-„re fieri debet.

„o) (UBI BELLUM INGRUAT INNOCENTES AC „NOXIOS JUXTA CADERE:) Non ait jure gentium id licitum eſſe, ſed actu id contingere.

„p) (IDEM ALIBI.) *Hiſt. l. 3. c. 51.*

„q) (NEC ALITER SUMENDUM JUS BELLI:) „Imo Livius non intelligit licentiam quæ dat im-„punitatem, ſed verum jus, quia naturæ jure ſævire „in eos licet qui armis nobis reſiſtunt: Cum enim „vi capta eſſet civitas, Æneas atque ac Antenor jure „occidi potuiſſent, at mera erat benignitas Achi-„vorum qui illis pepercere, *Liv. l. 1. pr.* quia diſ-„ſuaderunt bellum. Quatenus culpa ad ſingulos, „qui per majora ſuffragia victi ſunt, (ut in hoc

exemplo

Quodcunque libuit facere: victori licet.

Et in [s] epiſtolis: [t] *Quæ clam commiſſa capite luerent,* [u] *quia paludati fecerunt laudamus:* [v] & Cyprianus, *Homicidium cum admittunt ſinguli, crimen eſt. Virtus vocatur cum publice geritur. Impunitatem ſceleribus acquirit non innocentiæ ratio, ſed ſævitiæ magnitudo.* Deinde: *Conſenſere jura peccatis, & cœpit eſſe licitum quod publicum eſt.* Sic Lactantius Romanos ait [w] legitime injurias intuliſſe. [x] Nec alio ſenſu [y] Lucanus: *Jusque datum ſceleri.*

Epiſt. 95. Epiſt. 2. ſeu Lib. ad Donat. p. 5. 7. Ed. Fell. Brem. Inſt. Div. 6, 9. Pharſ. 1. 2.

§. VI.

[a] Late autem patet hoc jus licentiæ, nam primum non eos tantum comprehendit [b] qui actu ipſo arma gerunt, [c] aut qui bellum mo-

„exemplo Æneæ,) tranſeat, explicavimus *l. 2. c.* „*21.* §. 7.

„*r*) (SENECA:) *In Troadibus N. 335.*

„*s*) (EPISTOLAS:) *ep. 95.* adde *de ira c. 8.* & „*de vita beata c. 12.*

t) (Grot.) (QUÆ CLAM COMMISSA CAPITE LUERENT, TUM QUIA PALUDATI FECERUNT, LAUDAMUS:) Confer quæ ſupra libro II. cap. I. §. I.

„*u*) (QUIA PALUDATI FECERUNT:) Imperato„res Scl. belli: Nam apud Romanos ejus cui ſum„ma belli commiſſa eſſet veſtitus militaris erat „paludamentum, ſive palliolum Coccineum: quod „religioſe atque inter vota in capitolio ſumebant, „& inde ſtatim ad portam profecti exiiſſe palu„dati dicebantur. *Liv. 2. §. 1. Gron. h.*

„*v*) (ET CYPRIANUS:) De patrum circa bel„lum judicio legi merentur ea quæ Author ſupra „*l.* 1. *c.* 2. §. 10. monuit. Sane Cyprianus ipſe „non improbat militiam *d.* §. 10. *n.* 3. ſed ejus „abuſum, ſævitiam &c.

„*w*) (LEGITIME:) i. e. ex ſenſu Authoris im„pune.

„*x*) (NEC ALIO SENSU:) Scilicet quoad ef„fectum impunitatis ſaltem.

„*y*) (LUCANUS:) *Pharſal.* 1. *in pr.*

(AD §. VI.) In bello, & quid in eo liceat de tribus quæri poteſt: (1) de militibus qui actu militant, (2) de ſubditis non militantibus actu, (3) de advenis.

Milites occidi poſſunt quia actu reſiſtunt reparationi juris noſtri. *Subditi* occidi non poſſunt, quia actu non reſiſtunt; nec ob futurum metum, quod in extrema neceſſitate reſiſtere tenentur, licentia hæc competere poteſt, ſed capi, &, ſi tum reſiſtunt, qua hoſtes occidi poſſunt: In *advenis* diſtinguendum, an intra hoſticos fines degant, an vero ſaltem tranſeant: *Priori* caſu hoſtium loco haberi, & ut reliqui hoſtium ſubditi capi, ac ſi reſiſtunt occidi poſſunt: Neque enim opus eſt ut actu eorum ope utatur hoſtis, ſed ſufficit ſi vel extrema neceſſitate ea uti poſſit ad reſiſtendum, quia non poteſt ſperari reparatio quoad hoſti vis ad reſiſtendum ſupereſt: Illa ergo vis omnis, ubicunque eſt, infringi poteſt, quia reparatio non poteſt fieri niſi tota fracta ſit: Milite enim ſolo occiſo nondum repetere jus meum poſſum, quia alii ſuperſunt ex quibus miles legi denuo poteſt, quo & advenæ degentes in territorio hoſtili pertinent. *Poſteriori* caſu tranſeuntes lædi non poſſunt, illi enim ſuo jure naturæ utuntur, quod eis gentes bellum invicem gerentes auferre nequeunt: Neque eis augentur vires hoſtium, quia nec ſequuntur cauſam ac judicium eorum, neque ut ſequantur cogi poſſunt. Idque verum eſt licet aliquandiu in hoſtico ſolo commorentur, nam id eſt pars tranſitus.

ADDITIO.

„Ego alibi probavi, occidi quoque poſſe *ſubditos* „actu non militantes: tum quia accedunt cauſæ ſui „Principis, ejusque judicium probant, tum quia „opibus ſuis reparationi juris noſtri reſiſtunt, ad„eoque cauſa ſunt cædium, rapinarum &c. quæ ex ju„dicio noſtræ civitatis injuria committuntur: In „hos ergo ſubditos captos tanquam reos criminum „animadvertere licet: Quoad *advenas* verum eſſe „puto, in eos quoque jus belli obtinere ſi ad „onera publica contribuunt, quo pertinent mer„catores extranei, qui tabernam in civitate hoſtili „habent, ibique per inſtitorem commercia pera„gunt; hi enim onera (Handlungs-Acciſe &c.) „ſolvunt, eoque vires hoſtium augent: Cæterum „facultas emigrandi offerri ſolet ſubditis mediorum „in civitate obſeſſa degentibus, quod nuper in ob„ſidione Dantiſcana factum legimus.

„*a*) (LATE AUTEM PATET HOC JUS LICEN„TIÆ:) Quod ſcilicet impunitatem dat, non jus.

„*b*) (QUI ACTU IPSO ARMA GERUNT:) Adeo„que qui reparationi juris noſtri vi reſiſtunt, & „quos proinde violare licet jure neceſſariæ defen„ſionis.

„*c*) (AUT QUI BELLUM MOVENTIS SUBDITI „SUNT:) Adeoque qui tenentur ſequi cauſam Prin„cipis, eamque bonis & operis ſuis defendere: „atqui hi non ſemper reſiſtunt quia plerumque

moventis ſubditi ſunt, [d] ſed omnes etiam qui intra fines ſunt hoſtiles: quod apertum fit ex ipſa formula apud Livium, *Hoſtis ſit ille,* [e] *quique intra præſidia ejus ſunt*; nimirum [f] quia ab illis quoque damnum metui poteſt, [g] quod in bello continuo & univerſali ſufficit

Lib. 38. c. 48. & alibi paſſim.

„conductio milite utuntur Principes: Reſp. re„ſiſtunt omnino pecunias largiendo Principi, ad„eoque hactenus quoque tanquam hoſtes occidi „poſſunt.

„d) (SED OMNES ETIAM QUI INTRA FINES „SUNT HOSTILES:) Hoc verum non eſt ſi medii „ſaltem transeunt, nec vi reſiſtunt. *Vid. ſupra* „*L. 2. c. 2. §. 7.*

„e) (QUIQUE INTRA PRÆSIDIA EJUS SUNT:) „Adeoque actu reſiſtunt.

„f) (QUIA AB ILLIS QUOQUE DAMNUM ME„TUI POTEST:) Imo metus ille ab advenis & ſal„tem tranſeuntibus non eſt, niſi actu reſiſtant.

B. Pareus opinionem ipſam Grotii defendit, at „rationem ejus refellit, *in Diſp. de jure belli in* „*amicos §. 22. usque ad §. 30.* verba ejus hæc ſunt.

„Sunt porro & alia bella in amicos, ſive eos, „qui ipſi hoſtes non ſunt, & in eorum tum per„ſonas, tum res. In perſonas eorum bellum eſt, „ſi intra hoſtium fines deprehendantur; adeo, „ut formula quoque expreſſum fuerit: *Hoſtem* „*fore illum, quique intra præſidia ejus ſunt.* „*Grot. d, Tract. l. 3. cap. 4. §. 6.* &, licet expreſſum „non eſſet, tamen tacite contineri ſtatuit Co. „Manlius apud *Liv. l. 38. cap. 48.* Cujus rei non „illa ratio eſt, quod nocere poſſint, vel quod in„telligantur hoſtium partibus ſe immiſcuiſſe, „easque probaſſe, ſed quod, cum ſub imperio „& poteſtate hoſtium ſint, teneantur & cogi „poſſint cauſam tueri, & nobis nocere, at„que adeo vires hoſtium augeant. In eos igitur, „qui, etſi animis hoſtes non ſunt, tamen præſen„tis officii neceſſitate in nos armantur, vel armari „poſſunt, viciſſim nobis jus belli integrum erit.

„Unde ſane dicendum videtur, nihil intereſſe, „bello jam commiſſo cognitoque, an ante bellum „ad hoſtem pervenerint, contra ac ſentit Grot. „dict. cap. 4. §. 7. ejusque interpretes, ut ante bel„lum ad hoſtem profectis tribuant modicum „tempus, intra quod diſcedere poſſint, quod ſi „negligant, præſumantur jam, qui hoſtili con„ſuetudine utuntur, hoſtili in nos animo eſſe.

„Verum & illi qui exorto bello hoſtes ade„unt, alias & neceſſarias cauſas ad hoſtem profi„ciſcendi, & qui ante bellum eo profecti ſunt „apud hoſtes manendi habere poſſunt, adeoque „vel utrisque ſpatium indulgendum eſt, vel neu„tris. Neque vero ex incertis præſumptionibus „certum jus naturæ, imprimis quo poteſtas in vi„tam hominis ſtatuitur, inferri debet, neque ex „ſola poteſtate nocendi hoſtis æſtimari. Denique „nititur hæc res poteſtate & neceſſitate juris noſtri „tuendi, quæ natura nobis competit, quocunque „animo ſint qui inter hoſtes degunt.

„In utrisque igitur par jus & ita quidem ſtatu„endum eſt, ut diſtinguatur inter eos, qui ſaltem „tranſeunt per terras hoſtiles, & eos, qui ibi „commorantur. In hos jus belli exerceri poteſt „per rationes §. 22. In illos non poteſt. Nec enim „pacati qui per hoſtium terras tranſeunt, detine„ri ibi poſſunt, cum jure gentium liber tranſitus „omnibus pacatis debeatur, atque adeo rationes d. §. „22. quod præſentis officii rationibus ad juvandum „civitatem ubi commorantur, oppugnandosque „hoſtes adigi poſſint, tum omnino ceſſent; & „contra, qui liberum tranſitum eorum impediunt, „& ad munera belli adigunt, contra jus gentium „committant.

„Quod ipſum procedit quoque, etſi tranſeun„tes vel valetudinis vel rerum ſuarum cauſa ad „tempus ibi ſubſiſtere cogantur; cum hoc ipſum „quoque ad jus tranſitus pertineat, & cui tranſitus „debetur, ea quoque quæ ad tranſitum neceſſa„ria ſunt, vel ſine quibus commode tranſiri ne„quit, competant: modo animum tamen tranſe„undi tantum, non commorandi habeant, ac re„tineant.

„Atque idem hoc obtinebit quoque eadem di„ſtinctione in pacatorum navibus, plauſtris, equis, „&c. uti, ſi prænavigandi aut tranſeundi cau„ſa eo pervenerint, nullum in eas res jus belli ſit, „ſecus vero ſi apud hoſtes commorentur. Si ve„ro ad uſum belli ea parata ſunt, Krieges-Schif„fe, Heer-Wagen ꝛc. ad res bellicas pertinent, „quo & equi, imprimis curſorii referendi, qui pro„inde pro mercibus contrabando magis habendi.

„Etſi igitur advenæ ſint, qui domicilium per„petuum eo loco non habent, ſed vel contagionis, „vel alterius periculi evitandi, vel rerum ſuarum „negotiorumque cauſa commorantur, uti pro „temporum neceſſitatibus ad munia belli, reſiſten„dumque hoſti cum cæteris adigi poſſunt, ita & „mutua in eos armorum licentia erit.

„Et licet æquum videatur, ut iis qui ante bel„lo jam apud hoſtes morati ſunt ſpatium ali„quod indulgeatur quo diſcedere poſſint, non „magis tamen illi, quam cives hoſtium ipſi, qui „non minus poteſtatem diſcedendi jure gentium „habent (l. 12 §. 9. ff. de capt & poſtlim.) id exi„gere poſſunt, cum utrique ſint ſub hoſtium impe„rio, & intuitu præſentis periculi jus civitati na„tum ſit ejus propulſandi cauſa eos detinere, quod „jus in tranſeuntes, qui ſaltem tranſeunt, & ideo „jure Gentium libero utuntur, non competit.

„g) (QUOD IN BELLO CONTINUO & UNIVER„SALI SUFFICIT UT LOCUM HABEAT JUS DE „QUO AGIMUS:) Scilicet jus impune lædendi eum „qui intra fines hoſtiles eſt: At verum id non eſſe „diximus in iis qui tranſeunt ſaltem, nec reſiſtunt „ſive arma gerendo, ſive pecunias contribuendo.

„h)

Digitized by Google

ficit ut locum habeat jus de quo agimus: [h] aliter quam in pignorationibus, [i] quæ, ut diximus, ad exemplum onerum impoſitorum, ad luenda civitatis debita, introducta ſunt: quare mirum non eſt, ſi, quod Baldus notat, [k] multo plus licentiæ ſit in bello quam in pignorandi jure. Et hoc quidem quod dixi [l] in peregrinis, qui commiſſo cognitoque bello intra fines hoſticos veniunt, dubitationem non habet. *Ad l. 5. D. de justitia.*

§. VII.

At qui ante bellum eo iverant, [a] videntur jure gentium pro hoſtibus haberi, [b] poſt modicum tempus intra quod diſcedere potuerant. Nam ſic Epidamnum obſeſſuri Corcyræi [c] peregrinis primum diſcendendi faciebant copiam, denuntiantes alioqui pro hoſtibus futuros. *Thuc. l. 1. c. 26.*

§. VIII.

1. Qui autem [a] vere ſubditi ſunt hoſtium, ex cauſa ſcilicet perma-

„*h*) (ALITER QOAM IN PIGNORATIONIBOS:) „Imo eadem utrobique eſt ratio: Nam ſubditi & „pignorari & violari non ex alia cauſa poſſunt „quam ea, quod ſequi judicium principis ejusque „cauſam defendere teneantur: Utraque ratio ceſ„ſat in advenis qui tranſeunt ſaltem per hoſtilem „terram.

„*i*) (QUÆ UT DIXIMUS AD EXEMPLUM ONERUM „IMPOSITORUM AD LUENDA CIVITATIS DEBITA „INTRODUCTA SUNT:) Author ſtatuit, advenas, „qui transeundi aut moræ exiguæ cauſa in hoſtili „territorio commorantur, *pignorari* non poſſe, „quia ad tuenda civitatis debita non tenentur: *Vid.* „*l. 3. c. 2. §. 7. Occidi* poſſe, quia damnum ab „eis metui poteſt: At utrobique eadem eſt ratio, „adeoque verius eſt advenas illos nec pignorari „nec occidi poſſe; quia, cum ſubditi perpetui non „ſint, civitatis illius factum nec approbant, nec de„fendunt, nec defendere tenentur.

„*k*) (MULTO PLUS LICENTIÆ SIT IN BELLO „QUAM IN PIGNORANDI JURE:) Hoc non eo „intuitu aſſerit Baldus, quaſi advenas *occidere*, non „*pignorare* liceat: Neutrum enim fieri jure poteſt. „Sed hactenus plus eſt licentiæ in bello quam in pig„norandi jure, quod in pignorationibus capere ſal„tem perſonas & res in ſecuritatem debiti, in bel„lo vero occidere hoſtem, & capere res ejus jure „dominii liceat: *Vid.* ſupra *c. 2. §. 2. propoſ. 8.*

„*l*) (IN PEREGRINIS QUI COMMISSO COGNITO„QUE BELLO INTRA FINES HOSTICOS VENIUNT, „DUBITATIONEM NON HABET:) Si quis in hoſti„co ſolo deprehenſus extraneum ſe eſſe probat, „qui vel lucri, vel ægritudinis cauſa ibi commo„ratur, nec operis aut opibus hoſti aſſiſtit, is nul„la ratione occidi vel violari poterit. Sane hu„mano generi jus tranſeundi, quod a natura „competit, ob controverſiam duarum gentium „auferri nequit: At quia non conſtat an quis ad„vena ſit an non, & quilibet ſe pro transeunte ven„ditare poſſet, capi omnino donec id probet „poteſt: Unde transeuntes per hoſtile territorium „literis protectoriis ſe munire ſolent, quas *paſſe„ports* vocant, unde conſtet eos non hoſtes eſſe „ſed advenas, & quibus exhibitis tuti etiam in „hoſtico territorio eſſe ſolent.

„*a*) (VIDENTUR JURE GENTIUM PRO HOSTI„BUS HABERI:) Imo eadem horum eſt ratio: „Nam nec hi cauſam hoſtis ſequuntur aut defen„dunt, ſed jure ſuo tranſitus utuntur: quod ipſum „confirmatur exemplo Corcyræorum, quod Au„thor allegat.

b) (Grot.) (POST MODICUM TEMPUS:) *Bembus* VII. hiſtoriæ. Ea defenſione utitur *Cicero* pro Ligario. (Cap. 2.) Exemplum habes apud *Livium* libro XXV. c. 22. de civibus Campanis. Alia apud *Thucydidem* libro IV. (Cap. 105.)

ADDITIO.

„Imo arbitrium eſt tranſeuntis, quanto tempore „in hoſtico territorio commorari velit, neque „enim juri transeundi certum natura præſcriptum „eſt tempus.

„*c*) (PEREGRINIS DEMUM DISCEDENDI FACIE„BANT COPIAM:) Si cum poſſint diſcedere, & „obſidionis pericula evitare, malint ſe calamitati„bus belli exponere, tunc ex ſua voluntate fiunt „hoſtes: exemplum Campanorum vide apud *Liv.* „*l. 25. c. 22. & l. 26. c. 12.*

„*a*) (VERE SUNT SUBDITI HOSTIUM EX CAU-

manente, [b] eos offendere ubique locorum jure hoc gentium licet, ſi ipſorum perſonam reſpicimus. Nam cum alicui bellum indicitur, [c] ſimul indicitur ejus populi hominibus, [d] ut ſupra oſtendimus in *Livius lib. 21. c. 8.* formula indictionis: [e] ſic & in decreto, *Vellent juberent Philippo regi Macedonibusque qui ſub regno ejus eſſent bellum indici.* [f] Hoſtis *Incert. trag. Fragm. verſ. 363. Ed. Barneſ.* autem qui eſt, ubique ſecundum jus gentium impeti poteſt. Euripides:

Νόμος γὰρ ἐχθρὸν δρᾶν ὅπȣ λάβῃς κακῶς.

[g] *Ubicumque prenſum jura lædi hoſtem ſinunt.*

L 3. in fine D. ad leg. Corn. de Sicariis. [h] Marcianus Juriſconſultus: *Transfugas licet, ubicunque inventi fuerint,* [i] *quaſi hoſtes interficere.*

2. Interfici ergo poſſunt impune [k] in ſolo proprio, [l] in ſolo hoſtili, [m] in ſolo nullius, [n] in mari. In territorio autem pacato [o] quod eos interficere aut violare non licet, id [p] jus non ex ipſorum venit perſona, [q] ſed ex jure ejus qui ibi imperium habet. [r] Nam civiles

„SA PERMANENTE:) i. e. qui animum perpetuo „in territorio hoſtili commorandi habent. *l. 3. „c. 2. §. 7.*

„*b*) (EOS OFFENDERE UBIQUE LOCORUM JURE „HOC GENTIUM LICET:) Imo non jure hoc ſictu „gentium id licet, ſed ipſa naturæ ratione; quia opera vel opibus ſuis reſiſtunt reparationi juris noſtri, „adeoque opem ac auxilium delinquenti præſtant. At „hoc verum ſaltem eſt ſi in terra hoſtili inveni„untur, ſecus ſi in terra media, de quo mox.

„*c*) (SIMUL INDICITUR EJUS POPULI HOMINI„BUS:) *Vid. cap. præced.* §. 9.

„*d*) (UT SUPRA:) *d. §. 9. & L. 3, c. 2. §. 2. „n. 3.*

„*e*) (SIC & IN DECRETO:) *Apud Liv. l. 31. c. „6. Vid. d. §.* 2.

„*f*) (HOSTIS AUTEM QUI EST UBIQUE SECUN„DUM JUS GENTIUM IMPETI POTEST:) Si ſcili„cet in terra hoſtili vel mea reperiatur.

„*g*) (UBICUNQUE PRENSUM:) In mea vel hoſti„li terra.

„*h*) (MARCIANUS:) *L 3. ad Leg. Corn. de Sicc.*

„*i*) (QUASI HOSTES INTERFICERE:) Sive in „noſtro ſive in hoſtili territorio inveniantur.

„*k*) (IN SOLO PROPRIO:) Interfici poſſunt tan„quam criminis rei, qui ex judicio noſtræ civita„tis cives noſtros injuria occidunt, res civitatis „rapiunt, vel ſaltem injuriam ſuæ civitatis approbant „& defendunt.

„*l*) (IN SOLO HOSTILI:) Tanquam hoſtes, „quia hoſtis cauſam defendunt.

„*m*) (IN SOLO NULLIUS:) Jure neceſſariæ de„fenſionis.

„*n*) IN MARI:) Scilicet quod occupatum non „eſt: vel quod occupatum quidem eſt, ſed ubi „deficit præſentis judicis copia: *Vid. L. 1. c. 3. §. „2. n. 1.*

o) (QUOD EOS INTERFICERE AUT VIOLARE NON LICET:) Hoſtis ergo meus in pacato ſolo capi nulla ratione poteſt, non ex jure quod hoſti competit, ſed quia obſtat jus territorii: Nemo enim armatus in pacati territorium intrare, & ibi vim exercere invito domino territorii poteſt: Effectus hujus rei inſignis hic eſt, quod capiens injuriam faciat non hoſti, (is enim ubique hoſtis eſt) ſed domino territorii, cui inde omnino tenetur. Atque hæc violatio territorii eſt juſta belli cauſa.

Simile exemplum eſt in jure Romano, ubi nemini licet alterius fundum venandi cauſa ingredi; ſi quis tamen ingreditur, fera quidem capta cedit capienti, quia res nullius eſt, ſed dominus fundi agit injuriarum contra eum qui prohibente domino fundum ingreſſus eſt. *l. 13. in f. ff. de injur.*

Hinc quæſitum memini, an per pacati territorium hoſtem legitime captum ducere liceat? Negatur: quia eſt actus belli qui vi fit, omnis autem vis dependet ab arbitrio iſtius territorii: Atque hinc cum bello Genuenſes inter & Mediolanos geſto civis Genuenſis captus per Pontificis territorium duceretur ad caſtra victoris, Imolenſis Jctus a Pontifice conſultus reſpondit, victorem injuriarum teneri, &, ſi id deſideretur, ad exhibendum. *Conf. Petrin. bell. p. 2. tit. 18.*

ADDITIO.

„Ducere captivos per alienum territorium eſt „actus juriſdictionis ac imperii, adeoque absque „requiſitione imperantis id fieri nequit.

„*p*) (IN JUS NON EX EORUM VENIT PERSO„NA:) Diximus enim hoſtem ubique hoſtem eſſe.

q) (Grot.) SED EX JURE EJUS QUI IBI IMPERIUM HABET:) Confer dicenda infra cap. VI. §. 26. & *Alberium gentilem* Hiſpanicarum advocationum lib. 1. c. 6. *Wechnerum* in conſilio Franconico 92.

„*r*) (NAM CIVILES SOCIETATES CONSTITUERE „POTUERUNT IN EOS QUI IN ALIQUO SUNT TER„RITO-

civiles ſocietates conſtituere potuerunt, in eos qui in aliquo ſunt territorio nihil per vim agi niſi judicio tentato: ſicut ex *s* Euripide citavimus, *Lib. 11. c. 21 § 6.*

Si crimen iſtis aliquod hoſpitibus ſtruis,
Jus impetrabis: vi quidem hinc non abſtrahes.

t Ubi autem judicia vigent, ibi perſonarum ſpectantur merita, * & ceſſat jus iſtud promiſcuum nocendi quod inter hoſtes introductum dicimus. Narrat *u* Livius ſeptem triremes Pœnorum fuiſſe *v* in portu ejus ditionis cui Syphax imperabat, cui pax eo tempore erat cum Carthaginenſibus Romaniſque; adveniſſe eo cum duabus triremibus Scipionem, opprimique a Pœnis potuiſſe priusquam portum intrarent; ſed vento acriore illatas in portum antequam Pœni anchoras molirentur: tum vero Pœnos *w* nihil auſos in regio portu. *Lib. 28. c. 17.*

§. IX.

1. Cæterum ut ad rem redeam, quam late *a* licentia iſta ſe protendat vel hinc intelligitur, *b* quod infantium quoque & fœminarum cædes impune habetur, & iſto belli jure comprehenditur. *c* Non huc

„RITORIO NIHIL PER VIM AGI NISI TENTATO „JUDICIO:) In genere aſſertio Authoris vera non „eſt, quod enim in alieno territorio vi non agere „liceat, id non demum ex ſtatuto civitatis civili „obtinet, ſed ex ipſa naturæ ratione: Nititur autem ſententia Authoris perpetuo illo errore, quod „quilibet privatus delinquentem quemcunque, ubi„vis punire poſſit. *Vid. diſſ. proœm. VII. §. 65.*

„*s*) (EURIPIDE CITAVIMUS:) *Supra l. 2. c. 21.* „*§. 6.*

„*t*) (UBI AUTEM JUDICIA VIGENT IBI SPE„CTANTUR PERSONARUM MERITA:) Singulorum „vel privatorum & probitas & pravitas, non gen„tium vel populorum. *Gron. h.*

„*) (ET CESSAT JUS ISTUD PROMISCUUM NO„CENDI:) Quia uterque jam ſuperiorem habet in„tuitu ejus ſubditi qui in terra pacati invenitur.

u) (Grot.) (LIVIUS:) Vide ſimile factum Venetorum Græcos impedientium ne in portu juris Veneti Turcis noceant, apud *Chalcocondylam* lib. IX. de Venetis & Turcis apud Tunetem, *Bembum* lib. 4. de Piſanis & Genuatibus in Sicilia, *Bizarum* bello Piſano, de Roſtochio & Gripswaldia *Paulinum Gotthum.*

ADDITIO.

„*Vid. Liv. l. 28. c. 7.*

„*v*) (IN PORTU„ EJUS DITIONIS CUI SYPHAX „IMPERABAT:) Adeoque intra fines territorii pacati, „Syphacis nimirum Maſæſulorum regis. *Gron. h.*

„*w*) (NIHIL AUSOS IN PORTU REGIO:) & pa„cato.

„*a*) (LICENTIA ILLA:) Juris ſcilicet gentium, „quæ in bello ſolenni jus dat occiden„di hoſtem promiſcuum.

b) (QUOD INFANTIUM QUOQUE ET FOEMINARUM CÆDES IMPUNE HABETUR:) Imo inter gentes moratiores hic mos nunquam obtinuit: Adeoque nec jure naturali, nec jure gentium, has perſonas occidere licet; quia infantes non reſiſtunt reparationi juris noſtri: Hæc autem unica & ſola cauſa eſt cur hoſtis occidi poſſit: Unde merito ex eadem cauſa excipiuntur ſenes, & clerici, agricolæ, & Mercatores &c. *Vid. infr. c. 11. §. 10. 11. & 12.* Alexandri effatum laudari ſolet, *cum fœminis & captivis non ſoleo bellum gerere, armatus ſit oportet quem oderim. Curt. l. 4. c. 1.*

Atque ita ſentiunt Camillus apud *Livium l. 5. c. 27.* & Alexander *apud Curtium l. 7. c. 9. in fin.* Duæ tamen ſunt exceptiones (1) ſi fœminæ quoque militant eoque reparationi juris noſtri reſiſtunt. (2) Si discerni nequit ætas vel ſexus, ut in obſidione civitatis: Si enim id prohibitum natura eſſet, nunquam juris reparatio exigi poſſet.

At capi poſſunt & fœminæ & infantes: (1) Quia litron ab his captis ſolvi debet quo augentur vires noſtræ, hoſtis autem minuuntur: Captura itaque juvat ad victoriam, non mors. (2) Ob amorem uxorum & liberorum facilius componi bellum poteſt: Sane Alexander Darii matrem & uxorem filiasque captivas duxit: Neque id ipſe Darius improbavit.

ADDITIO.

„Quæſtionem hanc examinavimus in *Diſſ. pro„œm. XII. §. 743. 744.* & infra *cap. 7. §. 1.* „explicabimus.

c) (NON HOC AFFERO:) Recte Author ait exemplum

Deute-ron. 11. 34. *Deute-ron.* 20. 16. huc adferam quod Heſbonitarum fœminas & pueros Hebræi occiderunt, & quod idem fieri imperatur in Cananæos, [d] & quorum connexa cum Cananæis erat cauſa: [e] Dei iſta ſunt opera, cujus in homines jus majus eſt quam hominum in beſtias, [f] ut alibi diſſeruimus, Illud propius accedit [g] ad teſtandum morem communem *Pſal* 137 9. gentium, quod in Pſalmo beatus dicitur [h] fore qui Babyloniorum infantes petræ allidet, cui par eſt [i] Homericum illud:

——— *καὶ νήπια τέκνα*
Βαλλόμενα προτὶ ἄςυ ἐν αἰνῇ δηϊοτῆτι.
Illiſaque corpora terræ
Infantum, ſævus dum concutit omnia Mavors.

2. [k] Thraces olim capta Mycaleſſo fœminas quoque & infantes *Lib.* 7. *c.* 29. occiderunt, narrante [l] Thucydide. Idem de Macedonibus [m] cum *De Exp. Alex.* 1. 8. Thebas cepiſſent narrat Arrianus. [n] Romani capta Ilurgi urbe Hiſpaniæ, *ἔκτειναν ὁμαλῶς καὶ παιδία καὶ γυναῖκας*, *ſine diſcrimine interemerunt*

emplum non eſſe ſumendum ex ſacra hiſtoria; quia Iſraelitæ ex ſpeciali Dei mandato qui pleniſſimum jus in vitam hominum ſibi reſervavit, egerunt: Unde etiam id ſaltem obtinuit in damnatis populis, *Deut.* 20. *v.* 16. non aliis: *ibidem v.* 14. & 15.

d) (Grot.) (ET QUORUM CONNEXA CUM CANANÆIS ERAT CAUSA:) Ut Amalecitæ de quibus *Joſephus* libro VI, 8. in Saulis rebus: *ἐπὶ σφαγὴν γυναικῶν καὶ νηπίων ἐχώρησεν, ἐδὲν ὠμὸν ἐδ' ἀνθρωπίνης σκληρότερον διαπράσσεσθαι φύσεως ἡγέμενος, πρῶτον μὲν πολεμίες ταῦτα δρῶν. ad cædem feminarum etiam ad puerorum proceſſit, nihil exiſtimans ſe crudele aut naturæ humanæ adverſum in eo facere, primum quod hoſtes erant in quos id fiebat, &c.* (Cap. 7. §. 2. *diviſ. Hudſon.*)

„*e*) (DEI ISTA SUNT OPERA CUJUS IN HOMI„NES JUS MAJUS EST:) Vide *indicem*, voce, *Dei* „*jus in homines.*

„*f*) (UT ALIBI DISSERUIMUS:) *L.* 2. *c.* 20. §. „4. *n.* 2. *c.* 21. §. 14. *n.* 2. *l.* 3. *c.* 1. §. 4. *n.* 3.

„*g*) (AD TESTANDUM MOREM COMMUNEM „GENTIUM:) Quo cædes infantium & fœminarum „licitæ erant.

„*h*) (FORE QUI BABYLONIORUM INFANTES PE„TRÆ ALLIDET:) Deus ibi in pœnam talia Babylo„niis minatur, *Pſ.* 137. *v.* 9. idque repetit Pro„pheta. *Eſaj. c.* 13. §. 16. Illi igitur qui mandata „divina exequuntur beati dicuntur. Neque „hic infantibus fit injuria, quia Deus arbiter eſt „vitæ & necis, qui quo vult modo eam adimere „infantibus poteſt: neque hæc pœna eſt infantium, „ſed Deus ſuo jure utitur: Pœna autem eſt intuitu „parentum. *Vid. l.* 2. *c.* 21. §.

i) (Grot.) (HOMERICUM ILLUD:) Ex eodem *Homero* Severus in Brittannos his verbis uſus (apud *Xiphilin.* pag 342. *Ed. H. Steph.* Locus eſt *Iliad.* VI. 57.)

μηδ' τὸν τινα γαςέρι μήτηρ
Κῦρον ἐόντα φέροι, μηδ' ὃς φύγοι αἰπὺν ὄλεθρον.
nec qui latet abditus intra
Viſcera matris adhuc fugiet crudelia fata.

„*k*) (THRACES OLIM:) Fuere gens ferociſſima; „*Liv. l.* 42. *c.* 52. latrociniis vitam agens: *Liv. l.* „38. *c.* 46. adeoque exempla juris a tali gente de„ſumi nequeunt.

„*l*) (THUCYDIDE:) *L.* 7. *p. m.* 296. qui factum „hoc improbat, addens: *equidem Thracum genus* „*barbarico proximum, ubique non timet, ſæviſſi*„*mum ſe præbet.*

„*m*) (CUM THEBAS CEPISSENT:) Thebani le„gitimo bello victi paruerunt Macedonibus; *Curt.* „*l.* 1. *c.* 8. poſtea rebelles præſidia Macedonica „expellere ſtudebant, ac criminis veniam toties „ab Alexandro oblatam reſpuebant, *Curt. l.* 1. *c.* „13. Hinc vi capta urbe nec fœminis nec infanti„bus pepercere milites: *Diod. l.* 17 *c.* 13. ubi addit, „*Macedones ſeverius quam in hoſtem deceret ſæ*„*viiſſe.* Conf. *Arrian. l.* 3. 17

n) (Grot.) (ROMANI CAPTA ILURGI:) Scipio capta Numantia: Juliani milites in mulieres Daciris relictas. *Zoſimus* III. (c. 15.) Idem Julianus capta Majozamalcha. *Sine ſexus diſcrimine vel ætatis, quicquid impetus reperit poteſtas iratorum abſumſit:* ait *Ammianus* libro XXIV. (cap. 4. pag. 436.) [Quod de *Scipione* dicit Auctor, nullo auctore dicit. Contrarium patet ex eo quod narrat APPIANUS, *Bell. Hiſpan.* p. 311. *Ed. H. Steph.* ex ſuperſtitibus *Numantinis Scipionem* quinquaginta tantum triumpho ſervaſſe, alios vendidiſſe. Immo alii volunt *Numantinos* ſe ipſos omnes concremaſſe, ut ne unus quidem ſuperfuerit. Vid. FLORUM Lib. II. Cap. 18. ibique Interpretes. J. B.]

ADDI-

runt etiam mulieres & pueros, quæ verba ſunt Appiani. Germanicus Cæſar [o] Tacito narratur vicos Marſorum [p] Germaniæ populus) ferro flammisque pervaſtaſſe, additurque: [q] *non ſexus, non ætas miſerationem attulit.* [r] Titus Judæorum etiam pueros & fœminas in ſpectaculo feris laniandos propoſuit. Et tamen hi duo ingenio minime ſævo fuiſſe creduntur: [s] adeo ſævitia illa in morem verterat. Quo minus mirum [t] ſi & ſenes interficiuntur, ut [u] a Pyrrho Priamus.

Bell. Hiſp. p. 272.
Annal. 1, 51.
Æn. 11. v. 550. & ſeqq.
Troad. v. 333.

§. X.

1. [a] Ne captivi quidem ab hac licentia exemti. Pyrrhus apud [b] Senecam ex recepto tunc more:

Lex nulla capto parcit aut pœnam impedit.

In Cyri Virgiliana belli lex hæc dicitur, etiam in fœminas captivas. Ita enim ibi Scylla:

At belli ſaltem captivam lege necaſſes. *Verſ. 446.*

Sed & illo Senecæ loco de fœmina, Polyxena nimirum, occidenda agebatur. Hinc illud Horatii:

1 Epiſt. 16 69.

Ven-

ADDITIO.

„Exempla quæ hanc in rem afferri ſolent vel [R] „ferocibus gentibus, vel in furore conflictus per- „acta ſunt, adeoque conſenſum gentium non in- „ferunt.

„o) (TACITO:) *L. 1. ann. c. 51.*

„p) (GERMANIÆ IS POPULUS:) *Tac. de M.* „*Germ. c. 2.*

„q) (NON SEXUS NON ÆTAS MISERATIONEM „ATTULIT:) Furor is potius militum fuit qui ex- „piare ſeditionis crimen voluere: putabant enim „non aliter poſſe placari commilitonum manes „quam ſi pectoribus impiis honeſta vulnera acci- „piſſent. *Tacit. ann. l. 1. c. 49.* Accedit quod Ger- „mani eodem jure uti ſoliti fuerint, unde jure ta- „lionis paria in eos ſtatui potuerunt. Germanos „enim genus militum atrociſſimum vocat Tacitus „*Hiſt. L. 2. c. 32.*

„r) (TITUS:) Ego id apud Joſephum non in- „venio: contrarium potius apparet ex ejus hiſto- „ria de bello Judaico *l. 7. c. 16.* obi ait majores „ſeptendecim annis beſtiis & ferro conſumendos „diſtributos eſſe, qui vero infra illum annum age- „rent venditos fuiſſe. Cæterum verum eſt tuli- „tem occupata urbe promiſcue etiam in fœminas „& infantes ſæviſſe. *d. l. 7. c. 11. & c. 16.*

„s) (ADEO SÆVITIA ILLA IN MOREM VERTE- „RAT:) Imo mos ille inter gentes non niſi ex „cauſis ſingularibus uſurpabatur, uti in ſingulis „exemplis demonſtravimus.

„t) (SI ET SENES INTERFICIUNTUR:) Quia & hi „hoſtes ſunt, & conſilio ac opibus injuriam civitatis „ſuæ defendunt: quanquam & hos ſalvos inter Ju- „dæos devictos eſſe voluerit Titus, *apud Joſeph. bell.* „*Jud. c. 16* Conf. *infra c. 11, §. 9. n. 4.*

„u) (A PYRRHO:) Mirum id non eſt in Pyr- „rho, qui homo ferociſſimus deſcribitur *apud Se-* „*nec in Troad. v. 330.*

(AD §. X.) Quæritur an in captos ſævire liceat? Author *jure naturæ* id tunc concedit cum victor juſtam cauſam habet, & punit intra modum pœnæ & delicti; *jure Gentium* autem ſævire licere ait in infinitum ſi bellum eſt ſolenne, quoad effectum ſcilicet impunitatis: At verius eſt jure naturæ captos interfici non poſſe, quia hoſtis ſtatim ac in poteſtate noſtra eſt deſinit eſſe hoſtis, nec amplius reparationi juris noſtri reſiſtit, eoque fit ſubditus: Licentia igitur illa non eſt jus ſed abuſus gentium.

ADDITIO.

„Prolixius mentem ſuam explicat B. Parens in „*Diſput. de armis illicitis §. 27. §. 28* Nos infra „cap. 7. demonſtrabimus omnia in hoſtes tanquam „criminis reos ipſo jure naturæ licere.

a) (Grot.) (NE CAPTIVI QUIDEM AB HAC LICENTIA EXEMPTI:) Eliſæus apud *Joſephum: τὲς γὰρ νόμῳ ληφθέντας πολέμε, ἀποκτείνειν ἔλεγε δίκαιον. belli jure captos interfici juſtum dicebat.* (Antiq. Jud. Lib. IX. c. 4. §. 3. *Ed. Hudſon.*) Itaque *Virgilius* captivum inducit rogantem:

Per patrios manes, per ſpes ſurgentis Iuli,
Te precor hanc animam ſerves natoque patrique. (Æn. X, 524.)

Vendere cum poſſis captivum, occidere noli.

In Adelph. act. 2. ſc. 1. v. 28.

[c] Ponit enim licere: & Donatus, [d] ſervos dictos qui ſervati eſſent *quum eos occidi oporteret jure belli:* [e] ubi illud oporteret, improprie pro liceret poſitum videtur. Sic a Corcyræis interfecti captivi ex Epidamno, narrante [f] Thucydide. Sic quinque millia captivorum ab Annibale occiſa. Apud Hirtium bello Africano Scipionem ſic alloquitur centurio Cæſarianus: *Tibi gratias ago, quod mihi vitam incolumitatemque belli jure capto polliceris.*

Lib. 1. c. 30. *Appian Hannib pag. 321* *Dion, Lib 47. pag 405. D. Ed. H.Steph. Cap. 45.*

[g] Nec tempore ullo excluditur poteſtas occidendi tales ſervos, id eſt bello captos, [h] quantum ad jus gentium pertinet: [i] etſi legibus civitatum hic magis, illic minus adſtringitur.

§. XI.

Iliad 20, 463. & ſeqq. 21, 73. &c. Æneid. 10, 524. 12, 930. & ſeq. De Civit. Dei 1, 1.

Quin & [a] ſupplicum occiſorum paſſim occurrunt exempla, ut ab Achille apud Homerum, apud Virgilium Magonis & Turni: quæ ita narrari videmus ut defendantur ſimul [b] illo quod dixi belli jure, nam & Auguſtinus laudans Gothos qui ſupplicibus & in templa perfugientibus pepecerant: *Quod belli jure fieri licuiſſe* ait [c] *illicitum ſibi eſſe judicarunt.* [d] Nec qui ſe dedunt ſemper recipiuntur, ut in pugna ad Granicum [e] Græci qui Perſæ militabant: apud [f] Ta-

LXX. milia Slavorum captorum ab Ottone interfecta narrat *Witikindus* lib. III. [pag. 34. *Edit. Wechel.* 1577. ubi tamen *Septingenti captivorum* tantum *capite caſi* dicuntur.]

„b) (SENECAM:) In *Troadibus v. 5. 333.*

„c) (PONIT ENIM LICERE:) Scilicet ad effe„ctum impunitatis inter gentes.

„d) (SERVOS DICTOS QUI SERVATI ESSENT:) „Florentinus JCtus ait *Servi ex eo appellati ſunt* „*quod Imperatores captivos vendere ac per hoc ſer*„*vare nec occidere ſolent. L. 4. §. 2. ff. ſtat. hom.*

„e) (UBI ILLUD OPORTERET IMPROPRIE PRO „LICERET POSITUM VIDETUR:) Cum alias oppo„nantur quod licet & quod oportet. *Vid. ſupr.* „*§. 2. n. 3.*

„f) (THUCYDIDE:) Et *Livio l. 7. c. 19.* Alia „exempla allegavit Author *ſupra §. 5.* quibus adde „*Juſt. 7. 6. Diacon. Miſcell. 3. 10. & 17. 39. Thu*„*cyd. 2. p. m. 120. Polyb. 1. c. 81. & 82. Appian.* „*Pun. n. 72. Curt. 4. 6. & 3. 12. Commin. 3. pag.* „*295. Froſſard. 2. p. 135. Nicephorum in Hiſt. Alex.* „*c. 6. Tesm. b.*

„g) (NEC TEMPORE ULLO EXCLUDITUR POT„ESTAS OCCIDENDI:) Ita ut ſervati quocunque „tempore occidi poſſint, & finito quoque bello.

„h) (QUANTUM AD JUS GENTIUM PERTINET:) „Nimirum ad effectum impunitatis. Nos id ex „ipſo jure naturæ ſequi oſtendemus ſuo loco.

„i) (ETSI LEGIBUS CIVITATUM HIC MAGIS, IL„LIC MINUS ADSTRINGITUR:) Legibus Romano„rum, inprimis ſub Chriſtianis Imperatoribus, con„ditio ſervorum longe mitior facta eſt: inter Chri„ſtianos omnis ſervitus ſublata eſt, quin nec jure „talionis in Turcas eam exercere ſolet Adverſus In„dos jus ſervitutis hodieque obtinet.

„a) (SUPPLICUM OCCISORUM PASSIM OCCURRUNT EXEMPLA:) Hæc itidem non probant jus gentium, ſed abuſum ejus: Sane deditı non amplius reſiſtunt reparationi juris noſtri, adeoque non amplius ſunt hoſtes, & ſic deficit neceſſitas, quæ unica ſaltem ratio & cauſa eſt cur lædere hoſtem liceat: Idque Author exemplis firmat *c. 11. §. 15. infra:* Quæ in contrarium afferuntur exempla abuſum juris gentium non uſum probant:

ADDITIO.

„Supplices occidi jure naturæ quoque poſſunt: „quod rationibus naturæ demonſtrabimus *infra c.* „7. exempla vide apud *Flor. 3. c. 21. n. 24. Salluſt.* „*Iugurt.* 91. *Liv. l. 2. c. 17. & 9. 31.* & §. 14. „*Thuanum l. 45. p. m.* 889. *Burgers. obſ* 29

„b) (ILLO QUO DIXI BELLI JURE:) Scilicet „ex jure illo particulari, quod gentes in bello ſo„lenni ſtatuerunt.

„c) (ILLICITUM SIBI ESSE JUDICARUNT:) Lo„quitur de perfectione, de regulis caritatis: Sane „generoſitatis eſt putare non omnia ſibi licere „quæ jure belli facere licet:

„d) (NEC QUI SE DEDUNT SEMPER RECIPI„UNTUR:) Nam id voluntatis eſt.

„e) (GRÆCI, QUI PERSÆ MILITABANT:) Qui „inter-

f Tacitum Uſpenſes veniam liberis corporibus orantes: *quod aſper-* *Ann. 12. c. 17.*
nati, inquit, *ſunt victores, ut belli potius jure caderent.* *g* Nota & hic belli jus.

§. XII.

Sed & acceptos in deditionem *a* ſine conditione ulla *b* legis interfici; ut à Romanis Pometiæ principes, a Sulla Samnites, a Cæſa- *Livius 2, 17.*
re Numides, & ipſum Vercingentorigem: imo mos hic ferme per- *Dion. Lib. 43.*
petuus Romanorum in hoſtium duces, ſive captos, ſive deditos, *p. 245. F. Ed. H. Steph.*
c ut triumphi die occiderentur, quemadmodum Cicero nos docet
quinta Verrina, *d* Livius tum alibi tum libro XXVIII, Tacitus An- *Idem, Lib. 40.*
nal. XII, & alii multi. Eodem Tacito memorante Galba *e* decima- *pag 156: Cap. 30.*
ri juſſit quos de precantes in fidem acceperat: & Cæcina in dedi- *Cap. 13. Cap. 19.*
tionem accepto Aventico in Julium Alpinum e principibus, ut con- *Hiſt. 1. 37.*
citorem belli animadvertit: cæteros veniæ vel ſævitiæ Vitellii reli- *Ibid. 1. 48.*
quit.

§. XIII.

I. *a* Solent interdum hiſtorici cauſam interfectorum hoſtium, captorum præſertim aut ſupplicum, *b* referre aut ad talionem, aut ad

„interfecti ſunt ab Alexandro tanquam hoſtes, & „merito.

„*f*) (TACITUM:) *Annal. l. 12. c. 17.* ubi duplicem hujus facti rationem affert, (1) quia tanta „multitudo tuto cuſtodiri non potuit, (2) quia excidio Uspenſium metus reliquis injici debuit.

„*g*) (NOTA & HIC BELLI JUS:) Nimirum „jus quod ex bello jure gentium ſolenni oritur, „& quod ſaltem impunitatem tribuit, non verum „jus dat. Nos infra demonſtrabimus id jus ex „vero naturæ jure ſequi.

„*a*) (SINE CONDITIONE ULLA:) Nam datur „deditio conditionata. *Vid. l. 2. c. 15. §. 7. n. 2.*

b) (LEGIS INTERFICI:) Hoc itidem ex abuſu juris gentium originem cepit. Nam nullum hic jus eſt lædendi eum qui amplius non reſiſtit reparationi juris noſtri: Neque hac cæde minuuntur vires hoſtium, nec noſtræ augentur: quod gentes moratiores quoque agnovere. *Vid. infr. c. 11. §. 14.* Unde cum urbs Capſa facta deditione nihilominus diruta, puberes interfecti, & reliqui venundati eſſent, Salluſtius ait, id facinus contra jus belli, non avaritia nec ſcelere Conſulis admiſſum, ſed quia locus Jugurthæ opportunus, nobis aditu difficilis, genus hominum mobile, infidum, ante nec beneficio neque metu coercitum.

ADDITIO.

„Nos acceptos quoque in deditionem, nulla „ſalutis adjecta conditione, occidi jure naturæ „ poſſe. *infra cap. 7.* demonſtrabimus. Talis „deditio vocatur, ſe rendre a diſcretion, Germa„nis, Sich auf gnad und ungnade ergeben. „Exempla Teſmarus allegat h. *ex Camdeno l. 2.* „*pag. 312. Thuan. l. 8. p. 159 Froſſard. l. 1. pag* „36. *Liv. l. 31, c. 17.*

c) (Grot.) (UT TRIUMPHI DIE OCCIDERENTUR:) Simile apud *Reginonem* in anno IↃcccccv, (pag. 436, *Ed. Argentor.* 1609.)

ADDITIO.

„*d*) (LIVIUS:) *l. 26. c. 13.*

„*e*) (DECIMARI:) Decimum quemque forte ad „ſupplicium duci. *Gron. h.*

a) (Grot.) (SOLENT INTERDUM HISTORICI CAUSAM INTERFECTORUM HOSTIUM, CAPTORUM PRÆSERTIM AUT SUPPLICUM, REFERRE AUT AD TALIONEM, AUT AD PERTINACEM:) Ut *Chalcocondylas* libro VIII.

b) (REFERRE AUT AD TALIONEM, AUT AD PERTINACIAM IN RESISTENDO:) Recte Author ait jus lædendi, captos inprimis & ſupplices, non defendi poſſe, nec prætextu *talionis*, quæ non obtinet niſi in ipſos delinquentes; nec prætextu *pertinacia*

ad pertinaciam in reſiſtendo: [c] ſed hæ cauſæ, [d] ut alibi diſtinximus, ſuaſoriæ magis ſunt quam juſtificæ. Nam talio juſta & proprie dicta [e] in eandem perſonam quæ deliquit exercenda eſt, ut intelligi poteſt ex his quæ de pœnæ communicatione [f] dicta ſunt ſupra. Contra vero ex bello plerumque id quod talio dicitur in malum redundat eorum [g] quorum in eo quod accuſatur nulla eſt culpa. Cujus mo-
Biblioth 14. 47. rem ſic deſcribit Diodorus Siculus: ὐ γὰρ ἠγνόυν δι αὐτῶν τῶν ἔργων καθόντες, ὅτι τοῖς δίαπολεμῦσι κοινῆς τῆς τύχης ὑπαρχύσης, ἀμφοτέρυς κατὰ τὰς ἥττας τοιαῦτα ἀνάγκη παθεῖν, οἷα ἂν αὐτοὶ πράξωσιν εἰς τὺς ἀτυχήσαντας: *Neque enim ignorabant ipſis rebus edocti, cum bellantium par ſit fortuna, alterutris ſi male rem geſſiſſent id expectandum quod ipſi in victos*
Lib 16. Cap. 31. *ſtatuiſſent.* Apud eundem Philomelus dux Phocenſium, διὰ τῆς κολάσεως τὺς ἐχθρὺς ἐποίησε μεταθέσθαι τῆς ὑπερηφάνυ καὶ δεινῆς τιμωρίας [h] *pari pœna exacta, effecit ut hoſtes a ſuperbo & inſolenti ſupplicio temperarent.*

[i] Pertinax vero ſtudium in partes nemo eſt qui ſupplicio dignum
1 Gotth. Cap. 8. judicet, ut apud Procopium Neapolitani Beliſario reſpondent; quod

tinaciæ, quia id officii ſubditorum eſt, & magis laudandum.

ADDITIO.

„Infra demonſtrabimus ſævitiam hanc naturæ „jure illicitam non eſſe.

„c) (SED HÆ CAUÆ:) Senſus eſt, quod hæ cau„ſæ ſævitiam illam juſtam non reddant, ſed ob „utilitatem eorum qui eo rigore utuntur allegari „ſoleant: Huncque rigorem ait apud homines „defendi jure Gentium in bello ſolenni: At di„ctum ſæpius eſt non dari bellum ſolenne, adeo„que hanc ſævitiam ex eo jure defendi non poſſe: „Diximus porro rigorem illum non contrariari „juri naturæ, quod ſolum inter gentes obtinet.

„d) (UT ALIBI:) *L. 2. c. 1. §. 1. & c. 22. §. 1.*

„e) (IN EANDEM PERSONAM QUÆ DELIQUIT:) „Tantundem enim nemo pati poteſt niſi qui ma„lum fecit: Regula vera eſt, at applicatio fallit, „nam ſubditi & ſocii, qui eandem cauſam operis „vel opibus defendunt, omnino malum alii in„ferunt, adeoque in eos quoque, ſi capiuntur, ſi ſup„plices ſe dedunt, &c. animadverti jure talionis „poteſt. *B. Par. in diſſ. de jure Talionis §. 47.* „*ſeq.*

„f) (DICTA SUNT SUPRA:) *L. 2. c. 21. §. 12. ſeq.*

„g) (QUORUM IN EO QUOD ACCUSATUR NUL„LA EST CULPA:) Imo infra videbimus, ſubdi„tos captos vel ſupplices omnino eſſe in culpa; „adeoque jure naturæ interfiei poſſe.

h) (Grot.) (PARI POENA EXACTA:) Vide eundem *Diodorum* de Spondio & Amilcare Barca in *excerptis Peireſianis.* (Pag. 277.)

i) (PERTINAX VERO STUDIOM IN PARTES NEMO EST QUI SUPPLICIO DIGNUM JUDICET:) Præfecto enim & militibus loci defenſio mandata eſt: tenentur igitur jure naturali ad exactiſſimam diligentiam, i. e. ex omnibus viribus defendere locum cuſtodiæ eorum commiſſum: adeoque hactenus ipſorum pertinacia non tantum juſta, ſed & maxime laudabilis eſt. Si vero nulla ſuperſit de loco illo defendendo ſpes, non ultra tenetur præfectus, quia non poteſt ultra exactiſſimam diligentiam obligari: Si proinde omni ſpe ſublata præfectus nihilominus reſiſtit, hoſti quoque injuriam facere videtur, quia mandata tantum ipſi eſt defenſio, adeoque ultra defenſionis terminos privatus reſiſtit. Et ſic hoſti tenetur proprio nomine, quia ex quo implevit fines mandati, adeoque mandatum defecit, videtur privatus proprio odio reſtitiſſe ac damnum dediſſe: Cum igitur jus amplius reſiſtendi ei non competat, punire ideo, ubi in poteſtatem noſtram venit, poteſt. Unde Henricus II. Rex Galliæ quosdam captos ſuſpendi juſſit, quod contra militiæ diſciplinam ſit locum debilem, & qui defendi nulla ratione poſſet, contra regias copias defenderunt: quanquam Beliſarius contrarium ſtatuat, & contraria exempla ipſe Author afferat *infra c. 11. §. 16.*

Sed & ſuo Principi tenetur, ſi fines mandati excedendo plus damni dat conſumto milite, quem ſervare potuit.

ADDITIO.

„Quid jure naturæ obtineat late infra explicabimus. „*cap. 11. §. 16.* Certiſſimum eſt nos in pertinaciter reſi-

quod tunc maxime obtinet [k] cum partes illæ aut a natura aſſignatæ, [l] aut honeſta ratione electæ ſunt. Imo tantum abeſt ut in eo crimen ſit, ut pro crimine habeatur [m] ſi quis præſidio deceſſerit, præſertim veteri [n] jure militari Romano, quod hic nullam fernie admittebat metus aut periculi excuſationem. *Præſidio decedere apud Romanos capitale eſt*, ait [o] Livius. [p] Ob utilitatem ergo ſuam quisque ſummo illo rigore, ubi viſum eſt, utitur; [q] defenditur autem rigor ille apud homines eo gentium jure de quo nunc agimus.

Polyb. l.1.c.17. & 6. c. 35.
Lib.24. c. 37.

§. XIV.

[a] Idem jus [b] & in obſides uſurpatum, nec in eos tantum [c] qui ſe obligaverant quaſi ex conventione, [d] ſed & in eos qui ab aliis traditi. A Theſſalis occiſi olim ducenti quinquaginta, a Romanis Volſci Aurunci ad trecentos. Notandum autem ſolitos obſides dari [e] etiam pueros, ut a Parthis, quod & [f] a Simone Macchabæorum uno factum legimus, [g] & fœminas ut a Romanis Porſenæ temporibus, & a Germanis narrante Tacito.

Plut. de claris mulieribus pag. 244. B.
Dionyſ. 6. c. 30.
Tacit. Ann. 12. c. 10.
1 Maccab. 13, 16.
Hiſt. 4.

§. XV.

„reſiſtentes pœnam ſtatuere non poſſe, judicium enim „noſtrum non eſt quousque defenſio hoſtis neceſſaria ſit, alias ſemper pro pertinacia judicare, eoque „prætextu punire præfectum poſſet: unde moratiores „gentes quoque a tali cæde abſtinuiſſe legimus. Add. „*Sen. de ira c.* 29. *l.* 3. *Plin.* 3. *ep.* 9. *Curt.* 4. 6. „*&* 8. 14. *Cic. Piſon.* 32. Conf. *d. c.* 11. §. 15. *ſeq.* „Sane hoſti noſtro non fit injuria, in eum enim „omnia licent. Et, ſi ultra mandatum illi qui „reſiſtunt agunt, ideo ſuo duci obligantur, non „hoſti.

„*k*) (CUM PARTES ILLÆ AUT A NATURA ASSIGNATÆ:) Uti ſi ſubditus urbem defendit.

„*l*) (AUT HONESTA RATIONE:) Ex lege ſocietatis & fœderis.

„*m*) (SI QUIS PRÆSIDIO DECESSERIT:) *Liv.* „24. 37.

„*n*) (JURE MILITARI ROMANO:) *Lib.* 3. §. 5. „*ff. Re milit. Suet. in Aug. c.* 24.

„*o*) (LIVIUS:) *d. l.* 24. *c.* 37.

„*p*) (OB UTILITATEM ERGO SUAM QUISQUE „SUMMO ILLO RIGORE UTITUR:) Adeoque allegari „id ſolet tanquam cauſa ſuaſoria, non tanquam ju„ſtifica quaſi culpa ejus ſit in quem talio exercetur.

„*q*) (DEFENDITUR AUTEM RIGOR ILLE APUD „HOMINES EO GENTIUM JURE &c.) Adeoque „cauſa illa ſuaſoria ex mente autoris jure gentium „juſtifica facta eſt, ſi in bello ſolenni contingit; „ad effectum nimirum impunitatis. Quod verum „non eſſe mox videbimus.

„*a*) (IDEM JUS:) Quod in bello ſolenni oc„cidi poſſint.

b) (ET IN OBSIDES USURPATUM:) Imo nulla moratiorum gentium jus ſæviendi in obſides unquam probavit: Deficit neceſſitas, quæ ſola jus dat ſæviendi in hoſtes: contrarium potius apparet ex exemplis ab Authore allegatis *infra c.* 11. § *f.*

ADDITIO.

„Exemplum pro mitiori ſententia occurrit „apud Comminæum. *Comment.* 2. *p.* 258. *Antequam* „*eo veniret, convocato conſilio deliberaverat, quid* „*de obſidibus ſtatuendum eſſet. Dicebant aliqui* „*necandos eſſe. Contans inprimis cujus ſententia* „*præter morem & ingenium ipſius viſa mihi fuit* „*admodum atrox.* & pag. ſeq. *In primis cavendum* „*eſſe ne Deus aliquo ſcelere offendatur: Debere* „*Carolum ita ſe comparare ut hoc uno facto clarum* „*faciat, quam non ſit crudelis aut vindictæ cupi*„*dus, ſibi videri demittendos eſſe obſides, qui ſuorum* „*fidem ſecuri pro ſalute patriæ in diſcrimen veniſ*„*ſent. Conf. Camd. p.* 4. *p.* 665. *Liv. l.* 28. *c.* 34.

„Quod jure naturæ obtineat, apparet ex dictis „in diſſertatione proœmiali *XII.* §. *848.* & ex di„cendis *infra c.* 11. §. 18.

„*c*) (QUI SE OBLIGAVERANT QUASI EX CON„VENTIONE:) Qui ſponte oppignoraverant vitam „pro fide ſuorum *Gron. b.* Quod Author fieri „poſſe negavit *ſupra L.* 2. *c.* 21. §. 11. Add. *infra* „*c.* 17. §. *f.*

„*d*) (SED & IN EOS QUI ALIIS TRADITI „SUNT:) Ita apud *Liv. l.* 9. *c.* 5. *obſides* 600. *dati* „*qui capite luerent, ſi pacto non ſtaretur.* apud „Camdenum *obſides dati ſunt ea conditione ut ſi* „*quid contra pactiones facerent, integrum eſſet* „*ſupplicium de illis ſumere. p.* 2. *p.* 257.

„*e*) (ETIAM PUEROS:) Plerumque liberi aut „cognati. *Vid. Liv.* 2. 3. *Thuan. l.* 1. *p.* 11. *Camd.* „p. 2. *p.* 189 *& p.* 5. *p. m.* 95. *Term. b.*

„*f*) (A SIMONE:) Qui fratris filios Triphoni „obſides dedit pro redemtione Jonathæ.

§. XV.

I. [a] Sicut autem jus gentium permittit multa, [b] eo permittendi modo quem jam explicavimus, quæ jure naturæ ſunt vetita, [c] ita quædam vetat permiſſa jure naturæ. Nam quem interficere liceat, [d] eum gladio an veneno interimas nihil intereſt, [e] ſi jus naturæ reſpi-

„g) (ET FOEMINAS:) Inter quas præ aliis no„ta eſt Clelia.

„a) (SICUT AUTEM JUS GENTIUM PERMIT„TIT MULTA:) Quam hypotheſin Grotii explica„vimus, & exemplis illuſtravimus in *Differt. pro„œm. IV.* §. 14.

„b) (PRO PERMITTENDI MODO QUEM JAM „EXPLICAVIMOS:) Scilicet ad effectum impunita„tis, & ne inter gentes pro homicida aut fure ha„beri poſſit. *Vid. ſupra.* §. 5.

„c) (ITA QUÆDAM VETAT PERMISSA JURE „NATURÆ:) Quod itidem juxta principia Grotii „examinavimus *dict. diſſ. IV.* §. 15.

d) (EUM GLADIO AN VENENO INTERIMAS NIHIL INTEREST:) Quæritur an armis per ſe turpibus in hoſtem uti liceat? Author id jure naturæ fieri poſſe affirmat, at rectius negamus.

Media enim turpia, etſi aliter quis vincere nequeat, in bello illicita ſunt; Sane cum quæſtio ſit de vi a natura, i. e. ex Dei voluntate, licita, tota ratio neceſſitatis ceſſat ſi Deus ſalva perfectione id velle nequit, uti non poteſt, quæ per ſe turpia ſunt.

Sed & cum Deus judex ſit belli quod geritur pugnaret cum ejus perfectione turpia permittere remedia: Denique neceſſitas quæ allegari poſſet non eſt a natura, ſed ex imbecillitate humana, quæ contra jura naturæ nihil indulget. Idque ex conſenſu gentium infra probabimus:

Turpia autem arma ſunt quæ nullam virtutis ſpeciem præ ſe ferunt, ſed ex animi mollitie, fœditate, & timiditate ita adhibentur ne adverſus ea hoſti noſtro defenſio pateat: & ut verbo dicam, quæ omnem defenſionis facultatem ita excludunt, ut ab homine provideri nequeant.

Turpitudo illa detergitur (1) ſi ea admiſſa caveatur majus malum, adeoque medium turpe benignius ſit honeſto: (2) ſi agitur de neceſſaria defenſione vitæ quæ contra notorium invaſorem aliter ſervari nequit: (3) injuſtitiam ſæpe delet admiratio virtutis, ut in Scævola, Judith &c. Denique & (4) excipitur ab illa regula ſi jure talionis adhibentur talia arma: Talio enim apud Deum quoque excuſat, & valet.

ADDITIO.

„Materiam hanc, intricatam admodum & ha„ctenus non ſatis extricatam, ex profeſſo tractavit „B. Parens in Diſputatione de armis illicitis, con„tenta vide *ſupra* §. *1. Prop. IV.*

„Nos cum Grotio ſtatuimus, vix dari arma illi„cita: Cum enim omnia jure naturæ liceant in „hoſtem tanquam in criminis reum, qui cives „noſtros interimit, res noſtras rapit, vaſtat, &c. „vel conſilio ſaltem & opibus ſuis reparationem „juris noſtri impedit, &c. nulla arma vetita eſſe „putarem quæ hoſtem deſtruere, vires ejus minu„ere, eoque viam nobis ad juris noſtri reparatio„nem ſternere poſſit.

„Hinc igitur (1) etiam veneno hoſtem necare „poſſum; Nam quem interficere liceat, gladio an „veneno interimas nihil intereſt. *Grot. h. c.* „§. *15. n. 1.*

„Sane cum hoſtem e longinquo, & ex inſidiis „quoque globo transfodere poſſim, nullam video „rationem cur non veneno eum tollere queam.

„Adeo ut nec vetitum natura ſit globis vel ſa„gittis venenatis uti, quia hoſtis ſi non ex vulne„re, tamen ex veneno periturus eſt: adeoque vires „hoſtis minuuntur.

„Præterea (2) nullam video prohibendi ratio„nem, cur non & percuſſorem immittere in hoſtem „liceat, quem enim per plures eum etiam per „unum occidere poſſum. *Grot. h. c.* §. *18.*

„Nec diſtinguendum arbitror, an perfidia con„juncta ſit, an non: Quia ad reparationem juris „noſtri etiam opera malorum hominum uti poſ„ſumus: Sane experientia docet, hoſtem hoſtis ſui „milites ad deſerendum præmio promiſſo invi„tare, & transfugarum i. e. perfidorum opera uti „ſolere: *Diſſert. Grot. d.* §. *18.*

„Cur ergo inter Chriſtianos aliasque moratio„res gentes, hi modi defenſionis adeo improbantur? „Reſp. Quia religio Chriſtiana, quæ etiam „inimicos deligere jubet, omnes abhorret reparan„di modos qui non præciſe & abſolute ad juris „noſtri defenſionem ſunt neceſſarii: quales non „ſunt venena & percuſſores; his enim modis qui„dem vires hoſtium minuuntur, ſed bellum ideo „non finitur.

„Præcipua autem ratio hæc eſt, quod hoſti, „quem veneno interimimus, eodem jure tendi an„ſa daretur. Indeque viciſſim noſtræ civitatis milites „& duces non tantum veneno & immiſſo percuſſo„re interimi, ſed & capti propter mala hoſti il„lata, per tormenta & cruciatus necari poſſent. „Mutuo igitur metu litigantes deterreri, & ob me„tum talionis prohibere bellum gerentes ſolent, ne „ejusmodi armis milites utantur. *Vid. not. infr.* §. 16. „*in fin.*

„Denique is qui juſtam ſibi arbitratur eſſe bel„li cauſam falli & cauſa cadere poteſt: Quo ca„ſu eo majorem daturus eſt pœnam tum Deo „tum hominibus, quo plus mali adverſario forte „injuria intulit. Ipſa igitur religio bellum geren-

tes

ſpicias: jus inquam naturæ [f] nam generoſius quidem eſt ita occidere ut qui occiditur [g] ſui defendendi habeat copiam: [h] ſed non debetur hoc cuiquam qui mori meruit. [i] At jus gentium, [k] ſi non omnium, certe meliorum [l] jam olim eſt, ne hoſtem veneno interficere liceat: [m] qui conſenſus ortus eſt ex reſpectu communis utilitatis, [n] ne pericula in bellis, quæ crebra eſſe cœperant, nimium intenderentur. [o] Et credibile eſt a regibus id profectum, quorum vita, quæ ab armis ante alios defenditur, [p] a veneno minus quam aliorum tuta eſt [q] niſi defendatur juris aliqua religione [r] & metu infamiæ.

2. [s] Clandeſtina ſcelera vocat Livius de Perſeo loquens, nefas *Liv. lib. 42. c. 18.*
[t] Claudianus agens de inſidiis in Pyrrhum a Fabricio rejectis, & *De Bello Gild.*
Cicero ſcelus eandem hiſtoriam tangens. [u] Communis exempli in- *verſ 271. De Off.*
tereſſe ne tale quid admittatur ajunt Conſules Romani, in epiſtola ad *l. 3. c. 22.*
Pyrrhum quam ex Cl. Quadrigario recitat Gellius: apud Valerium *Noct.*
Maximum eſt, *armis bella non venenis geri debere.* Et Tacito me- *Att. l. 3. c. 8.*
morante, cum princeps Cattorum Arminii mortem veneno promit- *Lib. 6. c. 5. num. 1.*
teret, *Ann. 2. c. 88.*

„tes cautos reddit, ne ulla defenſionis media adhi„beant quæ vindictam magis quam reparandi ne„ceſſitatem inferunt. Certiſſimum igitur eſt non dari „arma illicita, niſi modus defenſionis per ſe cri„men inferat. Hinc ſupra diximus in fœminas „hoſtiles adulteria nunquam permitti; *Vid.* „*Grot. h. cap.* §. 19. menſura enim delicti per „aliud delictum fieri non poteſt, *Vid. l. 2. c. 20.* „§. 1. *prop. VII.*

„Sed & ſi alii innocentes adhibito v. g veneno „periculo ſubjicerentur, uti ſi aquæ, quarum uſus „communis eſt, veneno corrumpuntur, modum „hunc reparandi illicitum eſſe putamus; jus enim „eorum qui hoſtes non ſunt inde læderetur.

„*e*) (SI JUS NATURÆ RESPICIAS:) Aliud enim „introductum ait jure gentium.

„*f*) (NAM GENEROSIUS QUIDEM EST:) Id ad „regulas perfectionis pertinet, nos, quid homines „inter ſe jure facere poſſint, quærimus,

„*g*) (SUI DEFENDENDI HABEAT COPIAM:) Ut „fit in acie & conflictu, non ſi veneno res agitur.

„*h*) (SED NON DEBETUR HOC CUIQUAM QUI „MORI MERUIT:) Hoſtis enim injoriam nobis fa„cit, reparationi juris noſtri reſiſtit, nos noſtros„que promiscue cædit, eoque noſtro judicio mor„tem meretur.

„*i*) (AT JUS GENTIUM:) Scilicet voluntarium, „quale non exiſtere diximus.

„*k*) (SI NON OMNIUM CERTE MELIORUM:) „Vix enim dari aliquod jus gentium univerſali ipſe „Author ſtatuit *l. 1. c. 1. §. 14. n.* 1.

„*l*) (JAM OLIM EST, NE HOSTEM VENENO IN„TERFICERE LICEAT:) Imo id non ex jure genti„um obtinuit, ſed ex mutuo metu, uti id ſtatim „explicatur. *Conf. §. 6. n.* 2.

„*m*) (QUI CONSENSUS ORTUS EST EX RESPE„CTU COMMUNIS UTILITATIS:) Unde id quæſo „apparet? Unde probari poteſt gentes in id commu„ni conſenſu iviſſe? *Conf. diſſ. proœm IV.* §. 29.

„*n*) (NE PERICULA IN BELLIS QUÆ CREBRA „ESSE COEPERANT, NIMIUM INTENDERENTUR:) „Quæ ratio obligationis inter gentes? unde con„ſtat gentes id voluiſſe, & ex ea ratione id voluiſſe?

„*o*) (ET CREDIBILE EST A REGIBUS ID PRO„FECTUM:) Fabula hæc eſt, ingenioſa equidem, „ſed quæ juris gentium exiſtentiam magis ſuſpe„ctam reddit.

„*p*) (A VENENO MINUS QUAM ALIORUM TU„TA EST:) Ex hac hypotheſi ſequeretur uti ve„neno ex jure gentium inter reges ſaltem recepto „eſſe prohibitum, non ſi inter respublicas bellum „ſit, quia metus a vita regum deſumtus ibi ceſſat.

„*q*) (NISI DEFENDATUR JURIS ALIQUA RELI„GIONE:) Cum jus gentium voluntarium non de„tur nulla inde poteſt eſſe religio: Mutuus me„tus ſufficit ad deterrendos bellum gerentes.

r) (Grot.) (ET METU INFAMIÆ:) Senatores ad Pyrrhum: *ἵνα μὴ τὸ σὸν πάθος ἡμῖν διαβολὴν ἐνέγκῃ· ne nobis infamiam adferat ſiquid tibi acciderit.* (Non Senatores, ſed conſules *C. Fabricius & Q. Æmilius* hoc dicunt, in Epiſtola ad *Pyrrhum*, apud PLUTARCHUM, Vit. Pyrrh. pag. 396. C. *J. B.*)

ADDITIO.

„Cum jus tale gentium non exiſtat fruſtra me„tuitur infamia ex ejus violatione: quis quæſo „foret infamiæ hujus inter gentes effectus?

„*s*) (CLANDESTINA SCELERA:) Ita dicta, qoia „alter non habet ſui dafendendi copiam. *vid. n. t.*

„*t*) (CLAUDIANUS:) *de bell. Gildon. v* 271.

„*u*) (COMMUNIS EXEMPLI INTERESSE:) Cauſam „communem hominum eſſe.

teret, rejecit Tiberius, ea ſe gloria æquans priſcis Imperatoribus.
Conſ. 2. 188. Quare [v] qui licitum volunt hoſtem veneno occidere, [w] ut ex Vegetio Baldus, [x] reſpiciunt merum naturæ jus; [y] illud autem quod a gentium voluntate ortum trahit prætervident.

§. XVI.

1. Diſtat a tali veneficio nonnihil, [a] & ad vim accedit propius
[b] ſpicula veneno inficere, & geminare mortis cauſas; quod [c] de Ge-
De Ponto. 1. *Eleg.* 2. 17. tis tradit Ovidius, [d] de Parthis Lucanus, [e] de Afris quibusdam
Silius, & nominatim [f] de Æthiopibus Claudianus. [g] Sed hoc quo-
Pharſal. 8. 304. que contra jus eſt gentium, [h] non univerſale, ſed gentium Europæa-
De Bell. Pun. 3. 271. & *ſeq.* rum, [i] & ſi quæ ad Europæ melioris cultum accedunt; [k] quod recte
a Salisberienſi obſervatum eſt, hujus hæc ſunt verba: *Nec veneni, li-*
De laud. Stilicon. 1. 350 *cet videam ab infidelibus aliquando uſurpatam, ullo unquam jure indul-*
Policrat 8. 20. *pag.* 653. *tam lego licentiam.* Ideo *ferrum infamare veneno* dixit [l] Silius.

Lib. 3. *verſ.* 273. 2. [m] Nam & fontes veneno inficere, [n] quod ipſum quoque aut non

v) (Grot.) (QUI LICITUM VOLUNT HOSTEM VENENO OCCIDERE:) Vide de Venetis *Bembum* fine libri III.

„w) (UT EX VEGETIO BALDUS:) *V.* 2. *conſ.* „180.

„x) (RESPICIUNT MERUM JUS NATURÆ:) Ju„re naturæ enim quem interficere licet, cum gla„dio an veneno interimas nihil intereſt. *vid. n.* 1.

„y) (ILLUD AUTEM QUOD A GENTIUM VO„LUNTATE ORTUM TRAHIT PRÆTERVIDENT:) „Et merito, quia tale jus non exiſtit.

„a) (ET AD VIM ACCEDIT PROPIUS &c:) „Adeoque contra quam alter ſe defendendi habet „copiam.

„b) (SPICULA VENENO INFICERE &c:) Ut ſi „non ex vulnere, ſaltem ex veneno pereat hoſtis

c) (Grot.) (DE GETIS TRADIT OVIDIUS:) De Scythis *Plinius* libro XI. 53. *Scythæ ſagittas tingunt viperina ſanie & humano ſanguine: irremediabile id ſcelus mortem illico adfert levi tactu.* De Serviis vide ſupplementum *Helmoldi* c. 4.

ADDITIO

„Leguntur hæc apud *Ovid. de Ponto l.* 2. *v.* 17. „*Add. Idem Triſt.* 3. *v.* 31. 10. & *Plin. l.* 11. *c.* 53. „De Perſis idem teſtatur *Ariſt. lib. de Plantis*, de „Ambigeris *Juſtin. l.* 12. *c.* 10. & *Curt. l.* 9. *c.* 8. „De Slavis, *Leonis Tactica c.* 18. *them.* 108. de „Indis *Ælianus var. l.* 6. *c.* 18. de Venetis *Bembus* „*lib.* 3, de Hiſpanis *Thuanus l.* 46. *p.* 962. de Py„renæis *Becman de orig. leg. pag.* 186.

„d) (DE PARTHIS LUCANUS:) *Pharſal lib. VIII.* „*v.* 304.

„e) (DE AFRIS QUIBUSDAM SILIUS:) *Lib. III.* „25

„f) (DE ÆTHIOPIBUS CLAUDIANUS:) *Lib.* 1. „*Stilic. v.* 351.

g) (Grot.) (SED HOC QUOQUE CONTRA JUS EST GENTIUM:) Ideo Ilus Mermerides in Odyſſeæ A. Ulyſſi negat venenum ad ſpicula, (*verſ.* 263)

Ἠπεὶ ῥα θεὺς νεμεσίζετο αἰὲν ἐόντας.

Veritus vim Divum morte carentum.

ADDITIO.

„Veriſſimum eſt quod Auctor ait, jure naturæ „non prohibitum eſſe veneno inficere ſpicula: Ra„tionem modo explicavimus.

„h) (NON UNIVERSALE:) Diſtinctionem inter „jus gentium univerſale & certarum gentium ex „mente Authoris expoſuimus in *Diſſ. proœm. IV.* „§. 11. Nos paſſim probavimus, non dari jus Gen„tium nec univerſale nec Europæum

„i) (ET SI QUÆ:) I. e. earum quæ cum Eu„ropæ Gentibus confines ſunt.

„k) (QUOD RECTE A SALISBERIENSI OBSER„VATUM EST:) Imo is non ait jure Gentium Eu„ropæo demum id fuiſſe prohibitum, ſed ipſo „jure naturæ.

„l) (SILIUS:) *Lib. III.* 25.

„m) (NAM ET FONTES VENENO INFICERE:) „Exempla de Utero Britannorum rege refert „*H. Boethus lib. X.* quod ex fonte, juſſu Occæ „Saxonum regis infecto, bibens mortuus ſit: „De Afris vide *Appian. Civ. l.* 2. *p.* 455. De Cly„ſtene Sicionio *Frontin. l.* 3. 7. 6. Conf. *Dubrav.* „*l.* 18. *Buchanan. Hiſt. Scot. p.* 211. *Galfriol. Hiſt.* „*Brit. VIII.* 24. *Zwinger Theatr. vit. hum. Vol.* „2. *l.* 7. *p.* 506. *Zevecot. ad Flor. l.* 2. *in f.* *Ziglet* „*in not. ad Grot. h. p.* 540.

„n) (QUOD IPSUM QUOQUE AUT NON LATET, „AUT NON DIU LATET:) Adeoque quod præca„veri poteſt ex paucorum caſu, indeque pro clandeſtino

non latet, aut non diu latet, [o] Florus ait eſſe non tantum contra morem majorum, [p] ſed & contra fas Deum: ſicut [q] jura Gentium Diis adſcribi auctoribus ſolere [*] alibi quoque a nobis annotatum eſt. Neque vero mirum videri debet, [r] ſi ad minuenda pericula tales ſint quædam bellantium tacitæ conventiones, cum olim Chalcidenſibus & Eretrienſibus [s] manente bello convenerit μὴ χρῆσθαι τηλεβόλοις, *ne misſilibus uti liceret.*

Lib. 2. c. 20.

Strabo l. 10. p. 488.

§. XVII.

Cæterum non idem ſtatuendum [a] de aquis [b] ſine veneno ita corrumpendis ut bibi nequeant, quod Solon & [c] Amphictyones leguntur in barbaros juſtum cenſuiſſe: & Oppianus de Piſcatu, quarto, ut ſuo ſæculo ſolitum commemorat. Id enim perinde habetur [d] quaſi avertatur flumen, aut [e] fontis venæ intercipiantur, [f] quod & natura [g] & conſenſu licitum eſt.

Pauſ. l. ult. ſeu Phoc. c. 37 Front. l. 3. c. 7. n. 6. Æſch de male ob. leg. pag. 262. A.

§. XVIII.

1. An vero [a] hoſtem interficere immiſſo percuſſore per jus gentium

„deſtino armorum genere haberi nequit. *Gron. b.* „At verius eſt hoc armorum genus natura illicitum eſſe, quia innocentes æque ac nocentes inde perire poſſunt.

„o) (FLORUS:) *L. 2. C. ult. in fin.*

„p) (SED ET CONTRA FAS DEUM:) i. e. Contra jus naturæ. *Vid. indicem, voce fas.*

„q) (JURA GENTIUM DIIS QUOQUE ADSCRIBI &c.) *Vid. diſſ. proœm. IV. §. 8.* Imo cognitum Authoribus veteribus non fuit jus gentium voluntarium, adeoque illud per *fas gentium* intelligere non potuere.

„*) (ALIBI QUOQUE A NOBIS:) *Vid. l. 2. c. 19. §. 1. n. 1. c. 20. §. 44 n. 6. & l. 3. c. 6. §. 2.*

„r) (SI AD MINUENDA PERICULA TALES SINT QUÆDAM BELLANTIUM TACITÆ CONVENTIONES:) Quid non prætextu tacitarum ejusmodi conventionum fingi poſſet? quæ nam ſunt iſtæ gentes quæ ita tacite convenerunt? Quid ſi gens quæ armis ejusmodi turpibus utitur neget ſe unquam conſenſiſſe, contrarium quis probabit? Sed & ſi probari poſſet inter duas forte gentes adhibita ejusmodi arma non fuiſſe, unde conſtabit alias gentes in id conſenſiſſe, vel eas abſtinuiſſe animo paciscendi & jus conſtituendi? Quid ſi alter alleget ſe id feciſſe quod alia ſe ſe defendendi media tunc fuerint. &c.

„s) (MANENTE BELLO CONVENERIT:) *Vid. Strabo lib. 10. p. 488.* At id non erat ex tacito pacto, aut ex jure aliquo gentium voluntario, ſed ex pacto expreſſo, unde jure naturali quoque obligatio oritur, utpote quo pacta ſervari debent. Exemplum ſimilis conventionis ao 1675. argentorati factæ affert Kulpiſius *in Colleg. Grot. Ex. 11. §. 7.* ubi *art. 57.* prohibetur: Daß man ſich „keiner draat, vergifften, geſtirnten und ungewöhnlichen Kugel ins künfftige gebrauchen ſolle.

„a) (DE AQUIS:) Ita aquam elleboro corrupit „Clisthenes Syconius *Frontin. III. 7. 6.* Metallarii Bohemiæ in bello inter Albertum I. & Wenceslaum Pachum fluvium Scoriis & aliis purgamentis metallicis corruperunt *Dubrav. Hiſt. l. 18.* „Hæc res illicita non eſt, quia nihil intereſt ferro „an ſiti hoſtem ad reparationem adigam.

b) (Grot.) (SINE VENENO:) Cadaveribus asbeſto, quibus uſus in obſidione Auximi Beliſarius. *Procopius* Gotthicorum II. (Cap. 27.) calce, ut Turcæ ad Dibibram. *Nicetas* lib. 1. de Alexio Iſaaci fratre. (Cap. 9.) Sunt talia & apud *Ottonem Friſingenſem*, & *Guntherum* Ligurino, [Locus *Oppiani*, quem Auctor laudat in contextu, legitur in fine Lib. IV. verſ. 685. & ſeq. Sed ibi agitur de aquis veneno infectis: nec de more ſui temporis loquitur Poëta, verum de eo quod ſolent hoſtes, quicunque ſint, facere. J. B.]

„c) (AMPHICTIONES:) Apud *Frontin. Stratag.* „*l. 3. c. 7.* ubi plura alia exempla.

„d) (QUASI AVERTATUR FLUMEN:) i. e. Foſſis ductis alio derivetur.

e) (Grot.) (FONTIS VENÆ INTERCIPIANTUR:) Vide *Priſcum* in excerptis legationum. [Pag 29. *Ed. Hæſchel.* ubi de *Genſerico*, Vandalorum Rege; καὶ ἐκάκωσε καὶ τὰ ὕδατα]

f) (QUOD ET NATURA:) Quia tendit ad reparationem juris noſtri, adeoque neceſſarium eſt.

„g) (ET CONSENSU:) Scilicet tacito, ſeu jure „gentium voluntario: quale non exiſtere diximus, „Imo hic ipſe conſenſus Gentium jus naturæ probat.

a) (HOSTEM INTERFICERE IMMISSO PERCUSSORE:) Hoc inſidiarum genus & illicitum & turpe

tium liceat quæri ſolet? [b] Sed omnino diſcrimen adhibendum eſt inter percuſſores qui fidem expreſſam vel tacitam violant, ut [c] ſubditi in regem, vaſalli [d] in ſeniorem, [e] milites in eum cui militant, [f] recepti ut ſupplices aut advenæ, aut transfugæ in eos qui receperunt; [h] an vero nulla teneantur fide, quomodo [i] Pipinus Caroli Magni pater uno comitatus ſatellite trajecto Rheno hoſtem in cubiculo interfeciſſe narratur: quod & a Theodoto Ætolo in Ptolemæ-
Lib. 5. c. 81. um Ægypti regem ſimili modo tentatum refert Polybius, *ὐκ ἄνανδρον τόλμην, virilem audaciam* vocans. Talis & ille [k] laudatus ab Hi-
Liv. lib. 2. c. 12. ſtoricis [l] Q. Mutii Scævolæ conatus, quem ipſe ſic defendit, *hoſtis hoſtem occidere volui.* Porſena ipſe in hoc facto nihil niſi virtutem
Lib. 3. c. 3. agnoſcit. Valerius Maximus pium ac forte propoſitum vocat: lau-
Cap. 21. dat & Cicero pro P. Sextio:

2. [m] Nimirum hoſtem occidere ubivis licet, non naturæ tantum ſed & gentium jure; ut ſupra diximus: [o] nec refert quot ſint qui fa-
Juſtin. 2. c. 11. ciant aut patiantur, [p] Sexcenti Lacones cum Leonida caſtra hoſtilia ingreſſi recta tentorium regis petebant; [q] paucioribus idem licuit.
Liv. lib. 27. c. 27. Pauci erant qui Marcellum Conſulem ex inſidiis circumventum oc-
Tac. hiſt. 5. c. 22. ciderunt: & qui [r] Petilium Cerialem parum abfuit quin in lecto confode-

pe eſt, ſi quis nimirum tanquam latro, ſorte pecunia conductus, hoſtis caſtra ingreditur, & ducem hoſtis ſtructis inſidiis occidit: Niſi conjuncta ſit generoſitas & fortitudo maxima, ut in facto Scævolæ, qui palam ingreſſus in caſtra regem petiit, & ſubdithæ, quæ animo liberandi populum Dei Holofernem occidit.

ADDITIO.

„Quæſtionem hanc an percuſſorem in hoſtem „immittere liceat late explicat B. Parens in diſſert. „de Armis illicitis §. 47. *usque ad* §. 58. locum „delibavimus ſupra §. 1. *Prop. IV.* Noſtram ſen„tentiam expoſuimus ſupra §. 15.

„*b*) (SED OMNINO DISCRIMEN ADHIBENDUM:) „Author putat percuſſorem qui hoſti fidem debet „non poſſe immitti, quod facto perfidia inſit; ſi „fidem non debet, poſſe: quod ſupra refutavimus: „Add. *d. diſp.* §. *48.*

„*c*) (SUBDITI IN REGEM:) qui fidem jura„runt.

„*d*) (IN SENIOREM:) i. e. dominum feudi, 2. „3. 14.

„*e*) (MILITES IN EUM CUI MILITANT:) & „cui ſacramento obſtricti ſunt.

„*f*) (RECEPTI UT SUPPLICES:) Nam per dedi„tionem judicio ac arbitrio victoris ſe ſuaque ſub„mittunt.

„*g*) (ADVENÆ:) Qui ſcilicet animum perma„nendi non ſaltem transeundi habent. *ſupra.* §. „6. 7. & 8.

„*h*) (AN VERO NULLA TENEANTUR FIDE:) „Adeoque nec ſubditi, nec vaſalli, nec advenæ ſunt.

i) (Grot.) (PIPINUS:) *Vide Pauli Warnafredi* libro VI. (Cap. 37.)

„*k*) (LAUDATUS AB HISTORICIS:) *Martial. l. 8.* „*epigr. 30.*

l) (Grot.) (Q. MUCII SCÆVOLÆ:) Qui *Plutarcho ἀνὴρ εἰς πᾶσαν ἀρετὴν ἀγαθὸς· vir ad omnem virtutem egregius.* (Vit. Poplicol. pag. 106. B.)

„*m*) (NIMIRUM HOSTEM OCCIDERE UBIVIS LI„CET:) Quia reſiſtit reparationi juris noſtri.

„*n*) (SED & JURE GENTIUM:) Intelligit vo„luntarium, quale non agnoſcimus.

„*o*) (NEC REFERT QUOT SINT:) An plures „ab uno, an unus a pluribus, an unus ab uno oc„cidatur.

„*p*) (SEXCENTI LACONES:) *Juſtin. 2.* 11. Dio„dorus Siculus quingentos fuiſſe refert. *l.* 11. *c.* 9. „Alii trecentos tantum *Herod. l. 7. 224. Ælian 3.* „*var. 24.* Simile de paucis Gallis tentorium Perſa„rum regis petentibus refert *Marcell. 19. 13. Vid.* „*Teſm. h.*

q) (Grot.) (PAUCIORIBUS IDEM LICUIT.) Valens pecuniam promiſit ei qui Scythæ cujusquam caput attuliſſet, ita pax obtenta. *Zoſimus* IV, (cap. 22.)

„*r*) (PETILIUM CERIALEM:) Veſpaſiani cogna„tum. *Gron. h.*

s)

foderent. *s* Laudat Eleazarum Ambroſius, quod elephantem ſupe- De Off
reminentem cæteris adortus eſt, arbitratus ei inſidere Regem. Ne- 1, c. 40 Vide 1
què tantum qui hæc faciunt *t* ſed & qui aliis faciendi auctores ſunt, Macc. 6,
jure Gentium inculpati habentur. Scævolæ ad audendum fuerunt 45, & ſeq.
auctores illi in bellis adeo ſancti veteres Romani Senatores.

3. Neque movere quenquam debet, quod deprehenſi tales *u* exquiſitis ſuppliciis affici ſolent: nam id ipſum non eo venit *v* quod in jus gentium deliquerint, *w* ſed quia eodem jure gentium in hoſtem quidvis licet: *x* gravius autem aut levius malum ſtatuit quis- L. 3. §.
que pro ſua utilitate. Nam ſic & exploratores *y* quos mittere jure ult. ad l. Corn de
gentium haud dubie licet, quales miſit Moſes, qualis fuit ipſe Ioſue, Sicariis.
z deprehenſi peſſime tractari ſolent (ἔθος τῶς κατασκόπους κτείνειν, *mos eſt exploratores interficere*, ait Appianus) *aa* juſte interdum ab his qui Bell.
manifeſte juſtam habent bellandi cauſam: *bb* Ab aliis vero licentia illa Punic. p. 21.
quam dat belli jus. Quod ſi qui reperiuntur *cc* qui tali opera obla-

ta

s) (Grot.) (LAUDAT ELEAZARUM AMBROSIUS:) Et Joſephus antiquæ hiſtoriæ XII. (Cap. 9. §. 4. *diviſ. Hudſon.*) Factum non diſſimile Theodoſii in Eugenium eſt apud *Zoſimum* libro IV. (Cap. 58.) Gallorum in regem Perſarum, apud *Agathiam:* Perſarum decem in Julianum, apud *Ammianum* XXIV. (Cap. 4.) & *Zoſimum* III. c. 20. Alexii Comneni in Toruſen, apud *Nicetam Choniaten* lib. IV. de Manuele: (Cap. 4. ubi tamen de *Andronico* agitur, non de *Alexio Comneno.*) Bulgarorum in Nicephorum Imperatorem apud *Zonaram.* (Lib. XIV. Cap. 15. Ceterum quid ſibi voluerit Auctor, ubi ex *Agathia* factum *Gallorum* in Regem *Perſarum* indicat, plane neſcio. Apud illum enim Hiſtoricum nil de *Gallis*, nedum in Regem *Perſarum.* J. B.)

„*t*) (SED & QUI ALIIS FACIENDI AUCTORES „SUNT, JURE GENTIUM INCULPATI HABENTUR:) „Hæc exempla non probant jus gentium ſed ipſum „jus naturæ.

„*u*) (EXQUISITIS SUPPLICIIS AFFICI SOLENT:) „Conf. *l. 3. c. 7. §. 6. n. 4. in. f.*

„*v*) (QUOD IN JUS GENTIUM DELIQUERIT:) „Delinquere non poſſunt in jus quod plane non „exiſtit.

„*w*) (SED QUIA EODEM JURE GENTIUM IN „HOSTEM QUIDVIS LICET:) Non *jure Gentium* „demum in hoſtem omnia licent, quia tale non „datur, ſed ipſo jure naturæ.

x) (GRAVIUS AUTEM AUT LEVIUS MALUM STATUIT QUISQUE PRO SUA UTILITATE:) Communis ſententia gentium fuit, ſævire licere in hoſtes captos, nedum ergo in ejusmodi hoſtes, qui in meo inveniuntur territorio animo mihi nocendi: At alibi diximus hunc abuſum eſſe juris gentium: Jure naturæ hoſtis ſtatim ac captus eſt deſinit eſſe hoſtis, adeoque ſævire in eum amplius non licet, niſi contra jus naturæ aliquid commiſerit, uti percuſſores.

ADDITIO.

Noſtram ſententiam expoſuimus *ſupra.* §. 15. *lit. d.*

„*y*) (QUOS MITTERE JURE GENTIUM HAUD „DUBIE LICET:) Jure naturæ enim quin ex„ploratores mittere liceat, dubium non eſt: actus „enim per ſe nihil turpitudinis habet, præterea „id neceſſarium eſt ad juris noſtri reparationem.

„*z*) (DEPREHENSI PESSIME TRACTARI SO„LENT:) Quia hoſtes ſunt in quos alteri bellum „gerentium æque omnia licent.

„*aa*) (JUSTE INTERDUM AB HIS QUI JUSTAM „HABENT BELLANDI CAUSAM:) Intelligit juſtiti„am internam, quæ ex jure naturæ oritur, & ubi „Auctor præciſe requirit juſtam cauſam.

„*bb*) (AB ALIIS VERO LICENTIA ILLA QUAM „DAT JUS BELLI:) In bello ſcl. jure gentium ſolenni: „quæ licentia tantum jus externum tribuit, & im„punitatem. Equidem verum eſt, jure naturæ „tantum eum qui juſtam cauſam habet jura belli „ſibi arrogare poſſe: cum vero uterque juſtitiam „cauſæ ſibi aſſerat, nec ſuperior ſit, qui de „ea cognoſcat & decidat, ſuſpenſam eſſe diximus „quæſtionem de cauſæ juſtitia donec per ultimam „victoriam, i. e. per ſententiam Dei, bellorum ar„bitri, conſtet uter jure uter injuria egerit: At„que tunc in victum omnia licent, illeque tum „Deo tum victori jure pœnas dabit.

cc) (Grot.) (QUI TALI OPERA OBLATA UTI NOLUERINT:) Vide *Cromerum* p. 113. (Lib. V.)

ADDITIO.

„Mathias Hungariæ rex hoſtem Georgium Po-

ta uti noluerint, id ad animi celſitudinem & virium apertarum fiduciam, [dd] non ad juſti injuſtive opinionem referendum eſt.

4. At [ee] de his percuſſoribus, quorum facto perfidia ineſt, aliter cenſendum; neque enim ipſi tantum [ff] contra jus Gentium faciunt, ſed & qui eorum utuntur opera: quanquam enim in rebus aliis, qui malorum opera in hoſtem utuntur [gg] peccare cenſeantur apud Deum [hh] non autem apud homines, id eſt in gentium jus, quia ea in parte,

Mores leges perduxerunt in poteſtatem ſuam:

Lib. 8. Epiſtola ad Ruf. 18. num. 3. *Et decipere*, ut Plinius loquitur, *pro moribus temporum prudentia eſt:* tamen [ii] intra jus interficiendi conſtitit hæc conſuetudo; [kk] nam hic qui aliena utitur perfidia, [ll] violaſſe jus non naturæ tantum, ſed & gentium creditur: Hoc docent illa Alexandri ad Darium:

Curt. l. 4. c. 1. *Impia bella ſuſcipitis; & cum habeatis arma,* * *licitamini hoſtium capita.*

Lib. 4. c. 11. Et mox: *qui ne belli quidem jura in me ſervaveris.* Alibi: *Ad internecionem mihi perſequendus eſt, non ut juſtus hoſtis, ſed ut percuſſor veneficus.*

Liv. l. 42. c. 18. Eodem referendum illud de Perſeo: *Non juſtum apparere bellum regio animo, ſed per omnia clandeſtina graſſari ſcelera latrociniorum & veneficiorum.* Marcius Philippus de iiſdem factis Perſei agens:

Liv. l. 44. c. 1. *Ea omnia quam Diis quoque inviſa eſſent, ſenſuram in exitu rerum ſuarum.*

Lib. 9. c. 6. Pertinet huc illud Valerii Maximi: [mm] *Viriati cædes duplicem perfidiæ accuſationem recepit, in amicis quod eorum manibus*

„diebraccium advertit de inſidiatore. *Beſoldus de* „*arte jureque belli c. 5. Subn. XI. f 92.* Fridericus „Wilhelmus Elector Brandeuburgicus idem de„nunciavit Turrenio. *Valkenir Europ. perturb. p.* „*4. p. 489. Renschius* im brandenburgiſchen „Cedern-Hayn. *in vita Frid. Wilh.*

„*dd*) (NON AD JUSTI INJUSTIVE OPINIONEM:) „Quaſi dubitaverint an jure id fieri poſſit.

„*ee*) (DE HIS PERCUSSORIBUS QUORUM FACTO „PERFIDIA INEST, ALIUD DICENDUM:) Rationem „differentiæ expuſuit Author ſuprà. *c. 1. §. 21 22.* „Nos diximus utroque caſu jure naturæ licitum „eſſe percuſſore uti.

„*ff*) (CONTRA JUS GENTIUM FACIUNT:) Sci„licet voluntarium; quale non dari ſæpius dictum „eſt.

„*gg*) (PECCARE CENSENTUR APUD DEUM:) „Percuſſor peccat quia perfidiam committit, non „autem is qui ejus opera in hoſtem, in quem omnia „licent, utitur, adeoque qui perfidus non eſt.

„*hh*) (NON AUTEM APUD HOMINES, i. e. IN „GENTIUM JUS:) Jure gentium i. e. jure naturæ „opera malorum hominum uti licere Cicero do„cuit ſupra *l. 2. c. 26. §. 5.* Conſ. *l. 2. c. 17. §. 20.* „*n. 1. L. 3. c. 1. §. 22.*

„*ii*) (INTRA JUS INTERFICIENDI CONSTITIT „HÆC CONSUETUDO:) Senſus eſt, jus illud genti„um, quo opera malorum hominum in hoſtes uti „licet, approbaſſe ſaltem cædes hoſtium, non ve„ro in perfidos quoque eos qui fidem hoſti de„bent reddere poſſumus: Diximus fruſtra de ef„fectu juris gentium voluntarii quæri, cum tale „jus plane non exiſtat.

„*kk*) (NAM HIC QUI ALIENA UTITUR PERFI„DIA:) Qui percuſſorem immittit adverſus eum cui „percuſſor fidem, obſequium, honorem debet. „*Gron. h.*

„*ll*) (VIOLASSE JUS NON NATURÆ TANTUM „SED & GENTIUM CREDITUR:) Neutrum admit„timus: jure naturæ omnia in hoſtem licent, & „actus ille ſaltem turpis eſt intuitu percuſſoris: „jus gentium autem non dari toties dictum eſt.

„*) (LICITAMINI:) i. e. pecuniam promittitis „ei qui occiſurus eſt hoſtem veſtrum. *Gron. h.*

mm) (Grot.) (VIRIATI CÆDES:) Scriptor de Viris illuſtribus, (*Aurelius Victor*, Cap. 71.) *qua victoria, quia empta erat, a ſenatu non probata.* Eutropius· *cum interfectores ejus præmium a Cæpione conſule peterent, reſponſum eſt, nunquam Romanis placuiſſe Imperatorem a ſuis militibus interfici.* (Lib. IV. c. 7.) ubi forte legendum, *a Cæpione conſule promiſſum.* Sic quod in Sertorium admiſſum eſt, damnat *Ammianus* libro XXX. (Cap. 1. in fin. Non video ex aliis Auctoribus conſtare de *promiſſo* illo præmio a *Cæpione* conſule. Adeoque minime neceſſarium ſupplementum in *Eu-*

bus interemtus eſt; in Q. Servilio Cæpione Conſule, quia is ſceleris hujus auctor impunitate promiſſâ fuit, victoriamque non meruit, ſed emit.

5. mm Cauſâ cur hic aliud quam in rebus cæteris placuerit, ea ipſa eſt quam de veneno oo ſupra attulimus, ne nimium intenderentur pericula eorum maxime qui eminent. Negabat Eumenes credere *Juſt. l. 14. c. 1.* ſe, *quenquam ducum ſic velle vincere,* pp *ut ipſe in ſe exemplum peſſimum ſtatueret.* Apud eundem cum Beſſus Dario manus intuliſſet, *Lib. 12.* dicitur exempli & communis regum omnium eſſe cauſa: & Oedipus regis Laji cædem vindicaturus apud Sophoclem ſic ait: *Oedip. verſ 139.*

Κείνῳ προσαρκῶν ἂν ἐμαυτὸν ὠφελῶ:

Et apud Senecam in ejusdem argumenti tragœdia:

Regi tuenda eſt maxime regum ſalus.

Conſules Romani epiſtola ad Pyrrhum: *Communis exempli & fidei* *Apud Aul. Gell. 3. 8.* *viſum eſt, ut te ſalvum velimus.*

6. qq In bello ergo ſolenni, rr aut inter eos qui belli ſolennis indicendi jus habent ss id non licet: tt extra vero bellum ſolenne habetur pro licito, uu eodem Gentium jure. Sic in Gannaſcum defectorem ſtructas pp inſidias tales degeneres negat Tacitus. ww Curtius Spitamenis *Annal. 11, 19.* *Lib. 7. c. 5.*

Eutropii verbis. Rejicit etiam hanc emendationem *Heumannus*, in notis ultimæ Editionis, quam curavit Clariſſ. *Havercampius*. J. B.)

„nn) (PLACUERIT:) Rationem affert, cur gentes prohibuerint percuſſore oti ſi perfidia conjuncta eſt, non vero ſi ea ceſſat: Nimirum, quia capita bellum gerentium nunquam tuta futura eſſent. At fruſtra de illa ratione quæritur, cum tale jus gentium non exiſtat.

„oo) (SUPRA §. 14. *n.* 1.

„pp) (UT IPSE IN SE:) Ut aliis oſtendat vi„am inevitabilem in ſe graſſandi, qua ipſe in ali„os uſus fuit. *Gron. b.*

„qq) (IN BELLO ERGO SOLENNI:) i. e. in bel„lo publico quod inter duas ſummas poteſtates „geritur, & indictum eſt.

„rr) (AUT INTER EOS QUI BELLI SOLENNIS „INDICENDI JUS HABENT:) Intelligit illos qui „pro parte imperium habent, qui inæquali fœdere „juncti ſunt. *Vid. c. 3. §. 4.*

„ss) (ID NON LICET:) Scilicet percoſſoribus „uti quorum facto perfidia ineſt.

„tt) (EXTRA VERO BELLUM SOLENNE HABE„TUR PRO LICITO:) Quid ſit bellum minus ſo„lenne ex principiis Authoris expoſuimus in *Diſſ. „proœm. IX. §. 70.* In hoc bello jura naturæ obti„nere ait, *L. 1. c. 3. §. 4. n. 1. & 2*, jure naturæ autem „in rebelles & latrones malorum opera uti licere ſta„tuit, etſi perfidia conjuncta ſit.

„uu) (EODEM GENTIUM JURE:) Atqui Author „paſſim inculcavit, jus gentium non diſponere de „his qui gens non ſunt, aut gentis pars. *Vid. ſu„pra c. 3. §. 12. L. 1. c. 2. §. 4. n. 2.*

vv) (Grot) (INSIDIAS TALES DEGENERES NEGAT:) Sic de Florentino & Barchalba, qui defectorem Procopium adduxerant: *Ammianus.* (Lib. XXVI. Cap. 9. in fin.) *ſi principem legitimum prodidiſſent, vel ipſa juſtitia jure cæſos pronuntiaret, ſi rebellem & oppugnatorem internæ quietis, ut ferebatur, amplas ei memorabili facta oportuerat deferri mercedes.* Sic laudatur Artabanes occiſo Gontharide apud hiſtoricum *Procopium*, ſine Vandalicorum ſecundi. (Cap. 28.) Adjice de Suchodolii cæde *Cromerum* libro XXVIII. (pag. 604. *Ed. Baſil.*)

ADDITIO.

„Tacitus non ait Gannascum per percuſſores, „quibus perfidia conjuncta erat periiſſe, ſed per „miſſos Corbulonis qui Gannascum dolo aggreſſi „ſunt, & per inſidias eum interſecerunt: *Tacit. „Annal. l. XI. c.* 19. Hoc factum, non contra „hoſtem, ſed transfugam & perfidum commiſ„ſum, non improbatur.

„ww) (CURTIUS SPITAMENIS PERFIDIAM MI„NOS AIT INVISAM ESSE POTUISSE:) Alexander „non fuit Author hujus perfidiæ, adeoque hoc

menis perfidiam minus ait inviſam eſſe potuiſſe, quia nihil ulli nefaſtum in Beſſum interfectorem regis ſui videbatur. [xx] Sic & in latrones & piratas perfidia vitio quidem non caret, [yy] ſed apud gentes odio eorum in quos committitur impunita eſt.

§. XIX.

1. [a] Stupra in fœminas in bellis paſſim legas & permiſſa & impermiſſa. Qui permiſerunt [b] ſpectarunt injuriam ſolam in alienum corpus, cui ſubjacere quicquid hoſtile eſt juri armorum non incongruens judicabant. Melius alii, [c] qui non ſolam injuriam, ſed ipſum efferatæ libidinis actum hic conſiderarunt, [d] & quod is neque ad ſecuritatem pertineat, [e] neque ad pœnam, [f] ac proinde non bello magis quam pace impunitus eſſe debeat: atque hoc poſterius jus eſt gentium non omnium, ſed meliorum. Sic [g] Marcellus, antequam
Auguſt de Civ. Dei, lib. 1. c. 6. Syracuſas caperet, legitur [h] geſſiſſe curam pudicitiæ etiam in hoſte ſervandæ. Scipio apud Livium & ſua & populi Romani intereſſe ait,
Lib. 26. c. 49. *nequid quod uſpiam ſanctum eſſet apud ipſos violaretur*, [i] uſpiam, id eſt apud moratiores populos.. Diodorus Siculus de Agathoclis mi-
Bibliotb 19. 8. litibus: ὥστε τῆς εἰς γυναῖκας ὕβρεως καὶ παρανομίας ἀπέχοντο, *ne a mulieribus quidem* [k] *vim nefariam abſtinebant.* [l] Ælianus cum narraſſet a Si-

„exemplum theſin Authoris non probat: Sed nec „perfidiam Spitamenis approbat Curtius: Sed „ſaltem ait *minus eam inviſam jam eſſe potuiſſe.*

„xx) (SIC ET IN LATRONES ET PIRATAS PER„FIDIA VITIO QUIDEM NON CARET:) Fides enim „quæ his qua talibus datur, omnino ſervanda eſt. „*L.* 2. *c.* 13. §. 14. *l.* 3. *c.* 23. §. 2.

„yy) (SED APUD GENTES ODIO EORUM IN „QUOS COMMITTITUR ET IMPUNITA EST. &c.) Re„petit hæc Author paſſim infra *c.* 12. §. 26. *n.* 1. *c.* „19. §. 6. & *c.* 23. §. 2. Quaſi gens jus puniendi „delicta alterius gentis ullo caſu habeat? Errorem „hunc Authoris refutavimus *l.* 2. *c.* 20.

a) (STUPRA IN FOEMINAS IN BELLIS PASSIM LEGAS ET PERMISSA IMPERMISSA:) Regula generalis eſt, licita non eſſe in hoſtem quæ ad jus conſequendum aut bellum finiendum nihil conducunt. Stupra enim nihil eo pertinent: Sane quæ per ſe turpia ſunt nulla belli ratione excuſantur, neque abuſus ille juris gentium, quo jus vitæ & necis in ſervos ſibi arrogarunt hoſtes, ad pudicitiam extenſus eſt. Unde hæc Romanis ſancta viſa fuit etiam in hoſte *Vid. Liv. l. 26. c. 69.*

„*b*)(SPECTARUNT INJURIAM SOLAM IN ALIE„NUM CORPUS:) Sed male: injuria enim in „corpus hoſtis non licita eſt niſi quatenus eſt ne„ceſſaria.

„*c*) (QUI NON SOLAM INJURIAM SED IPSUM „EFFERATÆ LIBIDINIS ACTUM HIC CONSIDERA„RUNT:) Qui actus per ſe illicitus eſt, & ad vin„cendum nihil operatur.

„*d*) (ET QUOD IS NEQUE AD SECURITATEM „PERTINEAT:) Hoſtium vires eo neque minuun„tur, neque noſtræ augentur.

„*e*) (NEQUE AD POENAM:) Eſſet enim novum „flagitium.

„*f*) (AC PROINDE NON BELLO MAGIS QUAM „PACE IMPUNITUS ESSE DEBEAT:) Quia eſt actus „per ſe omni tempore illicitus.

„*g*) (MARCELLUS:) *Liv.* 25. *c.* 25. Conſ. *Quin„tilian, declam.* 3.

h) (Grot.) (GESSISSE CURAM PUDICITIÆ:) Et Luculus narrante Xiphilino. [Immo Dione Caſsio, Lib. xxxv. pag. 2. A.] Vide edictum Mauri Cabaonis apud *Procopium* Vandalicorum 1. (Cap. 8.)

„*i*) (USPIAM, i. e. APUD MORATIORES POPU„LOS:) Apud quos jus naturale viget; nam inter „gentes nihil aliud ſanctum eſt quam quod ſan„ctione naturali ab omni violatione eximitur, „non quod ex ficto aliquo gentium jure ſanctum „fingitur.

k) (Grot.) (VIM NEFARIAM:) *Appianus* Mithridatico de Chiis captis: τὰ γύναια καὶ τὰ παιδία βαρβαρικῶς ὑπὸ τῶν ἀγόντων ὑβριζόμενα· *mulieres & pueri barbarum in morem ab iis qui ducebant ſtuprari.* (pag. 201)

„*l*) (ÆLIANUS:) *L.* 6. *var. hiſt.*

m) (Grot.) (INTER CHRISTIANOS:) Servarunt id Beliſarius ubique, Totilas captis Cumis & Roma

Sicyoniis victoribus fœminarum ac virginum Pellenæarum pudicitiam proſtitutam, ſic exclamat: ἀγριώτατα ταῦτα, ὦ θεοὶ ἑλλήνιοι καὶ ἐδ' ἐν βαρβάροις καλὰ, κατάγε τὴν ἐμὴν μνείαν; *Crudelia hæc per Deos Græciæ, & quantum memoria complector ne ipſis quidem barbaris probata.* Libro 6 var. hiſt. c. 1.

2. Atque id [m] inter Chriſtianos obſervari par eſt, non tantum ut diſciplinæ militaris partem, ſed & ut partem juris Gentium: id eſt ut qui pudicitiam vi læſit, quamvis in bello, [n] ubique pœnæ ſit obnoxius. Nam nec Hebræa lege impune quiſquam id tuliſſet, ut in- Deut. 21, 10. telligi poteſt [o] ex ea parte quæ de captiva ducenda, neque vendenda poſtea, conſtituit. Ad quem locum Becchai magiſter Hebræus: *Voluit Deus ut caſtra Iſraelitarum ſint ſancta, non projecta in ſcortationes & abominationes cæteras, ut caſtra gentium.* Arrianus, cum De Exped. Alex. 4. 19 narraſſet captum Roxanes amore Alexandrum, ὐκ ἐθελῆσαι ὑβρίσαι καθάπερ αἰχμάλωτον, ἀλλὰ γῆμαι γὰρ ὐκ ἀπαξιῶσαι; *noluiſſe ea ut captiva per libidinem abuti, ſed matrimonio dignatum,* adjicit facti laudationem. Plutarchus de facto eodem: ὐχ ὕβρισεν, ἀλλ' ἔγημε φιλοσόφως *non per libidinem abuſus ea eſt, ſed uxorem duxit, ut dignum philoſopho.* De fortun. Alex. Orat. II. pag. 332. E. Et Torquatum quendam, quod hoſtili virgini vitium obtuliſſet, Romanorum decreto [p] in Corſicam deportatum annotavit Plutarchus. Parall. pag. 308 309.

CAPUT V.

De rebus vaſtandis eripiendisque.

I. *Res hoſtium corrumpi & rapi poſſe.*
II. *Etiam ſacras: quod quomodo intelligendum.*
III. *Et religioſas: addita itidem cautione.*
IV. *Doli quatenus hic permiſſi.*

§. I.

ma capta. *Procopius* hæc tradit Gotthicorum III. (Cap. 1. & 20. ubi de *Beliſarii* ſolita agendi ratione, & de *Totila*, eodem modo ſe gerente, poſtquam *Roma* potitus eſt. Sed *Cumas* Auctor heic poſuit pro *Neapoli*. Vide *Cap. 8.* ejusdem libri *J. B.*)

ADDITIO.

„Imo ut partem juris naturæ.

„n) (UBIQUE POENÆ SIT OBNOXIUS:) Huoc „enim effectum juri gentium Author tribuit in „illis caſibus ubi jus gentium quædam vetat quæ ju„re naturæ ſunt permiſſa. *Vid. diſſ. proœm. IV.* „*§. 15.* At toties dictum eſt, non dari jus genti„um, adeoque nec eo jure aliquid vetari poſſe, „nedum ſub pœna.

o) (Grot.) (EX EA PARTE DE CAPTIVA DUCENDA:) Quam facunde explicat *Philo* libro περὶ φιλανθρωπίας, (pag. 706. & ſeqq.) *Joſephus* altero contra Appionem. τῶν αἰχμαλώτων πρυνόησεν ὅπως αὐτῶν ὕβρις ἀπῇ, μάλιςα δὲ γυναικῶν· *lex etiam pro bello captis curam geſſit, ut abſit ab eis contumelia, maxime a mulieribus* (pag. 488 §. 29. *diviſon. Hudſon.*)

p) (Grot.) (IN CORSICAM DEPORTATUM:) At Perſarum rex Chosroes eum qui Apameæ puellæ vim intulerat cruci affixit. *Procopius* Perſicorum II. (Cap. 11.)

ADDITIO.

„Sunt & aliæ quæſtiones circa arma, de quibus „dubitari poteſt an licita ſint, & quæ in ſæpius „laudata diſputatione *de armis illicitis* §. 57. us„que ad §. 72. recenſentur.

(AD §. 1.) Author *hoc capite* agit de vaſtatione rerum hoſtilium, per quam intelligitur omne damnum hoſti illatum, unde nullum nobis lucrum obvenit: In *ſequenti capite* agetur de rerum hoſtilium captura, ſeu de præda, qua res hoſti ablatæ nobis acquiruntur, adeoque *aliquid* tranſit in noſtram

§. I.

Non eſſe contra naturam ſpoliare eum, quem honeſtum eſt necare, [a] dixit Cicero. [b] Quare mirum non eſt ſi jus gentium corrumpi ac rapi permiſerit res hoſtium quos interficere permiſerat. Polybius itaque Hiſtoriarum quinto, [c] [d] jure belli comprehendi ait ut munitiones hoſtium, portus, urbes, viri, naves, [e] fructus, & ſi qua

Offic. 3. c. 6.

Cap. 11.

noſtram utilitatem.

Vaſtare res hoſtiles eodem jure licet quo occidere hoſtem; ſcilicet quatenus ad reparationem juris noſtri, eſt neceſſarium: Neceſſarium autem videtur (1) ſi rebus hoſtilibus deſtructis magis adigatur hoſtis ad jus noſtrum nobis tribuendum, quod vel vis reſiſtendi in ipſo fiat minor, vel in nobis vis adigendi major, uti ſi exutis fructibus, vel frumentariis igne conſumtis dedere hoſtis ſe teneretur: (2) Si alia & mitiori via jus noſtrum defendi nequeat, ita enim urbs occupari nequit niſi dirutis munimentis & ædificiis.

Illicita ergo eſt vaſtatio rerum hoſtilium (1) ſi hoſtium vires non debilitantur, ut in vaſtatione rerum ſterilium, templorum, rerum luxurioſarum, ut hortorum voluptuariorum. (2) Si hoſtis eo facto non vincitur, ſed ſaltem læditur absque ſpe victoriæ, quo pertinent machinæ illæ bellicæ quæ non expugnandis & occupandis oppidis & munimentis, ſed evertendis eorum ædificiis adhibentur, vulgo Bombardiren, dicitur: (3) Si absque vaſtatione victoria vel jus obtineri poteſt tunc enim non eſt neceſſaria ad reparationem juris, eoque illicita: (4) In bello notorie injuſto vel temere ſuſcepto; tunc enim neceſſitas non eſt a natura, ſed ex vitio & imbecillitate bellum gerentis: (5) cum hoſtile territorium jam eſt in noſtra poteſtate; victus enim deſinit eſſe hoſtis. Unde excidia urbium paſſim improbantur: de Corintho Vide *Cic. l. 1. off. c. 35. Plin. l. 2. c. 2.* de Troja vide *Senec. in Troad. v. 273.* (6) Declaravit olim Rex Galliæ non decere regem chriſtianum vaſtare urbem bumbardis niſi jure talionis: quo prætextu Bruxellam bombardis deſtruxit.

ADDITIO.

„Ut ſyſtema Authoris recte intelligatur repetenda eſt ejus diſtinctio inter licentiam quæ (1) ex jure naturæ ſociali, Lib. 3. c. 2. §. 1. (2) ex jure gentium voluntario in bello ſolenni & publico permittitur. *L. 3. c. 5. §. 1. n. 1.*

„*Iure naturæ ſociali* licitum eſſe ait vaſtare „res hoſtiles, easque corrumpere ſi quis *juſtam* „*belli cauſam* habet, & *quatenus id eſt neceſſarium* „*ad juris noſtri reparationem*; adeoque tantum *in-* „*tra modum debiti & pœnæ. Vid. §. 1. & c. 12. §. 1.* „*Add. l. 3. c. 1. & 2. cap. 2. §. 1. cap. 5. §. 1. cap.* „*12 §. 1.* Ubi excipit res ſubditorum innocentium, „*ibid.* & res ſacras ac religioſas. *L. 3. c. 5. §. 6. & 7.* „*Cap. 12. §. 6. & 7.*

„*Iure gentium* res hoſtiles vaſtari poſſe ait, etiam „*ex injuſta cauſa*, & in infinitum; i. e. *ultra modum* „*debiti & pœnæ: L. 3. c. 5. §. 1.* adeoque & res in„nocentium ſubditorum, & res ſacræ ac religioſæ. „*ibid. §. 4. & 5.* Addit, inde non oriri jus internum „ſed tantum externum. *L. 3. c. 1. §. 1 c. 10. §. 3.*

„Præterea rationes politicas ſuppeditat, cur par„cendum ſit rebus quæ nobis fructuoſæ eſſe poſſunt, „quæ hoſtibus inutiles, aut mox noſtræ futuræ ſunt: „*L. 3. c. 12. §. 3. n. 5.*

„Nos toties jam notavimus, non dari jus gentium „voluntarium, nec inter gentes præter jus naturæ „aliam regulam eſſe: Negamus autem jure naturæ „vaſtare res hoſtiles non licere niſi ex juſta cauſa, „& tantum intra modum debiti & pœnæ: Cum „enim uterque ſibi aſſerat juſtam eſſe cauſam, nec „judex ſit qui de ea cognoſcat, aut neuter vaſtare „res alterius poterit, aut utrique id licebit: adeoque „ſuſpendi debet judicium de cauſæ juſtitia donec „Deus per ultimam victoriam rem decidat.

„Jure Naturæ igitur vaſtari res hoſtiles poſſunt jure „belli, idque in infinitum: Cum enim (1) ex judi„cio noſtræ civitatis hoſtis injuria res noſtras ra„piat, vaſtet, cives occidat &c. ipſa ratio nobis „dictat in pœnam viciſſim eorum res rapi & vaſtari, „civesque eorum occidi poſſe. Sed & (2) „Res hoſtiles ex quo in noſtram poteſtatem perve„niunt, i. e. ex quo occupantur, noſtræ fiunt, eoque „a diſpoſitione noſtra dependent, ita ut eas perdere „pro lubitu poſſimus. *L. 21. C. Mand.*

„Plane igitur in diſciplina juris naturalis non „quæritur de modo debiti aut pœnæ, (cujus rei „rationes expoſuimus ſupra *cap. 1. §. 1. lit. f.*) nec an „hoſtis vires inde minuantur, aut noſtræ augeantur, „nedum quid perfectius aut conſultius ſit.

a) (DIXIT CICERO:) In genere hoc aſſertum verum non eſt: Nam cum & occidere & vaſtare non liceat niſi ex ſola neceſſitate reparandi juris, contingere poteſt ut hoſtem interficere neceſſarium ſit, vaſtare autem res hoſtiles non ſit neceſſarium. Atque eo caſu honeſtum eſſet natura necare hoſtem, non vero ſpoliare, i. e. plus quidem licebit, non vero minus.

„*b*) (QUARE MIRUM NON EST SI JUS GEN„TIUM CORROMPI PERMISERIT QUOS INTERFICE„RE PERMISERAT:) Ex ipſo loco Ciceronis appa„ret, vaſtationem & cædem non demum ficto „aliquo jure gentium voluntario, ſed naturali ra„tione permitti.

„*c*) (POLYBIUS:) *Lib. 5. c. 3.*

„*d*) (JURE BELLI COMPREHENDI:) Nam omnia „hæc tendunt ad reparationem juris noſtri, vel „ad puniendum hoſtem.

e)

qua ſunt ſimilia, aut eripiantur, aut corrumpantur. Et apud Livium legimus, *eſſe quædam belli jura, quæ ut facere ita pati ſit fas:* Lib. 31. c. 30.
[f] *ſata exuri, dirui tecta; prædas hominum pecorumque agi.* [g] Ipſas urbes totas dirutas, aut mœnia ſolo æquata, populationes agrorum, incendia, ſingulis ferme paginis [h] apud hiſtoriarum ſcriptores invenias. Et notandum [i] licere hæc & in deditos. *Oppidani*, inquit [k] Tacitus, *portis ſponte patefactis ſe ſuaque Romanis permiſere,* Ann. 13. c. 41.
quod ſalutem ipſis tulit: Artaxatis ignis immiſſus.

§. II.

1. Neque [a] jus gentium merum, [b] ſepoſita officiorum aliorum con-

e) (FRUCTUS:) Si ſcilicet iis juvatur hoſtis. Unde arbores frugiferas vaſtare licet, ſteriles non licet, niſi lignum hoſti ad comburendum, aut ad exſtruenda munimenta ſit neceſſarium, vel ſi ad eundem uſum ego illos adhibeam: *Vid. infra l. 3. c. 12. §. 2.* De frugum vaſtatione notandum eſt edictum Friderici apud *Cruſ. Ann. Suev. l. 5. Lehm. Chron. Spir. l. 7. c.* 106.

Neque obſtat lex divina in *Deut. 20. v. 19. ſeq.* quæ invertere rem videtur, dum non vult arbores frugiferas ſuccidi, ſteriles jubet: Reſp. loquitur de arboribus frugiferis Cananæorum, adeoque terræ quam Iſraelitæ occupare debebant, & cujus occupationem promittebat Deus citra devaſtationem, quæ proinde hoc caſu non erat neceſſaria.

ADDITIO.

„Diximus omnes arbores hoſtium ſuccidi in „pœnam poſſe: idque ex ipſa lege divina modo „allegata probatur, ubi ſteriles ſuccidi poſſunt, „etſi hoſtium vires inde non minuantur, nec no„ſtræ augeantur: Ratio autem cur frugiferæ ſuc„cidi prohibeantur ſingularis, & a B. Parente mo„do allegata eſt. *Vid. infr. c. 12. §. 2.*

f) (SATAS EXURI, DIRUI TECTA:) Modo ad defenſionem juris ſit neceſſarium.

g) (IPSAS AUTEM URBES TOTAS DIRUTAS AUT MOENIA SOLO ÆQUATA:) In pœnam.

„*h*) (APUD HISTORIARUM SCRIPTORES:) Exem„pla vide apud *Salluſt Cat.* 51. *Auguſt. de Civ. Dei* „*l.* 7. *&* 3. 27. *Quintil. Inſt.* 8. 3. *Teſm. h.*

i) (LICERE HÆC ET IN DEDITOS:) Imo jure naturæ dediti deſinunt eſſe hoſtes: adeoque tota ratio belli in iis ceſſat: Neque gentes moratiores deditorum res vaſtaſſe aut rapuiſſe legimus.

ADDITIO.

„In deditis eadem eſt ratio quæ in hoſtibus ca„ptis, animadvertere in eos poſſumus tanquam in „criminis reos.

„*k*) (TACITUS:) *Ann. l.* 13. *c.* 41. At neceſſitas „requirebat, ut eam diruerent; rationem hanc „affert Tacitus, *quia nec Teneri ſine valido præſidio,* „*ob magnitudinem mœnium, nec id nobis virium* „*erat, quod firmando præſidio & capeſſendo bello* „*divideretur.*

(AD §. II.) Quærit Author an res ſacræ hoſtium vaſtari poſſint? & jure gentium eas a jure vaſtandi exceptas non eſſe ait: Nos in genere aſſerimus, res ſacras vaſtari non poſſe: Nam *vel* occupatæ illæ jam a nobis ſunt *vel* non ſunt, *priori* caſu jus vaſtandi ceſſat quia neceſſitas ceſſat, ex qua ſola jus vaſtandi obtinet: Deſinit enim eſſe res hoſtilis dum noſtra fit, & ſic nobis idem jus competit in rem illam quod antea victo competiit, ſcilicet jus utendi ad uſus ſacros. *Poſteriori* caſu itidem jus vaſtandi ceſſat, (1) quia Deo jus quæſitum eſt ex conſecratione quod nemo ei auferre poteſt. Quod ergo Deo ſacrum eſt omnibus quoque gentibus ſacrum eſſe debet, quia communi notione vero Deo, quem & nos veneramur, dicatum eſt, licet in modo colendi error adſit. Hæ igitur res ſacræ veneratione communi numinis tutæ eſſe debent. *Vid. infr. c. 12. §. 6.* Sed & (2) nihil hæc vaſtatio ad victoriam facit, adeoque deficit ratio quæ vaſtandi licentiam permittit, ſcilicet neceſſitas: Sane neque hoſtium vires inde minuuntur neque noſtræ augentur. Alias (3) eandem facultatem concederemus hoſti in res noſtras ſacras, & illi jure talionis noſtra quoque ſacra violare poſſent, quia æque confidunt ſuis ac nos noſtris ſacris. Neque inter hoſtes quæritur de religionis veritate, ſed de jure in templa. Unde (4) merito facta ejusmodi improbari paſſim videmus in hiſtoria profana. De ſacrilegio Cambyſis vide *Juſtin. l. 1. c.* Philippus ab omnibus damnatur quod in ſacra ſævierit, idque ultra jus victoriæ factum eſſe ait Florus *l. 2. c. 7.* Unde ſacrilegum id vocat Diodorus *l.* 16. Add. *Juſtin. lib.* 8. *c.* 16. *Polyb. Hiſt. l. 5. c.* 3. & infra *c. 12. §. 6. & 7.*

ADDITIO.

Noſtram ſententiam ſtatim explicabimus.

„*a*) (JUS GENTIUM MERUM:) Non dari jus „gentium merum alibi probavimus. *Vid. diſſ.* „*proœm. IV.* §. 29. *ſeq.*

b)(SE

conſideratione, [c] de quibus dicemus infra, [d] ſacra excipit, id eſt, [e] quæ Deo aut diis dicata ſunt, [f] *Cum loca capta ſunt ab hoſtibus,* L. cum loca 36. D. de religioſis. *omnia deſinunt ſacra eſſe*, ait Pomponius Juriſconſultus. *Sacra Syracuſarum victoria profana fecerat*, ait Cicero Verrina quarta. Cauſa hujus eſt [g] quod quæ ſacra dicuntur, revera non eripiuntur humanis uſibus, [h] ſed publica ſunt: [i] ſacra autem nominantur a fine cui Cap. 55. deſtinata ſunt. [k] Signum ejus quod dico eſt, quod cum quis populus alteri populo aut Regi ſe dedit, tum [l] etiam ea dedit quæ divi- L. 1. c. 111. §. 3. na dicuntur, ut ex formula apparet quam citavimus [m] alibi [n] ex Livio: cui convenit illud in Amphitruone Plauti:

Urbem, agrum, aras, focos, ſeque uti dederent.

Deinde:

Deduntque ſe, divina, humanaque omnia.

L. 1. §. 2. D. De Juſt. & Jur. 2. Et ideo [o] Ulpianus publicum jus etiam in ſacris ait conſiſtere. Pau-

„*b*) (SEPOSITA ALIORUM OFFICIORUM CON-
„SIDERATIONE:) i. e. ſepoſito eo quod ex jure
„interno debetur.

„*c*) (DE QUIBUS DICEMUS INFRA:) Nam Au-
„thor quæ bellum gerentibus ex integro jure gen-
„tium concedit, eadem ex legibus æqui & boni
„iterum eripit capite X. & ſeq. & inprimis c. 10.
„§. 1. & c. 12. §. 6. ſeq.

„*d*) (SACRA EXCIPIT:) Imo nec naturæ jure
„ſacra excipiuntur, ſed æque vaſtari poſſunt: Res
„enim ſacræ demum fiunt per conſecrationem
„ſuperioris, adeoque lege Principis; occupata
„autem re illa ab hoſte, deſinit lex conſecrationis,
„utpote quæ victorem non obligat. adeoque lo-
„cus iterum fit profanus. *l. 36. ff. Religios* uti igi-
„tur aliæ res profanæ vaſtari poſſunt, ita & res
„quæ olim ſacræ fuerunt.

„*e*) (QUÆ DEO AUT DIIS DICATA SUNT:)
„Quæ autoritate principis Deo aut diis conſecratæ
„ſunt. Hinc res Deo autoritate privata dicatæ
„manent profanæ. *Vid. diſſ. proœm. XII. §. 231.*

„*f*) (CUM LOCA CAPTA SUNT AB HOSTIBUS
„OMNIA DESINUNT ESSE SACRA:) Verba hæc
„ſunt legis *36. ff. Relig.* At Ictus non loquitur de
„jure gentium voluntario, ſed de jure naturæ.

„*g*) (QUOD QUÆ SACRA DICUNTUR REVERA
„NON ERIPIUNTUR USIBUS HUMANIS:) Imo adeo
„eripiuntur uſibus humanis, ut a juriſconſultis res
„*nullius* dicantur, quia in nullius bonis ſunt. Hinc
„nec in commercio eſſe dicuntur, lege enim pu-
„blica ad ſolos uſus ſacros deſtinata ſunt. *Vid. B.*
„*Par. diſp. de Evocat. Sacror. Sect. 2. §. 1. usque ad §.* 30.

h) (Grot.) (SED PUBLICA SUNT:) *Marſilius*
Patavinus in defenſore pacis cap. v. p. 2. *Nicol.*
Boërius decil. LXIX. num. 1. *Boſſius* in crim. de
foro competente num. 111. *Cothmanus* conſ. 100.
num. 30.

ADDITIO.

„Senſus videtur eſſe, quod ideo non ſint erepta uſi-
„bus humanis quia publica ſunt, i. e. quia uſus eorum
„publicus eſt. At, ſi dicendum quod res eſt, in
„ſenſu juris non poſſunt *publica* appellari,
„nam jure Romano *publica* duplici ſenſu vocan-
„tur, vel quia publica ſunt jure gentium, vel quia
„publica ſunt unius populi: *l. 14. ff. A. R. D.*
„Utroque ſenſu proprietas in nullius bonis eſt, ſed
„uſus qui ex rei natura percipi poteſt vel omni-
„bus hominibus, vel omnibus civibus patet.

„Cum vero res ſacræ non quoad quoslibet uſus,
„ſed tantum quoad uſus ſacros civibus ſint com-
„munes, adeoque de perceptione ſeu de occupatio-
„ne quæſtio eſſe non poſſit, certiſſimum eſt ſacra in
„ſenſu juris non poſſe dici *publica*. Atque hinc
„etiam in jure Romano publica & ſacra invicem
„diſtinguuntur, & hæc non ad res *publicas*, ſed ad
„res *nullius* referuntur.

„*i*) (SACRA AUTEM NOMINANTUR A FINE
„CUI DESTINATA SUNT:) Adeoque peculiari nomi-
„ne venire putat, non quaſi uſibus humanis ſint
„exemta, (publica enim ſunt quorum uſus ad popu-
„lum pertinet) ſed quia ſpeciatim ad uſus ſacros
„ſunt deſtinata: At ex eo ipſo apparet ſacra non eſſe
„publica, quia in rebus publicis uſus omnibus patet:
„quilibet igitur habitare in loco ſacro poſſet, arbo-
„res plantare, caſas ponere &c.

„*k*) (SIGNUM EJUS QUOD DICITUR:) Nimirum
„quod quæ ſacra dicuntur non eripiantur humanis
„uſibus.

„*l*) (ETIAM EA DEDIT QUÆ DIVINA DICUNTUR:)
„Quæ deditio effectu carere videtur ſi uſibus huma-
„nis eſſent exemta: At id non ſequitur, nam per dedi-
„tionem eorum quæ divina dicuntur, non uſus tra-
„ditur ſed jus circa ſacra, jus conſecrandi, jus circa
„ritus diſponendi, jus mutandi ſacra &c.

„*m*) (ALIBI:) *L. 1. c. 3. §. 8.*

„*n*) (EX LIVIO:) *L. 7. c. 31.* ubi de deditione
„Campanorum agit: Conf. *Id. l. 26. c. 23.*

„*o*) (ULPIANUS PUBLICUM JUS ETIAM IN SA-
„CRIS AIT CONSISTERE:) *Vid. l. 1. §. 2. Juſt.*
„*& jur.* At inde non ſequitur ſacra eſſe publica,
nam

Pauſanias Arcadicis ait morem fuiſſe Græcis barbariſque communem [p] ut res ſacræ arbitrii eorum fierent qui urbes cepiſſent. Sic Jovis Hercæi ſimulacrum Troja capta conceſſum Stenelo, multaque alia ejus moris exempla commemorat Thucydides lib. IV: τὸν νόμον Cap. 98. τοῖς Ἕλλησιν εἶναι, ὧν ἂν ᾖ τὸ κράτος τῆς γῆς ἑκάστης, ἤν τε πλέονος. ἤν τε βραχυτέρας, τούτων καὶ, τὰ ἱερὰ ἀεὶ γίγνεσθαι: *jus hoc apud Græcos eſſe, ut qui imperium obtineant in terra aliqua magna aut parva, [q] eorum ſint & templa.* A quo non diſcrepat illud apud [r] Tacitum: *Cunctas ceremonias Italicis in oppidis, templaque, & numinum effigies, juris atque imperii Romani eſſe.* Ann. 3. 71.

3. Quare & populus ipſe, [s] mutata voluntate, poteſt ex ſacro pro-

„nam aliud eſt quæſtio an ſacra ſint publica, i. e. „an uſus rerum ſacrarum omnibus ſit com„munis (hoc enim ſenſu Author publica eſſe „dixit) quod negamus; alia an ſacra pertineant „ad jura publica, i. e. ad jura populi quod affir„mamus, quia ſunt pars imperii: Imperium au„tem verſatur circa publica & privata.

„Bene notat B. Parens in Diſputatione de evo„catione Sacrorum *Sect. 2. §. 9. & 10.* dari quo„que ſacra privata, quæ itidem commercio homi„num exempta ſunt, ſcilicet quoad uſus profanos.

„Uti enim (quæ ſunt verba dictæ diſſertationis) „res profanæ ſunt vel publicæ vel privatæ, qua„rum illæ ad uſus civiles ſeu profanos omnium „civium, ſeu totius civitatis; hæ ad ſingulorum „pertinent: ita res ſacræ quoque ſunt vel publicæ „vel privatæ, quarum illæ ad uſus ſacros ſeu o„mnium, ſeu civitatis, hæ ad ſingulorum deſti„natæ ſunt.

„Eſtque hæc vulgatiſſima diſtinctio inter ſacra „publica & privata. Ita in *l 9. §. 1. ff. ad L. Jul.* „*Pecul.* dicitur, *ſacrilegi ſunt, qui publica ſacra* „*compilaverunt, at, qui privata ſacra tentaverunt,* „*amplius quam fures merentur.* Idque frequens „eſt apud Livium, qui de Numa Rege ait: *Omnia* „*publica privataque ſacra Pontificis ſtatis ſubjecit.* „*lib. 1. c. 20.* Alibi vocat *ſacra publica & genti*„*lia, lib. 5. cap. 52.* id eſt, privatæ gentis, ſeu fa„miliæ. Eodemque ſenſu, *religiones publicas &* „*privatas,* ſeu Gentis unius *dict. cap. 52.* Quin „*Deos publicos & privatos. d. cap. 52.* Item *divi*„*num & ſuum, ſeu privatum, lib. 8. c. 10* ubi de „forma devovendi ſe ait. *Ni moritur neque ſuum,* „*neque publicum divinum pure faciet.* Denique „*Dii penates* quoque dicuntur *publici at privati.* „Ita Juſtinus *lib. 8. c. 3.* de Philippo ait, *non Diis* „*Penatibus publicis privatiſque pepercit.* Et De„cius filius invehitur in Patricios *quod negent* „*Plebejos publica ſacra facere poſſe, cum privata* „*faciant;* & contendit, *plebejos Deorum magis* „*cauſa quam ſua id petere, ut quos privatim co*„*lunt & publice colant. Liv. lib. 10. c. 7.*

„Hæc ſacra privata frequentiſſima apud Roma„nos fuere, ac proprie Larium nomine venerunt, „unde & locus his ſacris dicatus Lararium dictum „*Æl. Lamprid. in vita Alexandri Sev. cap. 29. &* „31. Neque deficit exemplum apud Hæbreos, uti „patet ex hiſtoria Michæ, quæ refertur *Judic. 17.* „*&* 18. Ita in primæva Eccleſia, ſeu tribus prio„ribus ſeculis, omnia ſacra fuere privata, cum „publica licita non eſſent ſub Gentilibus Impp. „Et talia ſunt, de quibus agitur in Pace Osnabrug. „*art. 5. §. 31. & ſeqq.* exercitium ſcilicet religi„onis privatum, quod iis in Romanæ Religionis „territorio conceſſum eſt, qui id ante bellum ha„buerant; vel quod legatis Principum extrane„orum permitti ſolet.

„*p*) (UT RES SACRÆ ARBITRII EORUM FIE„RENT QUI URBES CEPISSENT:) Nam omnia jura „publica & privata in victorem tranſeunt.

q) (Grot:) (EORUM SINT ET TEMPLA:) Oſtendit hunc morem & Polybii locus infra capite XII. §. 7.

„*r*) (TACITUM:) *Annal. l. 3. c. 71.*

„*s*) (MUTATA VOLUNTATE POTEST EX SACRO PROFANUM FACERE:) Expoſita vera ac vernacula ſacrorum, eorumque quæ divini juris dicuntur, indole naturalique ratione, oſtenſoque ſacra publica contineri imperio civili, eique adeo competere ſummum jus conſecrandi etiam privata, in proclivi jam eſt ſtatuere, *quibus modis res ſacra a religione liberentur, fiantque adeo pura, vacua ſeu libera;* Purus enim locus dicitur, qui neque ſacer, neque religioſus, neque ſanctus eſt, ſed ab omnibus his nominibus vacuus. *l. 2. §. 4 ff. de religioſ.* & liberari religione ſacris inde evocatis. *d. l. 9. §. 2. ff. de R. Div.*

Primum igitur ædes quidem non deſinit eſſe ſacra, etſi diruta ſit. *§. 8. in fin. de R. D. l. 6. §. 3. ff. eod tit.* Verum totius tamen loci interitu ſacra quoque extingui dubitandum non eſt; uti ſi chasmate, alluvione, aliiſve modis perierit, cum ſacrum eſſe nequeat quod non amplius extat. *arg. l. 7. §. 5. in fin. ff. de acq. rer. dom. arg. l. 2. ff. de uſufr. princip. Inſt. eod. tit. arg. leg. 36. ff. de Religios.* Publicatione vero non item, cum bonis alicujus ad fiſcum delatis, non poſſit plus ad hunc tranſire quam ille habuit. *l. 20. pr. ff. de adq. rer. dom.*

Digitized by Google

Deiude præſcriptione quoque immemoriali aboleri ſacra ſatendum eſt, ſi vere ſit immemorialis, id eſt, cujus initii memoria non extat: Reliquæ vero præſcriptioues, etſi centum aut multo plurium annorum ſint, poteſt. *l. 9. ff. de uſucap. d. §. 2. eod. l. juncto §. 2. de Inut. ſtip. l. 1. §. 9. ff. de præſcr. in 6.* Rebus tamen Eccleſiæ 40. annorum præſcriptionem obeſſe, excepta Romana cui 100. demum anni oppunnotur, vulgatiſſimum eſt; mudo res fuli ſint. *Carpz. p. 2. conſt. 5. def. 1. & ſeq.*

Specialiter quoque receptum fuit; ut, cum rem ſive locum ſacrum religione liberare vellent, certis inde ritibus evocarent ſacra; cujus rei mentio ſit, in *L. 9. §. 2. fin. ff. de R. D.* ubi hæc habentur. *Solent qui liberare eum loco religione volunt, ſacra inde evocare.*

Fuit ergo Evocatio ſacrorum nihil alind, quam ritus ſolennis quo locus ſacer aut divini juris liberari religione, eoque proſanus fieri ſolebat. *d. l. 9. §. 2.* Id tum maxime curæ ipſis fuiſſe cum urbes obſiderent, ex Servio refert Gronovius *in not. ad Grot. de J. B. & P. Lib. 3. c. 5. §. 2. n. 1.* & pluribus explicat Macrobius *Saturnal. lib. 3. c. 9.* Solebant enim ſoleoni carmine ex hoſtili urbe, quam occupaturi armis erant, evocare Deos, iisque ædem & ſacra Romæ vovere.

Quem traxiſſe morem videntur ab obſidione Vejorum, poteotiſſima urbis Etruriæ, cum qua Romanis continens per aliquot ſecula bellum fuit, quoadusque poſt decennalem obſidionem veluti altera Troja, Camilli pietate, virtute, ac felicitate capta ac diruta, & non urbs ſaltem ſed & urbis memoria prope deleta fuit. Cujus funeri, cum expoſita ejus magnitudine, gravi elogio, quaſi leſſu parentaſſet L. Florus *Hiſt. Rom. lib. 1. c. 12. f.* in hæc denique verba erumpit. *Laborat annalium fides, ut Vejos fuiſſe credamus.* Camillus igitur, cujus ut incredibilis fuit virtus in hoſtes, ita non minor pietas io Deos, & juſtitia in omnes, atque inde perpetua adeo felicitas, ut ſulus tum fortunæ Rumanæ ſtator, & Romulus alter haberetur: cum ad obſidionem urbis tandem miſſus, atque jam in eo eſſet, ut eam ex cuniculo caperet, vocatis ad prædam civibus ſuis, decimaque ejus Apollini conſecrata, hoc votum Junoni fecit apud Livium *L. 5. c. 21 Te ſimul Juno Regina, quæ nunc Vejos colis, precor, ut nos victores in noſtram tuamque mox futuram urbem ſequare, ubi Te, dignum amplitudine tua, templum accipiat.* Quam ambitioſo deinde apparatu, miraculorum quoque ſabulis (ut in religione ornanda nimium ſolenne eſt, ubi minime omnium decet, & eget) inſtructo, Romam deducta fuerit, pluribus refert Livius *lib. 5. c. 22.* Atque hinc actus tam ſolennis ac illuſtris mori huic initum dediſte videtur.

Cauſa vero ſuperſtitioois ſine dubio fuit, quod ſua cuique urbi ac populo ſacra peculiaria & propria numina fuerint, in quorum tutela locus urbs vel populus eſſet, Dii tutelares inde dicti: *Macrobius d. lib. 3. c. 9.* quemadmodum variarum Gentium ſacra, & quæ cuique maxime culta fuerint numina, memorat ac pluribus exemplis perſpicue illuſtrat Cicero *Orat. Verr. 4. paſſ.* unde & Dii penates dicti ſunt, quaſi penes nos nati ſive quod penitus inſident. *Cic. l. 2. de Nat. Deor.* uti apud Virgilium *l. 2. Æneid. & paſſ.* & ſpecialiter Dii penates patrii. *Cic. d. Verr. 4. c. 8.* quo uomine Deos cuique proprios & quaſi indigenas vocari conſtat: qua ratione Æneas, quod Deos Trojanos ſecum veheret, Penatiger dicitur: *Ovid. Metam. 50. v. 440.*

Hæc Helenam ceciniſſe Penatigero Æneæ
Meote memor refero.

Adeo, ut noo taotum ad ſacra publica & Genti cuique peculiaria, ſed & ad privata, & civibus, vel familiis propria vox Penatium referatur. *Cic. pro Dom. c. 41.* ubi ita invehitur in P. Clodium. *Iſta tua pulchra libertas, Deos penates & familiares meos Lares expulit, ut a te ipſa tanquam in captivis ſedibus collocaretur? Quid eſt ſanctius, quid omni Religione munitius, quam domus uniuscujusque civium? Hic aræ ſunt, hic foci, hic dii Penates, hic ſacra, religiones, ceremoniæ continentur.* & apud Terentium *in Phorm. A. 1. S. 5. f.* Senex, cum alius ad forum iret, ait, *At ego Deos penateis hinc ſalutatum, domum divortor.*

Cum igitur ſui cuique populo dii proprii ac patrii, ſive peoates eſſent, fieri noo potuit, quin ſi inter populos hoſtile odium ac bellum exarſiſſet, etiam inter Deos eorum penates, & tutelares inimicitiæ certamen eſſe, eosque ſingulos ſuis præſidio auxilioque fore crederetur. Atque hæc eſt pervagata ea gentium opinio, quam taoto artificio io ſcenam produxere divini Poetæ, Homerus in bello Trojano per totam Iliada; & maxime libro 20. ubi Jupiter permittit Diis ſuis quemque partibus auxiliari, & Virgilius in bello Latino *Sex libris poſterioribus Æneidos* ubi Deos non minus, quam Duces Ducibus congreſſos finxerunt.

Summum igitur Romanis ſtudium fuit, non tantum ſuus ſibi Deos ante bellum placare, & ſacris rite peractis, civitati ſuæ conciliare; ſed & ipſus hoſtium Deos ſibi propitios reddere, precibus eos ad ſe evocando, & templa ac cultum Romæ iis pollicendo. Unde in memorata Vejorum expugnatione ait Livius *d. c. 21. Vejentes & ab ſuis vatibus & ab externis oraculis proditos, jam in partem prædæ ſuæ vocatos Deos* (decima Appollini dicata) *alios votis ex urbe ſua evocatos hoſtium templa novasque ſedes ſpectaſſe &c.* Cui ſimile eſt, quod apud Petronium arbitrum *in fragm. ſatyr.* picta excidii Trojani imago refert, Græcos Trojana numina contra Trojanos vocaſſe.

Contraque Troas Troja invocant ſacra.

Accedit denique, quod ea quoque fuerit Romanorum in Deos reverentia, ut neſas habuerint Deos, ut putabant, habere captivos. *Macrob. d. lib. 3. ſaturnalium cap. 9.* Atque ideo eos carmine evocare conati ſuot.

Neque ei adverſatur, quod jure Romano indiſtincte lucus ab hoſte captus, ipſo facto deſinat eſſe ſacer ac religioſus; *l. 36. ff. de Relig.* neque adeo opus ſit evocatione deorum. Etenim ſummopere cavendum eſt, ne duo iſthæc jura commiſceantur; alterum, quo ſolenni ſuperſtitione Dii evocati dicuntur ex loco, ſive urbe capienda: alterum, quo urbe capta, & reportata victoria, ipſo facto loca deſinunt eſſe ſacra ac religioſa. *d. l.*

Digitized by Google

d. l. 36. Huc pertinet, quod Cicero *Verrin. 4. c. 55.* de M. Marcello dixit. Eum victoria omnia profana feciſſe. Et idem Roma e Gallorum manibus recuperata fana omnia, quod ea hoſtes poſſediſſent, reſtitui expiarique oportuit. *Liv. l. 5. c. 50.* cujus ſententiæ cauſas deinceps evolvemus.

Prius fieri ſolet circumſeſſo loco, & eventu adhuc dubio, voto ac ſpe urbis facilius capiendæ, ne adverſi ſint Dii, ſed novæ religionis novarumque ſedium ſtudio deliniti aut in obſidentium partes tranſeant, aut obſeſſorum ne foveant. Poſterius autem accidit expugnato jam & occupato loco, ſive eum certum ſaltem eſt captum iri, tum enim creditum eſt Deos ultro excedere locis ab hoſte devictis.

Ita Æneas, capta jam & fumante Troja, ac deſperata ſalute, ſociis ait.

> Quæ ſi fortuna videtis
> Exceſſere omnes, adytis ariſque relictis,
> Dii quibus Imperium hoc ſteterat.

Quod & Petronius Arbiter ex tabula prædicta, quæ Trojæ haloſin pictura referebat, ita expreſſit;

> Jacet ſacerdos inter aras victima,
> Plangitque terram, ſic profanatis ſacris,
> Peritura Troja, perdidit primum Deos.

Eaque potiſſima ratio fuit, qua Camillus populum detraxit a pertinacia deſerendi Romam, & migrandi Vejos nuper captos, propalam teſtatus, ſe nefas ducere deſertam ac relictam a Diis immortalibus urbem incoli. *Liv. l. 5. c.* 30. Ita Hieroſolymis captis, inter prodigia ſeu præſagia recenſetur: *Feſto Pentecoſtes noctu ex intimo templo auditum eſſe ſacerdotibus motum & ſtrepitum quendam, & mox ſubditum vocem. Migremus hinc. Joſeph. d. B. Jud. l. 7. c. 12.* quod idem quoque retulit Tacitus *Hiſt. lib. 5. c. 13. Auditam humana majorem vocem; Excedere Deos: ſimul ingentem motum excedentium.* Adeo conſtans fuit gentium opinio, devicta loca deſeri a Diis ſuis.

Duæ vero cauſæ ſunt, cur credi oportuerit loca ita ab hoſte capta, viduata ſacris & derelicta a Numinibus ſuis intelligi. Id enim ſtatui par erat ſive civitates victæ propitiis Diis ſuis, ſive iratis aut infenſis uti crederentur: Si enim hos, ut offenſos vitiis forte ſuis, Deos haberent, vel propter hæc ipſa vitia aut facinora deſeruiſſe populum exiſtimandum fuerat, quod factis ſuis id meruiſſent.

Ita Annibal, cum Selinuntem in Sicilia expugnaſſet, & Syracuſani miſſis legatis eum monerent ut Deorum fanis abſtineret, reſpondit; *Deos incolis infenſos, Selinunte jam exceſſiſſe. Diod. Sicul. Hiſt. l. 13. c. 59.* Et Cleopatra, victa cum Antonio, per Deos Romanos non per ſuos obteſtatur, addita ratione; *Noſtri enim nos prodiderunt. Plutarch. in Anton. c. 107.*

Sin prius, ut propitios propenſoſque in populum Deos fuiſſe, eoque tutelam eorum ſuſcepiſſe putetur, perinde dicendum ſunt, Deos quoque, ut victos cedere loco victoribus: quod enim inter partes certamen eſt, idem quoque inter eos eſſe oportet qui partes defendunt, earumque præſidium ac tutelam recipiunt, ſc. inter utriusque partis Deos tutelares *ſupra §. 2.* Victa igitur parte, victos quoque qui ab ea ſtetere, Deos, parti victrici, ipſiusque adeo Diis victoribus tanquam certamine ſuperioribus loco cedere neceſſe eſt. Quæ eleganter Virgilius depingit, cum de Pantho Phœbi Sacerdote ait *Æneid. 2. v.* 320.

> Sacra manu, victosque Deos, parvumque nepotem
> Ipſe trahit.

Et *Æneid. I. v. 27.*

> Ilium in Italiam portans, victosque penates.

Ac iterum ipſe Æneas *d. l. I. v.* 328.

> Raptos ex hoſte Penates
> Claſſe veho mecum.

Unde Albani, cum tres fratres Curiatios animarent ad fortiter pugnandum, aiunt, *Deos patrios nunc eorum intueri manus. Liv. lib. 1. c.* 25. Et Camillus, ita ſuorum animos in Gallos acuit, *quod pugnaturi ſint in conſpectu habentes fana Deum. Liv. lib. 5. c. 49.*

Unde & hoc eſt, quod ſtudium quaſi ſingitur populi victi Deos ſuos ſervandi; & ipſorum Deorum, alibi ſedes quærendi. Idem Æneas ſe ita monitum narrat ab Hectore, ab inferis ſibi apparente. *Æneid. lib. 2. v. 293.*

> Sacra ſuosque tibi commendat Troja penates.
> Hos cape fatorum comites, his mœnia quære.

Et tam mox *v. 296.*

> Sic ait, & manibus vittas veſtamque potentem.
> Æternumque adytis effert penetralibus ignem.

Et hos raptos ex hoſte penates, ait ſe claſſe ſecum vehere *loc. cit.*

Qua ratione Bachus quoque, apud Jovem patrem intercedens pro Thebis, petit urbi parci, aut ſacra ſaltem ſua alibi reſtitui, apud Papin. Statium *Thebaid. lib. 7. v.* 178.

> Cedo equidem (victis Thebis) quo ſacra tamen ritusque peremtæ.
> Gentis abire jubes?

Et mox de iisdem ſacris:

> Da ſedem profugo!

Tanti viſum fuiſſe Diis Gentilibus creditum eſt, certam cultus ſacrorumque fidem habere inter homines!

Quin & id creditum fuiſſe videtur, poſſe victorem vel auferre eis Deos, ſacra v. gr. evocando ſi velint, aut relinquere ſi eos ipſis iratos putarent. Uti de Romanis refertur, quod Tarento Herculis ſimulacrum Romam tranſtulerint, reliquos vero Deos tanquam Tarentinis iratos ipſis reliquerint. *Add. Liv. l. 27. c. 18.* Et hoc caſu ergo non videntur deſiiſſe ſacra. Ita Gentes cum Diis ſuis tanquam cum hominibus ipſis egere.

Hæc primum exponenda fuere, ut appareret, quæ præcipue cauſa eſſet juris illius Gentium ſaltem ſecundarii, communi populorum uſu conſenſuque comprobati, quo loca ſacra ab hoſtibus capta deſinunt eſſe ſacra, & intelliguntur fieri profana. Cum enim ſacrorum uſus unice in Deorum cultu conſiſtat, & Deorum cauſa atque ad eorum cultum comparata illa ſint, nihil ſacri re-

inquitur Diis ſugatis, vel ſugientibus; nec cultus numinum intelligi poteſt ſine numinibus.

Accedunt alia momenta. Idem enim conſequens eſt ejus ſententiæ, qua numina arbitrio civilis poteſtatis adſciſcuntur, eisque templa pro lubitu dedicantur. Ea enim poteſtate victa & ſubacta ab alio, ceſſant penitus omnia ejus arbitria ac jura, & adeo, cum & dedicandi poteſtas, omnis perinde ac reliqua imperii jura captivitate extincta fuerint cum ipſa civitate, dedicationes quoque extingui neceſſe eſt. Enim vero, cum civitas illa Deos aſſumſerit ut in tutela Deorum ſuorum eſſet, deſinit tutela civitatis, cum civitas eſſe deſinit, ut omnis tutela morte aut interitu Clientis, cujus illa fuit propria, quod & relatorum natura pervincit. *arg. §. 3. quib. mod. tut. ſinit.* Denique, vel ideo aliter ſtatui non potuit, quia captivitate omnia quaſi vacua, etiam liberi homines in ſervitutem redacti, nullumque adeo priſtini juris veſtigium relictum fuit: qua ratione utitur Juriſconſultus, in *d. l. 36.* & inde nec ſepulchra hoſtium devictorum religioſa nobis dicuntur *d. l. 36. l. 4. ff. Sep. violat.*

Hoc ergo tanquam jus commune Gentium, etiam jure Romano noſtro relatum eſt in *d. l. 36. ff. de Religioſ.* Loca ſacra ab hoſtibus capta, deſinere eſſe ſacra ac religioſa, ac fieri profana. Et hinc marmora, monumenta eximi inde & alienari, atque ad quosvis uſus humanos transferri poſſunt, & ceſſat ſepulchri violati actio: *d. l. 4. ff. de ſep. viol.* ita tamen ut, ſi liberentur ab hoſte, perinde ac omnia jura poſtliminio reſtituantur. *d. l. 36.* Et hæc ita juris fuere ſingularis, nec ad alios caſus extenſa; etenim, ſi diruta aut collapſa fuerit ædes, area tamen manet ſacra, *l. 6. §. 3. ff. d. Rer. div. §. 8. eod.* nec in commercium veniunt. *l. 73. pr. ff. de contr. emt.*

Adeo autem Romani confiſi ſunt huic ritui evocandi Deos, ut inter occultiſſima eum habuerint, idque ſumma cura ac ſtudio egerint ne quem ipſi haberent Deum tutelarem, ſeu in cujus tutela urbs eſſet, & ipſius urbis Latinum nomen vulgaretur: ut caverent *ne quod ſæpe adverſus urbes hoſtium feciſſe ſe noverant, idem ipſi quoque hoſtili evocatione paterentur ſi tutelæ ſuæ nomen divulgaretur*, ut inquit Macrobius *d. lib. 3. Saturnal. cap. 9.* ubi ait; *urbis nomen latinum* (forte, quod formula ſacra non niſi patria lingua & vernacula concipienda fuit:) *doctiſſimis quoque ignoratum fuiſſe, nec Dei nomen certo proditum.*

Aliud vero ab evocatione ſacrorum fuit devotio urbis, ſeu exercitus hoſtilis; etſi enim alterum ex altero inferri quodammodo queat, cum Deorum evocatio execrationem quandam continere videatur, & exſecratio votum ut Dii eos derelinquant, tamen in ſe aliud eſt Deos invitare ad inde migrandum; aliud, odium Deorum imprecari civitati: quemadmodum & diverſum utriusque ritus carmen eſt, uti cujusque formulas exhibet Macrobius *d. c. 9.* Enim vero evocatio fuit Deorum tutelarium; devotio autem fiebat per omnes Deos utriusque partis, uti tum ex memorata formula Macrobii, tum ex ea apparet qua Decius ſe devovit apud Livium *lib. 8. c. 9.* Sed votum, ut Dii hoſti terrorem injiciant, utraque formula comprehenſum fuiſſe videtur. *Macrob d. c. 9. & Liv. d. cap. 9.*

Ex his præmiſſis B. Pareus concludit vaſtari loca ſacra jure gentium poſſe, quanquam id nec inter Chriſtianos, nec apud ipſos Romanos ubique receptum fuerit: ita enim pergit *Sect. 3. §. 4. usque ad §. 12.*

Id vero jam maxime dubium videri debet. Num juſtum, ut & hoſtili occupatione deleatur loci religio? Id quidem jure Romano, quin & uſu Gentium ſatis conſtat, ut explicatum id eſt, rationesque additæ, quod Numina cuique genti propria ac peculiaria fuerint, quæ proinde aliis gentibus non fuere ſacra, ſed profana. Verum ex his ipſis rationibus apparet, contrarium inter Chriſtianos, omnesque veri Dei cultores, tenendum eſſe: Cum enim cultus Deo vero & omnipotenti debitus univerſalis & omnium hominum ac gentium communis ſit, omnes, etiam hoſtes, ad illum obligantur, nec ſine ſummi Numinis injuria illa, quæ ei dedicata ſunt, ab ullo hominum profanari & violari impune poſſunt; Hæc enim ubique divini juris & illius Dei ſunt, qui omnibus & omnium æque Deus agnoſcitur; qui colendus ab omnibus eſt, non profanandus: nec evocari e gente in gentem poteſt, cujus ubique Numen præſens eſſe fatemur: & cui proinde quicquid conſecratum eſt omnium gentium ac hoſtium quoque judicio ſacrum eſt,

Neque obſtat alia ratio relata in *l. 36. ff. de Religioſ.* quod capta ab hoſte terra, tota in ſervitutem ita redigatur, ut liberi homines quoque ſervi fiant: atque adeo omne territorium, & quicquid publice privatimque in eo fuit devictorum, pleniſſimo jure cedat hoſtium prædæ, ut Scipio Africanus dicebat Maſiniſſæ de Syphace victo: *Syphax P. R. auſpiciis victus captusque eſt: Itaque ipſe, conjux, regnum, ager, oppida, homines qui incolunt, quicquid denique Syphacis fuit, præda populi R. eſt. Liv. l. 30. c. 14.*

Eum vero uſum hunc Gentium exceſſiſſe modum juris naturalis, atque abuſum quendam fuiſſe in hoc more Gentium, quo capti ita ſervi hoſtium fiebant ut impune occidi potuerint, etſi in poteſtate eſſent, oſtendimus in Diſputatione *de jure victoriæ diverſo a jure belli.* Neque adeo id fas belli aut victoriæ, ſed nævum quendam fuiſſe, etſi Hebræi quoque eo uſi fuerint, quippe quibus talionis jure id licitum, quin aliquando & ſpeciali juſſu divino ob ſcelera hoſtium injunctum erat. Atque adeo inter Chriſtianos ſenſim mos ille abolitus eſt.

Sed & inter gentes ipſas tamen, & imprimis a Romanis, improbatæ ſunt violationes templorum & ſacrorum etſi armis captorum, & pro ſacrilegio habitæ. Adeo ut Diodorus Siculus arguerit eo nomine Pœnos, tanquam peculiaris & familiaris ipſorum moris ac ſceleris: *Adeo* (inquit verſio) *crudeli impietate cæteris mortalibus hi Barbari* (ſcilicet Pœni, capto Selinuntio metuentes ne incluſi templis ea ac una ſpem prædæ cremarent) *præcellebant, cum alii ne quid nefarie in Numen committant, confugientes ad templa impunitate donent: Pœni ratione contraria ab hoſtibus ideo ſibi temperaverint, quo ſana deorum ſacrilegis manibus*

nibus deprædarentur lib. 13. c. 57. Imprimis autem improbatum id fuit, ubi ſacra victoribus communia fuere dignum memoria eſt, quod Livius de Fulvio Cenſore retulit, qui, cum ædem Fortunæ Equeſtri Romæ voviſſet, ejus exornandæ cauſa partem tegularum marmorearum, quibus ædes Junonis in Bratiis tecta erat, inde ablatas Romam miſit, diſſimulato ſacrilegio. Sed re comperta ipſe Cenſor accerſitus, graviſſima cenſura ſtrictus ac laceratus, tegulæ ex SS. Conſulto reportatæ, & piacularia Junoni fieri decretum fuit. *Liv. lib. 42. c. 3.* Ubi & argumentum a communionibus ſacris, inter alia, in Senatus exprobatione ita habetur: *Eo facto abſtringi religione populum R. ruinis templorum templa ædificantem; tanquam non iidem ubique Dii immortales ſint, ſed ſpoliis aliorum alii colendi exornandique.* Etenim Juno & Romæ religioſæ colebatur Vejis eo translata, ut ſupra dictum. Similiter Cambyſes, quod occupata Ægypto ſana dirui juſſiſſet, & ad templum Jovis Ammonis expugnandum exercitum miſiſſet, dicitur ſacrilegia patraſſe, eum contemptu religionis etiam adverſus Deos graſſatum fuiſſe, & exercitum tempeſtatibus & arenarum molibus oppreſſum interiiſſe. *Juſtin. lib.* 1. *c. 9.* Alia exempla quam plurima, quibus idem oſtenditur, accumulat Grotius *de J. B. & P. lib. c.* 12. *§. 6 7.*

Unde dicendum videtur, etſi gentibus ea ſederit ſententia, loca ſacra ab hoſtibus capta fieri profana, ea tamen non obſtante tantam remanſiſſe Deorum reverentiam, ut quicquid in loca ipſis dicata hoſtiliter actum fuit pro immani ſcelere ac ſacrilegio habuerint. In bello Phocenſi novennali, quod, quia ex cauſa vindicandi ſacrilegii ſpoliato templo Delphico gerebatur, bellum ſacrum dixere, Philippus contra Phocenſes Dux electus juſſit milites omnes laureas tanquam Apollinis inſignia gerere, quibus conſpectis ſine prælio, ſola facinoris conſcientia, fuſi fugatique ſunt, eaque res Philippo tantam gloriam peperiſſe dicitur, ut Diis proximus haberetur. *Iſtum vindicem ſacrilegii, illum ultorem religionum, quod orbis viribus expiari debuit, ſolum qui piacula exigeret, dignum exſtitiſſe.* At cum ipſe deinde, urbibus Græciæ ſubactis, ſana quoque ſpoliare non dubitaret, neque ſacris parceret, non minus ipſum, quam antea Phocenſes, ſacrilegii reum peregerunt: de quibus omnibus graviter Juſtinus *lib. 8. c. 3. &* ſeqq. Atque id plenius patet ſupra ex allegatis.

Quæ quidem non ſatis inter ſe convenire videntur, ſacrilegium fieri in rebus quæ profanæ ſunt, niſi diſcrimen admiſſum fuerit inter ea quæ communia & utrique parti ſacra, & inter ea quæ ſoli hoſti ſacra, nobis profana ſunt: In his, ſi jus omne hoſtium victoria extinctum fuerit, nihil ſacri vel divini juris reliquum eſt; ſecus ac in ſacris communibus: abolita enim per occupationem bellicam conſecratione hoſtili, relinquitur noſtra; quia eadem numina, & quicquid adeo iis dicatum eſt, nobis quoque ſimiliter ſacra ſunt, non profana: quod diſcrimen etiam obſervat Grotius *de I. B. & P. l.* 3. *c. 12. §. 6.*

Nec movet exemplum Cambyſis, quem ſacrilegii reum poſtulant Auctores, quod ſacra Ægyptia violaverit, quæ tamen ipſi ut Perſæ ſacra non fuere, quia Perſæ ſolem unum Deum eſſe credunt. *Juſt. l. 1. c. 10. Curt. l. 4. c.* 13. Enim vero ad ſolem omnes Gentium Deos referri, erudite diſſerit Macrobius *Sat. lib. 1. cap. 17. usque ad cap. 24.* Et Perſis multos Deos fuiſſe teſtatur Strabo *Geogr. lib. 15. c. 14.* & agnoſcit Darius, Deos Imperii Præſides memorando, apud ipſum Curtium *d. c. 13. & c. 14.* ubi precatur non ſolum per ſolem & ſacrum ignem, ſed & per alios Deos patrios: idque probat Seldenus *de Diis Syr. Syntagm. 2. c. 8. p. 320.* Etſi Juſtinus *d. loc.* unum ſolem; & Strabo quoque *d. lib. 15. cap. 11.* unum Martem iis coli aſſerat. Agunt enim illi de cultu præcipuo; ſed nec Martis nec Jovis aliud Numen eſſe quam ſolem docet Macrobius *d. lib. 1. c. 20. & cap. 23.* Imprimis vero Jovis (cujus ædem quoque invaſit Cambyſes;) ſub nomine Beli cultum fuiſſe pluribus exponit Seldenus *d. loc. cap. 1.* notumque eſt illud quod ex Orpheo affert Macrobius *d. l. 1. cap. 18.*

Εἶσ ζεύσ, εἶσ ἅδης, εἶσ ἥλιοσ, εἶσ διονύσοσ·

Qua ratione dicendum quoque omnino erit, inter Chriſtianos omnes, cum omnia templa Deo vero, quem omnes colunt, ſacra dicataque ſint, nunquam illa belli victoriæve jure deſinere eſſe ſacra, neque adeo inter eos Jus illud Romanum allegari poſſe.

Alia autem longe quæſtio eſt, quid ille cujus Imperium eſt in res ſacras ſtatuere, & maxime, an & quatenus liberare eas a religione & ad alios uſus convertere poſſit? quæ foret quarta ſpecies liberandi res a religione. Equidem certa regula eſt, non poſſe ab eo deſtrui ſacra, templa, &c. non, quod non habeat in ea Imperium æque ac in publica profana; ſed quia ea res excedit fines Imperii, nam nec publica profana ipſe vaſtare & deſtruere poteſt; quia Imperium conſtitutum eſt ad conſervandum & tuendum, non ad perdendum: neque in diſceptationem id trahi poteſt.

Verum cum ex hactenus traditis conſtet, Imperium ſummæ poteſtati æque competere in ſacra ac in profana; conſequens eſt, eidem quoque intra fines Imperii de utriſque ſtatuendi facultatem, atque adeo omnia illa agendi jus eſſe, quæ ad tuendam Rempubl. in ſacris & profanis pertinere viſum ipſi fuerit: his enim finibus omnis Imperii vel ſummæ poteſtatis ratio concluditur & abſolvitur: quæ quid aliud eſt quam tutela civitatis; finisque ejus quam ſalus, pax, & ſecuritas populi? Quod ita L L. 12. tabb. expreſſum fuit: Salus populi ſuprema lex eſto.

Ex his quæ hactenus & in Sect. 2. expoſita ſunt plenius, hæc quaſi conſectaria oriuntur. Hinc enim recte infertur, ubi de modo vel ratione extrinſeca cultus divini agitur, Imperii ſeu civilis poteſtatis eſſe de eo ſtatuere; modo ne conditio cultus divini fiat deterior. Ita poteſt modum templorum pro re nata vel reducere, vel augere, vel alias immutare, ſi alius commodior, expeditior, vel melior exercitii ſacri modus ſit, idque evidenti ratione appareat.

Qua de cauſa ita quoque id ſancitum eſt in Pa-

ce Oſnabr. *art. 5. §. 30.* ubi dicitur jus reformandi cohærere Imperio Civili, ſeu, quod in Imperii ſtatibus idem, ſuperioritati territoriali: adeoque non poteſtati Clericorum, hæc enim ſola quæſtio, de qua contentio erat, ibi deciditur; adeoque contra Clericos, non contra ſubditos: de his enim alia mox regula ſeu norma ſubjicitur. §. *33. & ſeqq.* de quo mox.

Ex eadem ratione ſequitur, ſi agatur de abuſibus ſacrorum tollendis, id quoque arbitrium Imperii ſeu ſummæ poteſtatis eſſe. Ea enim eſt pars præcipua reformationis ejusque complexu inprimis continetur. Atque hæc reformationis in Imperio factæ cauſa pluribus in locis fuit, ut abuſus in eccleſiis, & maxime in monaſteriis inter clericos & monachos tollerentur. Quod cum illi refractarii ac rebelles inexpiabile nefas ac ſacrilegium eſſe clamarent, immanem in ſe credulitatem ſævitiamve exerceri calumniarentur, turbas ideo in Imperio cierent, aliosque in Principes ſuos animarent, juſſi ſunt officio cedere, quæ omnia ex actis publicis conſtant. Atque id jus Pace Osnabrugenſe ſuperioritati territoriali quaſi poſtliminio. vindicatum, eoque illi Reformatores abſoluti ſunt. Nullibi vero unquam ſubditi quoque prætextu reformationis ob religionis confeſſionem expulſi, aut male multati, aut conſcientiæ coactæ, vel excruciatæ fuerunt, neque hoc pro jure reformationis habitum, aut ſub eo comprehenſum, vel intellectum fuit: unde perperam tale quid ex jure talionis defenditur, ut quidam faciunt. Vide Jus Publ. noſtrum c. 18. *§. 31.*

Id enim e contrario certum eſt, nullum eſſe eſſe imperium in conſcientias, & omnium longisſime id excedit fines poteſtatis humanæ. Etenim, cum conſcientia ne quidem ſit in noſtra ipſorumque poteſtate, nedum in alterius eſſe concipi poteſt. Non eſt illa res voluntatis noſtræ, quæ & noſtro arbitrio mutari, & alterius parere poteſt; ſed res intellectus, quem formare aut necare humanæ opis non eſt. Non magis itaque hominis eſt conſcientiam vel alterius cogere, vel propriam refingere, quam vel ipſe ſtatuere poteſt, vel alii ſtatuendum injungere, bis bina eſſe centum, vel nivem eſſe atram. Philippus Arabs Chriſtianus fuit *Cuſpin. in Philippo Arab.* ſed ſacra Imperii, quod fere totum adhuc gentile erat, non mutavit. At mutavit Conſtantinus M. non coactis civibus, ſed quia tum major pars jam erat Chriſtiana.

Thuanus, Vir ut eruditione, judicio, ac ingenio incredibili, ita fide ac candore pari, provocans ad experientiam, & geſta temporum quæ nemini uni magis comperta fuere quam ipſi, ita in epiſtola nuncupatoria operibus ſuis præmiſſa ſcribit: *Experientia ſatis edocti ſumus, ferrum, flammas, exilia, proſcriptiones, irritaſſe potius quam ſanaſſe morbum menti inhærentem: ad quem proinde curandum non iis quæ in corpus tantum penetrant, ſed doctrina & ſedula inſtitutione, quæ in animum leniter inſtillata deſcendit, opus eſſe, alia quippe omnia pro arbitrio civilis Magiſtratus, atque adeo Principis ſanciuntur, ſola religio non imperatur, ſed ex præcepta veritatis opinione, accedente divini Numinis gratia, bene præparatis mentibus infunditur. Ad eam cruciatus nihil valent, quin obfirmant potius animos quam frangunt, aut perſuadent: quod de ſua illa ſapientia tam magnifice prædicavere Stoici, hoc nos multo juſtius de religione dixerimus.* Et in ſequentibus prolixe rebus ipſis commonſtrat, tum ex Auguſtino rem præclare deducit, ex quo in Canones id relatum eſt: deinde ex more & ſententia primævæ Eccleſiæ, quæ contenta fuit excludi hæreticos ab eccleſia: idem demonſtrat, oſtenditque, quam illa & pii Epiſcopi, ac inter eos B. Martinus (quem Sulpitius Severus *lib. 2. Hiſt. Eccleſ. circa A. C. 386.* virum dicit plane Apoſtolis conferendum) inde abhorruerint, etiam in cauſa Priſcilliani exitiabilis doctrinæ auctoris, & quantopére factum reliquorum Epiſcoporum deteſtati fuerint, idque ex relatione ipſius B. Ambroſii; cujus hæc verba exhibet: *Cum vero ex furialium iſtorum Epiſcoporum ſententia, Maximus* (tum Imperator) *poſtea decreviſſet Tribunos ſumma poteſtate armatos ad Hiſpanias mittere qui hæreticos inquirerent, deprehenſis vitam & bona adimerent, idem B. Martinus apud eum tenuit, ut decretum revocaretur.* Deinde Sulpitium Severum *d. lib. 2. circa fin.* ſuæ ætatis Epiſcoporum violentiam, ſecutasque inde in Eccleſia, & miſera plebe Dei calamitates, deplorantem *d. lib. 2. circa fin.* exhibet, & inde agnoſcit imaginem temporum pueritiæ ſuæ. (ſub Henrico III.) Hinc laudat Ferdinandum I. ut ſapientiſſimum Principem, qui pacem religionis ſanciverit; tum incidit in ea quæ contra Vallenſes, homines innocentes, ſimplices, & conſcientiæ ſuæ tenaces, horrenda immanitate, & truculentiſſime acta fuere, pluraque alia lectu perdigna in eam rem affert vir pius ac cordatus, & ingenuus, quibus vim a conſcientiis abeſſe debere evincit.

Nec poteſt quisquam aliter ſentire, niſi immaniſſimos & ſæviſſimos primæ eccleſiæ perſecutores ac Tyrannos pari ratione abſolvere velit, quorum in Martyres patrata omnia comprobare, quin laudibus extollere eos opporteret. Illi enim perſecutores, non minus perſuaſi de ſua religione ejusque Zelo accenſi fuere, quin longe plus cauſæ ipſis fuit contra Chriſtianos ſæviendi, a quibus tota religione, omnibusque caſtris diſſidebant, cum Chriſtianis inter ſe de cultu veri Dei conveniat, quin inter eos, qui 4. Conciliis Catholicis, quæ veræ ac ſinceræ eccleſiæ Catholicæ, poſt Dei verbum, unica norma ac regula ſunt, & jure habentur, (*vid. Nov. 115. c. 3. §. 14. & cap. 4. §. 8. junct. l. 7. §. 4. de Summ. Trin. Diſſ. noſtra de jure circa Hær. §. 5. & ſeq.*) ſubſcribunt, lis magis ſit de auctoritate hominis vel humana, quam de cultu Dei; ſcilicet lis inter Imperium & ſacerdotium,. quæ factionibus Gibellinorum & Guelphorum, ejusdem Religionis hominum, cruenta adeo ac funeſta fuit.

Sane quam inviſa res ea ſit ipſi ſanctiſſimo Servatori, patet ex eo, quod tantopere abominatus fuit factum Phariſæorum, eorumque ſtudium Proſelythos, id eſt, ſocios religionis ſuæ, quærendi: cum tamen iis nec vis ulla fieret, & ab idolatrico, illos volentes, ad veri Dei cultum converterent.

Quid ergo ſtatueret de his, qui vero Deo ac Servatore

vatore imbutos, atqoe ad amuſſim veræ Eccleſiæ catholicæ, ſeu 4. Conciliorum formatos, ſui commodi non divini cultus cauſa ad ſua ſacra, vi ac martiriis, ſuſoque in immenſum hominum ac Chriſtianorum ſanguine, perpellere tantopere laborant, & alias perpetuos hoſtes profitentur, ut nihil plane reliquum ſibi fecerint, quo Phariſæis, quo ſævisſimis Eccleſiæ perſecutoribus iraſci poſſint. Quæ non aliter quam commendandæ pacis religioſæ cauſa, quæ Palladium Imperii eſt, dicta ſunto. *vid. Jus publ. noſtrum d. c. 18. §. 28.* Perſequemur jam reliquos modos liberandi res a religione.

Etſi vero demonſtratum jam ſit, loca bello capta inter Chriſtianos & veri Dei cultores non fieri profana; victoris tamen jam arbitrium eſt modum ſacris ſtatuere, adeoque & ſua ſacra, ſi velit, prioribus ſurrogare: Cum enim jure victoriæ deſtructo priore Imperio novum ipſe armis quæſiverit, jam ipſius eſt ſtatum publicum in ſacris profaniſque formare, non abolendo cultum numinis, ſed prout e re publica vel divina viſum fuerit, inſtituendo: quæ res facit ut vel nova templa novis ſacris extruere, vel veteribus illa inſerere, aliquando etiam priora ad alios uſus convertere queat; modo æque cultui divino ex victoris, populi judicio proſpectum ſit. Ita enim & Romani evocatione ſacrorum non abolevere cultum Deorum, ſed vel eos tranſtulerunt in alias ſedes, uti in ſuam urbem, vel ſuos iis ſubſtituerunt, vel hoſtibus, quibus ipſi infenſi erant, Deos quos ipſis iratos putabant, reliquerunt. Uti exempla ſupra allata teſtantur.

Unde plurimum intereſt inter victorem & Imperii ſucceſſorem. Hic enim in idem Imperium, eundemque Reipublicæ ſalvæ ſtatum ſuccedit; eumque adeo in ſacris profaniſque tueri oportet: neque ex ſucceſſione plus juris conſequitur, quam ſuit deceſſoris, de cujus jure reformandi ejusque finibus dictum eſt ſupra, & dicetur adhuc deinceps.

Præterea dubitandum non eſt, quin ſumma poteſtas diſponere quoque de rebus ſacris poſſit, pro ſummis neceſſitatibus publicis, uti ad redimendam pacem, defenſionem reipublicæ, &c. Cum enim ſacra etiam in contentionem bellicam veniant, ob ea bella gerantur, ipſa pariter eventus armorum ſequantur, & jure belli & victoriæ amiſſa hoſtium fiant, longe magis equidem, quod armis poteſt, etiam pace ac tranſactione fieri poterit: & quæ cum interitu civitatis peritura eſſent pro conſervatione ejus impendi. Neque ſanctior ullius oblationis votique uſus intelligi poteſt, quam Rempublicam ab interitu defendi, pacem feſſa armis & nutante Republica redimi, laborantem periculis civitatem ſervare, & ipſa ſuomet pretio ſacra, quæ ipſa pars civitatis & Imperii ſunt, aſſeri, atque ab exitio vindicari.

Ita ſane in Republica & eccleſia quoque Judaica veteri fecerunt Reges etiam peſſimi, ut cum immineret cervicibus hoſtis gravis ac potens, qui non aliter propulſari videbatur poſſe, theſauros quoque Deo ſacratos templo ablatos hoſti, etſi Idolatræ, obtulerunt, uti id patet exemplo Regum Judeæ, Aſſa, *1. Reg. 15. §. 18.* Joas *2. Reg. 12. v. 18.* Achas, *2. Reg. 16. v. 8,* Hiskiæ *2. Reg. 18, v. 15. &c.* qui potentiſſimos tum Syriæ Reges, hac pecunia ſacra ab invaſione, & obſidione urbis, & quaſi a jugulis ſuis arcuerunt, aut fœdere ac pace ſibi conciliarunt.

Idque eſt, quod notiſſimo quoque jure proditum eſt, rem ſacram profanam fieri poſſe. Ita dicitur in *l. 83. §. ſacram 5. ff. de verb. obl.* ibi: *quamvis ſacra profana fieri poſſint.* Et mox: *Si rurſus lege aliqua res ſacra profana eſſe cœperit.* Item in l. 137. §. 6. *Eod. tit.* de re ſacra dicitur, *quod jus hoc mutari, & id quod nunc impoſſibile eſt.* (ut res ſacra, quæ divini juris neque in commercio eſt, vendi queat) *poſtea poſſibile fieri,* adeoque profana. Quod idem dicitur in *§. 2 de Inut. ſtip.* nec dubii juris eſt. Atqui ſi res ſacra profana fieri poteſt, certe non alia juſtior & major cauſa eſt cur poſſit, quam Reipublicæ pax atque tranquilitas. Cujus autem auctoritate fiet profana, & liberabitur a religione? Id additur in *d. l.* 83. §. 5. verſ. *Nec revocantur.* ſcilicet lege aliqua, adeoque a poteſtate civili & legiſlatoria cujus Imperio id continetur, ut oſtenſum Sectione II.

Atque ideo lege civili permiſſum eſt vaſa quoque ſacra vendi, oppignorari, ſolvique poſſe pro redemtione captivorum hominum privatorum, quin ſi non neceſſaria ſint ad uſus ſacros, ſed alia ſufficiant, etiam ad æs alienum Eccleſiæ ſolvendum, cauſa cognita ea alienari. *Nov. 170. c. 10.* Quod & jure Canonico aſſeritur, & a B. Ambroſio graviter defenditur in *c. Aurum 70. cauſ. 12. v. 2.* & inprimis oſtenditur, majoris multo pietatis eſſe ad optimos uſus ea impendi, quam ſterilia eſſe.

Sed nec unquam inter Gentes ambiguum fuit, de ſacris diſponere poteſtatem civilem poſſe. Plutarchus in Tib. Gracho *c. 22.* perbene inquit: *Tam ſacroſanctum nihil eſt, quam quæ Diis dicata ſunt donaria, nemo tamen unquam prohibuit populum his uti, hæc mutare, ea transferre, uti voluerit.* Idque pluribus exemplis ac monumentis illuſtrat Grotius *de jure Bell. & Pac. lib. 3. c. 5. §. 1. n. 3.* Ubi inter alia ad rem facit, quod ex Seneca Patre aſſert; qui ait: *Pro republica plerumque templa nudantur, & in uſum ſtipendiorum dona conflamus.* Et ex Trebatio Juris conſulto. *Profanum, quod ex religioſo vel ſacro in hominum uſum proprietatemque converſum eſt.* Idemque liquido probant formulæ illæ deditionis, quarum ſupra injecta eſt mentio, quibus quilibet populus ſui juris ſacra æque ac profana alii populo dedere conſuevit: Uti populus Collatinos delubra, divina humanaque omnia. *Liv. lib. 1. c. 37.* Populus Campanus, urbem Capuam, agros, delubra Deum, divina humanaque omnia. *Liv. lib. 7. c. 31.* Iterumque poſtquam deſciverant. *Liv. lib. 26. cap.* 33. In eandem formulam convenit Regi Thebano cum hoſtibus, qui deinde ex ea apud Plautum *in Ampytr. Act. 1. Scen 1*

Deduntque ſe, divina humanaque omnia, urbem & liberos

atque hæc eſt quæ proprie, voce hodie inventa ac recepta, ſeculariſatio dicitur; de qua doctiſſimam Diſputationem conſcripſit Marcus Rhode.

Quodſi igitur de ſacris, iisque rebus quæ divini plane juris ſunt, id verum eſt, nemini in

mentem venire poteſt, ut de rebus aliis, ſeu terris eccleſiaſticis quæ Deo conſecratæ non ſunt, dubitet, qnin ei cujus imperium eſt intra ejus fines de iis ſtatuendi poteſtas ſit: quippe quæ nec ſunt divini juris, niſi qnis dixerit eo ſenſu eſſe quo & res ſanctæ qnodammodo divini juris dicuntur. Neque extra commercium, niſi quia publica ſunt; ſcilicet eccleſiæ, quæ eſt pars Reipublicæ ac Imperii. Hæc ergo bona eccleſiaſtica ideo ſaltem alienari neqoeunt quia publica ſunt, nam nec publica profanari poſſunt; nun alia cauſa, quam quod legibus publicis eorum alienatio interdicta eſt, nec quod publicum ſeu populi eſt alius invito populo alienare poteſt.

Unde id primum certiſſimum eſt, quibus caſibus ipſæ res ſacræ & divini plane juris alienari poſſint, multo magis res eccleſiaſticas poſſe. Cum igitur demonſtratum jam ſit, pacis publicæ cauſæ terras cum omnibus ſacris dedi poſſe, nihil dubii remanet quin multo magis bona eccleſiaſtica poſſint. Et cum Imperium civile a natura conſtitum ſit ad tuendam & conſervandam rempublicam, non poteſt ambigi quin rerum harum alienatio, ſi ad reipublicæ pacem & ſecuritatem requiri viſa fuerit, rata plane ac valida ſit. Enim vero notiſſimum eſt, Imperium ſeu Imperatores legibus latis certum alienandi res eccleſiaſticas modum præſcripſiſſe, & pro utilitate eccleſiæ alienationem earum cauſa cognita permiſiſſe, ut patet ex *l. 17. c. de SS. Eccleſ. Nov. 120. c. 1. & ſeqq. Gudelin. de jure noviſſ. lib. 6. cap. 14.* Cujus igitur rei facultatem aliis lege permittere potuerunt, eamne ipſi non habent? & quod pro utilitate eccleſiæ aliis permittere potuerunt id ipſi pro conſervatione totius reipublicæ non poſſunt? cujus publica ſalute omnium partium in ſacris & profanis ſalus & ſecuritas comprehenſa eſt.

Sane cum ſalus & pax reipublicæ ſit ultimus Imperii finis, ſumma rerum, compendium omnium bonorum, ac faſtigium publicæ felicitatis ac ſocietatis, non poſſunt eccleſiaſtica juſtius & ſanctius, aut ad uſus magis pios impendi quam redimendæ pacis & ſecuritatis publicæ cauſa, ſi illam aliter obtineri non poſſe viſum fuerit: quod vel ex ipſius B. Ambroſii loco jam ante ex *c. 70. cauſ. 12 qu. 2.* allato, intelligi poteſt

Imo eſto (quo tamen nihil vanius eſt) non eſſe Imperio jus in res eccleſiaſticas, adhuc tamen bello orto arbitrium pacis de omnibus quæ intra fines imperii ſunt, & quæ in contentionem armorum & diſcrimen belli venerunt, penes eum eſſe cujus eſt ſumma poteſtas & jus belli ac pacis, nemo quisquam ſobrius negavit.

Neque uſum gentium exemplis, quorum jam copiæ ante adductæ ſunt, ulterius propugnare opus eſt. Omnium inſtar eſſe poteſt, quod præ oculis omnium eſt, in bellis quæ inter Chriſtianos & Turcas geſta ſunt, uti plurima fuere pluribus retro ſeculis: etenim iis tot terræ, Principatus, Regna integra, cum omnibus ſacris, vel armis ab infeſtiſſimo hoſte extorta, vel pace & transactione ipſi ceſſa, atque in manus & deditionem tam impiæ religionis dedita fuere; neque tamen ulli hominum in mentem venit ſummos Principes, inter quos bellum fuit, non potuiſſe ſuo jure bellum ita, ut factum, pace finire; & cum moto bello ſe, urbes, agros, cives, templa, ſacra, & divina humanaque omnia, totamque Rempublicam in ambiguam adeo Martis aleam, eventuum pericula, armorumque diſcrimen conjicere, ac bello de iis contendere fas fuerit; non potuiſſe etiam eodem jure de iis tranſigere, & pace tali tot malorum, calamitatum, mortium, exitiorum formas extinguere, eaque a cervicibus ſuis, a capite, a Republica depellere.

Unde nihil magis abhorrere poteſt a ſenſu communi, quam famoſa illa proteſtatio quæ extat apud Lundorpium *Tom. 6. contin. 2. lib. 3 cap. 7. fol. 423.* & apud Limnæum *Add. 2. ad lib. 1. cap. 12. pag. 229. & ad Capit. Ferdin. IV. art. 2.* ac Roma emiſſa fuit contra pacem Monaſterienſem & Osnabrugenſem, qua pax conſcientiis redita, & poteſtas civilis in res eccleſiaſticas, de qua inde ab Henrico IV. per 6 ſecula lis inter imperium ac ſacerdotium funeſtiſſimis motibus ferbuerat, & qua partem dimidiam eamque longe optimam Imperio detractam eſſe, teſte Conringio, credebatur, poſtliminio reſtituta fuit.

Illud vero pactum erat quo non terræ hoſtibus ceſſæ, ſed legitimis dominis aut relictæ, aut reſtitutæ: non ſacra hoſtibus dedita, ſed ſua ſtatibus ac civibus Imperii, uti ante bellum fuerant, ſervata; non abolitus veri Dei cultus, ſed ad amusſim divinæ legis, judicio juſti terrarum magiſtratus, exactus; non evocata ſacra, ſed eodem legitimo judicio emendata; denique bona publica uſibus publicis, quibus exempta quidem videbantur, aſſerta, ac ſacris & cultui divino nihilominus ita conſultum & proſpectum fuit, ut ſacris neceſſitatibus nihil penitus deceſſerit. Hanc vero curam ac vigilium incumbere ſummæ Imperii poteſtati, ut operam det ne cultus divini exercitium deficiat, ſegneſcat, aut langueat: quibus vero modis, locis, &c. illud optime & commodiſſime effici poſſit ac debeat, judicium eſſe ejus cujus loci Imperium eſt, demonſtratum jam fuit tota ſect. 2.

Quid vero cauſatur illa proteſtatio? Quatuor imprimis. 1) Septenarium Electorum numerum, ſedis Romanæ auctoritate olim conſtitutum, ſine ejus beneplacito non potuiſſe augeri. 2) Pacem de rebus Eccleſiaſticis ſine ejus auctoritate factam, nullius momenti eſſe. 3) Officere animarum ſaluti, & 4) Commodis ac auctoritati ſedis Romanæ &c.

Cæterum (1) quam illud figmentum pugnet cum certiſſimis hiſtoriarum monumentis, inter alios accuratiſſime demonſtrat Onuphrius Panvinius *tract. de Comit. Imp. cap. 6. per tot.* et vel oculis exhibetur in jure noſtro publico *c.* 10. 11. & 12. (2) Hic error refutatus eſt tota Sectione 2 & 3. (3) Cultus Dei, pace illa conceſſus, ad amusſim 4 Conciliorum vere Catholicorum formatus eſt, nec ab iis, adeoque ab Eccleſia vere Catholica, vel minimum recedit. Lis vero fuit de Jurisdictione & Imperii jure in res Eccleſiaſticas, adeoque de re ac jure humano; & de abuſibus quibusdam, quos præter 4. illa Concilia irrepſiſſe univerſalis omnium tum ſententia fuit, a Sigismundo Imp. laudatiſſimo, ipſisque Conciliis agnita,

re-

Digitized by Google

profanum facere: quod non obſcure ind cant [t] Juriſconſulti Paulus & Venulejus: & temporum neceſſitate videmus res ſacras ab *L. inter ſtipulantem. 83.* his qui ſacraverant [u] in belli uſus converſas, ut a Pericle [v] ſub pol- *§ ſacrum 5. & l.* licitatione reſtituendi tantundem, a Magone in Hiſpania, a Roma- *continuus. 137.* nis bello Mithridatico, a [w] Sulla, Pompejo, Cæſare, atque aliis fa- *§. cum quis 6.* ctum legimus. Apud Plutarchum Tiberius Gracchus: ἱερὸν καὶ ἄσυλον ἐδὲν ἔτως ἐςιν, ὡς τὰ τῶν θεῶν ἀναθήματα, χρῆσθαι δὲ τέτοις καὶ κινεῖν καὶ *D. de verb.* μεταφέρειν ὡς βέλεδε τὸν δῆμον ἐδεὶς κεκώλυκε: *Nihil tam ſacrum ſanctum-* *oblig.* *que eſt quam quæ Deorum honori dicantur. Et his tamen uti popu-* *Pag. 832.* *lum, hæc transmovere nemo prohibet.* [x] In controverſiis Senecæ patris legimus, *Pro republica plerumque templa nudantur, & in uſum ſtipendii dona conflamus.* Trebatius Juriſconſultus temporum Cæſa- *Apud Macr.* ris: [y] *profanum quod ex religioſo vel ſacro in hominum uſum proprie-* *Sat. 3. c. 3.* *tatem-*

reformatioqne adeo decreta, ſed a ſede Rom. impedita. *Vid. Jus. publ. cap. 18. §. 25. & paſſim.* Utinam ergo non aliunde periclitaretur animarum ſalus! (4) Qui jure ſuo utitur nemini injuriam facit, etſi adventitiis aliorum commodis id officere videatur, per text. eleg. *in l. 24. §. f. & l. 26. ff. damn. infect.*. Nec ſunt aliorum commoda, cum nullum eorum jus eſt. Auctoritas autem intra leges ſalva; ultra, nulla eſt. Adeo omni ſtipula leviora ac vaniora ſunt, quæ in conſpectu terrarum orbis contra pacem tam ſanctam, ac ſolennem edita ac jactata ſunt.

Enim vero, omnia poſt habenda erant paci tam neceſſariæ, & quieti publicæ a bello civili funeſtiſſimo: Videri ſane poſſet 30 annorum cladibus expletam eſſe armorum crudelitatem; tot rivis fuſi interim ſanguinis humani & Chriſtiani, extinctam cædium ſitim; tot incendiis ac vaſtitatibus exaturatam belli rabiem, ut jam non ſatietas eorum omnes cepiſſet, ſed nauſea & abominatio. Neque plane vox hominis foret, dari bellorum cauſas ac lites, de quibus inter Principes & populos contenditur, quæ non poſſent fide inter paſita pace coaleſcere. Quæ ſententia Auctorem extra humanam ſocietatem conſtitueret, *Liv. l. 6. c. 42. in fin.* hoſtemque humani generis faceret, eum quo nunquam poſſet niſi ejus internecione debellatum videri. Unde nunquam ſatis laudari poteſt ſumma illa pietas, religio, & magnanimitas Glorioſiſſimi Imperatoris, & Regum ac Imperii Principum, de conſcientiarum ſecuritate paciſcentium, qui pacem illam ſacroſanctam ac inviolabilem contra iniquas hujusmodi molitiones & proteſtationes eſſe, & in ipſa pace juſſerunt, ac Imperii Conſtitutionibus & Capitulationibus ſanciverunt. *Cap. D. Leopold. art. 2. in fin.*

„t) (JURISCONSULTI:) *Leg. 83. §. f. de V. O. Leg.* „*137. §. 6. Eod.*

u) (Grot.) (IN BELLI USUS CONVERSAS:) Ut a Syracuſis tempore Timoleontis, in cujus vita id habet *Plutarchus* (pag. 247. E.) Chii mulctam ſibi a Mithridate indictam etiam e ſacris vaſis conficiunt. *Appianus* Mithridatico, (pag. 201.) Plinius lib. XXVII. cap. ultimo de Porcio Catone agens: *Idem arbores religioſas lucoſque ſuccidi permiſit, ſacrificio prius facto: cujus rei rationem quoque eodem volumine tradidit.* Sulla bello Mithridatico donaria ab Olympia, Epidauro, Delphis abſtulit, *Plutarcho* narrante, (pag. 459.) & Appiano, (pag. 206.) Idem pretium reſtitui, *Diodorus Siculus* in excerptis Peireſcianis. (pag. 406.). Auguſtinus ex templis theſauros accepit mutuos, *Appiano* docente civilium V. (pag. 678.) vaſa ſacra ab Agapeto oppignorata tradit *Caſſiodorus* XII, 20. Heraclius in gravi neceſſitate vaſa eccleſiæ in nummos vertit, ſed poſtea pretium reddidit, ut narrat *Theophanes.* Vide & *Annam Comnenam* libro V. (*Cap. 1.*) & libro VI (*Cap. 2.*) *Cromerum* libro XXIII (pag. 516. *Edit. Baſil.*) orationem Laurentiani apud *Bembum* libro VI. Adde quæ infra dicentur capite XXI. §. 2. [Neque locus *Plutarchi* de *Syracuſanis*, neque *Plinii* de *Catone*, ſatis ad rem faciunt. Vide *Notas Gallicas*, J. B.]

ADDITIO.

„Idque exemplis novioribus probat B. Parens „*in d. diſſ. ſect. 3. §. 25. usque ad §. 32.* Verba „modo allegavimus.

„v) (SUB OBLIGATIONE RESTITUENDI:) Tunc „res ſacræ non alienantur, quia quantitas ſacra „manet.

„w) (SULLA:) Vid. Grot, in notis ante alle„gatis.

x) (Grot.) (IN CONTROVERSIIS SENECÆ:) In excerptis IV, 4.

y) (Grot.) (PROFANUM QUOD EX RELIGIOSO VEL SACRO IN HOMINUM USUM PROPRIETATEMQUE CONVERSUM EST:) *Servius* ad Æneidos II. (verſ. 723.) de Cereris templo: *Æneas ſcis ante eſſe profanatum,* Idem habet III. & ad IX. Æneidos

tatemque converſum eſt. [z] Hoc ergo gentium jure uſus Germanicus
Ann. 1. c. 51. in Marſos, narrante [aa] Tacito, *profana ſimul & ſacra, & celeberrimum illis gentibus templum quod Tanſanæ vocabant, ſolo æquantur.* Pertinet huc illud Virgilii;

Colui veſtros ſi ſemper honores,
Quos contra Æneadæ bello fecere profanos.

Lib. 8. c. 46. [bb] Deorum donaria capi a victoribus ſolere notavit Pauſanias: & Ci-
in Verr. 1, 21. cero belli legem id vocat, de P. Servilio loquens, *Signa*, inquit, *& ornamenta ex urbe hoſtium vi & virtute capta, belli lege atque impe-*
Lib. 25. c. 40. *ratorio jure ſuſtulit.* [cc] Sic Livius templorum ornamenta quæ Sy-
Apud eundem Livium lib 28. c. 43 racuſis Marcellus Romam advexit *parta*, ait *belli jure.* C. Flaminius pro M. Fulvio: *Signa ablata, & cætera facta quæ captis urbibus ſoleant.* [dd] Fulvius quoque in oratione belli jus hoc ipſum appellat.
Bell. Catill. c. 50. Ed. Waſſ. Et Cæſar in oratione apud Salluſtium, referens quæ victis ſolent accidere, ponit & [ee] fana ſpoliari.

4. Illud tamen verum eſt, ſi quo in ſimulacro [ff] numen aliquod ineſſe credatur, id violari aut corrumpi nefas ab iis qui in ea perſuaſione conveniunt [gg] & hoc ſenſu impietatis, aut [hh] læſi etiam gentium juris, accuſantur interdum qui talia commiſerunt, [ii] nimirum ex talis opinionis poſitione. [kk] Aliud eſt ſi hoſtes non idem ſentiant:
Deut. 7, 5. ſicut Judæis non permiſſum tantum [ll] ſed & præceptum eſt gentium ſimu-

dos & ad XII. Ad Eclogam vero ſeptimam: *dona oblata numinibus tamdiu ſacra ſunt, & dona poſſunt dici, quamdiu non fuerint profanata.* (Ad verſ. 31.)

„z) (HOC ERGO GENTIUM JURE USUS GERMA-„NICUS:) Imq hoe naturæ jure uſus eſt.

„aa) (TACITO:) *Annal. l. 1. c.* 51. factum hoc „explicavimus *c. præced. §. 9. n. 2.*

bb) (Grot.) (CAPI A VICTORIBUS SOLERE:) *Virgilius* Æneidos V. (verſ. 360.)

Neptuni ſacro Danais de poſte refixum.

Plutarchus Fabio narrat, ſignum ab eo Herculis Tarenti captum, miſſumque in Capitolium: reliquos Deos Tarentinis relictos, ut iratos. (*Pag.* 187. C.) Huc ſpectat & quod modo ex Tertulliano attulimus, & ejusdem hoc ad nationes II. *Tot deinde de Diis quot de gentibus triumphi: manent & ſimualacra captiva; & utique ſentiunt, quos non amant.* (Cap. 17.)

„cc) (SIC LIVIUS:) *Lib. 25. c. 40. & lib. 26.* „c. 11° *Marcell. 26. 29.*

dd) (Grot.) Fulvius Vide *Polybium* excerpto legationum. 28.

ee) (Grot.) (FANA SPOLIARI:) Vide *Cromerum* libro XXVII. (pag. 402.) de rebus Antiochenſis Eccleſiæ captis a Choſroë, vide *Procopium* Perſicorum II. (Cap. 9.)

„ff) (NUMEN ALIQUOD INESSE CREDATUR:) „Hoo non poteſt id eredi, quia res illa ſacra fa-„cta eſt ex lege ſuperioris, quæ lex ceſſat ubi res „illa in poteſtatem victoris tranſiit.

„gg) (ET HOC SENSU IMPIETATIS:) Gene-„roſius eſt abſtinere, at ulla oeceſſitas.

„hh) (LÆSI ETIAM GENTIUM JURIS:) Intelli-„gunt jus naturæ: Nam gentium jus lædi nonpot-„eſt, quia tale non exiſtit.

„ii) (NIMIRUM EX TALIS OPINIONIS POSITI-„ONE:) Numen ſcl. aliquod ineſſe ſimulacro.

„kk) (ALIUD EST SI HOSTES NON IDEM SEN-„TIANT:) Adeoque ſi res ipſis ſacra non eſt.

„ll) (SED & PRÆCEPTUM EST GENTIUM SA-„CRA ABOLERE:) Verba in Deuteronomio *c. 7.* „*v. 5. & 25.* hæc ſunt. *Aras eorum ſubvertite, &* „*confringite ſtatuas, lucosque ſuccidite, & ſculptilia* „*comburite*: At ratio hæc non eſt ex jure aliquo gen-„tium voluntario, ſed ex ipſo jure naturæ: in pri-„mis cum accedat hic juſſus & auturitas Dei, de „cujus jure unice agitur, qui voluit res ſub falſis „notis ſibi conſecratas violari.

„Equidem merito miratur Seldenus *de Jur. Nat.* „*l. 2. c. 13.* contrariam huic a Joſepho afferri legem; „ubi inter alias divinas leges hanc refert; *nemo* „*blaſphemet Deos quos aliæ civitates Deos eſſe* „*æſtiment, nec ſpolianda ſana peregrina, nec dona-* „*rium Deo cuiquam dicatum auferendum*, cujus „rei contra Appionem libro 2. hanc rationem affert

ſimulacra abolere; [mm] nam quod ſibi accipere vetantur, id eam cauſam habet quo magis Hebræi ſuperſtitiones gentium deteſtarentur, impuritatis admoniti ipſo contactus interdicto; non quaſi alienis ſacris parceretur, quomodo [nn] Joſephus exponit,* Romanis haud dubie blandiens; ſicut & in expoſitione præcepti alterius, [oo] de non nominandis gentium diis: quod ille ita explicat, [pp] quaſi illis obloqui vetarentur, cum revera [qq] honoris cauſa aut ſine abominatione eos nominare lex non ſineret. Sciebant quippe Hebræi [rr] Dei certiſſimo monitu [ss] in ſimulacris illis non habitare aut Dei ſpiritum, [tt] aut bonos Angelos, [uu] aut vim aſtrorum, ut deceptæ gentes exiſtimabant, [vv] ſed pravos & humano generi infeſtos Dæmonas: ita ut recte dixerit [ww] Tacitus in Judæorum inſtitutis deſcribendis, *profana illis omnia quæ apud nos ſacra.* Non mirum ergo eſt, ſi templa pro- Hiſt. 5 c. 4.

fani

„ſert, *quod Dei nomine indigitarentur* Quin & „Philo Moſen vetuiſſe convitium in alienos Deos „tradit *l. 1. de Mon. & l. 3. de vita Moſis*, tum „metu ne gentes viciſſim vero Deo maledicant, tum „ne quis diſcipulus Moſis aſſueſcat ullo modo „appellationem Dei contemnere: At fictas has eſſe „leges, & vel ex male intellectis Moſis legibus, „vel ut Romanis blandiatur, Joſephum hæc ſcripſiſſe ait Seldenus *de I. N. l. 2. c. 13.* Sane locutio „illa generalis *diis non maledices* intelligenda eſt „de viris Principibus, atque Philonem quoque „legem de Principibus populi intelligere Rabbini „recentiores docent *Seld. d. l.*

„*mm*) (NAM QUOD SIBI ACCIPERE VETANTUR:) Dubium Author hic removet, quod theſin ejus, *quaſi alienis ſacris parcendum ſit*, labefactare videtur: opponi enim poſſet, prohibitum „fuiſſe Judæis aurum & argentum ex quibus idola „facta ſunt concupiſcere, ita ut ex idolo nihil in „domum inferre licuerit. *Deut. 7. v. 25 & 26* „idque, teſte Joſepho, ideo *quia alienis ſacris* „*parcendum eſſet:* Author reſpondet, prohibitum „id non eſſe propter cultum natura his rebus debitum, ſed ut a contactu abſtinerent rei quæ „anathema erat: adeoque legem hanc mere „fuiſſe ceremonialem arbitratur. Rectius dicendum, „Deum loqui de ſolis populis damnatis, eorumque „ſacris; his enim ſolis anathema impoſuit, adeoque in his ſolis ipſe contactus interdictus eſt.

nn) (Grot.) (JOSEPHUS:) Antiquæ hiſtoriæ IV, 8, §. 10. & libro adverſus Appionem altero (§. 33. *Edit. Hudſ.*)

„*) (ROMANIS HAUD DUBIE BLANDIENS:) Ut „crederent Romanis non adeo deteſtabiles ipſorum „Deos eſſe Judæis, ut revera credebant. *Gron b.* „Nec mirum eſt benevolentiam eum captare voluiſſe Romanorum, a quibus ſervatus, Romam „deductus, benigneque habitus eſt, & qui ob ingenii gloriam ſtatuam Romæ meruit.

„*oo*) (DE NON NOMINANDIS GENTIUM DIIS:) „Lex in Exode *23. v. 13.* ita ſe habet: *Nomen Deorum, ſeu Dei aliorum, non memoraberis; non audietur ex ore tuo:* Seldenus *L. 2. c. 13.* ſtatuit, legem illam intelligendam eſſe non de ſola memoratione idoli, (id enim illicitum non eſſe, etſi „nomen adhibeatur quod aliquam divinitatem „infert. *Seld. d. l. p. 269.*) Sed de non ineunda „cum gentili, dum idolatra eſt, ſocietate, ne forte inde adigatur ille ad jurandum per ſuos Deos, „& tu ſic in cauſa ſis ut velut Dii illi non ſolum „memorentur, ſed & habeantur: At hæc explicatio „divinatoria eſt: Ex ipſa inſpectione legis apparet eam loqui de jurejurando quod fit per deaſtros: & additur, nomen externorum Deorum, „(ad firmandas promiſſiones & aſſerendam veritatem adhibitum) ex eorum ore audiri non debere: „Ratio naturæ hæc eſt, quia jusjurandum eſt ſpecies „cultus divini, Deus teſtis adhibetur veritatis, &c. hic „autem cultus deaſtris tribui nequit. *Vid. ſupr. l 2.* „*c. 12. §.*

„*pp*) (QUASI ILLIS OBLOQUI VETARENTUR:) „i e. maledicere. *Gron. b.*

„*qq*) (HONORIS CAUSA AUT SINE ABOMINATIONE EOS NOMINARE LEX NON SINERET:) „Imo ſola memoratio nominis non vetita erat, ſed „tunc cum fiebat honoris cauſa, uti ſi adjectu idoli „nomine aliquid aſſerebatur: colere enim idola „jure naturæ prohibitum eſt.

„*rr*) (DEI CERTISSIMO MONITO:) Non opus „erat monitu Dei, nam ex ratione naturali ſatis „conſtat Deum certo loco non includi.

„*ss*) (IN SIMULACRIS ILLIS NON HABITARE „AUT DEI SPIRITOM:) Nam lignum, vel materiam, Deos eſſe nec gentiles crediderunt, ſed „ſimulacris his Dei ſpiritum ineſſe nugabantur.

„*tt*) (AUT BONOS ANGELOS:) Quos Heroas „antiqui philoſophi vocabant.

„*uu*) (AUT VIM ASTROROM:) Aſtris enim vim „divinam ineſſe Philoſophi ſtatuerunt.

„*vv*) (SED PRAVOS & HUMANO GENERI INFESTOS DÆMONAS:) Quos proinde colere cum „perfectione divina pugnabat.

ww)

1. Macc fani cultus a xx Maccabæis incenſa non ſemel legimus. Sic & Xer-
5, 44. 68 xes cum ſimulacra Græcorum corrupit yy nihil fecit contra jus gen-
& 10, 84. tium, etſi multum id ad invidiam exaggerant zz Græci ſcriptores.
Aſc. Nam α Perſæ non credebant in ſimulacris eſſe ulla numina, β ſed
Ped. in Verr. 1. Deum eſſe Solem, * & portionem ejus aliquam ignem. Lege Hebræa,
18. Hiſt. 5, ut idem Tacitus recte, *templi limine præter Sacerdotes arcebantur.*
8.

Ibid. c. 9. 5. At Pompejus, γ eodem auctore, ** *templum jure victoriæ ingres-*
De Civ *ſus eſt:* aut, ut Auguſtinus rem eandem narrat, *non devotione ſuppli-*
Dei lib. 18, c. 45. *cis, ſed jure victoris:* δ bene ille quod templo pepercit, ut rebus
Pro templi, quanquam ut ε Cicero diſerte ait, pudore & obtrectatorum
Flacco c. 28. metu, ζ non religione: η male quod ingreſſus eſt, quippe *** contem-
Dan. pto vero Deo, ϑ quod & Chaldæis exprobrant Prophetæ: quam et-
5, 23. iam ob cauſam quidam factum arbitrantur ſingulari Dei providen-
tia, ut is quem dixi Pompejus ι quaſi in conſpectu Judæ trucidare-
tur ad Caſſium Ægypti promontorium; at ſi ſpectes opinionem Ro-
ma-

„ww) (TACITOS:) *Hiſt. l. 5. c. 8.* Ipſe id mox „explicat de Idolis: *prafanos intelligunt qui Deum „imagines mortalibus materiis in ſpecies hominum „effingunt, ſummum illud & æternum neque muta- „bile neque interiturum: igitur nulla ſimulacra ur- „bibus ſuis nedum templis ſunt.*

„xx) (A MACCABÆIS:) *1. Macc. V. v. 68. & c. „10. v. 84.* Ita enim Judas diruit aras in civitate „Azoth, & ſculptilia Deorum igne ſuccendit, Jo- „nathas quoque ſuccendit Azoth, & civitates quæ e- „rant in circuitu ejus, & accepit ſpolia eorum, & „templum Dagon, & omnes qui eo confugerunt. „ *1. Macc. X. v. 84.*

„yy) (NIHIL FECIT CONTRA JUS GENTIUM:) „Hoc verum eſt, quia tale jus gentium non ex- „iſtit; at nec contra jus naturæ peccavit, quia res „ipſi ſacra non fuit.

„zz) (GRÆCI SCRIPTORES:) Add. *Juſt. 2. 12.*

α) (Grot.) (PERSÆ NON CREDEBANT IN SIMULACRIS ULLA ESSE NUMINA:) *Diogenes Laertius* initio, τῶν δὲ ξοάνων καταγινώσκειν τοὺς μάγους· *damnari ſimulacra a Magis.* [Lib. 1. §. 6. Vide ibi Not. ÆGIDII MENAGII; & Clariſſ. CLERICI *Indicem Philologic.* in *Hiſtoriam Philoſophiæ Orientalis* a STANLEJO, voce *Statuæ.* De Religione etiam Veterum Perſarum THOMAS HYDE, Anglus, librum erudiſſimum edidit, ubi eos ab omni idololatria abſolvere conatur. *J. B.*]

ADDITIO.

„Antiqui Magi nulla admittebant ſimulacra. *Vid. „Clem. Alex. in admon. ad Gent. l. 1. c. 181. Stan- „lejus Hiſt. vet. phil. fol. 11. 31.* & temporibus „Herodoti id adhuc obtinuit. *Herod. l. 1. c. 181.* „Conf. *Plin. l. 12. c. 1.* Tempore Artaxerxis au- „tem Veneris Tanaidis cultum introductum eſſe „ait *Clemens d. l.* Sed & Strabo *l. 15. f. 504.* ait, „Perſas Deorum imagines hebuiſſe.

„β) (SED DEUM ESSE SOLEM:) De quo ſupra „*l. 2. c. 20. §. 47.*

*) (ET PORTIONEM EJUS ALIQUAM IGNEM:) Calorem enim ſeu ignem cauſam rerum omnium eſſe experientia docet, atque ideo Deum ignem dixerunt philoſophi: At cauſa phyſica confundi non debet cum cauſa morali:

„γ) (EODEM AUTORE:) *Tac. l. 5. hiſt. 9.*

„**) (TEMPLUM JURE VICTORIÆ INGRESSUS „EST:) Adeoque templum victori ſacrum non fuit.

„δ) (BENE ILLE QUOQUE TEMPLO PEPERCIT:) „*Plut. in Pomp. & Joſeph. ant. l. 14. c. 8. & de „bell. jud. l. 1. c. 5.*

„ε) (CICERO:) *Orat. XXIV. pro Flacco fol.* „512.

„ζ) (NON RELIGIONE:) Pietati ejus id tribuit „Joſephus *Antiq. l. 14. c. 8.*

„η) (MALE QUOD INGRESSUS EST:) Atqui „templum ipſi ſacrum non fuit.

„***) (CONTEMTO VERO DEO:) Potius curioſi- „tatis gratia: nam ſcire voluit num Deorum effi- „gies coleret. Hinc Tacitus ait *Inde vulgatum „intus nullam eſſe Deum effigiem, vacuam ſedem, „& inania arcana. Hiſt. l. 5. c. 9.*

„ϑ) (QUOD & CHALDÆIS EXPROBRANT PRO- „PHETÆ:) Imo non exprobant ingreſſum in tem- „plum, ſed quod in honorem idolorum ſuorum „ex vaſis ablatis biberint *Dan. c. 5. v. 23.*

„ι) (QUASI IN CONSPECTU JUDÆÆ TRUCIDA- „RETUR:) Longe admodum petita eſt hæc conje- „ctura.

κ„) (NIHIL IN EO FACTUM CONTRA JUS „GENTIUM:) Romani nec contra jus gentium id „factum crediderunt, quale ipſis cognitum non „fuit

manorum, [x] nihil in eo factum contra jus gentium. Sic idem templum excidio datum a Tito Joſephus memorat, additque factum [λ] τῷ τȣ̃ πολέμȣ νόμῳ *Bell. Jud. lib. 6. Cap 4. §. 3. & c. 6. §. 2.*

§. III.

Quod de ſacris diximus [a] idem & de religioſis intelligi debet; nam hæc quoque [b] non mortuorum ſunt, [c] ſed viventium, ſive populi

„fuit; nec contra jus naturæ, quia Romanis res ea ſacra nun fuit.

„λ)(Τῷ τȣ̃ *πολέμȣ νόμῳ*:) i. e. belli jure: idque eo magis, quod ex templo oppugnarunt hoſtem. Unde non abſque ratione conſiliarii quidam Tito ſuadebant diruendum eſſe templum quod caſtellum eſſet. *Joſeph. de bell. jud. l. 7. c. 9.* Titus vero nec pugna captum ſe incenſurum dicebat, nec pro hominibus anima carentia ulciſcenda eſſe. *ibid.*

„Quæri ſolet an præſcriptione immemorali res deſinat eſſe ſacra affirmat B. Parens *in diſſ. de evocat. ſacros §. 3.* At alibi diximus, per præſcriptionem immemorialem jure naturæ nullum jus acquiri in re aliena.

„a) (IDEM ET DE RELIGIOSIS INTELLIGI DEBET:) Nimirum ut vaſtari & dirui jura Gentium voluntario poſſint. Res religioſas fieri per mortui illationem diximus ſupra *l. 2. c. 19.* ubi ſimul demunſtravimus hanc religionem nun natura ineſſe ſepulchris, ſed lege civili: ex errore illo communi quod Manes circa illa loca quieſcant, indeque turbari non debeant. Religio igitur hic oritur ex lege Principis, cujus effectus ceſſat ſi locus ab hoſte occupatur, adeoque deſtrui poſſunt ſepulchra ut alia loca profana.

„*b*) (NON MORTUORUM SUNT:) Mortui enim nullius juris ſunt capaces.

„*c*) (SEU VIVENTIUM, SIVE POPULI ALICUJUS, SIVE FAMILIÆ:) Naturam religioſarum rerum: earumque effectum egregie explicavit B. Parens in diſſertatione *de evocatione ſacrorum. ſect. 2. §. 11. usque ad §. 20.* Pari ratione, ait, res religioſæ qiroque, uti ſepulchra, divini juris ac nullius dicuntur, *l. 6. §. 2 ff. de rer. div. §. 7. eod. tit.* quæ tamen & ipſa duplicia ſunt, privata & publica. Quin regulariter hæc privata fuere; & potuit unusquisque locum religioſum voluntate ſua facere inferendo mortuum in locum ſuum. *l. 2. §. 5. ff. de Relig. §. 9. de rer. div.* Non dubium tamen eſt fuiſſe & publica ſepulchra, cum nec credibile ſit omnes habuiſſe omni tempore fundos proprios, ut inferre potuerint in locum ſuum: & plurima ſepulchra in via Flaminia, via Latina, via Appia fuiſſe, & Augures ſeu pontifices locum ſepulturæ aſſignare ſulere refertur *vid. Alex. ab Alex. Gen. dier. lib. 3. c. 2. in fin. Roſin. de Antiq. lib. 5. c. 39. Plut. in Tib. Gracch. c. 13.*

„Dicuntur vero ſepulchra quoque divini juris, vel hoc ipſo, quod non ſint juris humani: *ſupr. §. 3.* quia naturaliter videtur ad mortuum pertinere locus in quem infertur. *l. 4. ff. de relig. & l. 4. C. ſepulch. violat.* illi quippe ultimo humanitatis officio debitus, atque adeo uſibus hominum exemptus, cum mortuus in rebus humanis, & homo eſſe deſierit. Sed & Numa Rex juſta funebria æque ac ſacra ad jus Pontificium retulit. *Liv. lib. 1. c. 20. in f.* Nec diffirendum, apud Romanos olim acceſſiſſe ſuperſtitionem de Dìis manibus.

Atque hæc utraque ſacra ſeu religioſa, publica & privata, perinde juribus ac legibus civilibus reguntur, & conſtant, ac profana. Et ſacra quidem privata ſunt privatorum, perinde ac dominia eorum profana; verum ad ſolos uſus ſacros, non profanos. Unde & vindicare ea ſibi poſſunt & remediis petitoriis, & poſſeſſoriis ad hos uſus tueri *l. 1. ff. ne quid in loco ſacr.* Uti Laban furti arguebat Jacobum, quod ſacra ſua abſtuliſſe diceret. *Gen. 31. v. 30. & ſeq.* Et quædam hæreditas quoque ſacrorum gentilitiorum intelligitur. *Cic. pro Dom c. 13. & Orat. Verrin. IV. circa princip.* ubi de ſacris gentis Clodiæ. Sed & Theſaurus in tali loco ſacro inventus totus eſt inventoris, perinde ac ſi in ſuo eveniſſet. *§. theſaurus 39. in princ. de rer. div.* cujus principium de locis propriis agit, usque ad verſ. *At, ſi quis in alieno.* Cui conſequens eſt, ſi alius invenerit, dimidium ad ipſum quaſi dominum, & alterum tantum ad inventorem pertinere. *arg. d. verſ. At ſi quis.*

„Similiter in rebus religioſis, ſeu ſepulchris privatis: quorum tuendi cauſa plura remedia prodita ſunt, cum petitoria, *l. 2. §. 1. §. 2. l. 7. pr. l. 19 & paſſ. ff. de Relig.* tum poſſeſſoria, *tot. tit. ff. de mort. inf.* & alia *tot. tit. ff. ſepul. viol. &c.* Idemque jus theſauri eſt in ſepulchris, quod modo in ſacris privatis eſſe oſtendimus. *d. §. 39.*

Unde componitur diſſidium illud, quod acerrimum intercedere creditur. *d. §. 39. & l. 3. §. pen. ff. de Jur. fiſc* ubi theſaurus ab alio inventus cum fiſcu dividendus ſtatuitur. Etenim ibi non niſi de fiſcalibus & publicis locis agitur: Uti tum *arg. Rubrica*, tum ex ipſo textu apparet, qui diſerte loquitur de theſauro reperto in locis fiſcalibus, vel publicis, religioſisve, aut in monumentis, item in Cæſaris poſſeſſione. Prædictum vero jam eſt, fuiſſe ſepulchra quoque publica, ſed & ſæpe factum fuit, ut loco religioſa cum univerſitate bonorum vacantium, vel publicato

puli alicujus, ſive familiæ. Quare [d] ſicut ſacra loca ab hoſtibus capta, [e] ita & religioſa talia eſſe deſinere ſcripſit dicto loco [f] Pomponius, [g] & Paulus Juriſconſultus: *Sepulcra hoſtium religioſa nobis non ſunt,* [h] *ideoque lapides inde ſublatos in quemlibet uſum convertere poſſumus*: quod ita tamen intelligendum [i] ne ipſa mortuorum corpora male tractentur, quia id contra jus eſt hominum ſepeliendorum, [k] quod jure gentium introductum [l] alibi demonſtravimus.

L. 4. D. de ſepulc. viol.

§. IV.

„catorum ad fiſcum pervenerint; in quibus hoc „jus omnino obtinebit.

„Adeo deinde privatorum ſunt ſepulchra, ut „dividantur in hæreditaria, quæ quis ſibi & hæredibus ſuis; & familiaria, quæ ſibi & familiæ „conſtituit. *l. 5 l. 6. ff. de Relig.* Unde & alie„nari inter vivos, & per legatum ſeu fidei com„miſſum relinqui, & cum hæreditate transferri „poſſunt; atque adeo quoad uſus ſuos nativos ſeu „religioſos, etiam in commercio eſſe videntur uti „profana quoad profanos. Conf. §. *ſeq.*

„Quemadmodum igitur ſacra & ſepulchra pri„vata quoad uſus ſacros & religioſos privatorum „ſunt, ita publica populi, ſeu ſummæ, quæ populum „præſentat, poteſtatis: ejusque adeo Imperio, per„inde ut publica profana ſeu ſecularia continen„tur. Et de locis ſacris ac religioſis, non minus „quam de profanis, leges a poteſtate civili ſtatu„tæ, & jura condita fuere, uti ex utroque Codice „Theodoſiano & Juſtinianeo, ex Capitularibus „Caroli M. Ludovici I. &c. aliisque jam evictum „eſt.

„Hinc certo conſtat, quo ſenſu res ſacræ & „religioſæ ſint nullius & extra commercium; ſcil. „QUOAD USUS HUMANOS ſeu profanos. Hoc „enim eſt quod proprie dicitur eſſe in commer„cio, quod homines ad ſuos uſus convertere, aut „ſuæ utilitatis cauſa in alios transferre poſſunt. „Ideo enim inter homines & Gentes commercia „mutua ſiunt, & jure gentium obtinent, ut ſuis „uſibus proſpicere queant, quod ad ſacra & reli„gioſa non pertinet, & quæ proinde merito ex„tra hominum commercium, & ſic quoad com„merciorum poteſtatem uſusque hominum nullius, „ſed ad uſus divinos, non humanos; & homi„num quidem cauſa ſunt, ſed ut Deo iis ſervant, „non ſibi; ut ſupra §. 8. dictum. Nam & res „ſanctæ quæ dicuntur, uti portæ, muri, &c. di„cuntur eſſe nullius, & extra commercium ac di„vini juris, §. 7. §. 10. *de Rer. Div. l. 1. princ. l.* „*9. §. 3. & ſeq. ff. eod. tit.* etſi non tantum homi„num cauſa ſint, ſed & ad uſus humanos, quia „tamen ſpeciali ſanctione pœnali, & ſub inſigni„ore pœna exemtæ ſunt hominum poteſtati, ha„ctenus ne violari, neque homines iis ut rebus „ſuis abuti quoque queant, unde notabiliter dicun„tur quodammodo tantum eſſe divini juris; *d. §.* „*7. d. l. 1. princ. voc. quodammodo.* ſcil. quoad „abutendi poteſtatem; & proinde hactenus quoque „tantum nullius in bonis ſunt *l. 6. §. 8. princ. ff. de* „*Rer. Div. ſanctum eſt, quod ab INIURIA homi*„*num defenſum atque munitum eſt.*

„Eademque ratione publica proprie dicuntur „quæ populi ſunt, & profana; publica enim quaſi „populica & quibusdam poplica dicuntur: *Rennem.* „*Juriſpr. Memb. I. Diſp. II. theſ. 4. & paſſ.* (ubi „ſemper ita ſcribitur; quod originem quidem ve„ram indicat, at ſequi non attinet) quia non tan„tum populo, ſed & ad uſus populares, non di„vinos, competunt. Poſſunt tamen & ſacra pu„blica dici, atque ita quoque dicuntur, prout ſu„pra jam expoſitum eſt; quia & ipſa toti populo „competunt, ſed ad uſus divinos. Etenim omnia „jura hominum ſunt & hominum cauſa; ſed „alia ad uſus proprios, alia ad divinos vel ſimi„les.

ADDITIO.

„Diximus alibi ſepeliendi neceſſitatem nullam „a natura eſſe. Adeoque proprie in jus naturæ „non peccatur ſi ſepulcra violantur; at cum fero„ciſſimi animi indicium ſit in mortuos ſævire, „culpæ expertes, moratiores gentes hanc vindi„ctam, utpote generoſioribus animis indignam, „merito improbant.

„*d*) (SICUT SACRA LOCA AB HOSTIBUS CA„PTA:) *Vid. §. præced.*

„*e*) (ITA ET RELIGIOSA TALIA ESSE DESI„NERE:) Nam victor legibus victi non tenetur: „locus autem ille non niſi ex lege victi religioſus „eſt. *dict. diſp. S. 2. §. 13. ſeq.*

„*f*) (POMPONIUS:) *L. 36 ff. relig.*

„*g*) (ET PAULUS:) *L. 4 ff. Sepulchr. viol.*

„*h*) (IDEOQUE LAPIDES INDE SUBLATOS IN „QUEMLIBET USUM CONVERTERE POSSUMUS:) Id„que Chriſtianos quoque feciſſe deſtructis lucis „gentilium ait *Aggenus Urbicus in Frontinum.*

„*i*) (NE IPSA MORTUORUM CORPORA MALE „TRACTENTUR:) Quod jus humanitatis dicitur „ICtis Romanis.

„*k*) (QUOD JURE GENTIUM INTRODUCTUM:) „Tale jus gentium non exiſtit. Supra expoſuimus „rationes quæ civitates moverunt ut leges ferrent de „condendis corporibus mortuorum: quæ rationes „mere civiles ſunt.

„*l*) (ALIBI:) *L. 2. c. 19.*

„(AD §. IV.) Author putat jus Gentium conni„vere cœpiſſe etiam ad dolos & mendacia, ſicut „leges civiles ad fornicationes & fœnera: Verum

„l)

§. IV.

Illud hic breviter repetam, [a] non vi ſola res hoſtium hoſtibus eripi [b] ex jure gentium, [c] ſed & dolos [d] qui perfidia careant permiſſos cenſeri, [e] imo alienæ perfidiæ incitationem Nimirum ad minora & frequentia hæc delicta ita [f] connivere cœpit jus gentium, ſicut leges civiles [g] ad meretricium & [h] improba fœnora.

CAPUT VI.

De jure acquirendi bello capta.

I. *Circa acquiſitionem rerum bello captarum, quale jus naturæ.*
II. *Quale jus gentium: cujus teſtimonia adducuntur.*
III. *Quando res mobilis capta cenſeatur ex Gentium jure:*
IV. *Quando agri.*
V. *Res quæ non ſunt hoſtium non acquiri bello.*
VI. *Quid de rebus repertis in navibus hoſtium?*
VII. *Jure gentium noſtra fieri quæ hoſtes noſtri aliis bello eripuerant, quod teſtimoniis probatur.*
VIII. *Refellitur ſententia ſtatuens res captas ab hoſtibus omnino ſingulorum capientium fieri*
IX. *Naturaliter & poſſeſſionem & dominium per alium acquiri.*
X. *Diſtinctio actuum bellicorum in publicos & privatos.*
XI. *Agros acquiri populo aut ejus cujus eſt bellum.*
XII. *Res mobiles & ſe moventes actu privato captas ſingulorum capientium fieri;*
XIII. *Niſi lex civilis aliud ſtatuat.*
XIV. *Captas actu publico fieri populi, aut ejus cujus eſt bellum:*
XV. *Arbitrium tamen in res tales aliquod ſolere imperatoribus concedi:*
XVI *Qui aut res referunt ad ærarium.*
XVII. *Aut dividunt militi: & quomodo:*
XVIII. *Aut direptionem permittunt:*
XIX. *Aut aliis concedunt:*
XX. *Aut factis partibus aliud atque aliud ſtatuunt: & quomodo.*
XXI. *Peculatum circa prædam committi.*
XXII. *Lege aut alio voluntatis actu de jure hoc communi aliquid immutari poſſe.*
XXIII. *Sic fociis prædam concedi:*
XXIV. *Sæpe & ſubditis: quod variis exemplis terreſtibus & maritimis illuſtratur.*
XXV. *Uſus antedictorum.*
XXVI. *An capta extra territorium utriusque partis bellantium acquirantur belli jure.*
XXVII. *Jus hoc quod diximus quomodo belli ſolennis ſit proprium,*

§. I.

„(1) dictum alibi eſt non dari jus gentium, adeo„que fruſtra de ejus conniventia quæri. *Vid. Diſſ.* „*proœm. IV.* §. 29. (2) Dictum quoque eſt dolo „& mendacio in hoſtem ſemper uti licere, niſi „res ipſa delictum inferat. *Diſſ proœm. XII.* §. „521. *n.* 13. Porro & (3) dictum eſt fornicatio„nes nec jure naturæ, nec jure civili eſſe licitas aut „impunitas. *Diſſ. proœm. XII.* §. 141. §. 173. *n.* 4. „Denique (4) dictum eſt fœnus jure naturali im„probum non dari; *Diſſ. proœm. XII.* § 370.

„*a*) (NON VI SOLA:) i. e. non tantum armis.

„*b*) (EX JURE GENTIUM:) Scl. voluntario; „quale non exiſtere diximus. Rectius igitur id „juri naturæ tribuitur.

„*c*) (SED ET DOLOS) Ex hypotheſi Auctoris, „*jure naturali* is qui juſtam cauſam habet „dolo in hoſtem uti poteſt (Hinc hodieque „in bellis minus ſolennibus, ubi jus naturæ obti„net, ſimulare & mentiri hoſti licere ait) modo „perfidia non ſit conjuncta: At in *bello jure gen-* „*tium ſolenni*, ubi uterque juſtam cauſam habere „creditur, dolum illicitum eſſe ſtatuit ſi is in „actu poſitivo conſiſtit, & verba vel res adhibe„tur quæ inter gentes placuerunt cum mutua obli„gatione. *Vid l.* 3. *c.* 1. § 8 *junct.* §. 11.

„*d*) (QUI PERFIDIA CARENT:) Si enim hoſti „fides data eſt, illa dolo elidi nequit. *Vid. infra c.* 19.

„*e*) (IMO ALIENÆ PERFIDIÆ INCITATIONEM:) „Auctor id tribuit juri gentium, nam jure „naturæ aliud obtinere docuit *ſupra lib.* 3. *cap.* 1. „§. 21. Quidquid enim alicui facere non licet, ad „id eum impellere aut ſollicitare non licet, & is „qui alteri peccandi cauſam dat peccat & ipſe. „*Grot. ibid.*

„*f*) (CONNIVERE COEPIT JUS GENTIUM:) Ra„tionem hic reddit, cur jure gentium liceat inci„tare alienam perfidiam, quia ſcl. fingit jus gen„tium connivere ad minora & frequentia hæc de„licta. Vix credibile eſt Auctorem ſerio hæc ſcri„pſiſſe: Quid non ex hujusmodi fictionibus ſta„tui inter gentes poſſet! Jus tale gentium non datur, „adeoque figmentum eſt id ad quosdam actus con„nivere

„*g*) (AD MERETRICIUM:) Fornicationem pu„gnare cum lege naturæ probavimus *Diſſ proœm.* „*XII.* §. 141. §. 173. *n.* 4. Jus gentium connivere

§. I.

1. [a] Præter quorundam actuum in homines impunitatem, de qua egimus hactenus, [b] eſt & alius effectus bello ſolenni ex jure gentium proprius. Ac jure naturæ quidem [c] bello juſto ea nobis acquiruntur [d] quæ aut paria ſunt ei quod cum nobis ſit debitum aliter conſequi non poſſumus, [e] aut etiam quæ nocenti damnum inferunt intra æquum pœnæ modum, * ut alibi dictum eſt. [f] Hoc jure Abrahamus de ſpoliis, quæ a quinque regibus acceperat, [g] decimam Deo

„ad hoc delictum nequit, quia non exiſtit: Nulla „gens eſt quæ non pœnam in fornicationem ſta„tuat, quia omni juris effectu conjunctiones tales „deſtituuntur.

„b) (IMPROBA FOENERA:) Talia jure naturæ „non dari vidimus *l. 2. c. 12. §* 20. *l. 2. c.* 20. §. „42. Uſuræ igitur licitè exiguntur non ex con„niventia juris gentium, ſed ex diſpoſitione juris „naturæ.

(AD §. 1.) Author hactenus egit de jure *vaſtandi*, ſequitur jam jus *prædandi:* quæ differunt, quod (1) *vaſtatione* hoſtium vires atterantur, *prædatione* noſtræ etiam augeantur: Unde (2) *illud* jus difficilius eſt, nec licitum niſi ex neceſſitate, adeoque ubi mitior via non eſt, & tantum in rebus obtinet quæ vires in bello alunt, ut frumenta, aliaque quæ utilitatem aliquam ferunt; non vero in ſterilibus, quarum vaſtatio nec momentum ad victoriam affert, nedum neceſſaria eſt, ſed ex odio & vindicta originem habet. *Vid. Deut. 20. v. pen. & ult. Hoc* in infinitum licitum eſt: Nam cum in bello licitum ſit rem hoſtis pro alia capere, & reparare jus ex áliis hoſtium rebus, uti ſupra *c. 2.* probavimus, tam diu captura hæc licita eſt donec jus noſtrum reparatum ſit. Unde capi præda poteſt etiam ultra id quod nobis abeſt, idque extra dubium eſt de rebus quæ hoſtis vires minuunt, (quia & vaſtare eas licet) vel quæ noſtras augent, (quia harum prædatio neceſſaria eſt ad vincendum) Notanter autem dixi, prædandi jus in infinitum competere, etiam ultra quantitatem debiti, vel modum delicti, quia jus nobis ablatum nondum in ſua qualitate reparatum, i. e. cum plena ſecuritate reſtitutum eſt: Sane res capta durante belli alea recipi ab hoſte, vel injuria augeri poteſt, adeoque hæc incertitudo naturalis impedit, quo minus certa quantitas debiti vel pœnæ determinari poſſit.

Atque hinc juſtiſſimus inter gentes titulus eſt, acquiſitio rei hoſtilis *Halicarn. l. 8. c.* 10. *L. 11. pr. ff. Evict. l. p. ff. ad l. jul. pecul.* §. 17. *Inſt. rer. div.* Quod ex ſacra quoque hiſtoria Auctor probat *ib.* 1.

„a) (PRÆTER ACTUUM QUORUNDAM IN HO„MINES IMPUNITATEM:) Author in præcedenti„bus ſuppoſuit jure gentium in bello ſolenni pe„culiares quoſdam effectus juris introductos eſſe, „nimirum (1) licentiæ ſeu impunitatis, (2) domi„nii externi *c. 4. §. 4. in fin. c. 6.* §. 1. *n.* 1. *Vid.* „*diſſ. præm. IX.* §. *65. & diſſ. IV. §* 20. De *prio„ri* effectu hactenus egit, nimirum quod hoſtis „hoſtem impune, etiam ubi juſta cauſa non eſt, in„terficere, *d. c. 4.* & res ejus vaſtare poſſit. *c. 5.* „de *poſteriori* effectu hic agit, ſtatuitque jure gen„tium, in eodem bello ſolenni, hoſtem res ſui „hoſtis in infinitum capere & dominium quoque „in iis acquirere poſſe, *§. 2. h. c.* adeo ut apud „alias gentes ideo tanquam fur puniri non poſſit. *L. 3.* „*c.* §. 5. Atque in eo jus hoc gentium differre, „ait, a jure naturæ, quo is qui juſtam cauſam „habet res alterius capere ſaltem poſſit NB. intra „quantitatem debiti, & modum ac proportionem „delicti: *Vid. l. 3. c. 1.* §. *2. n. 2. & n. 3. c. 4. §.* „*3. c. 6* §. 1. *dict. diſſ. proœm. IX. §. 77.*

„At jam demonſtravimus jus gentium non ex„iſtere quo gentes inter ſe obligentur: indeque „fruſtra de ejus licentia, vel effectu dominii iode „acquirendi quæri. *Vid. diſſ. proœm. IV. §* 29.

„b) (EST ET ALIUS EFFECTUS BELLO SOLEN„NI EX JURE GENTIUM PROPRIUS:) Scilicet ac„quiſitio dominii. *Vid. c. 4. §. 4.* quoad effectus „ſaltem externos. *Dict. diſſ. proœm. IV. §.* 20. „*Diſſ. IX.* §. *65.*

„c) (BELLO JUSTO:) Auctori bellum natura ju„ſtum eſt quod ex juſta cauſa geritur, (unde a „parte ejus qui juſtam cauſam non habet nunquam „jus belli obtinere ait, adeo ut nec occidere ho„ſtem nec capere res hoſtiles poſſit, ſed ſi id fa„ciat, tanquam fur & homicida a qualibet gente „puniri poſſit.) *Vid. diſſ. proœm. IX. §. 77. ſeq.*

d) (Grot.) (QUÆ AUT PARIA SUNT EI QUOD CUM NOBIS SIT DEBITUM ALITER CONSEQUI NON POSSUMUS:) *L. 2. c. 7.* §. 2.

ADDITIO.

„Adeoque tantum intra debiti quantitatem: *Vid.* „*ſupra c.* 1. §. *2. n.* 2. *c. 4. §.* 3. non vero ultra, „nedum in infinitum: Conf *diſſ. proœm. IX* §. *67.*

e) (Grot.) INTRA ÆQUUM POENÆ MODUM:) *L. 2. c.* 20.

„*) (UT ALIBI:) *Vid. ſupra c. 1. §. 2 n. 3. &* „*d. c. 4. §. 3. L. 2. c.* 20 §. 32. Conf. *diſſ. proœm.* „*§. 68.*

„f) (HOC JURE:) Scilicet naturæ, quo res ho„ſtilis cedit victori intra debiti & pœnæ modum.

g) (Grot.) (DECIMAM DEO DEDIT:) Et alimenta

Deo dedit, ut hiſtoriam quæ exſtat Gen. XIV. [b] explicat divinus Scriptor ad Hebræos VIII, 4. Quo more Græci quoque, Carthaginenſes, & Romani Diis ſuis, ut [i] Appollini, [k] Herculi, [l] Jovi Feretrio decimam de præda ſacraverunt. Jacobus autem Joſepho præ fratribus præcipuum relinquens legatum, *Do tibi*, inquit, *partem unam ſupra fratres tuos, quam* [m] *a manu Amorrhæi cepi gladio meo & arcu meo*, Genes. XLVIII, 22. Quo in loco [n] illud *cepi* prophetico loquendi genere [o] pro *certo capiam* ſumi videtur, & Jacobo attribui quod poſteri, ab ejus nomine dicti, facturi erant, [p] quaſi eadem eſſet progenitoris & liberorum perſona. Id enim rectius, quam cum Hebræis verba hæc trahere [q] ad illam explicationem Sicimorum, quæ jam ante a filiis Jacobi facta erat; [r] nam eam ut cum perfidia conjunctam Iacobus, pro ſua pietate, ſemper improbavit, ut videre eſt Gen. XXXIV, 30. XLIX, 6.

2. [s] Probatum autem a Deo jus prædæ inter eos quos dixi naturales terminos aliis quoque locis apparet. Deus in lege ſua, de civitate poſt pacem repudiatam expugnata loquens, ſic ait: [t] *Omnia ejus ſpolia diripies tibi: & frueris præda hoſtium, quam tibi Deus dederit.* Rubenitæ, Gaditæ, & pars Manasſitarum dicuntur viciſſe Ituræos & eornm vicinos, [u] multamque prædam ab iis abſtuliſſe, hac ratione addita, quod in bello Deum invocaſſent, & Deus eos propitius exaudiiſſet: quomodo & rex pius Aſa narratur, Deo invocato, de Æthiopibus, injuſto bello ſe laceſſentibus, & victoriam & prædam

Deut. 20, 14.

1 *Paral.* 5, 20. 21. 22.

2 *Paral.* 14, 11. 12, 13.

menta ſervis, & partem prædæ ſociis. Vide *Joſephum* in hac hiſtoria. (*Antiq. Jud.* Lib. 1. Cap. 10. §. 2. *diviſ. Hudſ.*) & quæ infra cap. XVI. 3.

ADDITIO.

„Ex hoc exemplo apparet, Abrahamum etiam „ultra debiti quantitatem prædam egiſſe.

„a) (GENES. XIV:) *v.* 20. *ſeq.*

„b) (EXPLICAT DIVINUS SCRIPTOR AD HEBRÆOS:) *Epiſt. ad Hebr.* 7. *v.* 1. 2. 4.

„i) (APOLLINI:) *Liv.* 5. 21. & 23. *Flor.* 1, 12.

„k) (HERCULI:) *Juſtin.* 1. §. 7.

„l) (JOVI FERETRIO:) Exempla vide *infra* §. „16. *in fin.*

„m) (A MANU AMORRHÆI:) Adeoque prædam hanc jure dominii ſibi vindicavit.

n) (ILLUD CEPI:) Chaldæus interpretatur id factum precibus ad Deum, qui ſingulari quadam benevolentia Sicima & Jacobo & poſteris ejus conſervarit.

„o) (PRO CERTO CAPIAM:) Nondum enim „capta erat, ſed ex promiſſione divina certo erat „capienda.

„p) (QUASI EADEM ESSET PROGENITORIS & „LIBERORUM PERSONA:) Tribus enim & familia „perpetuantur in ſucceſſoribus.

„q) (AD ILLUM EXPLICATIONEM SICIMORUM:) Ob violatam Dinam factam. *Gen.* 34. „*v.* 27.

„r) (NAM EAM UT CUM PERFIDIA CONJUNCTAM:) Equidem deliquit Sicomor comprimendo filiam Jacob; at poſtquam ſatisfactionem „offerret Hemor, & conditiones tranſacti utrinque „placuerunt, contra fidem datam egere filii Jacob. „Unde merito pater id improbavit, adeoque de „hac præda tanquam legitime non quæſita loqui „non potuit.

„s) (PROBATUM AUTEM JUS PRÆDÆ INTER „EOS QUOS DIXI NATURALES TERMINOS:) i. e. „intra modum debiti & pœnæ, At diximus Deum „jus prædæ in genere approbare, & in infinitum.

„t) (OMNIA EJUS SPOLIA DIRIPIES TIBI & „FRUERIS PRÆDA HOSTIUM:) Hic de omnibus „ſpoliis lex loquitur, non ergo ſaltem intra quantitatem debiti.

„u) (MULTAMQUE PRÆDAM AB IIS ABSTULISSE:) Nullibi autem additur id intra quantitatem debiti & pœnæ factum eſſe.

prædam reportaſſe: quod eo magis notandum, [v] quia arma illa non ex ſpeciali mandato, [w] ſed ex communi jure ſumebantur.

Joſ. 22, 8. 3. Joſuæ autem eosdem quos dixi Rubenitas, Gaditas & Manaſſis partem [x] ſecundis omnibus proſequens: *participes*, inquit, *ſit is prædæ hoſtium cum fratribus veſtris.* Et [y] David, cum ad Se-
1 *Sam.* 30, 26. natores Hebræos mitteret parta de Amalecitis ſpolia [z] pretium dixit muneri: *Ecce donum hoc eſto vobis de præda hoſtium Domini.* Ni-
3 *De Beneſ.* 33. mirum, ut Seneca dixit, militaribus viris ſpecioſiſſimum eſt divitem aliquem ſpoliis hoſtilibus facere. Exſtant & divinæ leges [aa] de
De diris, pag. 930. *A.* præda dividenda Num. XXXI, 27. Et Philo inter [bb] diras legis eſſe ait ut ager ab hoſtibus demetatur, unde ſequi λιμὸν μὲν φίλοις, ἐχθροῖς δὲ περιȣσίαν, *in ſuos famem, copiam hoſtibus.*

§. II.

1. Cæterum [a] jure gentium [b] non tantum is qui ex juſta cauſa bellum gerit, [c] ſed & quivis [d] in bello ſolenni, & [e] ſine fine modoque dominus fit eorum quæ hoſti eripit, [f] eo ſenſu nimirum ut a gentibus omnibus & ipſe, [g] & qui ab eo titulum habent, in poſſeſſione rerum talium tuendi ſint, [h] quod dominium quoad effectus
Xenoph 7 *de inſt. Cyri. c.* 5. § 26. externos licet appellare. Cyrus apud Xenophontem: νόμος ἐν πᾶσιν ἀνθρώποις ἀΐδιός ἐςιν, ὅταν πολεμȣ́ντων πόλις ἀλῷ τῶν ἑλόντων εἶναι τὰ χρήματα; [i] *Lex eſt ſempiterna inter homines, capta hoſtium urbe, eorundem res atque*

„v) (QUIA ARMA ILLA NON EX SPECIALI „MANDATO:) Uti ſuuſerant contra populos da„mnatos.

„w) (SED EX COMMUNI JURE:) i. e. jure ne„ceſſariæ defenſionis.

„x) (SECUNDIS OMNIBUS PROSEQUENS:) *Suet.* „*Octav.* 57.

„y) (DAVID:) 1. *Sam. XXX.* 20.

„z) (PRETIUM DIXIT MUNERI:) Donum or„navit verbis, ut loquitur Terentius *Gron. h.*

„aa) (DE PRÆDA DIVIDENDA:) Quam a Me„dianitis cepere.

„bb) (DIRAS LEGIS:) Exſecrationes deteſtatio„neſque illorum qui leges violarent *Gron. h.*

„a) (JURE GENTIUM:) Adeoque hactenus jus „gentium voluntarium, ex hypotheſi Grotii, ea quæ „jus naturæ vetat, permittit. *Vid. cap. præced.* „§. 15. Conſ. *diſſ. proœm. IV.* §. 14.

„b) (NON TANTUM IS QUI EX JUSTA CAU„SA BELLUM GERIT:) Et cui ſoli jure naturæ jus „interficiendi hoſtem, & res ejus capiendi compe„tere putat, *Vid. diſſ. proœm. IX.* §. 62.

„c) (SED & QUIVIS:) Etiam qui injuſtam fo„vet cauſam; cujus rei rationem explicavimus *diſſ.* „*proœm. IX* §. §. 63. *ſeq.*

„d) (IN BELLO SOLENNI:) i. e. quod inter „duos populos indictum eſt. *dict. diſſ. IX.* §. 63.

„e) (SINE FINE MODOQUE DOMINUS SIT EO„RUM QUÆ HOSTI ERIPIT:) Cum jure naturæ is „qui ex juſta cauſa capit non acquirat dominium „niſi ad debiti quantitatem. *Vid.* §. *præced.* & *dict.* „*diſſ. proœm. IX* §. 65.

„f) (EO SENSU NIMIRUM UT A GENTIBUS „OMNIBUS & IPSE:) Vel, quemadmodum alibi „explicavit, ut eam ob cauſam tanquam fur con„veniri, aut puniri in alio forte foro deprehenſus „non poſſit. *Supr. c.* 4 §. 4. *dict diſſ. IX.* §. 65.

„g) (ET QUI AB EO TITULUM HABENT:) Hi „enim utuntur jure ejus a quo cauſam habent.

„h) (QUOD DOMINIUM QUOAD EFFECTUS EX„TERNOS LICET APPELLARE:) Senſus eſt, juxta „juſtitiam internam dominium quidem non ac„quiri utrinque, ſed inter gentes id placuiſſe ſi „ſolenne fuerit bellum; indeque impune quidem „capi poſſeſſionem, non autem vero jure. *dict.* „*diſſ. proœm. IX.* §. 65. At jam diximus non „dari jus gentium, adeoque nec effectus particu„lares juris inde oriri poſſe. Sed & probavimus, „naturali ratione eum qui juſtam belli cauſam ha„bet omnia agere poſſe quæ ad victoriam perti„nent; adeoque & capere res hoſtiles, non ad cer„tam demum quantitatem, ſed in infinitum.

„i) (LEX EST SEMPITERNA INTER HOMINES:) „Xenophon per legem hanc ſempiternam non intel-
ligit

atque pecunias victori cedere. Plato dixit, πάντα τῶν νικωμένων αγαθὰ τῶν νικώντων γίγνεσθαι, *bona quæ victus habuit omnia victoris fieri:* [De Legibus. l. 1. pag. 626. B.] qui & alibi [k] inter genera quaſi naturalia acquiſitionis ſtatuit [l] πολεμικὴν, [Tom. II. Sophiſt. pag. 219. 222.] quam & [m] λεϊςικὴν [n] ἀγωνιςικὴν & [o] χειρωτικὴν vocat. Aſſentientem hac in re habens eum quem dixi Xenophontem, apud quem [Tom. I. Comm. Socrat. l. 4. cap. 2. §. 15.] Euthydemum Socrates interrogando eo perducit ut ſpoliare non ſemper [p] injuſtum fateatur, ut ſi in hoſtem id fiat.

2. Sed [q] Ariſtotele quoque auctore: ὁ νόμος ὁμολογία τίς ἐςιν ὧ τὰ [1 Polit. c. 6.] κατὰ πόλεμον κρατȣ́μενα τῶν κρατȣ́ντων εἶναι φασὶ; *Lex velut pactum quoddam commune eſt quo bello capta capientium ſunt.* Eodem reſpicit dictum illud Antiphanis: ὅτι τοῖς πολεμίοις εὔχεσθαι δεῖ τἀγαθὰ παρεῖναι χωρὶς ἀνδρείας. γίνεται γὰρ ȣ̓́τως ȣ̓ τῶν ἐχόντων, ἀλλὰ τῶν κρατȣ́ντων: *Optandum* [r] *ut hoſtibus bona adſint ſine virtute: Sic enim ſiunt illa non eorum qui habent, ſed eorum qui capiunt.* [s] Apud Plutarchum in vita [Pag. 676. A.] Alexandri: τὰ τῶν ἡττωμένων εἶναι τε δεῖ καὶ προσαγορεύεσθαι τȣ͂ κρατȣ͂ντος, *ea quæ victi fuerant,* [t] *& eſſe & appellari debent victoris.* Idem alibi τὰ τῶν ἡττωμένων ἐν ταῖς μάχαις ἀγαθὰ, τοῖς νικῶσιν ἆθλα πρόκειται: quæ verba ſunt ex Xenophonte ſecundo de Cyri inſtitutione. [Cap. 3. § 2.] Philippus in Epiſtola ad Athenienſes: πάντες τὰς πόλεις οἰκȣ͂μεν ἢ τῶν προγόνων παραδόντων, ἢ κατὰ πόλεμον κύριοι καταςάντες; [Apud Demoſthen p. 251. B.] *Omnes tenemus oppida a majoribus relicta, aut poſſeſſa belli jure.* Æſchines, εἰ μὲν πρὸς ἡμᾶς πολεμήσας δοριάλωτον τὴν πόλιν εἷλες, κυρίως ἔχεις τῷ τȣ πολέμȣ νόμῳ κτησάμενος: *Si bello in nos ſuſcepto armis cepiſti urbem, jure eam poſſides belli lege.*

3. Marcellus apud Livium quæ ademit Syracuſanis [u] ademiſſe ſe [Lib. 26. c. 31.] ait belli jure. Romani legati Philippo de Thraciæ & aliis civitatibus dicebant, [Idem, 39. 29.] ſi Philippus bello cepiſſet, eas præmium victoriæ belli jure habiturum: & Maſiniſſa quem agrum pater ſuus Carthaginenſibus bello ademiſſet habere ſe jure Gentium ajebat. [Liv lib. 40. c 17.] Sic & apud Juſti-

„ligit jus gentium voluntarium, quod non ex„iſtit, ſed ipſum jus naturæ?

„k) (INTER GENERA QUASI NATURALIA AC„QUISITIONIS:) Imo inter genera acquiſitionis „*vere naturalia.*

„l) (Πολεμικὴν:) Bellicam.

„m) (Λῃϊςικὴν:) Piraticam aut prædaticiam „*Gron. h.*

„n) (Ἀγωνιςικὴν:) Certando paratam *Gron. h:*

„o) (Χειρωτικὴν:) Manuariam vel manuabilem „*Gron. h.*

„p) (INJUSTUM:) Loquitur autem de juſtitia „naturali.

„q) (ARISTOTILE:) *1. polit. c. 4. Quint. inſt.* „*5. 10.*

„r) (UT HOSTIBUS BONA ADSINT:) Ut hoſtes „ſint opulenti & ignavi *Gron. h.*

s) (Grot.) (APUD PLUTARCHUM IN VITA ALEXANDRI:) Ibidem *νικῶντας προσκτᾶσθαι καὶ τὰ τῶν πολεμίων· vincentes etiam ea quæ hoſtium ſunt ſibi acquirere.* (Pag. 684 A.)

„t) (ET ESSE & APPELLARI DEBENT VICTO„RIS:) Ipſum enim imperium tranſit in victorem „*Vid. c. 8. §. 4. ſeq.*

u) (Grot.) (ADEMISSE SE AIT BELLI JURE:) *Diodorus Siculus* excerptis Peireſianis *pag.* 406. *τὰ διὰ τῶν ὅπλων κτηθέντα τῷ τȣ͂ πολέμȣ νόμῳ, μὴ προίεσθαι· quæ armis quæſita eſſent & jure belli jure, non dimitenda.* Gotthi apud *Agathiam* lib. 1. de Theuderico rege, poſtquam is Odoacrum vicerat, *τἀκείνȣ πάντα κατέσχε τȣ͂ πολέμȣ νόμῳ· quæ ejus fuerant omnia tenuit belli jure.* (pag. 11. *Ed.*

Libro 38. 5. Juſtinum Mithridates: *non Cappadocia filium eductum quam jure gen-*
2 Contra Rullum c. 16. *tium victor occupaverat.* Cicero Mitylenas ait populi Romani fa-
ctas, belli lege ac jure victoriæ. Idem privata aliqua eſſe cœpiſſe ait,
Off 1. 7. aut occupatione [v] vacuorum, aut bello, eorum ſcilicet qui victoria
Lib. 41. ſub fin. potiti ſunt. Dion Caſſius: τὰ τῶν ἡττημένων τοῖς κρατȣ̃σι προσγίνεται. Et-
Stromat lib. 1. c. 23. iam Clemens Alexandrinus ait res hoſtium rapi & acquiri belli ju-
re.

4. *Quæ ex hoſtibus capiuntur jure gentium ſtatim capientium fi-*
L. 5. §. ult D. de acq. rerum dom Inſt. tit. de rer. div. §. 17. *unt*, ait [w] Cajus Juriſconſultus. [x] Naturalem hanc acquiſitionem
φυσικὴν κτῆσιν appellat [y] Theopilus in Græcis inſtitutionibus: ſicut
[z] Ariſtoteles dixerat πολεμικὴν φύσει κτητικὴν *rem militarem ſecum ferre*
naturalem acquirendi modum. Nimirum [aa] non cauſa aliqua ſed
Lib. 2. tit. 1. §. 17. ipſum nudum factum ſpectatur, & ex eo jus naſcitur: ſiut & Nerva
filius, referente [bb] Paulo Juriſconſulto, [cc] dominium rerum ex na-
Ariſt. 1. de Rep. c. 8. turali poſſeſſione cœpiſſe ajebat, [dd] ejusque rei veſtigium remanere
L. 1. §. 1. D. de acq. poſſ. de his quæ terra, mari, cœloque capiuntur; [ee] item de bello captis,
quæ omnia protinus eorum ſunt qui primi poſſeſſionem apprehen-
derunt.

5. Hoſti autem eripi cenſentur [ff] & quæ ſubditis hoſtium eripiun-
Hiſt. Gr. lib. 3. c. 1. §. 23. tur. Sic Dercyllides argumentatur apud Xenophontem, cum Phar-
na-

Ed. Vulcan. ubi legitur, πολέμȣ θεσμῷ, non νόμῳ·

„v) (VACUORUM:) i. e. quæ nullius ſunt.

„w) (CAJUS:) *l. 5. §. 7. ff. de Acquir. rer dom.*

„x) (NATURALEM HANC ACQUISITIONEM:) „Non Theophilus ſaltem id ait, ſed Cajus quoque, „qui per jus gentium intelligit id quod naturali „ratione inter omnes gentes peræque obſervatur. „*L. 1. ff. pr. Aq. rer. dom.*

„y) (THEOPHILUS:) *Tit. de Rer. divis.* §. 17.

„z) (ARISTOTELES:) *L. 1. de republica c. 8.*

„aa) (QUIA NON CAUSA ALIQUA SED IPSUM „NUDUM FACTUM SPECTATUR, ET EX EO JUS „NASCITUR:) Mens Authoris hæc eſt: Theophi- „lum acquiſitionem rei hoſtilis ideo *naturalem* „*acquiſitionem* vocare, quia mero facto naturæ „ſit, non ex cauſa aliqua juſta præcedente; adeo- „que jus hic oriri putat ex ſolo facto, non ex cau- „ſa: Cum vero Theophilus in allegato titulo re- „cenſeat modos acquirendi naturales, qui juſto ni- „tuntur titulo, & qui ſequuntur ex eo jure quod na- „turalis ratio inter homines conſtituit, vix eſt ut „interpretatio Authoris locum habere poſſit; Juſta „& naturali juri maxime conveniens cauſa eſt, rem „ab hoſte captam acquirere: *Vid. ſupr.* §. 1. & „*infra cap. 20.* §. 12. n. 2.

„bb) (PAULO:) *L. 1. §. 1. ff. Acq. rer. poſſ.*

„cc) (DOMINIUM RERUM EX NATURALI POS- „SESSIONE CEPISSE &c.) Senſus Nervæ non eſt, „quod dominia rerum ex nudo facto poſſeſſionis „quærantur: Sed quod dominia non acquirantur „niſi res in corporali noſtra poteſtate conſtituta „i. e. a nobis poſſeſſa ſit; JCtus igitur ſupponit „& cauſam & factum præcedens: Apparet hoc no- „torie ex cæteris exemplis; Occupatio rerum nul- „lius tribuit dominium occupanti; adeoque & fa- „ctum & cauſa hic concurrunt. Eadem igitur „ratio eſt in occupatione rei hoſtilis.

„dd) (EJUSQUE REI VESTIGIUM REMANERE „DE HIS QUÆ TERRA MARI COELOQUE CAPIUN- „TUR:) Etiamſi enim territorium occupatum ſit, „non tamen feræ occupatæ cenſentur, hæ igitur, „cum res nullius ſint, noſtræ fiunt ſtatim ac in „poſſeſſionem noſtram rediguntur: atque hæc „cauſa juſta eſt acquirendi dominii.

„ee) (ITEM DE BELLO CAPTIS:) Nam ex quo „res hoſtilis in noſtram pervenit cuſtodiam, eo „ipſo jure quoque quæſita nobis videtur, nam ju- „ſtiſſima cauſa eſt bello capta ſua facere: Ut pro- „inde certum ſit non nudum factum in his acqui- „ſitionibus ſpectari, ſed cauſam.

„ff) (ET QUÆ SUBDITIS HOSTIUM ERIPION- „TUR:) Nam hi tenentur ex facto principis quod „defendunt: & eum occidere eos poſſimus, eodem „ſpoliare. *Vid. c. 5. §. 1.*

„gg)

nabazus hoſtis eſſet Lacedæmoniorum, Mania autem ſubdita Pharnabazo, Maniæ bona in ea eſſe cauſa ut gg a Lacedæmoniis jure belli recte occupentur.

§. III.

Cæterum [a] in hac belli quæſtione [b] placuit gentibus, ut cepiſſe rem is intelligatur qui ita detinet ut recuperandi ſpem probabilem alter amiſerit, ut res perſecutionem effugerit; [c] ut loquitur in ſimili quæſtione Pomponius. Hoc autem in rebus [d] mobilibus ita L. 44. D. de acq.
procedit, ut capta dicantur [e] ubi intra fines, id eſt præſidia hoſtium rer. dom.
perducta fuerint. [f] Eodem enim modo res amittitur, quo poſtlimi- L. 19. §.
nio redit. Redit autem ubi intra fines imperii eſſe cœpit, [g] quod 3. D. de capt. l.
alibi explicatur intra præſidia. Imo & aperte [h] Paulus de homine ult. ibid.
dixit, amitti eum ubi fines noſtros exceſſit; & [i] Pomponius captum L. 5. §. 1. d. tit.
bello explicat eum quem hoſtes ex noſtris ceperunt, & intra præſidia ſua perduxerunt: [k] antequam enim in præſidia perducatur hoſtium, manere civem.

2. [l] Hominis autem & rei, in hoc gentium jure, eadem fuit ratio.

„gg) (UT A LACEDÆMONIIS JURE BELLI RE„CTE OCCUPENTUR:) Quia Mania defendebat cauſam hoſtis, eique aſſiſtebat: unde ipſe quoque „hoſtis erat, in quem jus belli obtinuit.

„a) (IN HAC BELLI QUÆSTIONE:) De captura „rei hoſtilis.

b) (PLACUIT GENTIBUS, UT CEPISSE REM IS INTELLIGATUR QUI ITA DETINET UT RECUPERANDI SPEM &c.) Quærit hic Author quando res hoſtilis capta videatur? & ait placuiſſe gentibus, ut tunc capta ſit, cum intra præſidia noſtra perducta eſt: At id non ſequitur ex placito gentium, ſed ex natura occupationis: Capere enim ſeu occupare eſt in ſuam poteſtatem redigere: adeoque tunc aliquis occupaſſe cenſetur cum res ex alterius cuſtodia in ſuam tranſtulit. Non igitur ſufficit rem in mea poſſeſſione eſſe, quæ momentanea eſſe poteſt, cum dominium ſit jus aliquod perpetuum.

Ea cuſtodia triplex eſt (1) publica, uti urbes, præſidia &c. (2) privata, uti domus, fundi &c. (3) tertii, qui ſuam nobis cuſtodiam commodat, nam ille tunc noſtro nomine cuſtodit, ut ſocii &c. *l. 19. §. 3. Capt. & poſtl.*

Unde certum eſt rem nondum in noſtra eſſe cuſtodia ſi poteſtas illa tantum momentanea, & incerta; uti eſt ſi res hoſtilis capitur: Sane actus nondum eſt perfectus, niſi res in plenaria noſtra ſit cuſtodia. *l. 55. §. f. ff. Acq. rer. dom.*

Hinc patet deciſio caſus de piratis, quos Melitenſes perſecuti ſunt ut aufugere vix poſſent: ejecti in Corſicam capiuntur a Corſis, conſuluit Cephalus *Conſ. 36.* captos videri, & reſtituendos eſſe: Sed male, quia Militenſes dum perſequuntur nondum cepere, & multa accidere potuere ne caperent, uti traditur in *§. 12. ff. Rer. div.*

„c) (UT LOQUITUR IN SIMILI QUÆSTIONE „POMPONIUS:) Hic in *l. 44. Acq. rer. dom* quæ„rit quando poſſeſſio amiſſa videatur, adeoque „res nullius eſſe incipiat, ita, ut ab alio capi poſ„ſit? & ait ovem a lupo ablatam tamdiu meam „manere, donec ſpes eſt recipiendi: indeque ter„tium, qui forte ovem liberat ſpe illa nondum „ceſſante, eam non acquirere, quia nondum mea „eſſe deſiit.

„d) (MOBILIBUS:) De immobilibus vide §. ſeq.

„e) (UBI INTRA FINES, I. E. PRÆSIDIA HOSTI„UM PERDUCTA FUERINT:). Nam tunc vere res „eſt in hoſtis poteſtate & cuſtodia, & tunc primum „capiens publico nomine ibi tutus eſſe poteſt. *l. 19.* „*§. 3 poſtl.*

„f) (EODEM MODO ENIM RES AMITTITUR QUO „POSTLIMINIO REDIT:) Poſtliminio enim rediiſſe di„citur res ab hoſte capta, cum in fines noſtros intra„verit, ſicuti amittitur ſi fines noſtros exceſſit, i. e. „in fines hoſtium eorumque præſidia deducta eſt. „*d. l. 19. §. 3. junct. l. 5. §. 1. eod.*

„g) (QUOD ALIBI:) *L. 5. §. 1. ff. Capt. & poſtl.*

„h) (PAULUS:) *L. 19. §. 3 ff. Capt. & poſtl.*

„i) (POMPONIUS:) *L. 5. §. 1. ff. Capt. & poſtl.*

„k) (ANTEQUAM ENIM IN PRÆSIDIA PERDU„CATUR HOSTIUM, MANERE CIVEM:) i. e. non „videri captum: cum enim civis noſter ma„net, jus poſtliminii in eo locum habere nequit.

„l) (HOMINIS AUTEM & REI IN HOC JURE GEN-

ratio. Unde facile intellectu eſt quod [m] alibi dicuntur [n] capta ſtatim capientium fieri cum conditione aliqua, continuandæ ſcilicet eo usque poſſeſſionis, debere intelligi. [o] Cui conſequens eſſe videtur, ut in mari naves & res aliæ captæ cenſeantur tum demum, cum in navalia aut portus, aut ad eum locum ubi tota claſſis ſe tenet, perducta ſunt; [p] nam tunc deſperari incipit recuperatio; [q] ſed recentiori jure gentium inter Europos populos introductum videmus, ut talia capta cenſeantur ubi [r] per horas viginti quatuor in poteſtate hoſtium fuerint.

Inſt. de rer. div. §. 17. l. 5. §. 7. D. de acq. rer. dom.

Conſulatu maris, c. 283. & 287. Conſt. Gallicæ l. 20. tit. 13. art. 124.

§. IV.

I. [a] At agri non ſtatim capti intelliguntur ſimul atque inſeſſi ſunt, nam quanquam verum eſt eam agri partem quam cum magna vi ingreſſus eſt exercitus [b] ab eo interim poſſideri, ut a Celſo notatum eſt; tamen [c] ad eum quem tractamus effectum non ſufficit qualiscunque poſſeſſio, [d] ſed firma requiritur. [e] Itaque Romani agrum extra portam, quem Annibal caſtris inſidebat, adeo non amiſſum judicabant, ut eo ipſo tempore nihilo minoris venierit quam ante veniſſet. Is ergo demum ager [f] captus cenſebitur, qui manſuris munitio-

Corn. de Lapide in Gen. c. 24. Molina diſp. 118. L. 18. D. de acq. vel amitt. poſſ. Livius, 26, 2.

„GENTIUM EADEM FUIT RATIO:) Hæc idendi„tas rationis non demum ex jure Gentium eſt, „quale non agnoſcimus, ſed ex ipſo jure naturæ: „nam & res & perſonæ non videntur in noſtra „poteſtate & cuſtodia niſi intra fines noſtros i. e. „intra præſidia noſtra deductæ fuerint.

„m) (ALIBI:) §. 18. *Inſt. de Rer div.*

„n) (CAPTA STATIM CAPIENTIUM FIERI, „CUM CONDITIONE ALIQUA &c. INTELLIGI DE„BERE:) Imo non opus eſt hanc fingere conditi„onem, nam vox ipſa *capta* indigat, rem ita in „noſtra cuſtodia & poteſtate eſſe ut eximi non „poſſit: quod non eſt niſi intra fines, i. e. ad præſi„dia noſtra res perducta ſit. *l. 5. §. 1. captiv. &* „*poſtl.*

„o) (CUI CONSEQUENS ESSE VIDETUR:) Nam „navalia & portus ſunt præſidia maritima: adeo„que ibi primum res captæ publico nomine tutæ „eſſe incipiunt. *Vid. ſupr. lit. b.*

„p) (NAM TUNC DESPERARI INCIPIT RECU„PERATIO:) Rectius, tunc res capta, i. e. in no„ſtram poteſtatem & cuſtodiam redacta cenſetur.

„q) (SED RECENTIORI JURE GENTIUM INTER „EUROPÆOS:) In genere hic notandum non dari „jus aliquod gentium voluntarium, nedum recens „ſeu Europæum. *Vid. diſſert proœm. IV. §. 11.* „*& 12.* Unde merito ait Petrinus bellus *p 3. t.* „*1. n. 11.* id vulgus militum ſentire: Equidem le„gibus ſingularum civitatum id ſtatui poteſt, at „tunc non eſt jus gentium Europæum, ſed jus „civile ſingularum civitatum: quo pertinet lex „Belgarum, qua is qui hoſti eripit navem modo „captam, beſſem inde lucratur *Groenw. ad. l. 2. ff.* „*capt. & poſtl.*

r) (Grot.) (PER HORAS VIGINTI QUATUOR:) Etiam terra id obſervari diſcas e *Thuano* libro CXIII in anno cIↄ Iↄ xcv. Ex Germanicis legibus id venit, ad exemplum ejus quod de fera vulnerata conſtitutum apud ipſos non ſine ratione fuerat, ut *lege Langobardorum* lib. 1, tit. XXII. §. 6. Idem in Anglia & Caſtellæ regno ſervari ait *Albericus Gentilis* Hiſpanicæ advocationis l. 3.

a) (AT AGRI NON STATIM CAPTI INTELLIGUNTUR SIMUL ATQUE INSESSI SUNT:) Hoſtis, quicquid cum exercitu inſidet, interim poſſidet, at dominium perpetuum nondum quæſivit: Non igitur omnia quæ exercitus hoſtilis peragrat loca ſtatim hoſtis fiunt, quia animus non eſt ibi permanendi, nec eſſe poteſt niſi munito loco; *l. 18. §. f. A. P. l. 41. Eod.* tunc enim animus & facultas adeſt rem ſibi tenendi, & interim pro domino eſt.

„b) (AB EO INTERIM POSSIDERI:) Quia res „in ejus poteſtate eſt, & hoſtis animum ſibi te„nendi habet.

„c) (AD EUM QUEM TRACTAMUS EFFECTUM „NON SUFFICIT:) Ut ſcilicet dominium jure gen„tium ei acquiratur quoad effectus externos: *§. 2. n. 1.*

„d) (SED FIRMA REQUIRITUR:) Diximus, nec „naturali jure dominium amitti quamdiu ſpes eſt „recuperandi, qualis ſemper eſt ubi exercitus ho„ſtilis ſaltem peragrat agros noſtros.

„e) (ITAQUE ROMANI:) apud *Liv. l. 26. c. 11.* „Non enim videbantur amiſiſſe dominium, quia „ſpem recuperandi habebant.

„f)

nitionibus ita includitur, ut niſi iis expugnatis parti alteri palam aditus non ſit.

2. Et hæc non minus probabilis videtur [g] nominis territorii origo a terrendis hoſtibus [h] a Siculo Flacco allata, quam illa [i] Varronis [k] a terendo, aut [l] Frontini [m] a terra, aut [n] Pomponii Iuris-conſulti a [o] terrendi jure quod habent magiſtratus. Sic Xenophon libro de Vectigalibus agri poſſeſſionem belli tempore, ait, [p] retineri per munimenta, quæ τείχη καὶ ἐρύματα ipſe appellat. *Pag. 3. Ed. Gaſ. De Ling. Lat. lib. 4. p. 9. Ed. H. Steph. Cap. 4. §. 43. 44.*

§. V.

Liquet & hoc, [a] ut res aliqua noſtra belli jure fiat requiri ut hoſtium fuerit: namquæ res apud hoſtes quidem ſunt, [b] puta in oppidis eorum, aut intra præſidia, [c] ſed quorum domini nec hoſtium ſint ſubditi, nec hoſtilis animi, [d] eæ bello acquiri non poſſunt, ut inter cætera [e] Æſchinis dicto jam loco oſtenditur Amphipolim, quæ urbs eſſet Athenienſium, Philippi bello in Amphipolitanos [f] ipſius Philippi non potuiſſe fieri. [g] Nam & ratio deficit, [h] & jus hoc mutandi per vim dominii odioſius eſt, quam ut produci debeat. *Orat. de male obit. leg. pag 251. B.*

§. VI.

„f) (CAPTUS CENSEBITUR QUI MANSURIS MUNITIONIBUS ITA INCLUDITUR:) Tunc enim demum ſpem recuperandi probabilem hoſtem amiſiſſe autumat.

„g) (NOMINIS TERRITORII ORIGO A TERRENDIS HOSTIBUS:) Quia terreri i. e. ſubmoveri hoſtes inde poſſunt *l. 239. §. 8. V. S.*

„h) (A SICULO FLACCO:) In libro de conditionibus agrorum.

„i) (VARRONIS:) *l. 4. de lingua latina.*

„k) (A TERENDO:) Servius ad Æneid. 5. v. 755. *Unde territorium dictum eſt quaſi tritorium, tritum bubus & aratro. Iſidor. 14. orig. 15.*

„l) (FRONTINI:) In libro de agrorum qualitate.

„m) (A TERRA:) Quia territorium e terra conſiſtit.

„n) (POMPONIUS:) *l. 239. §. 8. v. 3.*

„o) (TERRENDI JURE QUOD HABENT MAGISTRATUS:) i. e. ſubmovendi, Gronovius in notis hoc id ſolum & verum ἔτυμον eſſe putat: Nimirum moribus Romanorum eousque patuiſſe territorium, ait, quousque magiſtratibus licebat *incedere ſummoto:* Eſt autem *incedere ſummoto* ire præeuntibus lictoribus qui viam faciant, & turbam ſummoveant. *Liv. 25. 4. & l. 28. c. 27.* Hoc autem non licere ſibi judicabant in terris alienæ deditionis, ut apparet ex Cæſare *L. 3. de bell. Civ. c. 106. Tacit. 2. ann. 53. Suet. Calig. c. 3.*

„p) (RETINERI PER MUNIMENTA:) Tunc enim deſiit eſſe in cuſtodia hoſtis. Conf. *§. 14. Inſt. Rer. div.*

„a) (UT RES ALIQUA NOSTRA BELLI JURE FIAT REQUIRI UT HOSTIUM FUERIT:) Quia capi tantum poſſunt res hoſtiles: i. e. res eorum qui injuriam nobis fecere, indeque ad ejus reparationem tenentur.

„b) (PUTA IN OPPIDIS EORUM AUT INTRA PRÆSIDIA:) Quæ forte commerciorum cauſa ab eis qui medii ſunt eo miſſa ſunt.

„c) (SED QUORUM DOMINI NEC HOSTIUM SINT SUBDITI, NEC HOSTILIS ANIMI &c:) Qui nec ipſi cauſam Principis ſequuntur, nec eam bonis ſuis defendunt, adeoque revera hoſtes non ſunt.

„d) (EÆ BELLO ACQUIRI NON POSSUNT:) Quia non ſunt res hoſtiles.

„e) (ÆSCHINIS DICTO JAM LOCO:) *Vid. §. 2. n. 2.*

„f) (IPSIUS PHILIPPI NON POTUISSE FIERI:) Quia res erat Athenienſium.

„g) (NAM & RATIO DEFICIT:) Nimirum placitum gentium, quod ſaltem in rebus hoſtilibus obtinere dixit: Nos id juris naturæ eſſe diximus.

„h) (ET JUS HOC MUTANDI PER VIM DOMINII ODIOSIUS EST QUAM UT PRODUCI DEBEAT:) Frivola hæc eſt ratio: hoc ipſum enim quæritur, cur odioſum ſit per vim mutare dominium: & diximus id inde eſſe, quia hoſtes non ſunt, nec reparationi juris noſtri reſiſtunt.

„ Quæſtionem hanc, *quando res pacati apud hoſtem meum inventa occupari poſſit* R. parens integra diſſertatione explicavit, cui titulus *De jure belli in amicos*, quam operi huic inſerui-

§. VI.

Quare quod dici ſolet [a] hoſtiles cenſeri res in hoſtium navibus
Conſult. marit. c. repertas, non ita accipi debet [b] quaſi certa ſit juris gentium lex, ſed
273. ut præſumptionem quandam indicet, quæ tamen validis in contrarium probationibus poſſit elidi. [c] Atque ita in Hollandia noſtra jam olim, anno ſcilicet clɔ ccc xxxviii. flagrante cum Anſiaticis bello, frequenti Senatu judicatum, & ex judicato in legem tranſiiſſe comperi.

§. VII.

1. Illud vero extra controverſiam eſt, [a] ſi jus gentium reſpicimus, [b] quæ hoſtibus per nos erepta ſunt, ea non poſſe vindicari ab his qui ante hoſtes noſtros ea poſſederant, & bello amiſerant: [c] quia jus gentium hoſtes primum dominos fecit dominio externo, deinde
Jud. 11, 23. 24. nos: [d] quo jure inter alia tuetur ſe Jephthes contra Ammonitas, quia
27. ager ille quem Ammonitæ vindicabant belli jure ab Ammonitis, ut & pars

„ſeruimus. *Vid. ſupr. l. 3. c. 1. §. 5. Add. L. 2. c.* „2. §. 10. Atque ex ea repetendum eſt, fieri id poſſe „(1) ſi pacatus jus aliquod circa illam rem in hoſtem tranſtulit: uti ſi caſtrum ei oppignoraverit, „tunc enim ego jus illud occupare poſſum: *d. diſp.* „*§. 50. & 51.* (2) ſi ſubditi pacatorum operas ſuas „vel res hoſtibus noſtris locant: *d. diſp. §. 46. ſeq.* „(3) Si quædam afferant hoſti quæ ipſos juvant: *d.* „*diſp. §. 14. ſeq.* Si (4) hoſtis caſtellum pacati de facto occupavit, & damnum mihi in„dedet, jure defenſionis neceſſariæ illud quoque „occupare poſſum. *Vid. Zouch. 2. §. 4. Petr. bell.* „*p. 2. tit. 11. n. 5.* Ubi (5) notandum, occupari „poſſe rem pacati quæ quidem in ejus territorio „eſt, ſed quam hoſtis probabiliter occupatu„rus eſſet, tunc enim prævenire hoſtem licet. *d.* „*diſp. §. 38. ſeq.* at ſupra jam notavimus ceſſante „periculo reſtitui debere rem domino: *dict. lib. 2.* „*c. 2. §. 10. & infr. c. 13. §. 1. c. 18. §. 2.*

a) (Grot.) (HOSTILES CENSERI RES IN HOSTIUM NAVIBUS REPERTAS:) Sed neque amicorum naves in prædam veniunt ob res hoſtiles, niſi ex conſenſu id factum ſit dominorum navis. l. Cotem. 11. D. *de publicanis*. §. 2. *Rodericus Zuarius* libro *de uſu maris* conſilio 11, num. 6. Atque ita interpretandas puto leges Galliæ, quæ ex rebus naves, ex navibus res prædæ ſubjiciunt, quales ſunt *Franciſci* I. datæ anno clɔ lɔ xliii. cap. 42. *Henrici* III. anno clɔ lɔ lxxxiv. menſe Martio, capite 69. *lex Portugallica* libro 1. tit. XVIII. Alioqui res ipſæ ſolæ in prædam veniunt. *Meurſius* Danicorum libro 11. Sic bello Venetorum cum Genuenſibus pertentate Græcorum naves, & extracti ſi qui hoſtium laterent, *Gregoras* libro IX. (*pag. 188.*) vide & *Cranzium* Saxonicorum 11. & *Albericum Gentilem* advocationis Hiſpanicæ l. 20.

b) (QUASI CERTA SIT JURIS GENTIUM LEX SED UT PRÆSUMTIONEM QUANDAM INDICET:) Imo id juris naturalis eſt, ut res quæ in hoſtium navibus reperitur res hoſtilis præſumatur, hactenus enim ſtatus illius rei certus eſt; ſi vero rei dominus neget hoſtilem eſſe, & id probare velit, admittendus omnino eſt: Niſi tales res ſint ex quibus hoſtis juvatur, de quo *l. 3. c. 1. §. 5.*

„*c*) (ATQUE ITA IN HOLLANDIA:) Confer „exemplum apud Camdenum vit. Eliſ. *p. 1. p. 149.*

(AD §. VII.) Quæritur an res quæ forte ad pacatum olim pertinuit, & ab hoſte ei erepta fuit, poſtea autem jure belli a nobis capitur, priori domino reſtitui debeat? Quod merito Author negat. *Conſ. cap. 9. §. 9.*

„*a*) (SI JUS GENTIUM RESPICIAS:) Tale non „dari diximus: Sed id quod Auctor hic tradit, „ſequitur ex ipſa naturali ratione.

„*b*) (QUÆ HOSTIBUS EREPTA SUNT EA NON „POSSE VINDICARI AB HIS QUI ANTE HOSTES „NOSTROS &c.) Res enim jure belli quæſita fuit „hoſti meo, illeque jure naturæ dominus illius rei „factus eſt: Si igitur rem illam ab hoc hoſte recipio, „non rem pacati capio, ejus enim jus deſiit, ſed „rem hoſtilem. *Vid. infr. c. 9. §. 9.*

„*c*) (QUIA JUS GENTIUM HOSTES PRIMUM DO„MINOS FECIT DOMINIO EXTERNO, DEINDE „NOS &c) Imo jus naturæ hoſtes primum domi„nos fecit, non dominio externo, ſed vero: Ade„oque priſtinus poſſeſſor, qui bello ſemel jus ſu„um amiſit, illud vindicare nunquam poteſt.

„*d*) (QUO JURE INTER ALIA SE TUETUR „JEPHTES:) Imo plane alio jure ſe tuetur, ſcili„cet Ammonitas nunquam has terras tenuiſſe, neque

& pars alia a Moabitis ad Amoræos, ab Amoræis ad Hebræos tranſiiſſet. *f* Sic & David quod ipſe Amalecitis, Amalecitæ antea Palæſtinis eripuerant, pro ſuo habet ac dividit. 1 Sam. 30, 18. 20.

2. Titus Largius apud Dionyſium Halicarnaſſenſem in Senatu Romano *g* cum Volſci olim poſſeſſa repeterent, ſententiam ſic dixit: Lib. 6. c. 36. ὅτι ῥωμαῖοι καλλίςας ὑπολαμβάνομεν κτήσεις εἶναι καὶ δικαιοτάτας, ἃς καταχῶμεν πολέμῳ λαβόντες καὶ νόμῳ, καὶ ὐκ ἂν ὑπομείναιμεν μωρίᾳ τὴν ἀρετὴν ἀφανίσαι. κοινωνητέον τε πᾶσι καὶ τοῖς ἐκ τύτων γένομένοις καταλιπεῖν ἀγωνιύμεθα, νῦν δὲ ὑπαρχόντων ἤδε ςερησόμεθα καὶ ἑαυτὺς ὅσα πολεμίὺς βλάψομεν: *Romani nos honeſtiſſimas eas atque juſtiſſimas credimus poſſeſſiones, quas belli lege captas habemus: neque vero induci poſſumus ut ſtulta facilitate deleamus virtutis monumenta, ſi eas illis reddamus quibus ſemel perierunt. Imo vero tales poſſeſſiones non tantum cum his qui nunc vivunt civibus noſtris communicandas, ſed & poſteris relinquendas cenſemus: tantum abeſt ut parta relinquendo* [h] *in nos ipſos ea conſtituamus quæ in hoſtes conſtitui ſolent:* & in reſponſo Romanorum Auruncis dato: Lib. 6. c. 32. ἡμεῖς οἱ ῥωμαῖοι δικαιὖμεν ὅσα κτᾶταί τις ἀρετῇ πολεμίὺς ἀφελόμενος ταῦτα τοῖς ἐγγόνοις ὡς οἰκεῖα παραδιδόναι: *nos Romani ita arbitramur, quæ quis hoſtibus erepta virtute quæſivit, ut optimo jure propria ad poſteros tranſmitti.* Alibi in reſponſo ad Volſcos ſic Romani: ἡμεῖς δὲ Lib. 8. c. 10. κρατίςας ἡγὖμεθα κτήσεις ἃς ἂν πολέμῳ κρατήσαντες λάβωμεν, ὔτε πρῶτοι καταςησάμενοι νόμον τόνδε, ὔτε αὐτὸν ἀνθρώπων ἡγὖμενοι εἶναι, μᾶλλον ἢ ὐχὶ θεῶν, ἅπαντάς τε καὶ ἕλληνας καὶ βαρβάρὺς εἰδότες αὐτῷ χρωμένὺς, ὐκ ἂν ἐνδοίημεν ὑμῖν μαλακὸν ὐδὲν, ὐδ' ἂν ἀποςαίημεν ἔτι τῶν δορυκτήτων. πολλὴ γὰρ ἂν εἴη κακό-

„neque Iſraelitas occupaſſe terras Moabitarum „& Ammonitarum *Judic. XI. 14.* Sed circumiviſſe eas ex latere terram Edom & Moab. *v.* „*18.* & per Amoræorum terras tranſitum rogaſ„ſe, eoque negato, jura belli horum (non Am„monitarum) terras occupaſſe: *v. 21. & 23.* Ut „proinde conjectura Auctoris, quaſi Amoræi „has terras prius Ammonitis eripuerint, nulla ra„tione nitatur.

„*e*) (AD AMORÆOS:) Imo nullibi id dicitur, „ſed potius contrarium, terras ſcilicet has eorum „nunquam fuiſſe.

f) (Grot.) (SIC ET DAVID:) Sic Reſin, rex Syriæ, Eloth am urbem, quæ Idumæorum fuerat, non Idumæis ſed Syris tradidit habitandam, ſecundum lectionem Maſoreticam 2 Reg. XVI. 6. [Sed lectio illa vitioſa eſt. Vide ibi Clariſſ. CLERICI Notam. J. B.]

ADDITIO.

„Recte ait Auctor Paleſtinos id quod Amalecitæ eis eripuerant jure belli amiſiſſe: Palæſtini „enim ſpem recuperandi amiſerant, nec hoſtem in„ſequebantur: Vere igitur David rem hoſtilem „cepit. Aliquando ex generoſitate præda reſtitui „ſolet eis quibus ante ab hoſte ablata fuit: *Vid.* „*infra c. 16. §. 2.* ubi latius rem explicabimus.

g) (Grot.) (CUM VOLSCI:) De Vejis idem in Romulo narrat Plutarchus: Οὐιοι ἀρχὴν ἐποιήσαντο πολέμȣ Φιδήνας ἀπαιτεῖν ὡς προσηκȣσας αὐτοῖς. τὸ δ' ȣκ ἄδικον ἦν μόνον, ἀλλὰ καὶ γελοῖον ὅτι κινδυνεȣσι τότε καὶ πολεμȣμένοις ȣ προσαμύνοντες, ἀλλ' ἐάσαντες ἀπολέσθαι τȣς ἄνδρας, οἰκίας, καὶ γῆν ἀπαιτοῖεν, ἄλλων ἐχόντων. *Veji principium belli faciebant poſtulationem ut Fidenæ ipſis redderentur, velut ad quos pertinerent. verum id non injuſtum modo erat ſed & ridiculum, ut qui periclitantibus bellumque gerentibus non ſubveniſſent, ſed ipſos homines ſiviſſent perire, nunc domos & agros a bello poſſidentibus vindicarent.* [Pag. 33. B. Verum hoc exemplum, ut & illud *Volſcorum*, non huc convenit; ut ex pendenti patebit, & nos in notis Gallicis oſtendimus. J. B.]

„*h*) (IN NOS IPSOS EA CONSTITUAMUS:) Ut „nos illis privemus & mulctemus, quemadmodum „in victos hoſtes conſulere ſolemus. *Gron. b.*

„*i*) A

κακότης, εἴ τις ἃ μετὰ ἀρετῆς καὶ ἀνδρείας ἐκτήσατο, ταῦτα ὑπὸ δειλίας τε καὶ μωρίας ἀφαιρεθείη: *Nos autem optimum judicamus poſſeſſionis genus, quod belli jure captum quæſitumque eſt. Cumque non a nobis hoc jus ſit inſtitutum, ſed* [i] *a Diis verius quam ab hominibus profectum, omniumque gentium tam Græcarum quam barbararum uſu probatum, nihil vobis per ignaviam concedemus, nec bello partis abſiſtemus. Maximum enim id probrum foret, quæ virtute ac fortitudine quæſita ſunt ea per formidinem aut ſtuporem amittere.* Sic & in reſponſo Samnitum: πολέμῳ κρατησάντων ἡμῶν ὅπερ ἐςὶ νόμος κτήσεως δικαιότατος; *Cum armis hæc quæſierimus, quæ lex acquirendi juſtiſſima eſt.*

In exc. legat. p. 705.

3. Livius, cum narraſſet agrum prope Lucam a Romanis diviſum, eum agrum ſic notat: *De Ligure captus is ager fuerat: Etruſcorum antequam Ligurum fuerat.* Hoc jure a Romanis retentam Syriam Appianus notat, nec redditam Antiocho Pio, [k] cui eam eripuerat Tigranes hoſtis Romanorum: & Juſtinus ex Trogo ſic reſpondentem facit eidem Antiocho Pompejum, *ut habenti regnum non ademerit, ita quo ceſſerit Tigrani, non daturum quod tueri neſciat.* Sed & eas [l] Galliæ partes quas Gallis eripuerant Cimbri, Romani pro ſuis habuere.

Lib. 41. c. 17. — Mithrid pag. 244 — Lib. 40. c. 2. — Appian. Bell. Civ. lib. 1 p. 367.

§. VIII.

„i) (A DIIS:) Non ergo ex ficto aliquo jure „gentium.

k) (Grot.) (CUI JAM ERIPUERAT TIGRANES:) Appianus ſic: ὅτι τὰς Σελευκίδας ὑπὸ τῦ Τιγράνες ἐκπεσόντας ὐκ εἰκὸς ἦν ἔτι Συρίας ἄρχειν, μᾶλλον ἢ Ῥωμαίυς Τιγράνην νενικηκότας. *non æquum eſſe Seleucidas a Tigrane ejectos potius Syriam tenere, quam victores Tigranis Romanos.* (Bell. Syr. pag. 191.) Et alibi: ἡγέμενος τὸν κρατήσαντα Ἀντιόχυ τῆς γῆς ἀπελάσας Ῥωμαίοις αὐτὴν κατὰ τόδε προσεκτῆσθαι. *credebat ſe cum victorem Antiochi ea terra expuliſſet, hoc ipſo eam terram acquiſiviſſe Romanis.* (Bell Mithrid. pag. 404.) Ipſe Antiochus apud Polybium in excerptis legationum 72. ἡγέμενος τὴν κατὰ πόλεμον ισχυροτάτην καὶ καλλίςην εἶναι κτῆσιν. *arbitrabatur eam quæ bello fieret firmiſſimam & honeſtiſſimam eſſe poſſeſſionem.* [Confundit heic Auctor duos *Antiochos.* Ille enim, de quo apud POLYBIUM, non eſt *Antiochus Pius*, ſed *Antiochus* cui *Magno* cognomen erat. J. B.]

l) (Grot.) (GALLIÆ PARTES:) Franci agros Italiæ a Gothis acceptos Romanis non reddiderunt. *Procopius* Gothicorum IV. (Cap 24.) vide quæ dicit rex Suediæ apud *Thuanum* libro LXXVI. in anno CIↃ IↃLXXII.

(AD §. VIII.) Prolixe hic Auctor tractat quæſtionem *cui nam præda cedat?* Praxis gentium admodum variat; quædam enim gentes fiſco tribuerunt prædam, quædam militibus, quædam aliis &c. Auctor variis diſtinctionibus tum hoc capite, tum infra *cap. XIII.* (ubi de temperamento agit juris gentium) quæſtionem decidit. Diſtinguit ſcilicet an res mobiles capiantur an immobiles: In rebus mobilibus iterum diſtinguit an in miniſterio publico capiantur, an extra illud. Paucis totam rem expediemus.

Regula eſt; *quod præda cedat ei cujus nomine bellum geritur*; adeoque præda pertinet ad Principem, ſeu ſummam poteſtatem: (1) quia totum negotium belli ad Principem pertinet, quisque autem ex ſuo negotio ſibi acquirit. (2) Jus prædandi eſt effectus belli, adeoque ei tantum competit qui jus belli gerendi habet. Sane (3) jus oritur ex illa neceſſitate qua injuria facta ab hoſte reparari debet, at injuria non eſt facta niſi reipublicæ, &, qui eam repræſentat, Principi; omnia igitur quæ ad injuriæ reparationem faciunt ad eum pertinent: Accedit (4) quod bellum geratur ſumtibus reipublicæ, cujus autem eſt onus ejus etiam debet eſſe commodum: Denique & (5) milites non ſunt niſi inſtrumenta, quorum actio non eſt agentium ſed Principis cujus nomine agunt: adeoque quicquid ex illa actione acquiritur cedit Principi tanquam cauſæ actionis, non vero inſtrumento. Neque enim milites ſuo jure offendere hoſtem, adeoque nec prædam agere poſſunt: Idque confirmatur exemplo negotiorum geſtorum & mandatariorum, qui nunquam ex alieno negotio lucrantur: Atque hoc inevitabili argumento (6) Scipio Maſiniſſam repulit, qui captam Sophonisben Syphacis regis uxorem ſibi ducere cum vellet, Scipio excepit,

Sypha-

Syphacem populi Romani auſpiciis victum captumque eſſe; indeque conjugem, regnum, agrum, oppida, homines qui incolunt, & omnia denique quæ Syphacis fuere prædam populi Romaoi eſſe. *Liv. l. 30. c. 14.* Ipſe Maſiniſſa, qui fidem dederat quam præſtare non potuit, ea ratione ſe excuſabat, arbitrium ejus præſtandi adimi ab iis qui poſſent. *ibid. c. 15.* Adde exempla quæ affert Auctor §. 14. 15. & 16.

Cæterum Princeps pro lubitu ſuo de hoc jure diſponere, & vel prædam jure belli captam ærario inferre, vel eam ducibus, vel militibus, vel piis cauſis relinquere poteſt: Quidquid autem ita alii conceditur hoc eſt ex arbitrio Principis: Quod igitur militibus concedi ſoleat pars, non eſt ex debito ſed liberalitate, vel in præmium virtutis, vel ad animandum eos: Et quod iodignati ſæpe ſint milites non ex ex jure cootigit, ſed ex injuria, & avaritia militum ſeditioſorum; vel quod duces, cum arbitrium dividendæ prædæ conceſſum ab imperatoribus fuerit, nullam militum habueriot rationem.

Jure Romano certum eſt res hoſtiles cedere Principi, *l. 11. pr. ff. Evict.* ubi princeps diſtrahit prædam, vel Veteranis in præmia aſſignat: & in *l. 20. §. 1. Capt. & poſtl.* publicari dicitur ager ab hoſte captus: Divus Commodus reſcripſit captivorum bona in fiſcum eſſe cogenda. *l. 31 ff. de jure fiſci:* Captos vendi ab Imperatore ſolere, iodeque ſervos a ſervando dictos eſſe apparet ex *l. 4. § 2. ff. ſtat. hom.* Qui prædam ab hoſtibus captam ſurripit lege peculatus tenetur: *l. 9. ff. Leg. jul. pec.* adeoque ea pecunia publica eſt (peculatus enim crimen tantum locum habet in pecunia publica.) *Vid. infr. §. 21. in fin.*

JCti Romani ab hac regula duos excipiunt caſus: (1) ſtatuunt res mobiles cedere privatis capientibus, ſi privatim captæ ſunt: Celſus ait in *lib. 51. ff. acquir. rer. dom. Quæ res hoſtiles apud nos ſunt non publicæ ſed occupantium fiunt.* Item Nerva in *l. 1. §. 1. acq. poſſ.* res nullius & res bello captas eodem jure habet, ut cedant occupanti: Conf. *l. 5. in f. ff. Acquir. rer. dom. & §. 31. Inſt. de rer. div.* (2) Si res ab hoſte captæ iterum recipiuntur, jure poſtliminii priſtioo reſtituuntur domino. *l. 28. ff. Capt. & poſtl.* Conf. *infra c. 9.*

ADDITIO.

„Equidem in eo errat Auctor, (1) quod juri
„gentium voluntario tribuat jus occupandi res ho-
„ſtiles, & quod promiſcuum illud jus ſaltem ob-
„tinere putet in bello publico jure gentium ſolen-
„ni; cum id ex ipſa ratione naturæ ſequatur. (2)
„Quod ait gentibus placuiſſe ut res hoſtium
„hoſtibus eſſent non alio loco quam quo ſunt res
„nullius; quod verum non eſſe mox demon-
„ſtrabimus.

„Cæterum in eo cum Auctore conveoimus, io
„quæſtione de acquirenda re hoſtili diſtinguendum
„eſſe inter *actus belli vere publicos*, & inter *actus*
„*privatos.*

„*Priores* actus a ſubditis & militibus peragun-
„tur jure & nomine populi; Capientes hactenus
„ſunt inſtrumentum civitatis ejusque Rectoris, &
„actio eorum non eſt agentium, ſed cauſæ cujus
„nomine agunt: adeoque, quicquid in miniſterio
„publico capitur cedit civitati. Vid. infra §. 10. §. 12.
„n. 1.

Poſteriores actus fiunt jure & nomine ſingulorum,
„& occaſione belli publici. Capientes non ſunt in-
„ſtrumentum civitatis, adeoque quicquid capiunt
„non capiuutut miniſtri ſed promiſcue, aut ſolo
„permiſſu. *d.* §. 10. §. 12. §. 14 §. 15.

„Regula igitur naturæ eſt, quod res hoſtilis ſin-
„gulis acquiratur capientibus: Nam (1) JCti Ro-
„mani inter modos acquirendi domioii, qui cum
„ipſo humano genere originem ceperunt, referunt
„capturam rerum hoſtilium: *l. 1. junct. l. 5. §. 7.*
„*A. R. D.* Uti igitur omnia animalia quæ terra,
„mari, cœlo capiuntur, ita & ea quæ ex hoſtibus
„capiuntur, ſtatim ſiunt capientium. *L. 1 §. 3. junct.*
„*l. 7. A. R. D.* Adeo ut res hoſtiles quæ exorto
„bello penes nos inveniuntur, non publicæ ſed oc-
„cupantium fiant. *L. 51. §. 1. A. R. D.* Et perſonæ,
„quæ ſubito exoriunte bello fato apud nos,
„jam hoſtes, deprehenduntur, ſervi fiant. *l. 12. pr.*
„*Captiv. & poſtl.*

„Ratio naturalis (2) non io eo conſiſtit, quod
„geotibus placuerit ut res hoſtium hoſtibus eſſent
„non alio loco quam quo ſunt res nullius:
„Vera ratio naturalis eſt, quod hoſtis crimi-
„nis reus & morte dignus ſit, adeoque ſi civi-
„tas aliquem pro hoſte declarat, eo ipſo cui-
„que civi facultatem concedit tantundem mali ei
„infligendi, res ejus vaſtandi & capiendi &c. Per
„hanc capturam igitur nemini ſit injuria, *non* ho-
„ſti, qui mori meruit, & cui tanquam criminis reo
„omnia jura auferre licet; *non* civitati noſtræ, quæ
„nullum jus in perſonas & res hoſtis habet: Idque
„(3) extra dubium eſt in ſtatu populari, ubi bel-
„lum oon tantum a Senatu ſed a toto populo, non
„tantum civitati hoſtili, ſed & ſingulis ejus ſubdi-
„tis denunciatur, ut ex formulis apud *Grot. l. 3.*
„*c. 3. §. 8, n. 1. c. 3. §. 7.* apparet. Accedit (4)
„ſumma æquitas, quam mox uberius exponemus.

„Neque *obſtat*, cives & milites per ſe jus belli non
„habere, adeoque eos ſemper agere jure & nomi-
„ne civitatis, cui ſoli jus belli competit: Præte-
„rea bellum geri ſumtibus publicis, adeoque præ-
„dam quoque publico cedere debere: Reſp. Inju-
„riam non tantum civitati ſed & ſingulis ioferri:
„Hinc non tantum Senatus, ſed *& populus* apud Ro-
„manos bellum denunciabat: cives igitur dupli-
„ci jure hoſtem lædere, adeoque & res ejus cape-
„re poſſunt (1) ut pars civitatis, ſi in miniſterio
„publico capiunt, (2) ut ſinguli: Cum enim res
„ſingulorum quoque ab hoſtibus capiaotur & va-
„ſtentur, cum ſinguli opibus ſuis ad ſumtus belli
„contribuant, æquiſſimum videtur, ut id quod hoſti
privatim eripiunt viciſſim ipſorum commodo cedat.

„Hoc autem verum ſaltem eſt quoties ſinguli
„ſuo jure & nomine capiunt: Secus igitur ſi jure
„& nomine populi ſeu Principis capiunt, quia di-
„ximus capientes hoc caſu eſſe inſtrumentum al-
„terius cauſæ, adeoque quicquid acquirunt non
„ſibi ſed cauſæ acquirere, ipſa enim actio non eſt
„inſtrumenti ſed cauſæ: Atque huc pertinet teſti-

§. VIII.

Gravior diſputatio eſt, [a] cui in bello publico ac ſolenni res hoſtium acquiratur, [b] ipſine populo [c] an ſingulis qui de populo aut in populo ſunt. [d] Valde enim hic variant recentiores Juris interpretes; quorum plerique cum [e] in jure Romano legiſſent capta capientium fieri, in [f] Canonum autem corpore diſtribui prædam publico arbitrio; alii poſt alios, ut fieri ſolet, dixerunt, [g] primo ac jure ipſo fieri capta ſingulorum qui manu capiunt; [h] attamen duci aſſignanda qui inter milites diſtribuat: quæ ſententia cum recepta non minus quam falſa ſit, [i] hoc accuratius a nobis refutanda eſt, ut ſpecimen ſit, quam parum tuto in hoc controverſiarum genere [k] tali auctoritati credatur. Enim vero dubitandum non eſt [l] quin gentium conſenſu utrumvis potuerit conſtitui, aut ut capta populo bellum gerenti, aut ut cuivis qui manu caperet in dominium cederent. [m] Sed quid voluerint quærimus, & dicimus gentibus placuiſſe, [n] ut

Bart. ad l. 28. D. de capt. Alex. & Jaſ. l. 1. D. de acq. poſſ. Aug. ad § 17. inſt de rer. div. Pan. ad c. ſi cut. de jurejur. n. 7 Th. Gram. deciſ. Neap 71. num. 17. Mart. Land. de bello q 4.

„monium Halicarnaſſenſis de moribus Romano„rum: *quod ea quæ per virtutem ex hoſte capta „ſunt lex jubeat eſſe publica, non vero capientium:* „Vid. *infra* §. *14. n. 4.*

„Bene autem obſervavit Author res ſoli ſemper „*actu belli publico* capi videri, adeoque ſemper „acquiri populo ejusque Rectori, quia alibi pro„bavimus, rem captam non videri niſi eum in cu„ſtodia noſtra & poteſtate corporali ita eſt conſti„tuta ut ab hoſte iterum eripi non poſſit: Quod „in rebus incorporalibus fieri nequit niſi inducto „exercitu, vel poſitis præſidiis, qui ſunt actus pu„blici: Idque ex jure Romano & gentium praxi „Author probat. *infra.* §. 11.

„*a*) (CUI IN BELLO PUBLICO AC SOLENNI:) „Adeoque Author non quærit cui *jure naturæ* „præda cedat, ſed cui *jure gentium* voluntario: At „fruſtra de eo quæritur, quia tale jus non exiſtit.

„*b*) (IPSINE POPULO:) Cujus jure & nomine „bellum geritur.

„*c*) (AN SINGULIS QUI DE POPULO AUT IN „POPULO SUNT:) i. e. an ſingulis capientibus?

„*d*) (VALDE ENIM HIC VARIANT RECENTI„ORES JURIS INTERPRETES:) Auctor his inter„pretibus fidem exiguam in droctrina juris natu„ralis tribuit. *Vid. proleg.* §. *53. 54. & 55.*

„*e*) (IN JURE ROMANO:) *l. 5. in f. l. 51. ff.* „*Acq. ver. dom. l. 1. §. 1. A. P.* §. *17. Inſt. de rer.* „*div.*

„*f*) (CANONUM:) Canones tradunt cedere præ„dam victori debere i. e. Principi. *c. 23. q. 5. c.* „*25.* ibi *cum præda in victoris* (Abrahæ) *poteſtate* „*fuerit*; Sed loquuntur de præda ab exercitu ca„pta, adeoque actu bellico publico.

„*g*) (PRIMO AC JURE IPSO FIERI CAPTA „SINGULORUM QUI MANU CAPIUNT:) Quia res „capta pervenit in eorum corporalem poteſtatem.

„*h*) (ATTAMEN DUCI ASSIGNANDA QUI IN„TER MILITES DISTRIBUAT:) Contradictio eſt „primum prædam jure fieri ſingulorum, & tamen „aſſignandam eſſe ducibus.

„*i*) (HOC ACCURATIUS A NOBIS REFUTAN„DA:) Satis refutatur ex principiis antea poſitis.

„*k*) (TALI AUCTORITATI:) Quæ ex interpre„tibus juris ſumi ſolet.

„*l*) (QUIN GENTIUM CONSENSU UTRUM VIS „POTUISSET CONSTITUI:) Fruſtra de tali conſen„ſu gentium univerſali quæritur: Nos quid jure „naturæ obtineat quærimus.

„*m*) (SED QUID VOLUERINT GENTES? & DI„XIMUS PLACUISSE &c) Quæ ſequuntur obſcu„ra admodum ſunt, nec rationi juris naturæ ſatis „conveniunt: Paulo igitur accuratius examinan„da ſunt.

„Author nimirum in decidenda quæſtione, *cui* „*nam præda acquiratur?* præmittit, aliud obtinere „jure naturæ, aliud jure gentium in bello jure „gentium publico & ſolenni: *Jure naturæ* præ„dam acquiri putat capienti, ſi juſtam cauſam ha„bet, at non ultra modum debiti & pœnæ: *Jure* „*gentium* autem, in bello publico jure gentium, „prædam capienti acquiri, etſi juſtam cauſam non „habeat, & in infinitum; ſcilicet quoad impuni„tatem & dominium externum.

„His præmiſſis quærit, *cui jure gentium præda* „*in bello jure gentium publico acquiratur? An ca„pienti an populo?* & reſpondet, placuiſſe genti„bus, ut res hoſtiles eodem jure habeantur, quo „res nullius. *Vid.* §. 8. *n. 1.* res nullius autem „cedere occupanti *Vid.* §. *9. n. 1.*

„Addit, capientes vel pro ſe vel pro aliis capere „poſſe, etiam per liberas perſonas, quia naturaliter „homo hominis alterius volens volentis inſtru„mentum eſſe poſſit; Indeque diſtinctionem inter

acqui-

ⁿ ut res hoſtium hoſtibus eſſent non alio loco quam quo ſunt res nullius, ut ex ᵒ Nervæ filii dicto jam antea apertum fecimus.

§. IX.

1. At [a] res quæ nullius ſunt [b] fiunt quidem capientium, [c] ſed tam eorum qui per alios, [d] quam qui per ſe capiunt [e] Ita non ſervi tantum aut filii, [f] ſed & liberi homines [g] qui in piſcando, aucupando, venando, margaritas legendo operam ſuam addixerunt aliis, [h] ſtatim quod acceperunt acquirunt ipſis quibus operam navant. [i] Modeſtinus Juriſconſultus recte dixit: [k] *quod naturaliter acquiritur, ſicuti eſt poſſeſſio, per quemlibet volentibus nobis poſſidere acquirimus:* & Paulus receptis: *Poſſeſſionem acquirimus animo & corpore:* [l] *animo utique noſtro, corpore vel noſtro, vel alieno.* Idem ad edictum: L. 53. D. de acq dom. Lib. 5. tit 2. §. 1. L. 1. §. 20. D. de acq poſſ.

„acquiſitionem per filios aut ſervos, & per liberas perſonas fieri eſſe juris civilis, & pertinere „ad acquiſitiones civiles contendit, jure naturæ „enim idem eſſe putat, an quis per ſe faciat an „per alium: *Vid.* §. 9. idque lege Modeſtini & Se„veri probari ait.

„Hinc concludit, diſtinguendum eſſe an quis ut „privatus, an ut miniſter alterius, adeoque in mi„niſterio publico capiat: Illo caſu prædam cedere ſingulis capientibus, hoc caſu civitati ejusque „rectori. §. 10 *ſeq.*

„At plurima hic notanda occurrunt: Nam (1) „negamus jure naturæ ante ultimam victoriam „conſtare poſſe de juſtitia cauſæ: adeoque durante bello aſſeri nequit jure an injuria præda capta „ſit: (2) negamus jure naturæ tantum capere licere intra modum debiti & pœnæ, alibi enim „probavimus capi res hoſtiles in infinitum poſſe. „(3) Negamus dari jus aliquod gentium voluntarium, adeoque fruſtra quæritur quid eo jure ob„tineat. (4) Verum igitur non eſt gentibus placuiſſe ut res hoſtiles ſint eo loco quo res nullius „& ideo cedant occupanti, neque Nervam id tradidiſſe mox demonſtrabimus. *Vid.* §. 9. *n.* 1.

„Negamus (5) diſcrimen inter acquiſitionem „per ſervos aut filios, & per liberam perſonam „eſſe juris civilis, & tantum ad acquiſitiones civiles pertinere; quod ſtatim examinabimus: ſimul„que probabimus id nec ex lege Modeſtini nec ex „lege Severi probari: Denique (6) probavimus „diſcrimen inter occupationem prædæ quæſitæ in „miniſterio publico, & quæſitæ actu privato, in ipſa „naturæ ratione fundari.

„*n*) (UT RES HOSTIUM HOSTIBUS ESSENT NON „ALIO LOCO QUAM QUO SUNT RES NULLIUS:) „Verum non eſt gentibus placuiſſe ut res hoſtiles „eodem loco ſint quo res nullius. Neque Nervæ di„ctum id probat, is enim paritatem in eo ſaltem „ponit, quod res hoſtiles, æque ut res nullius, ce„dant ei qui primus earum poſſeſſionem nactus „eſt *l.* 1 §. 1 *ff. Æq. poſſ.* at ex diverſa plane ratione: Nam res nullius cedunt occupanti quia „dominum non habent, res hoſtiles autem ac„quiruntur capienti in pœnam injuriæ civitati il„latæ.

„*o*) (NERVÆ:) *d. l.* 1. §. 1. *ff. Acquir. poſſ.*

„(AD §. IX.) Auctor recte ait, uti res nullius „ita & res hoſtiles per alios nobis acquiri poſſe, „quorum nimirum inſtrumento utimur: unusquis„que enim de ſua actione diſponere, atque alii „lucrari poteſt.

„*a*) (RES QUÆ NULLIUS SUNT:) Et, quæ eo„dem loco ſunt, res hoſtiles. §. *præced.*

„*b*) (FIUNT QUIDEM CAPIENTIUM:) Domini„um enim hoſtis deſinit ex quo res capta eſt.

„*c*) (SED TAM EORUM QUI PER ALIOS CA„PIUNT:) Per alios, qui tanquam inſtrumentum „operam illis navant, & eorum nomine capiunt.

„*d*) (QUAM QUI PER SE:) Suo ſcilicet jure & „nomine

„*e*) (ITA NON SERVI TANTUM AUT FILII „&c.) Hi naturali ratione ſunt inſtrumentum do„mini & patris, adeoque quicquid capiunt eis „acquirunt, etiam ignorantibus. *Vid. Diſſ. proœm.* „*XII* §. 159. *n* 4. & 5.

„*f*) (SED & LIBERI HOMINES:) Qui talem le„gem ſuæ actioni dicunt, ut alii volentes ex ea lu„crari debeant. Ejusmodi igitur homines liberi „alii non acquirunt niſi eo volente.

„*g*) (QUI IN PISCANDO, AUCUPANDO, VENAN„DO, MARGARITAS LEGENDO &c.) Adeoque & „in militando.

„*h*) (STATIM QUOD ACCEPERUNT ACQUIRUNT „IPSIS QUIBUS OPERAM NAVANT:) Quia volen„tes eorum jure & nomine capiunt; adeoque „actio non eſt agentis, ſed ejus cujus nomine „agitur.

„*i*) (MODESTINUS:) *l.* 53. *ff. de A. R. D.*

„*k*) (QUOD NATURALITER ACQUIRITUR:) i. e. „facto aliquo; uti prehenſione poſſeſſionis.

„*l*) (ANIMO UTIQUE NOSTRO, CORPORE VEL NOSTRO VEL ALIENO:) Acquiritur poſſeſſio *animo noſtro,* non

ctum: *Per procuratorem, tutorem, curatoremve poſſeſſio nobis acquiritur,* quod explicat [m] ſi id ea mente faciant ut operam nobis accommodent. Sic apud Græcos, qui [n] in Olympiis certabant præmia acquirebant iis a quibus mittebantur. [o] Ratio eſt, quia naturaliter homo hominis alterius volens volentis inſtrumentum eſt, [p] ut & alibi diximus.

L. 56. D. de obligat. & act. l. 38. §. 17. de verb. oblig.

2. Quare [q] diſcrimen quod traditur inter liberas perſonas & ſerviles circa acquiſitiones, [r] juris eſt civilis [s] & ad civiles acquiſitiones proprie pertinet, [t] ut ex dicto Modeſtini loco apparet: & tamen [u] has

„non alieno: adeoque nemo mihi invito vel ignoranti poſſeſſionem acquirere poteſt. *Vid. diſſ. proœm. XII. §. 596.* At corpore alieno omnino ea nobis acquiri noſtra voluntate poteſt.

„m) (SI ID EA MENTE FACIANT UT OPERAM NOBIS ACCOMMODENT: Duo igitur requiruntur ut per liberas perſonas nobis acquiratur, (1) ut velint eſſe inſtrumentum, i. e. noſtro nomine capere; (2) ut id fiat noſtro conſenſu: *l. 53. ff. A. R. D. l. 24. ff. A. P.*

„n) (IN OLYMPIIS:) De quibus vide *Alex ab alex Gen. dier. 5. 8.* Sic Alexander Macedo, Amyntæ filius, Olympiæ certamine vario ludicrorum genere contendiſſe ait *Juſtin. 7. 2.* puta per aurigas, athletas &c. ſuo ſumto doctos ac exercitos. *Plin. 23. 3.* Inde illa lex XII. tabb. *Qui coronam parit ipſe pecuniave ejus, virtutis ſuæ ergo duitor ei. Tesm. h.*

„o) (RATIO EST QUIA NATURALITER HOMO &c:) Quicquid ergo ex hoc facto acquirit, illud non ſibi acquirit ſed cauſæ, cujus eſt inſtrumentum.

„p) (UT & ALIBI: *L. 1. c. 3. §. 3. & c. 5. §. 1.*

„q) (DISCRIMEN QUOD TRADITUR &c.) Nimirum quod jure gentium patri & domino acquiratur per ſervum & filium, non per liberam perſonam.

„r) (JURIS EST CIVILIS:) Imo diſcrimen hoc ex ipſo jure naturæ oriri probavimus *in Diſſ. XII. §. 159. n. 4. & 5.*

„s)(ET AD CIVILES ACQUISITIONES &c. PERTINET:) Imo etiam ad naturales; nam jure Romano ex omni contractu & ex omni pacto filii acquiritur patri. *Vid. Diſſ. XII. §. 159. n. 5.* Eodem modo uti ex omni promiſſione ſervi ipſo jure acquiritur domino. *dict. Diſſ. XII. §. 133.*

„t) (UT EX DICTO MODESTINI LOCO APPARET:) Verba Modeſtini hæc ſunt: *Ea quæ* CIVILITER *acquiruntur per eos qui in poteſtate noſtra ſunt acquirimus velut per ſtipulationem: Quod* NATURALITER *acquiritur, ſicuti eſt poſſeſſio, per quemlibet volentibus nobis poſſidere acquirimus.* Auctor ex hac lege probare vult regulam illam, quod pater & dominus acquirant per filium & ſervum, non vero per extraneam perſonam liberam, eſſe *juris civilis, & pertinere ad civiles acquiſitiones:*

„At Grotius mentem Juriſconſulti non rite percepit: Is enim non diſtinguit inter jus civile & jus naturæ; nec inter acquiſitiones juris civilis & juris naturalis, ſed inter acquiſitiones quæ *civiliter* ſiunt, & eas quæ fiunt *naturaliter*

„Juxta ſtylum enim juris Romani *naturaliter* aliquid acquiri dicitur, quando factum aliquod, actus aliquis corporis accedit. *Civiliter* autem quando nullo facto, nullo actu naturali intercedente, ſola voluntate acquiſitio fit.

„*Naturaliter* igitur acquirimus per apprehenſionem poſſeſſionis, per traditionem, occupationem &c. *civiliter* per ſtipulationem, per pactum &c.

„Eodem ſenſu in jure Romano dicitur reſolvi debitum *naturaliter*, quando tollitur facto quodam naturali, v. gr. per ſolutionem, interitu rei &c. *civiliter* quando citra factum, ſola voluntate, debitum tollitur, v. gr. per acceptilationem, confuſionem, &c. *l. p. ff. Solut.*

„Certiſſimum igitur eſt, acquiſitiones quæ *civiliter* vel *naturaliter* fiunt, non intelligendas eſſe de acquiſitionibus *juris civilis* vel *juris naturalis*, uti Auctor errat; ſed de acquiſitionibus quæ vel ſola voluntate, adeoque *civiliter*, vel accedente facto, *i. e. naturaliter* fiunt; & quarum utraque ratione naturali nititur, uti jam videbimus.

„Sane ipſa naturæ ratio obſtat, quo minus ea quæ *civiliter* acquiruntur, v. g. pacto, tertio per liberas perſonas acquiri poſſint: Non enim poteſt ex conventione mea tertio obligatio naſci: Et cum obligationes perſonæ cohæreant, non poſſunt illæ, quarum omne jus ex pactione vel conſenſu naſcitur, extra perſonas paciſcentes conſiſtere. Nec allegari poteſt, tertium per te tanquam inſtrumentum, tuoque miniſterio paciſci poſſe; quia voluntas tua non eſt inſtrumentum alterius naturaliter, nec agendi miniſtra, ſed cauſa ac domina; adeoque ex iis quæ ab animo magis conſiſtunt, tertio aut in tertium jus non quæritur: quæ ſunt verba B. Parentis *in Diſſ. de jure tertii §. 3.* Atque hinc regula naturæ eſt, quod nemo alii paciſci poſſit. *Diſſ. proœm. XII §. 416. & 417*

„Econtrario natura nihil obſtat quo minus ea quæ *naturaliter* acquiruntur, i. e. quando actus corporalis intervenit, per liberam perſonam acquiri poſſint. Corpus enim ſua natura eſt inſtrumen-

[u] has ipſas [v] Severus Imperator poſtea ad naturalium exemplum admovit proprius, [w] non utilitatis tantum, ut ipſe profitetur, ra- *L. 1. C.* tione, [x] ſed & Jurisprudentiæ. [y] Semoto ergo civile jure, [z] locum *de acq. & ret.* habet quod dicitur, per alium facere quem poſſe quod per ſe ipſum *poſſ. C. Pot-* poteſt, [aa] & perinde eſſe per ſe quis faciat an per alium. *eſt. 68. & c. qui facit 72. De Reg. Jur.*

§. X.

[a] Diſtinguendum ergo [b] in noſtro negotio inter actus [c] vere publicos

„mentum actionum, cujus miniſterio agitur: Un„de ſi actus talis ſit, ut corpore ſeu corporali ap„prehenſione res comparetur, inde tertio jus quæ„ri poteſt, dummodo (1) nomine tertii, ſeu ea lege „ut tertii illa actio ac negotium ſit, apprehendat, *l.* „*18 ff. A. P.* & (2) de re ſua agat, atque (3) tertius ra„tum habeat. Talis enim actio non inſtrumenti „eſt ſed cauſæ principalis, cujus nomine agitur. „*d. l. 18.* Nec magis intereſt ſua an aliena manu „ſeu corpore quis teneat, quam opifex ſuo an ali„eno inſtrumento agat. *B. Par. d. diſſ.* §. 4.

„Atque hinc apparet ratio cur *pignoris obliga„tio* per liberam perſonam acquiri nequeat: *poſſeſſio* „*autem pignoris* poſſit. *l. 11.* §. *5. Pig. act.*

„Tuto igitur aſſerimus diſcrimen, quod tradi„tur inter liberas perſonas & ſerviles, non eſſe ju„ris civilis, nec ad civiles ſaltem acquiſitiones per„tinere, ſed in ipſa ratione naturali fundari: Ideo „enim per ſervos *civiliter* quoque domino acquiri„tur, quia *ſervi* ſubjecti ſunt alieno dominio, adeoque „omnes eorum actiones dependent ab arbitrio do„mini: ſane ſervus nullius juris capax eſt, nec „proprii aliquid habere poteſt, adeoque ſi „ſervo aliquid promittitur ſoli domino actio da„tur, & ſervus eſt inſtrumentum domini. *Vid.* „*diſſ. proœm. XII.* §. *135. per tot.*

„At per *liberam perſonam* ea quæ *civiliter* fiunt, nunquam nobis acquiruntur, tota enim illa ratio ceſ„ſat. Sane is qui tertio paciſcitur, non eſt ejus „dominio ſubjectus, adeoque non niſi volenti pa„ciſci poteſt.

„Cæterum fruſtra hæc diſputantur in ac„quiſitione rei hoſtilis; cum enim hæc ſemper „*naturaliter* acquiratur, nimirum per apprehenſi„onem, extra dubium poſitum eſt eam *per liberam* „*perſonam*, adeoque per ſubditos & milites quo„que acquiri poſſe.

„*u*) (HAS IPSAS:) Scl. civiles acquiſitiones.

„*v*) (SEVERUS IMPERATOR POSTEA AD NA„TURALIUM EXEMPLUM ADMOVIT PROPIUS:) „Reſpicit Author ad *L. 1. C. Quod cum eo qui* „*in al. pot.* (Nam ita corrigi debet allegata ab Au„ctore lex 1. *C. per quas perſ.*) ubi Imperator „Severus ait, patrem teneri ex tutela vel geſtu ne„gotio filii, ſed tantum de peculio, vel in rem „verſo; Tunc autem in ſolidum patrem tene„ri ait, ſi patris voluntate Decurio factus, & a „magiſtratu tutor conſtitutus eſt: Additque ra„tionem: *quia id onus exemplo cæterorum mu„nerum civilium introductum intelligatur.*

„Fateor me non ſatis vim hujus argumenti per„cipere: nec mihi conſtare, quomodo aſſertum „Authoris, *quod Severus acquiſitiones civiles ad* „*naturalium exemplum propius admoverit* ex d. l. „1. probari poſſit, cum de acquiſitione civili aut „naturali nulla ibi quæſtio ſit. *Vid. lit. ſeq. x.*

„*w*) (NON UTILITATIS TANTUM RATIONE „UT IPSE PROFITETUR:) Severus nullibi profite„tur ſe utilitatis gratia acquiſitiones civiles ad na„turalium exemplum propius admoviſſe.

„*x*) (SED & JURISPRUDENTIÆ:) Juris con„ſulti doctrina in *l. 1. c. Quod cum eo &c.* eſt ipſum „jus naturæ: Jure naturæ enim pater & dominus „non tenentur ex tutela filii, niſi de pe„culio & de in rem verſo, *Diſſ. proœm. XII.* §. *587.* „At ſi patris voluntate ſit decurio, eoque munera „publica, ut tutelam, approbante patre ſuſcipit, „tunc pater tenetur in ſolidum, quia ejus volun„tate filius uti reliqua munera civilia, ita & tute„lam ſuſcipit.

„*y*) (SEMOTO ERGO CIVILI JURE:) Quod di„ſtinguere ait inter perſonas liberas & ſerviles.

„*z*) (LOCUM HABET QUOD DICITUR, PER ALI„UM QUEM FACERE POSSE QUOD PER SE IPSUM „POTEST:) At hæc regula jure civili quoque ob„tinet; *Vid. Barbos loc. com.* verb. *facere*: & id „tantum intereſt inter perſonas ſerviles & liberas, „quod illæ naturaliter ſint Inſtrumentum domini, „etiam inviti, acquirantque dominis etiam igno„rantibus: Cum liberæ perſonæ ſaltem volentes „aliis volentibus acquirant.

„*aa*) (ET PERINDE ESSE PER SE QUIS FACI„AT AN PER ALIUM:) *L. 1.* §. *12. ff. Vi arm. l.* „*5.* §. *3. ff. Adm. tut. l. 1.* §. *1. ff. Ne per eum &c.* „*Barbos d. l.*

(AD §. X.) Auctor, rejecto diſcrimine inter ſervos & liberas perſonas, ait Principi acquiri quicquid actu publico, etiam per liberas perſonas, capitur, non vero quod actu privato: id enim cedere ſingulis; quod jure naturæ verum non eſſe infra demonſtrabitur, quia ſinguli non ſuo jure & nomine agunt, ſed jure & nomine Principis.

ADDITIO.

„Contrarium demonſtravimus §. *præced.*

„*a*) (DISTINGUENDUM ERGO &c:) Quia ſcl. „jure gentium etiam per liberam perſonam no„bis acquirere poſſumus.

„*b*) (IN NOSTRO NEGOTIO:) Scilicet in quæ-

publicos belli, [d] & inter actus [e] privatos qui fiunt occaſione belli publici: [f] per hos actus privatis res quæritur primo ac directe: per illos actus populo. [g] Ex hoc gentium jure Scipio agit cum Maſiniſſa
Lib. 30. c. 14. apud [h] Livium: *Syphax populi Romani auſpiciis victus captusque eſt. Itaque ipſe, conjux, regnum, ager, oppida, homines qui incolunt, quicquid denique Syphacis fuit, præda populi Romani eſt.* Nec aliter Antiochus Magnus argumentabatur Cœlen Syriam [i] Seleuci factam non Ptolomæi, eo [k] quod Seleuci bellum fuiſſet, [l] cui Ptolomæus
Cap. 67. navaſſet operam. Hiſtoria eſt apud Polybium quinto.

§. XI.

1. [a] Res ſoli niſi publico actu, inducto exercitu, impoſitis præſi-
L. 20 D. De capt. & poſtlim. diis, capi non ſolent: ideo, ut reſpondit [b] Pomponius, [c] *publicatur ager qui ex hoſtibus captus ſit:* id eſt, ut ibidem exponit, [d] *prædæ non cedit:* [e] prædæ nomine ſtricte accepto. Salomo Prætorii præfectus [f] apud Procopium: ὡς τὰ μὲν ἀνδράποδα καὶ τὰ ἄλλα πάντα χρήματα τοῖς ςρατιώταις εἰς λάφυρα ἰέναι, ἐκ ἀπεικὸς εἶναι. Γῆν μέν τοι αὐτὴν βασιλεῖ τε καὶ τῇ ῥωμαίων ἀρχῇ προσήκειν: *Captivos ſane & res aliqs militibus prædæ loco cedere* [g] *ratione non caret:* (accipiendum hoc ut fiat [h] publico conceſſu, quemadmodum [i] infra exponemus) *agros autem ad Principem & imperium Romanum pertinere.*

2 Sic [k] apud Hebræos & Lacedæmonios ager manu captus ſortito

„ſtione, cui acquiratur præda ab hoſte capta.

„c) (VERE PUBLICOS:) Ubi ſcilicet præda capitur obtento prælio, vel obſeſſa civitate.

„d) (ET INTER ACTUS PRIVATOS, QUI FIUNT OCCASIONE BELLI:) V. gr. durch partheyen: vel ſi ſinguli hoſtes a ſingulis ſpoliantur.

„e) (PRIVATIS RES QUÆRITUR PRIMO AC DIRECTE:) Per hanc occupationem privatam, qua „ſinguli ſuo jure & nomine capiunt, nemini fieri „injuriam ſupra diximus.

„f) (PER ILLOS ACTUS POPULO:) Capientes „enim jure & nomine populi tunc capiunt.

„g) (EX HOC GENTIUM JURE:) Tale non da„ri diximus: juri naturæ igitur convenit, non juri „gentium, quod Scipio Maſiniſſæ reſpondit, Sy„phacem jure populi Romani victum & captum, „adeoque prædam populi eſſe.

„h) (LIVIUM:) *l.* 30. *c.* 14.

„i) (SELEUCI:) Nicatoris abavi ſui: *Gron. h.*

„k) (QUOD SELEUCI BELLUM FUISSET:) Ad„verſus Antigonum Coelitem *Gron. h.*

„l) (CUI PTOLOMÆUS NAVASSET OPERAM:) „Ptolomæus igitur ſocius fuit, acceſſit cauſæ „Seleuci, ejus jure & nomine bellum geſſit, & ſic „fuit ſaltem inſtrumentum.

„a) (RES SOLI:) Res mobiles ex hypotheſi Au„ctoris populo non niſi actu vere publico ac„quiruntur §. *praced.* At immobiles ſem„per populo acquiri ait, quia ſemper capiuntur „per actum vere publicum, ut per inductionem „exercitus, vel impoſitionem præſidii.

„b) (POMPONIUS:) *L.* 20. §. 1. *ff. Capt. & poſtl.*

„c) (PUBLICATUR:) i. fit publicus, ſeu populi.

„d) (PRÆDA NON CEDIT:) Quod igitur prædæ „cedit non fit publicum, ſed capientis.

„e) (PRÆDÆ NOMINE STRICTE ACCEPTO:) „Pro re manuabili quæ fit capientis. *Vid. Gron. h.*

f) (Grot.) (APUD PROCOPIUM:) Vandalicorum II. (*Cap.* 14.) vide & ibi ſequentia. Etiam Severus ſola ab hoſtibus capta limitaneis ducibus & militibus donavit. *Lampridius* notat, (*Cap.* 58.) In fœdere Helvetico eſt, ut oppida & arces captæ communitati pagorum cedant. apud *Simlerum* multis locis.

„g) (RATIONE NON CARET:) Quia ſuo nomi„ne & ſuo jure capiunt.

„h) (PUBLICO CONCESSU:) Imo citra conceſ„ſum, ſi ſinguli capiunt ſuo jure.

„i) (INFRA:) §. 12.

k) (Grot.) (APUD HEBRÆOS:) Apud eosdem de agro qui bello captus eſſet rex tantum ferebat quantum

tito diviſus eſt. Sic *l* Romani captos agros aut locandos retinue- *L. 2. D de evict.*
runt, *m* interdum modico veteri poſſeſſori honoris gratia relicto, *l. 15. §. 1 de rei vind.*
n aut diſtraxerunt, *o* aut aſſignarunt colonis, *p* aut fecerunt vectiga-
les: quarum rerum paſſim in Legibus, hiſtoriis, & agrimenſorum
commentariis teſtimonia exſtant. Appianus libro primo belli civi- *Pag. 353. Ed. H. Steph.*
lis: Ῥωμαῖον τὴν ἰταλίαν πολέμῳ χειρύμενοι, γῆς μέρος ἐλάμβανον: *Romani*
cum Italiam armis ſubegiſſent, victos q parte agri mulctarunt; & ſe- *Pag. 516.*
cundo libro: τῶν δὲ πολεμίων ὅτε κρατήσαιεν ȣ̓δὲ τȣ́των ἅπασαν τὴν γῆν ἀπῃ-
ρȣ̃ντο ἀλλ' ἐμερίζοντο: *Etiam victis hoſtibus terram non omnem adime-*
bant, ſed partiebantur. Notat Cicero, oratione pro Domo ſua ad *Cap. 49.*
Pontifices, *r* conſecratos interdum ab imperatore agros de hoſtibus
captos, ſed populi juſſu.

§. XII.

I. At res mobiles & ſe moventes *a* aut in miniſterio publico
capiuntur, aut extra illud. Si extra miniſterium publicum, *b* fiunt
ſingulorum capientium. *c* Et huc referendum eſt *d* Celſi illud: *L. 51. §. 1. D. de rer. acq. dom.*
quæ res hoſtiles apud nos ſunt, non publicæ ſed occupantium fiunt.
Quæ apud nos ſunt, *e* id eſt bello orto apud nos deprehenduntur.
f Nam idem & in hominibus obſervabatur, quo tempore homines
hac in parte rebus captis accenſebantur. Inſignis eſt in eam rem
g Tryphonini locus, *Verum in pace qui pervenerunt ad alteros, ſi* *L. in bello. 12. princ. D. de capt. & poſtl.*
bellum ſubito exarſiſſet, eorum ſervi efficiuntur apud quos, jam hoſtes,
h *ſuo fato* (ita legendum, non facto aut pacto, *i* ut habent libri) *de-*
prehen-

quantum ſingulæ tribus; notatum id *Digeſtis Thalmudicis*, titulo *de rege.*

ADDITIO.

„*Add. Num. 32. Joſ. XII. v. 14. & 18.*

„*l*) (ROMANI CAPTOS AGROS AUT LOCAN-„DOS RETINUERUNT:) Nimirum locandos ad „tempus *l. 1. ff. ſi ager vectigal.*

„*m*) (INTERDUM VETERI POSSESSORI HONO-„RIS CAUSA RELICTO:) Vel ſaltem pro parte. „*Liv. lib. 8. cap. 1.*

„*n*) (AUT DISTRAXERUNT:) Et pecuniam in „ærarium tranſtulerunt.

„*o*) (AUT ASSIGNARUNT COLONIS:) Plerum-„que veteranis, *Liv. 31. c. 4.* aliisque bene meritis: „*Liv. 26. c. 21. l. 31. c. 49. l. 32. c. 1.* aliquando „populo diſtribuerunt *Liv. l. 3. c. 1.*

„*p*) (AUT FECERUNT VECTIGALES:) i. e. per-„petuo locarunt. *Vid. l. 1. ff. ſi ager vectig.*

„*q*) (PARTE AGRI MULCTARUNT:) Privérna-„tibus partes agri duæ ademtæ: *Liv. l. 8. c. 1.*

„*r*) (CONSECRATOS INTERDUM:) i. e. Diis ſeu „templis conceſſos. *Vid. Suet. Jul. c. 20.*

„*a*) (AUT IN MINISTERIO PUBLICO CAPION-„TUR, AUT EXTRA ILLUD:) Rectius, aut jure & „nomine populi capiuntur, aut jure privato.

„*b*) (FIUNT SINGULORUM CAPIENTIUM:) Non „enim capiunt qua inſtrumentum populi.

„*c*) (ET HUC:) Scilicet ad capta extra miniſte-„rium publicum.

„*d*) (CELSI:) In *l. 51. §. 1. ff. A. R. D.* quod „Gajus repetit in *l. 5. §. f. capt. & poſtl* & Ner-„va quoque ſtatuit in *l. 1. §. 1. ff. Acquir poſſ.*

„*e*) (ID EST BELLO ORTO APUD NOS DEPRE-„HENDUNTUR:) Nam ex quo bellum denunciatum „eſt, omnia licent in hoſtem quæ ad reparationem „juris noſtri pertinent: Si igitur res vel perſonæ „quæ hoſtis ſunt in noſtro territorio inveniun-„tur, res cedunt occupanti, *d. l. 51.* perſonæ autem „fiunt ſervi. *l 12 pr. capt. & poſtl. l X pr. ff A R D.*

„*f*) (NAM IDEM ET IN HOMINIBUS OBSERVA-„BATUR:) Ut eos qui bello orto apud nos depre-„henduntur ſervos facere liceat.

„*g*) (TRYPHONINI.) *d. l. 12 pr.*

„*h*) (SUO FATO:) Per infelicitatem ſuam *Liv.* „9. 18.

„*i*) (UT HABENT LIBRI:) Scilicet vulgata, quæ

prebenduntur Fato hoc aſcribit Juriſconſultus, quia [k] nullo ſuo merito in ſervitutem deveniunt: [l] nam talia fato aſſcribere tralatitium eſt. Tale illud [m] Nævii: *Fato fiunt Romæ Metelli conſules*, id eſt ſine ſuo merito.

Apud Aſcon. Pedian. Act. I. in Verr. c. 10.

2 [n] Indidem venit quod ſi quid milites capiunt [o] non in procinctu, [p] aut in eo quod facere jubentur, ſed in eo [q] quod promiſcuo jure [r] aut ſolo permiſſu faciunt, id ſtatim ſibi acquirunt: [s] capiunt enim non ut miniſtri. Talia ſunt ſpolia quæ detrahuntur hoſti [t] in dimicatione ſingulari: talia etiam quæ procul ab exercitu (extra decem millia paſſuum dicebant Romani, [u] ut mox videbimus) [v] in liberis & injuſſis excurſibus capiunt: quod genus prædæ Itali hodie [w] corrariam vocant, & a [x] butino diſtinguunt.

Salic. in l. 2. C. de poſtl rev. Thẽ. Gram. Deciſ. Neap. 71 n. 18.

§. XIII.

Sed quod diximus jure gentium [a] talia ſingulis directe acquiri, intelligendum eſt ut [b] id juris gentium ſit ante omnem ea de re legem civilem; nam populus quiſque inter ſuos aliter poteſt conſtituere, [c] & dominium ſingulorum antevertere, [d] ſicut multis in locis

„habet *facto*; Haloandrina, quæ habet *pacto*, Conf. „*Gron. h.*

„k) (Grot.) (NULLO SUO MERITO:) Sic & „hæc duo opponit *Servius* ad Æneidos 1. *Acti fa-* „*tis. Laborat Virgilius nil Trojanorum meritis,* „*ſed omnia fatis aſſcribere.* (Ad verſ. 32.)

„l) (NAM TALIA FATO ADSCRIBERE:) i. e. „fortunæ, ſeu caſui.

„m) (NÆVII:) Metelli, hoc carmine læſi, re- „ſponderunt: *Malum dabunt Metelli Nævio poe-* „*tæ: Terent. Maurus de Metris 1439.* & vere de- „derunt: effecerunt enim ut in Tullianum con- „jiceretur. *Plaut. Mil. 2. 2. 56. Gell. 3. 3. Vid.* „*Gron. h.*

„n) (INDIDEM VENIT:) Scilicet quia extra mi- „niſterium publicum capitur.

„o) (NON IN PROCINCTU:) Scilicet ſub duce, „in expeditione: *Gron. h.*

„p) (AUT IN EO QUOD FACERE JUBENTUR:) „Tunc juſſu publico prædam capiunt, adeoque „præda indubie eſt publica.

„q) (QUOD PROMISCUO JURE:) Adeoque non „tanquam inſtrumentum populi, ſed ſuo privato „nomine & jure.

„r) (AUT SOLO PERMISSU STATIM SIBI AC- „QUIRUNT:) Germ. Wann Parthenen ausge- „ſchickt werden: quod Auctor apud Italos corra- „riam vocari ait.

„s) (CAPIUNT ENIM NON UT MINISTRI:) i. „e. non capiunt in miniſterio publico *Vid.* §. *10.*

„t) (IN DIMICATIONE SINGULARI:) Etſienim „dimicatio ſingularis non niſi publico permiſſu „fieri poſſit, dimicans tamen non agit ut inſtru- „mentum populi.

„u) (UT MOX:) *Infra §. 1. n. 3.*

„v) (IN LIBERIS & INJUSSIS:) Adeoque ubi „non nomine & jure populi res capiuntur.

„w) (CORRARIAM VOCANT:) A correre ſive „ab excurſionibus: quod Galli vocant faire des „courſes, ou aller en parti. Germ. auf Parthey „ausgehen.

„x) (A BUTINO:) Italis enim *il botino* eſt illa „præda, quæ poſt conflictum ordinatum obtenta vi- „ctoris capitur. *Vid. Grammat. Dec. Neap. dec. 71.* „*n. 18.*

„a) (TALIA &c:) Scilicet res mobiles extra „miniſterium publicum captæ.

„b) (UT ID JURIS GENTIUM SIT ANTE „OMNEM EA DE RE LEGEM CIVILEM:) Senſus „eſt, quod leges civiles hoc jus Gentium (quo res „ejuſmodi cedunt capientibus) mutare, & ſtatue- „re poſſint ut fiſco inferantur: At toties dictum „eſt non dari jus gentium: Dictum quoque eſt „prædam ipſo naturæ jure cedere capienti, adeo- „que ſingulis, ſi ſuo jure capiunt; populo, ſi ejus „nomine & jure res capiuntur.

„c) (ET DOMINIUM SINGULORUM ANTEVER- „TERE:) Eoque jus ſingulis jure gentium quæſi- „tum auferre.

„d) (SICUT MULTIS IN LOCIS DE FERIS & AVI- „BUS FACTUM VIDEMUS:) Has enim jure Genti- „um cedere occupanti, jure civili autem fiſco „adſcribi, dixit ſupra *L. 2. c. 2. §. 5. c. 3. §. 5. c.* „*8. §. 4. & 5.*

„e) (SIC

cis de feris & avibus factum videmus. [e] Sic enim introduci etiam lege poteſt, ut quæ apud nos reperiuntur hoſtium res, publicæ fiant.

§. XIV.

1. At [a] de his quæ quis actu bellico capit alia eſt ratio. [b] Ibi enim ſinguli reipublicæ perſonam ſuſtinent, ejusque vice funguntur, ac proinde [c] per eas populus, [d] ſi lex civilis aliud non ſtatuat, [e] ut poſſeſſionem ita & dominium nanciſcitur, [f] & id in quos vult transfert. [g] Quod quia directe pugnat cum vulgari opinione, probationes nobis video ſolito largius admetiendas [h] ex nobilium populorum exemplis.

2. Incipiam a Græcis, quorum morem Homerus non uno loco deſcribit: (*Iliad.* Lib. I. verſ. 125.)

Α᾽λλὰ τὰ μὲν πολίων ἐξεπράθομεν, τὰ δέδασαι:
[i] *Omnia jam diviſa quibus ſpoliavimus urbes.*

Apud eundem Poëtam Achilles, de urbibus agens quas ipſe expugnaverat: (*Lib.* IX. verſ. 330, & *ſeq.*)

Τάων ἐκ πάσεων κειμήλια πολλὰ καὶ ἐσθλὰ
Ε᾽ξελόμην, καὶ πάντα φέρων Α᾽γαμέμνονι δόσκον
Α᾽τρείδῃ, ὁ δ᾽ ὄπισθε μένων παρὰ νηυσὶ θοῇσι
Δεξάμενος διὰ παῦρα δασάσκετο, πολλὰ δ᾽ ἔχεσκε.
Omnibus his ingens pretio numeroque ſupellex
Noſtrâ rapta manu; regi ſed victor Atridæ
Cuncta tuli, celeres reſidens qui pone carinas
Divideret cum pauca aliis, ſibi multa tenebat.

Spectandus enim hic Agamemnon, [k] partim ut totius Græciæ eo tempore

„e) SIC ENIM INTRODUCI ETIAM LEGE POTEST:) Princeps jus a natura quæſitum ob utilitatem publicam auferre ſubditis POTEST. Adeoque „& ſtatuere poteſt, ut res hoſtiles non cedant occupanti.

„a) (DE HIS QUÆ QUIS ACTU BELLICO CAPIT „ALIA RATIO EST:) Quia in miniſterio publico „capiuntur. Vid. ſupra § 12. n. 1.

„b) (IBI ENIM SINGULI REIPUBLICÆ PERSONAM SUSTINENT:) Adeoque ſunt inſtrumentum „reipublicæ, ejusque jure & nomine agunt.

„c) (PER EAS POPULUS:) Quia ſinguli ſunt „inſtrumenta populi cui proinde tanquam cauſæ „omnia acquirunt.

„d) (SI LEX CIVILIS:) Si lege ſtatuitur ut „præda exercitui, Diis &c. acquiratur.

„e) (UT POSSESSIONEM ITA ET DOMINIUM „NANCISCITUR:) Id jure gentium in bello ſaltem „ſolenni, & quidem quoad effectus externos, ob „itinere Auctor putat. Nos id juris naturæ eſſe „probavimus.

„f) (ET ID IN QUOS VULT TRANSFERT:) Ex „quo enim dominus factus eſt, pro lubitu de re „ſua diſponere poteſt.

„g) (QUOD QUIA DIRECTE PUGNAT CUM VULGARI OPINIONE:) Quaſi primo ac jure ipſo capta fiant ſingulorum, attamen duci aſſignanda, „qui inter milites diſtribuat. *Vid.* §. 8.

„h) (EX NOBILIUM POPULORUM EXEMPLIS:) „Unde apparebit prædam actu bellico & publico „captam ceſſiſſe Principi, qui vel fiſco eam inferret vel militibus diſtribuebat: Nos rationibus naturæ „id modo probavimus.

„i) (OMNIA JAM DIVISA:) In bello ſociali „enim præda inter ſocios dividitur.

„k) (PARTIM UT TOTIUS GRÆCIÆ EO TEM-

„PORE

tempore princeps, [l] atque ita populi gerens vicem: [m] quo jure ipſe ſed cum Senatu prædam dividebat: [n] partim ut munere fungens imperatorio, ac proinde de communi [o] partem cæteris majorem ferens. Eum ipſum Agamemnonem ſic alloquitur idem Achilles: (*Lib.* I. verſ. 163, 164.)

Θὐ γὰρ σοί ποτε ἶσον ἔχω γέρας, ὁππότ' ἀχαιοὶ
Τρώων ἐκπέρσωσ' εὖ ναιόμενον πτολίεθρον.
Nam [p] neque me tecum prædæ pars æqua ſequetur,
Si Danaum virtus Trojanam everterit urbem.

Iliad. 9. 279. & ſeq. Et alibi Achilli offert Agamemnon [q] de conſilio publico navem plenam æris & auri, & viginti mulieres, [r] quæ præcipiat de præda.
Æn. 2. 761, & ſeq. Troja jam capta, Virgilio narrante,

Cuſtodes lecti [s] Phœnix & dirus Ulyſſes
Prædam aſſervabant: huc undique Troia gaza
Incenſis erepta adytis, menſeque Deorum,
Crateresque auro ſolidi, captivaque veſtis
Congeritur.

Plut. Ariſtide. pag. 321. D. Sic poſterioribus temporibus, [t] prædam Marathoniam aſſervat Ariſtides. Herod. l. 9. c. 79. Poſt prælium ad Plateas ſevere edictum, [u] ne quis de præda privatim quicquam tolleret: deinde præda [v] pro populorum meritis diſtributa. Plut. Lyſandr. p. 442. A. Athenis poſtea devictis, [w] in publicum relata a Lyſandro præda. Xenoph. de Laced. rep. c. 13. n. 11. Et publici officii nomen * apud Spartanos, λαφυροπῶλαι, *prædæ venditores.*

3. Si ad Aſiam venimus, Trojani ſoliti, ut docet nos [x] Virgilius

„PORE PRINCIPI:) Imo nullum jus in Græciæ provincias habuit, quælibet civibus ſuo jure ſuisque „legibus utebatur.

„l) (ATQUE ITA POPULI GERENS VICEM:) „Cum Græciæ populi liberi fuerint, nec Agamemnoni ullum imperium in eos competierit, verum non eſt eum vicem populi Græciæ geſſiſſe.

„m) (QUO JURE IPSE SED CUM SENATU PRÆDAM DIVIDEBAT:) Dividebat prædam non ut „populi gerens vicem, ſed ut caput fœderis, adhibito conſilio omnium civitatum græcarum.

„n) (PARTIM UT MUNERE FUNGENS IMPERATORIO:) Ex pacto, tanquam fœderis caput.

„o) (PARTEM COETERIS MAJOREM:) Propter „dignitatem, & in penſationem laborum.

„p) (NEQUE ME TECUM:) Nam tu accepturus „majorem, utpote Imperator ſummus. *Vid.* „*Gron. h.*

„q) (DE CONSILIO PUBLICO:) Adeoque conſenſu civitatum quarum intererat.

„r) (QUÆ PRÆCIPIAT DE PRÆDA:) Antequam „reliquum prædæ inter ſingulas civitates diſtribuatur.

„s) (PHOENIX & OLYSSES:) Duces igitur Græciæ aſſervabant prædam, quæ proinde non dependebat ab arbitrio Agamemnonis.

„t) (PRÆDAM MARATHONIAM ASSERVAT ARISTIDES:) Quæ ſociarum civitatum nomine & „jure capta fuit.

„u) (NE QUIS DE PRÆDA PRIVATIM QUICQUAM TOLLERET:) Quia jure & nomine civitatum Græciæ capta erat.

„v) (PRO POPULORUM MERITIS:) Ad menſuram auxiliorum quæ populi ſocii præſtiterunt.

„w) (IN PUBLICUM RELATA:) Quia jure civitatis bellum gerebatur: Idem a Timoleo factum. *Corn. Nep. in Tim. c. 1.*

*) (Grot.) (APUD SPARTANOS:) Ageſilao in Aſia agente, caſtris Pharnabazi captis Spithridates ſubtraxerat prædam; inquiſitione ab Eriſpida Lacedæmonio inſtituta aufugit. (Hoc refert *Plutarchus*, Vit. Ageſil. pag. 601. E.)

„x) (VIR-

lius, *prædæ ducere ſortem*, *y* ut in rebus communibus dividendis fieri ſolet. Alias *z* arbitrium ejus dividendæ penes Imperatorem, quo jure Hector Doloni id expreſſe ſtipulanti promittit equos Achillis, *aa* ut intelligas jus acquirendi dominii in captura ſola non fuiſſe. *bb* Ad Cyrum Aſiæ victorem, nec minus *cc* ad Alexandrum poſtea, perlata præda. Si Africam reſpicimus; idem mos occurrit. Sic quæ Agrigenti capta, quæque in pugna *dd* Cannenſi, & alibi, Carthaginem miſſa. Apud Francos veteres, ut ex Gregorii Turonenſis hiſtoria apparet, quæ capta erant *ee* ſorte dividebantur: neque rex ipſe aliud habebat de præda quam quod ſors ipſi addixiſſet.

4. Sed quanto re militari *ff* Romani cæteris præſtiterunt, tanto ſunt digniores quorum exemplis immoremur. Dionyſius Halicarnaſſenſis morum Romanorum diligentiſſimus obſervator, ita nos hac de re docet: τὰ ἐκ τῶν πολεμίων λάφυρα, ὅσον ἂν ἡμῖν ὑπάρχῃ τοχεῖν δι ἀρετὴν, δημόσια εἶναι κελεύει ὁ νόμος, καὶ τῦτο ἐχ ὅπως τις ἰδιώτης γίνεται κύριος, ἀλλ' ἐδὲ αὐτὸς ὁ τῆς δυνάμεως ἡγεμών. ὁ δὲ ταμίας αὐτὰ παραλαβὼν ἀπεμπολεῖ, καὶ εἰς δημόσιον ἀναφέρει: *Quæcunque ex hoſtibus per virtutem capta ſunt, ea lex jubet publica eſſe, ita ut non modo privati eorum domini non fiant, ſed ne ipſe quidem imperator exercitus; verum quæſtor illa accipit, & vendita in publicum refert.* Verba hæc ſunt eorum qui Coriolanum incuſant *gg* non nihil ad invidiam compoſita.

Homer. Iliad. K. verſ. 321 *Eurip. Rheſo. v. 182 & ſeq.* *Plut. Alex. p.* 685. 686. *Curt.* 4. 1. 8. 4. *Diodor. libro* 17. *c.* 46. 71. *Strabo l.* 15. *pag.* 729. 730. *Diod. libr* 13. *c.* 90. *Livius lib.* 23 *c.* 12. *Greg. Tur. l.* 2. *c.* 27. *Antiq. Rom.* 7. 63.

§. XV.

Nam *a* populum dominum eſſe prædæ verum erat: ſed illud non

„*x*) (VIRGILIUS:) 9. 298.

„*y*) (UT IN REBUS COMMUNIBUS:) Quæ ſorte „dirimi ſolent.

„*z*) (ARBITRIUM EJUS DIVIDENDÆ PENES „IMPERATOREM:) Imo penes ſummam poteſta„tem cujus jure bellum geritur.

„*aa*) (UT INTELLIGAS JUS ACQUIRENDI DO„MINIS IN CAPTURA SOLA NON FUISSE:) Et „rem non factam fuiſſe capientium niſi Imperato„ris conſenſu.

„*bb*) (AD CYRUM:) *Xenoph. Inſt. l. 4. n. 99. & 109. l. 7. n. 184. & n. 193.*

„*cc*) (AD ALEXANDRUM:) *Curt. l. 6. c. 2. & l. 4. c.* 14.

„*dd*) (CANNENSI:) Ubi tres annulorum modii „capti fuerunt.

ee) (Grot.) (SORTE DIVIDEBANTUR:) Habes hoc apud *Turonenſem* lib. 11. cap. 27. *Aymoinum* lib. 1. cap. 12. & in epitome edita a *Frehero* cap. 9. Mos idem & aliarum gentium vetus. *Servius* ad illud Æneidos III. *Servitus pertulit ullos: quia captivi & præda inter victores ſorte dividebantur. Ut: & prædæ ducere ſortem.* (In verſ. 323.) De prædæ collatione in commune, & expurgatione per juramentum apud Suedos & Gotthos, *Johannem Magnum* vide libro XI, c. 11. [Hac de re nihil ibi apud *Johannem Magnum*, neque puto alibi. *J. B.*]

„*ff*) (ROMANI CÆTERIS PRÆSTITERUNT:) De „præſtantia Romanæ militiæ vide *l. 3. c. 21. §. 2. n. 1.*

„*gg*) (NON NIHIL AD INVIDIAM:) Similiter „Appius Claudius cenſuit prædam Vejentinam in „ærarium eſſe redigendam. *Liv. l. 5. c. 20.*

„(AD §. XV.) Auctor ait, populum quidem do„minum prædæ fuiſſe ſi actu bellico capta fue„rit, Imperatores autem arbitrium habuiſſe eam „diſtribuendi: At hoc arbitrium ipſis non com„petiit niſi ex mandato populi expreſſo vel tacito; „Tacite autem mandatum videtur ſi v. g. ſtipendi„um militantibus non ſolvitur, tunc enim ſtipen„diorum loco pars prædæ tribui militibus poteſt, „*Appian bell. pun. n. 7. n. 12.* vel ſi ſingulari mi„litum virtute victoria reportata eſt, aut Dux in„tra fines adminiſtrationis de præda diſponit: In „dubio magis eſt ut populi conſenſus exſpectetur

a) (Grot.) (POPULUM DOMINUM ESSE PRÆDÆ VERUM

non minus verum, [b] ejus diſpenſandæ arbitrium Imperatoribus libera republica permiſſum fuiſſe, [c] ſed tale ut actus ſui rationem po-
Libro 27. c. 32. pulo deberent. L. Æmilius apud Livium: *captas non deditas diripi urbes,* [d] *& in his tamen arbitrium eſſe imperatoris, non militum.* Sed hoc arbitrium quod [e] mos deferebat imperatoribus, ipſi interdum, quo longius [f] ab omni ſuſpicione eſſent, rejiciebant ad Senatum,
Liv lib 5. c. 22. ut Camillus, [g] & qui retinebant, [h] prout religioni, [i] famæ, [k] ambitioni ſerviebant, diverſo modo uſi reperiuntur.

§. XVI.

1. [a] Qui ſanctiſſime eſſe aut credi volebant, [b] prædam non attingebant omnino, ſed ſive pecunia erat in præda, eam jubebant [c] a quæſtore populi Romani percipi; ſive res aliæ, eas per quæſtorem ſub haſta venumdari: ubi redactam pecuniam [d] manubiarum no-
Lib. 13. c. 24. mine ſignificatam Favorinus apud Gellium ſenſit. Hæc pecunia per quæſtorem in ærarium deferebatur, prius tamen, [e] ſi res triumphi
Cap. 53. eſſet oſtentata publice. Livius libro IV. de C. Valerio Conſule: *Prædæ ex aſſiduis populationibus, quod omnia in locum tutum conge-* *ſta*

VERUM ERAT:) Vide & hac de re *Simlerum* in Helveticis.

b)(Grot.)(EJUS DISPENSANDÆ ARBITRIUM IMPERATORIBUS LIBERA REPUBLICA PERMISSUM FUISSE:) *Polybius* in excerptis Peireſcianis de L. Æmilio Paulo: *κύριον γενόμενον αὐτὸν πάσης βασιλείας καὶ λαβόντα τὴν ἐξουσίαν ὡς βούλεται χρήσεθαι, μηδενὸς ἐπιθυμῆσαι· Cum dominus factus eſſet regni integri poſſetque cuncta diſponere ſuo arbitratu, nihil eum concupiſſe.* [pag. 1454. *Edit. Amſt.*]

„*c*) (SED TALE UT ACTUS SUI RATIONEM „POPULO DEBERENT:) Hinc ſæpius Imperatores „ideo in jus vocatos & de peculatu accuſatos le„gimus.

„*d*) (ET IN HIS TAMEN:) i. e. in deditis: Hi „enim per deditionem in jus populi victoris trans„eunt, qui proinde ſolus diſponere de deditis poteſt.

„*e*) (MOS DEFEREBAT IMPERATORIBUS:) In„tra fines adminiſtrationis. Exempla diſtributæ ab „Imperatoribus prædæ vide apud *Livium l. 7. c.* „*37. l. 8. c. 36. l. 21. c. 11.*

„*f*) (AB OMNI SUSPICIONE:) Vel avaritiæ, vel „quod militum captarent benevolentiam: Apud „Livium duplex allegatur ratio, (1) ne ex malig„nitate prædæ partitæ militum iram, (2) ne invi„diam apud patres ex prodiga largitione caperent. „*Liv. l. 5. c. 20.*

„*g*) (ET QUI RETINEBANT:) i. e. in milites „non diſtribuebant.

„*h*) (PROUT RELIGIONI:) Diis enim aliquando „offerebatur præda. *Vid. lit. q.*

„*i*) (FAMÆ:) Si in ærarium referebatur §. *ſeq.*

„*k*) (AMBITIONI:) Si militibus relinquebatur. „*Vid.* §. 17.

„*a*) (QUI SANCTISSIMI:) i. e. ab omni ambi„tione vel avaritia alieni.

b) (Grot.) (PRÆDAM NON ATTINGEBANT OMNINO:) *Manius Curius juravit ſe ex præda nihil attigiſſe, præter guttum faginum quo ſacrificaret.* (Hoc e *Plin.* Hiſt. Nat. Lib. XIV. Cap. 38.) Scriptor vitæ Virorum illuſtrium (*Aurelius Victor*, Cap. 60.) de Mummio agens, *Corinthum ſignis tabulisque ſpoliavit, quibus cum totam repleſſet Italiam, in domum ſuam nil contulit.* De nominato modo Æmilio Paulo Plutarchus. *οὐδενὸς δὲ ἧττον αὐτοῦ τὴν ἐλευθεριότητα καὶ τὴν μεγαλοψυχίαν ἐπῄνουν οἱ ἄνθρωποι, πολὺ μὲν ἀργύριον, πολὺ δὲ χρυσίον ἐκ τῶν βασιλικῶν ἠθροισμένον οὐδὲ ἰδεῖν ἐθελήσαντος, ἀλλὰ τοῖς ταμίαις εἰς τὸ δημόσιον παραδόντος, Nec minus liberalitatem ipſius & animi magnitudinem prædicabant homines, quod congeſtam ex regis opibus auri argentique vim magnam nec inſpicere voluiſſet, ſed quæſtoribus in publicum deferendam dediſſet.* (Pag. 270. D.

„*c*) (A QUÆSTORE POPULI:) Officium horum „quæſtorum, qui comitari Imperatores in bello „ſolebant, deſcribit *Alexand. ab Alex Gen. dier.* „*l. 2. c. 2.* Hincque fuiſſe antiquiſſimum morem „ex Dionyſio didicimus *Vid. ſupra* §. *14. n 4.*

„*d*) (MANUBIARUM NOMINE:) *Gellius l. 13. c.* „*24. Aliud omnino præda eſt, ut in libris rerum* „*verborumque veterum ſcriptum eſt, aliud manu*„*biæ. Nam præda dicitur ipſa corpora rerum quæ* „*capta ſunt, Manubiæ vero appellata ſunt pecunia* „*a quæſtore ex venditione prædæ redacta: Teſm. h.*

„*e*) (SI

ſta erant, fuit aliquantum: [f] *venditum ſub haſta Conſul in ærarium redigere quæſtores juſſit.* Idem fecit Pompejus de quo hæc ſunt [g] Velleji verba: *Pecunia Tigranis* [h] *ſicut Pompejo moris erat, redacta in quæſtoris poteſtatem ac publicis diſcripta literis.* Lib. 2. c. 37. Ita & M. Tullius qui ſic de ſe ipſo in literis ad Salluſtium: *De præda mea præter* Lib. 2. epiſt. 17. *quæſtores urbanos,* [i] *id eſt populum Romanum, teruntium nec attigit, nec tacturus eſt quisquam.* [k] Atque id Antiquis & melioribus temporibus fuit maxime uſitatum, quo Plautus reſpiciens ſic ait: Bacchid. 4, 9, 152.

Nunc hanc prædam omnem jam ad quæſtorem deferam.

Et de hominibus captivis ſimiliter: Captiv. 1, 2, 2.

Quos emi de præda [l] *de quæſtoribus.*

2. Sed alii [m] ſine quæſtore ipſi prædam vendebant & referebant in ærarium, quod & ex Halicarnaſſenſi ſequentibus verbis colligere eſt. Sic a Tarquinio rege jam olim victis Sabinis prædam & captivos Romam miſſos legimus. Liv. lib. 1. c. 37. Sic Romulius & Veturius conſules Liv. l. 3. c. 31. narrantur prædam vendidiſſe ob ærarii penuriam, ægre id ferente exercitu. Sed cum paſſim id occurrat, [n] quantum ducum quisque ex triumphis Italicis, Africanis, Aſiaticis, Gallicis, Hiſpanicis in ærarium per ſe aut quæſtorem retulerit, exempla congere nihil eſt opus. Illud magis notandum, datam prædam aut ejus partem interdum diis, [o] interdum militibus, [p] interdum & aliis. [q] Dii aut res ipſæ datæ, [r] ut ſpolia quæ Romulus Jovi Feretrio ſuſpendit; aut redacta inde pecunia, ut ex Pometinis manubiis Tarquinius Superbus templum Jovis in monte Tarpejo ſtatuit. Dion. Halic. l. 2. c. 34. Liv. lib. 1. c. 10. Liv. 1. 53. & 55.

§. XVII.

1. Militibus prædam dare priſcis Romanis [a] ambitioſum videbatur: uti Sextus Tarquinii Superbi filius, ſed Gabiis profugus, prædam militi dilargitus dicitur, ut eo modo potentiam ſibi conciliaret. Liv d. lib. c. 54.

„e) (SI RES TRIUMPHI ESSET:) Si res bello „geſtæ eſſent tantæ, ut triumphum mererentur.

„f) (VENDITUM SUB HASTA:) Publica auctio„ne in parte caſtrorum quæ Quintana vocabatur. „*Suet Neron. c. 26. Lips. dial. 3. Gron. b.*

„g) (VELLEJI:) *L. 2. c. 37.*

h) (Grot.) (SICUT POMPEJO MORIS ERAT:) Ut plurimum. Vide quod ſequente paragrapho ex *Lucano* adducetur.

„i) (ID EST POPULUM:) Nam quæſtores pro„curabant rem & ærarium populi. *Gron. b.*

„k) (ATQUE ID ANTIQUIS ET MELIORIBUS „TEMPORIBUS:) Quæ juri naturali magis con„veniunt.

„l) (DE QUÆSTORIBUS:) Qui jure populi ven„debant.

„m) (SINE QUÆSTORE:) Forte quod quæſtor „non adeſſet.

„n) (QUANTUM DUCUM QUISQUE:) Cum in præ„cedentibus dictum ſit, prædam virtute bellica ca„ptam eſſe populi, indeque Ducum officium fuiſſe „eam inferre ærario, fruſtra hanc in rem cumula„rentur exempla.

„o) (INTERDUM MILITIBUS:) *Vid. §. 17.*

„p) (INTERDUM & ALIIS:) *§. 19. ſeq.*

„q) (DIIS AUT RES IPSÆ DATÆ:) Vid. *Alex. ab „alex l. 3. c. 22. p. 408.*

„r) (UT SPOLIA QUÆ ROMULUS JOVI FERE„TRIO SUSPENDIT:) Similia vide apud *Liv. l.* 10. „*c. 29.* & INDE *c. 46.* Conf. *Alex ab alex. l. 5. c. 24.*

„a) (AMBITIOSUM:) Periculoſum libertati Ro„manæ.

Liv. l. 5, c. 20. liaret. [b] Appius Claudius in Senatu ſimilem largitionem arguit ut novam, prodigam, inconſultam.

Præda autem militi conceſſa aut [c] dividitur, aut diripitur. Dividi poteſt [d] aut ratione ſtipendiorum, aut [e] ratione meritorum.
D. loco. Stipendiorum ratione dividi prædam [f] Appius Claudius volebat, ſi illud obtinere non poſſet, ut redacta inde pecunia in ærarium de-
Lib. 10. c. 16. ferretur. Totum autem dividendi ordinem accurate explicat Polybius: nempe in dies aut vigilias [g] partem exercitus alteram, aut minorem ad comportandam prædam mitti ſolitam: & quod quisque reperiſſet [h] id juſſum in caſtra præferre ut per tribunos æqualiter divideretur, vocatis ad partem [i] etiam his qui caſtra ſervarent, (quod
1 Sam. 30. 24. & apud Hebræos regi [k] Davidi placuiſſe, & inde in legem tranſiiſſe legimus) [l] quique per valetudinem [m] aut delegata miniſteria aberant.

Liv. l. 45. c. 34. 40. 43. 2. Interdum non ipſa præda [n] ſed redacta inde pecunia prædæ loco militibus donata, quod ſæpe in triumpho fiebat. [o] Proportio-
Ibid. c. 40. nem hanc invenio, ſimplex pediti, duplex centurioni, triplex equiti
Liv. l. 5. c. 34. datum. Interdum ſimplex pediti, equiti duplex. Alias ſimplex pediti, duplex centurioni, [p] tribuno & equiti quadruplex. [q] Meritorum

„b) (APPIOS CLAUDIOS:) *Liv. l. 5. c. 20.*

„c) (DIVIDITUR AUT DIRIPITUR:) Prius fit „per Duces, qui juxta merita vel ſtipendia ſingulorum prædam diſtribuunt: poſterius fit, ubi ſingulis „capere, captaque ſibi ſervare permittitur.

„d) (AUT RATIONE STIPENDIORUM:) Aut pro „ſtipendiis debitis, aut juxta proportionem ſtipen„diorum.

e) (Grot.) (RATIONE MERITORUM:) Id apud Hebræos factum docet *Joſephus* lib. III. antiquæ hiſtoriæ (cap. 2. §. 5. *Ed. Hudſon.*)

„f) (APPIUS CLAUDIUS:) Mens Claudii fuit, „conflandam eſſe prædam in pretia, unde ſtipendia „militi ſolvantur ut eo minus tributi plebs ſolve„ret. *Liv. 5. 20.*

„g) (PARTEM EXERCITUS ALTERAM:) Ali„quando de ſingulis manipulis ſecernebatur nume„rus; aliquando totus dividebatur exercitus, ita ut „pars altera in armis eſſet ad omnes caſus præve„niendos, altera autem per domos & urbes mit„teretur.

„h) (ID JUSSUM IN CASTRA PERFERRE:) Vel „forum aut ſpatioſum locum urbis. *Gron. h.*

„i) (ETIAM HIS QUI CASTRA SERVARENT:) „Quia victoria non ex ſolo actu æſtimatur quo ca„pitur res, ſed ex toto negotio, quo pertinet ſecu„ritas caſtrorum. &c. Livius *l. 4. c. 59.* ait, capta „urbe Anxur abſtinuit a præda donec collegæ, „quos ad diſtinendos Volſcos populatum miſit, ve„nirent: *Ab illis quoque exercitibus captum Anxur* „*dictitans eſſe, qui cæteros Volſcos a præſidio ejus* „*loci avertiſſent.*

„k) (DAVIDI:) Victis Amaleticis: Sic Ruben & „Gad moniti ſunt ut prædam, cum relictis domi „fratribus, qui patriam interim defendebant, parti„rentur *Joſ. 22. v. 8.*

„l) (QUIQUE PER VALETUDINEM:) Adeoque „per quos non ſtetit quo minus pugnarent.

„m) (AUT DELEGATA MINISTERIA:) Qui ad „obſervandas aut defendendas certas ſtationes du„rante prælio abeſſe juſſi ſunt.

„n) (SED REDACTA INDE PECUNIA:) *Vid.* §. „*16. n. 1.*

„o) (PROPORTIONEM HANC INVENIO:) Id „meri arbitrii eſt. Apud Livium *l. 10. c. 46.* mi„litibus ex præda centeni bini aſſes, & alterum „tantum centurionibus atque equitibus tributum „eſt. Apud Curtium ex pecunia Babyloniæ Ma„cedonibus equitibus Sexceni denarii tributi, pe„regrinus eques quingenos accepit, ducenis pede„ſtrum ſtipendium menſum eſt. *Curt. 5. 1.*

p) (Grot.) (TRIBUNO & EQUITI:) Tribuno & præfecto equitum ait *Appianus* civilium II. [Pag. 491. *Ed. H. Steph.* Atque hæc eſt vera diſtributio: aliam, ex errore memoriæ, in ipſo contextu Auctor poſuerat. In loco autem SUETONII, ad quem ſimul ora libri nos remittit, non dicitur quantum daretur Equitibus, niſi ex vitio priſcarum editionum, ſecundum quas diſtributio facta fuiſſet modo plane diverſo ab iis omnibus quos Auctor noſter commemorat. *J. B.*]

„q) (MERITORUM:) *Vid. n. præced.* quorum „nimirum virtus eminuerat præ aliis.

r) (Grot.

rum etiam ſæpe habita ratio, ſicut Marcius quod fortiter feciſſet *Liv. 2. lib.*
r ex præda Coriolana donatus eſt a s Poſthumio.

3. Utrovis modo fieret diviſio t licebat imperatori ἐξαίρετον, hoc eſt u præcipuum ſibi accipere quantum vellet: id eſt, quantum æquum arbitraretur: v quod & aliis interdum virtutis ergo conceſſum. Euripides Troadibus de nobilioribus fœminis Trojanis agens, ait:

> τοῖς πρώτοισιν ἐξῃρεμέναι
> ϛρατῷ.
> *Quæ principibus eximiæ data*
> *Erant Achivis:*

Et de Andromacha,

> καὶ τὴν δ' Ἀχιλλέως ἔλαχε παῖς ἐξαίρετον:
> *Accepit illam Pyrrhus eximiam ſibi.*

Aſcanius de equo apud w Virgilium:

> *Ipſum illum clypeum, criſtaſque rubentes*
> x *Excipiam ſorti.*

Pauſaniæ poſt in Pletæis prælium eximia data, mulieres, equos, camelos, narrat Herodotus. Sic Ocriſiam Corniculanam præcipuam *Lib. 9. c. 80.*
accepit y rex Tullius: z Fabricius apud Halicarnaſſenſem in oratione ad Pyrrhum: ἐκείνων δορυκτήτων ἐξόν μοι λαβεῖν ὁπόσα βȣλοίμην: *ex his* *Dion. Halic. l. 4. c. 1.*
quæ bello erant capta licebat mihi quantum vellem excipere: Iſiodo- *Excerpt. pag. 714. 715. Ed. Oxon.*
rus huc reſpiciens ubi de jure agit militari, *prædæ*, ait, *deciſio*, & *pro perſonarum qualitatibus ac laboribus juſta diviſio, ac principis* *Orig. 5. 7.*
portio. Tarquinius Superbus, ut apud Livium eſt, & ipſe ditari volebat, & delinire præda popularium animos. Serviles in oratione *Lib. 1. c. 57.*
pro

r) (Grot.) (EX PRÆDA CORIOLANA:) Vide *Plutarchum* Coriolano. (Pag. 218. A. B.)

,,s) (A POSTHUMIO:) Poſthumo cominio *Liv.* ,,2. 33. *Gron. h.* Ita Agamemnon Achilli offert ,,navem plenam æris & auri, & viginti mulieres ,,quæ præcipiat de præda. *Vid. ſupr. §. 15. n. 2.*

t) (Grot.) (LICEBAT IMPERATORI:) Vide *Leun*,,*clavium* in Turcicis.

,,u) (PRÆCIPUUM SIBI ACCIPERE QUANTUM ,,VELLET:) Ita Bibliotheca inſtructa relicta Eſ,,ſexio in prædam conceſſit. *Camd. Vit Elis. p. 4.*

v) (Grot.) (QUOD & ALIIS INTERDUM VIRTUTIS ERGO CONCESSUM:) Sic Neſtor feminam poſſidebat.

> — ἣν οἱ Ἀχαιοὶ
> Ἔξελον
> — *munere Grajum*
> *Exceptam ſorti.*

Eſt id Iliados A. (verſ. 625.) At Odyſſeæ Z. Ulyſſes ait, (verſ. 232.)

> Τῶν ἐξαιρεύμην Μενεοικέα, πολλὰ δὲ ὀπίσσω
> Λαγχάνον.
> *Eximiam accepi Meneacea, plurima deinde*
> *Sorte tuli.*

Euripides de Caſſandra.

> Ἐξαίρετόν νιν ἔλαβεν Ἀγαμέμνων ἄναξ.
> *Sibi hanc Atrides major eximiam tulit.* [Troad. verſ. 249.]

De iis quæ Athenienſium duci Demoſtheni e præda ἐξῃρέθησαν, præcipui jure data ſunt, vide *Thucydidem*, libro III. [c. 114. in loco *Iliadis*, XIV, 232. Auctor noſter, neſcio quare, legit Μενεοικέα, (quod nomen proprium mulieri non convenit) pro adjectivo, apud Poëtam, frequentiſſimo, & heic aptiſſimo, μενοεικέα. Omnino dicere vult *Ulyſſes*, ſe pretioſiſſima quæque, & quæ maxime ipſi placerent, elegiſſe. *J. B.*]

,,w) (VIRGILIUM:) *Æneid. 9. v. 270.*

,,x) (EXCIPIAM SORTI:) Non patiar in ſortem ,,venire, & tibi præcipuum dabo. *Gron. h.*

,,y) (REX TULLIUS:) Imo Tarquinius Priſcus: ,,fuit enim Servii Tullii mater: *Gron. h.*

z) (Grot.) (FABRICIUS:) Cujus exemplum & ſibi

Liv. l. 45. c. 37. pro L. Paulo ait eum præda partienda locupletem ſe facere potuiſſe. Et hanc imperatoris portionem, ſunt qui potius [aa] ſignificatam vo- *In Verr. l. 59.* lunt manubiarum nomine, quos inter eſt Aſconius Pedianus.

4. Sed [bb] laudatiores illi, qui jus ſuum remittentes nihil ſibi de *Apud Dion. Halic. Excerpt p. 714.* præda ceperunt, qualis is [cc] quem dixi Fabricius, τὸν ἐκ δίκαίȣ πλȣ́τον ὑπεριδὼν ἕνεκα δόξης, *etiam juſte partas divitias præ gloria contemnens:* quod [dd] ipſe ſe facere ajebat Valerii publicolæ & aliorum paucorum *Plut. M. Catone pag. 342.* exemplo: quos M. Porcius Cato imitatus & in Hiſpanienſi victoria, negans quicquam ad ſe perventurum e bello captis, præter ea quæ in cibo ac potu inſumſiſſet: addens tamen, non a ſe culpari imperatores qui conceſſas utilitates ſumerent, ſed malle ſe de virtute cum optimis, quam de pecunia cum ditiſſimis certare. Proxime ad hanc laudam accedunt qui prædam [ee] modice delibarunt, ut Pompejus *Pharſal. 9. 197.* apud [ff] Lucanum a Catone laudatur, qui

Plura retentis
Intulit.

5. In diviſione interdum [gg] & abſentium habita ratio', ut capto *Liv. l. 4. c. 59.* Auxure conſtituit Fabius Ambuſtus: interdum ob cauſam quorun- *Idem l. 3. c. 29.* dam quamvis [hh] præſentium non habita, ut [ii] Minutiani exercitus dictatore Cincinuato.

6. Quod autem jus vetere republica imperatores habuerant, id poſt occupatam rempublicam ad [kk] magiſtros militum translatum *L. 36 § 1. C. de donat.* ex Codice Juſtinianeo apparet, ubi [ll] a geſtorum inſinuatione abſolvuntur donationes rerum mobilium vel ſe moventium quas magiſtri

ſibi & militi proponit Julianus apud *Ammianum* libro xxiv. (Cap. 3)

„*aa*) (SIGNIFICATAM VOLUNT MANUBIARUM „NOMINE:) Verba Aſconii: *Spolia quæſita de vi- „vo hoſte nobili per deditionem manubias veteres „dicebant & erat Imperatorum hæc præda, ex „qua quod vellent, ſumerent*: Gronovius ait, Ma- „nubias hic dici Imperatorum, non quod pars ipſis „cedens proprie hoc vocabulo ſignificetur; ſed „quod ipſorum plerumque arbitrii eſſet, vellent- „ne in ærarium deferre, an militi diſtribuere. „Id vero non efficere quo minus & quod priva- „ti nanciſcuntur inde *manubia* dicantur.

„*bb*) (LAUDATIORES ILLI:) *Vide ſupra* §. 16. „*n. t.*

„*cc*) (QUEM DIXI:) *n. præcedenti.*

„*dd*) (IPSE SE FACERE AJEBAT:) *Dionyſius „Halicarnaſſ. l. 4.*

„*ee*) (MODICE DELIBARUNT:) Exiguam ſibi „de illa partem ceperunt. *Gron. h.*

„*ff*) (LUCANUM:) *l. 9. v. 5. 196.* Conf. *ſupra. „§. 16. n. t.*

„*gg*) (ET ABSENTIUM:) Qui ſcilicet caſtra ſer- „vabant, quique per valetudinem aut delegata mi- „niſteria aberant. *Vid. ſupr. n. t. in f.*

„*hh*) (PRÆSENTIUM:) In conflictu.

„*ii*) (MINUTIANI EXERCITUS:) Quem ille ob- „ſeſſum ab hoſte liberaverat, & hunc pœnam „ferre juſſit infelicis militiæ. *Vid. Gron. h.* Rati- „onem cur conſularem exercitum excluderet „hanc allegat Dictator, *Carebis prædæ parte miles „ex eo hoſte cui prope præda fuiſti, & tu L. Mi- „nuci, donec conſularem animum incipias habere: „Legatus his legionibus præeris. Liv. l. 3. c. 29.* „Nimirum caſtra ſua ab hoſte circumdari paſſus „eſt Minucius, *Liv. l. 3. c. 19.* ab hac obſidione „eum liberavit Cicinnatus. *ibid.* Unde prædæ par- „tem nulla ratione petere poterat exercitus obſeſ- „ſus; qui præterea in memoriam beneficii i. e. „liberationis, coronam auream dictatori decrevit. „*Liv. l. 3. c. 19.*

„*kk*) (MAGISTROS MILITUM:) A Conſtantino „Magno inſtitutos. *Gron. h.*

„*ll*) (A GESTORUM INSINUATIONE:) Suppo- nitur

Digitized by Google

ſtri militum militibus præſtant ex ſpoliis hoſtium, ſive in quibuscnnque locis degere noſcerentur.

7. Sed diviſio jam olim ſepe [mm] in calumniam patuit, quaſi duces ea ratione privatam gratiam captarent, quo nomine accuſati Servilius, Coriolanus, Camillus, quaſi amicis & clientibus de publico largientes. Ipſi contra ſe tuebantur publico bono, ἵνα οἱ συναράμενοι τοῦ ἔργου τὸν πόνων καρπόν κομισάμενοι προθύμως ἐπὶ τὰς ἄλλας στρατιὰς ἀπαντῶσιν: *ut qui operi adfuerant, fructu laboris percepto ad alias expeditiones fierent promptiores*, quæ Halicarnaſſenſis in hanc rem verba ſunt.

Dion. l. 6, c. 30. Idem 7. c. 63. Liv. 5. 32. Dion. Halic. l. 7. c. 64.

§. XVIII.

1. [a] Venio ad direptionem; [b] ea militi conceſſa aut in populatione, aut poſt prælium oppidive expugnationem ut ſigno dato discurretur: quod antiquis ſæculis rarius, nec tamen exemplis caruit. Nam Sueſſam Tarquinius militi deripiendam dedit: caſtra Æquorum Q. Servilius Dictator: Vejos urbem Camillus: caſtra Volſcorum Conſul Servilius. Permiſit & direptionem L. Valerius in agro Æquorum, Q. Fabius fuſis Volſcis, captaque Ecetra, mox alii ſæpe. Victo Perſeo Paulus Conſul ſpolia jacentis exercitus peditibus, equitibus prædam circum jacentis agri conceſſit. Idem ex Senatuſconſulto diripiendas dedit militi [c] Epiri urbes [d] Lucullus victo Tigrane, militem a ſpoliis legendis [e] diu inhibuit, mox certa jam victoria jus acqui-

Dionyſ. l. 4. c. 50. Liv. l. 4. c. 47. Liv. 5, 20. Dion. Hal. 6, 29. Idem 9, 55. Idem, 10. 21. Liv 44, 45. Idem 45, 44. Appian. Mithrid. p. 230.

„nitur largitiones factas eſſe fortiſſimis. *L. 36. §.* „*1. C. de donat.* Tunc enim eſt pars adminiſtrationis.

„*mm*) (IN CALUMNIAM PATUIT:) Quaſi ad „conciliandos militum animos prædam diviſerint. „*vid. Gell. l. 4. c. 20. & Liv. l. 5. c. 20.* vel quod „e publico liberales ſint. Appiuoi Claudium in Se„natu ſimilem largitioneo arguiſſe, ut novam, „prodigam, & inconſultam, Auctor *pr. h. §phi* „dixit.

„*a*) (VENIO AD DIREPTIONEM:) Nam præda „militi conceſſa ab imperatoribus aut dividitur „aut diripitur §. *17. n. 1.*

b) (EA MILITI CONCESSA:) Imo urbs occupata diripi & deprædari nequit, quia ex quo occupata eſt deſinit eſſe hoſtis, nec amplius reſiſtit juri noſtro. Econtrario imperium in eam nobis qoæſitum eſt, non dominium in ſingulos aut in res ſingulorum. Urbs deſinit eſſe libera, at ſinguli non ſiunt ſervi, victor ergo cum victis agit tanquam ſubditis non vi ſed jure: Sane inter vitia Cæſaris refertur quod oppida quædam quæ ſe ſubmitterent hoſtiliter diripuerit, ſæpius ob prædam magis quam ob delictum. *Suet. in Jul. c. 54.* Ipſe tamen alibi providit ne militum introitu & nocturni temporis licentia oppidum diriperetur. *Cæs. Bell. Civ. l. 1.*

Exc. (1) ſi propter delictum victor illam deprædandam concedat, ut in urbe Capua apud Livium *l. 26. c. 16.* idque fieri jure poſſe ait Suetonius *d. c. 54.* (2) ſi vi & prælio occupata ſit: vel (3) in expeditione difficili ad animandos milites.

ADDITIO.

„Noſtram ſententiam de jure capiendi & va„ſtandi res hoſtiles expoſuimus ſupra *c. 5. §. 1. &* „*in praeced.* §. *1.*

c) (Grot.) (EPIRI URBES:) Et Athenas Sulla *Appianus* Mithridatico (*pag. 195.*)

d) (Grot.) (LUCULLUS:) Ab eo data diripienda militi Tigranocerta, narrat *Plutarchus*, (pag. 511. E.) ex ſpoliis datas ſingulis præterea drachmas octiogentas. Severus Cteſiphontis prædam conceſſit militi; idem & tribunos & duces & ipſos milites habere juſſit quæ per vicos diripuerant. *Ælius Spartianus* narrat. Mahumetes II. Conſtantinopoleos & prædam & mancipia promiſit militi. [Quod primum narrat SPARTIANUS, factum equidem eſt a *Septimio Severo* Imp. at poſterius eſt *Alexandri Severi*. Prius exſtat in *Vit. Sever.* Cap. 16. alterum in *Vit. Alex. Sever.* Cap. 55. Adeoque ominum ſimilitudo Auctori noſtro cauſa ſuit erroris. *J. B.*]

„*e*) (DIU INHIBUIT:) Periculoſa enim eſt ni„mia illa ad prædam feſtinatio, ut ex exemplis Li„vii *l. 3. c. 3. l. 8. c. 39.* apparet.

f) (Grot.)

Cap. 45. ſoliandi hoſtes indulſit. Cicero de inventione primo inter modos acquirendi dominii ponit, ſiquid ex hoſtibus captum ſit; [f] cujus prædæ ſectio non venierit.

2. [g] Qui morem hunc improbant, ajunt avidas in direptiones manus præripere fortium bellatorum præmia, cum ita ferme eveniat, [h] ut qui ſegnior ſit prædetur, at fortiſſimus quisque laboris periculique præcipuam partem petere ſoleat, quæ ſunt verba Appii apud Lib. 5. c. 20. [i] Livium: unde non longe abit Cyri illud [k] Xenophontem: ἐν τῇ De Cyri inſt. 7, 2. a. 4. ἁρπαγῇ εὖ οἶδ' ὅτι οἱ πονηροὶ πλεονεκτήσειαν ἄν. Sed contra dicitur, [l] gratius id fore laetiusque quod ſua quisque manu ex hoſte captum do- Apud Liv. ubi ſupr. mum retuliſſet, quam ſi [m] multiplex accepiſſet alterius arbitrio.

3. Interdum quoque conceſſa direptio [n] quod impediri non poſ- Lib. 6. c. 4. ſet. In expugnatione Cortuoſæ Hetruſcorum oppidi, narrante Livio, *publicari prædam* [o] *tribunis placebat, ſed* [p] *imperium quam conſilium ſegnius fuit; jam militum præda erat, nec niſi per invidiam adi-* Liv. l. 38. c. 43. *mi poterat.* Sic & Gallogræcorum caſtra a C. Helvii agmine direpta legimus contra ducis voluntatem.

§. XIX.

[a] Quod dixi aliis interdum extra milites prædam aut pecuniam e præda redactam concedi ſolere, id ferme ita contigit ut his [b] qui Dion. Hal. lib. 5. c. 47 tributum ad bellum contulerant tantundem redderetur. [c] Ludos quoque ex manubiis interdum inſtructos notes.

§. XX.

f) (Grot.) (CUJUS PRÆDÆ SECTIO NON VENIERIT:) *Varro* ſex modos numerat, quibus dominus legitimus perficiatur, hereditatis juſtæ aditionem, mancipationem, in jure ceſſionem, uſucapionem, e præda ſub corona venditionem, & ab auctione publica, cum bona cujusquam ſectione venenit. [*De Re Ruſt.* Lib II. Cap. 10. Quo de loco vide WILLHELMI GOESII *Vindic. pro recepta de Mutui alienatione ſententia* p. 66, & ſeqq. *J. B.*

ADDITIO.

„Senſus eſt, quod ea demum præda cedat occu„panti quæ per quæſtores auctioni ſubjecta non „eſt. *Cæſar 2. Gall. 33. Sectionem ejus oppidi uni„verſam Cæſar vendidit. Juſtin. 3. §. 7. Flor. 2. „3. Gron. h.* Alia exempla urbium direptarum „vide apud *Appian. bell. Mithr. n. 195.* & Curti„um *l. 7. Liv. l. 26. c. 30.*

„*g*) (QUI MOREM HUNC IMPROBANT:) Uti „improbat Croeſus cum Cyro contendens apud „*Xenoph. Juſt. 7 p.* 193 Vid. *Suetonius in Jul. c.* 54.

h) (Grot.) (UT QUI SEGNIOR SIT PRÆDETUR:) Vide quæ jam nunc ex *Procopio* adferemus ad §. 24.

„*i*) (LIVIUM:) l. 5. c. 20.

„*k*) (XENOPHONTEM:) *L. 7. c. 2.* verba latina „ſunt: *in direptione ſat ſcio ignavos majorem „partem laturos.*

„*l*) (GRATIUS ID FORE:) Quæ ſunt verba Li„vii *d. l.*

„*m*) (MULTIPLEX:) Amplius, cumulatius. *Gron. h.*

„*n*) (QUOD IMPEDIRI NON POSSET:) Contin„git id ex furore militum, quem diſſimulare ſæ„pius prudentiæ eſt: Conf. *Thuan. pag. 667.*

„*o*) (TRIBUNIS:) Militum conſulari poteſtate „*Gron. h.*

„*p*) (IMPERIUM QUAM CONSILIUM SEGNIUS „ERAT &c.) i. e. Tribuni id imperabant ubi res „integra amplius non erat.

„*a*) (QUOD DIXI:) *Supra §. 16. n 2.*

„*b*) (QUI TRIBUTUM AD BELLUM CONTULE„RANT:) Exemplum eſt in occupata Vejorum „urbe: ubi omnes Romani cives ex ea ratione „ad prædam vocati ſunt. *Liv. l. 5. c. 20.*

„*c*) (LUDOS QUOQUE:) Scenicos, Circenſes, „Amphitheatrales, vel gladiatorios, qui erant voluptas

§. XX.

1. Neque vero dîverſis tantum bellis [a] aliter atque aliter uſurpatum, [b] ſed eodem bello eadem præda ſæpe in uſus diverſos impenſa, aut partibus diviſis, [c] aut rerum generibus diſtinctis. Sic Camillus decimam ex præda [d] Appollini Pythio dedit, Græcorum exemplo, *Liv. l. 5. c. 23.* ſed quod primitus [e] ab Hebræis venerat; quo tempore ſub decima præda vota non res moventes tantum, * ſed & urbem, & agros venire & pontificibus judicatum eſt. Eodem victore prædæ de Faliſcis pars maxima ad quæſtorem redacta eſt, haud ita multum militi datum. *Ibid. c. 19.* Sic & [f] L. Manlius *prædam aut vendidit, quod ejus in publicum redigendum erat, aut cum cura ut quam æquiſſima eſſet per milites diviſit;* quæ [g] Livii verba ſunt. *Lib. 38. c. 23.*

2. [h] Genera in quæ præda dividi poteſt ſunt hæc: homines captivi, armenta & greges, quæ Græci, cum proprie loquuntur, [i] λείαν vocant, pecunia, res mobiles aliæ, pretioſæ aut viliores. Q. Fabius Volſcis devictis [k] λείαν & ſpolia per quæſtorem vendi jubet: argentum [l] ipſe defert. *Dionyſ. Ant. 8. 82.* Idem Volſcis & Æquis devictis captivos extra Tuſculanos militi donat, & in agro Ecetrano homines ac pecora diripienda concedit. *Idem l. 10. c. 21.* L. Cornelius Antio capto aurum, argentum, æs in ærarium defert: captivos & prædam per quæſtorem vendit: *Ibidem.* militi ea permittit quæ ad victum & veſtem pertinebant. Nec diſſimile huic Cincinati inſtitutum, qui Corbione Æquorum oppido accepto *Idem. l. 10. c. 25.*

„luptas populi, honos Deorum, & divitum ambitio. *Gron. h.* Exempla vide apud *Liv. l. 6. c. 42.* „& *l. 7. c. 11.* & *l. 4. c. 27.*

„(AD §. XX.) Auctor ait in eodem ſæpius bello „prædæ diſtributionem variatam fuiſſe, ita ut „Camillus decimam Diis, occupatis Faliſcis vero „maximam partem quæſtori dederit: Manlius „quoque aliquando prædam vendidit & fiſco intulit, aliquando militibus conceſſit: Cæterum „Auctor ait prædæ genera tria eſſe: homines, ar„menta, & pecunia.

„*a*) (ALITER ATQUE ALITER USURPATUM:) „Ita ut in uno bello præda Diis dicata, in altero in „fiſcum relata, vel militibus conceſſa ſit.

„*b*) (SED EODEM BELLO EADEM PRÆDA &c.) „Ita ut pars Duci, pars fiſco, pars militibus, pars „Diis &c. tributa fuerit.

„*c*) (AUT RERUM GENERIBUS DISTINCTIS:) „Ita ut homines Duci, armenta militibus, ar„gentum fiſco quæreretur: Res enim meri arbi„trii erat.

d) (Grot.) (APOLLINI:) Meminit & *Appianus* in *excerptis Peireſcianis.* (pag. 546.)

ADDITIO.

„Similia exempla Vide *ſupra* §. 16. *n.* 2. & apud „*Flor.* 1. 12. *Liv.* 5. 21. & 4. 21. *Val. Max.* 5. 6. „*n.* 8. *Juſt.* 20 3. *Cæſ. Bell. Gall. l.* 6. *Plutb. in Flaminio.* „*Alex ab Alex. Gen. dier.* 3. 22. *p.* 408.

„*e*) (AB HEBRÆIS:) *Vide ſupra* §. 1. *n.* 1. *Conf.* „*Num.* 31. *v* 28. & 30. *ſeq.*

„*) (SED & URBEM & AGROS VENIRE:) *Liv.* „*l.* 5. *c.* 19. Apud Hebræos res ſoli non ſub voto „comprehendebantur, quia Levitæ nihil quod ad „immobilia pertinebat poſſidere poterant.

„*f*) (L. MANLIUS:) Imo Cneus. *Gron. h. Vid.* „*infr. n.* 3.

„*g*) (LIVII:) *Lib.* 28. *c.* 23.

„*h*) (GENERA IN QUÆ PRÆDA DIVIDI POTEST SUNT HÆC:) Quæ totidem fere verbis recen„ſentur *Num.* 31. *v.* 20. Veſtimenta, vas, & quic„quid in utenſilia præparatum, aurum, argen„tum, æs, ferrum, plumbum, ſtannum, homi„nes, & armenta.

„*i*) (Λείαν:) i. e. ſpolia.

„k) (Λείαν & SPOLIA:) i. e. captivos & ar„menta.

„*l*) (IPSE DEFERT:) In triumpho *Vid.* §. 16. „*n.* 1.

accepto pretioſiora prædæ Romam miſit, cætera centuriatim diviſit.
Liv. l. 5. c. 22. Camillus captis Vejis, præter pecuniam ex venditione captivorum,
Id. m. nihil in publicum redegit; Hetruſcis devictis, captivisque venditis,
6, 4. ex ea pecunia aurum matronis *m* quod contulerant perſolvit, pate-
Idem. ras tres aureas in Capitolio poſuit. Coſſo dictatore, ex Volſcis præ-
6, 13. da omnis præter libera corpora militi conceſſa eſt.

Dion. Halicar. Excerpt pag. 714. 3. Fabricius ſuperatis Lucanis, Brutiis, Samnitibus, militem di-
tavit, tributa civibus reddidit, *n* quadringenta talenta *o* in ærarium
Liv. 25, 14. retulit. Q. Fulvius & Appius Claudius cum Hannonis capta eſſent
caſtra prædam vendiderunt, diviſeruntque, donatis quorum opera
App. Pun bell. pag. 33. fuerat ſingularis. Scipio capta Carthagine quæ in urbe erant dedit
diripienda militi, excepto auro, argento, *p* donariis. Acilius capta
Liv. lib. 27. c. 5. Lamia partim diviſit, partim vendidit prædam. *q* Cn. Manlius vi-
ctis Gallogræcis, concrematis ex Romana ſuperſtitione hoſtium ar-
Liv. lib. 38. c. 23. mis, caeteram praedam conferre omnes juſſit, & aut vendidit quod
ejus in publicum redigendum erat, aut *r* cum cura, ut quam aequiſ-
ſima eſſet, in milites diviſit.

§. XXI.

1. Ex his quæ diximus apparet, non minus apud Romanos, quam apud alias gentes pleraſque *a* prædam fuiſſe populi Romani, ſed ejus diſpenſandæ *b* arbitrium aliquod imperatoribus conceſſum, ita tamen ut, quod *c* ante diximus, rationem actus ſui populo deberent, quod inter alia docet exemplum L. Scipionis, qui damnatus eſt
Lib 5. c. 3. & Liv. lib. 38, 55. *d* peculatus judicio, ut loquitur Valerius Maximus, *e* quadringenta octo-

„*m*) (QUOD CONTULERANT:) De ornatu ſuo „& mundo ad crateram auream Apollini Delphos „portandam. *c. 25.*

„*n*) (QUADRINGENTA TALENTA:) 200000. „Philipp. *Gron. h.*

o) (Grot.) (IN ÆRARIUM RETULIT:) Et Fabius pecuniam venditorum hominum capto Tarento, cum prædæ reliquum militibus diſpertiſſet. [Aliter rem narrat LIVIUS, *Lib.* XXVII. c. 16. num 7. & PLUTARCHUS, *Vit. Fab.* pag. 187. C. Confudit forte Auctor noller, quod Hiſtoricus Latinus paulo infra refert de *Scipione* ubi *Hasdrubalem* deviciſſet, Cap. 19. n. 2. *J. B*]

„*p*) (DONARIIS:) Templorum ornamentis. „*Gron. h.*

„*q*) (CN. MANLIUS:) Eadem hæc hiſtoria eſt „quam *ſupra n.* 1. Lucio Manlio errouee tribuit. „*Gron. h.*

„*r*) (CUM CURA, UT QUAM ÆQUISSIMA ES„SET:) Proportionem vide *ſupra.* §. 17. *n.* 2.

„(AD §. XXI.) Auctor igitur concludit prædam „actu bellico captam non eſſe ſingulorum ſed po„puli. Addit, Imperatores, licet eis prædæ diſpen„ſandæ arbitrium aliquando conceſſum fuerit, „rationes tamen populo reddere debuiſſe: Unde „ſæpius ideo accuſatos, quin & milites ob ſurre„ptam prædam peculatus reos factos fuiſſe,

„*a*) (PRÆDAM FUISSE POPULI ROMANI &c.) „Cujus jure & nomine bellum gerebatur: Adeo„que cujus negotium erat.

„*b*) (ARBITRIUM ALIQUOD IMPERATORIBUS „&c.) Intra fines fel adminiſtrationis; tunc eoim „tacite illud arbitrium conceſſum videtur.

„*c*) (ANTE:) *Vide ſupra* §. 15.

„*d*) (PECULATUS JUDICIO:) Is enim qui præ„dam ab hoſtibus captam ſurripuit apud Roma„nos lege peculatus tenebatur. *l. ff. ad L. Jul. de* „*pecul. ibique Goth.*

„*e*) (QUADRINGENTA:) Et ſex millia pondo „auri. *Vid. Gron. h.* Add. *Liv. l. 38. c. 55.*

„*f*) (ET

octoginta argenti plus accepiſſe quam in ærarium retuliſſet: *f* & aliorum quos ante retulimus.

2. M. Cato in oratione quam de præda ſcripſit, vehementibus atque illuſtribus verbis, ut ait Gellius, de impunitate peculatus at- *Lib. 11.*
que licentiæ conqueſtus eſt: ex qua oratione hoc exſtat fragmen- *c. 16.*
tum: *Fures privatorum furtorum g in nervo atque compedibus ætatem agunt. Fures publici in auro atque purpura.* Idem alibi dixerat, *Priſc.*
mirari ſe, audere quemquam capta bello ſigna pro ſupellectile domi ſta- *libro 7 in fin. pag.*
tuere, Ita & Verri peculatus invidiam auget Cicero, quod ſignum *782. Verr.*
ſuſtuliſſet, & quidem *h* captum de praeda hoſtium. *4. c. 41.*

3. Nec imperatores tantum *i* ſed & milites peculatus praedae nomine tenebantur, ſi nempe eam in publicum non detuliſſent: adigebantur enim omnes ſacramento, ut ait Polybius. περὶ τῦ μηδένα *Hiſt. 10,*
νοσφίζεσθαι μηδὲν τῶν ἐκ τῆς διαρπαγῆς, ἀλλὰ τηρεῖν τὴν πίστιν κατὰ τὸν ὅρκον: *16.*
nihil quemquam ex præda interverſurum, ſed fidem ſervaturos ex religione ſacramenti. Quo forte referri poteſt *k* formula jurisjurandi apud Gellium, qua militi imperatur ne quid tollat in exercitu, decem- *Lib 16.*
que millia paſſim paſſuum prope; quod pluris ſit nummi argentei, *c. 4.*
aut ſi ſuſtulerit ad Conſulem proferat, aut triduo proximo profiteatur. Hinc intelligi poteſt quid ſit quod *l* Modeſtinus dicit: *Is qui* *L. fen.*
prædam ab hoſtibus ſurripuit peculatus tenetur: quod vel unum ſatis *ad l. Jul. pecul.*
eſſe debuit *m* ut juris interpretes moneret ne ex hoſtibus capta ſingulis acquiri crederent, cum conſtet *n* peculatum non eſſe niſi in re *L. 1. eod.*
publica, ſacra, aut religioſa. Haec omnia eo pertinent, ut appareat, *tit.*
quod *o* ſupra diximus, *p* ſemota lege civili, *q* & primo, in bellicis actibus capta *r* populi aut regis bellum gerentis fieri.

§. XXII.

„*f*) (ET ALIORUM:) *Vid.* §. 17. *n.* 7.

„*g*) (IN NERVO:) In vinculis carceris *Gron. h.*

„*h*) (CAPTUM DE PRÆDA HOSTIUM:) Exemplum huc non pertinet: Nam id ſimulacrum „Mercurii Scipio, deſtructa Carthagine, de Pœnorum hoſtium præda dono dederat Tyndaritanis „in Sicilia, a quibus id abſtulit Verres. *Vid.* „*Gron. h.*

„*i*) (SED & MILITES PECULATUS:) Quia revera pecuniam publicam ſurripiunt.

„*k*) (FORMULA JURISJURANDI:) Quo milites „jurabant ſe in exercitu, decemque millia paſſuum „prope, furtum non facturos &c. ſed intra triduum ſe profeſſuros quicquid invenerint vel ſurripuerint ſine dolo malo. *Gell. l.* 16. *c.* 4. Conf. „*Liv. 3. 20. l.* 10. *c.* 38. *l.* 22. *c.* 38. *Frontin.* 4. 1. „*Alex ab Alex.* 6. 18. *Ferd. III.* Kriegsart: 21. „*item Maxim. l. art.* 10.

„*l*) (MODESTINUS:) *L. p. ad l Jul. pecul.* Loquitur nimirum de eo qui prædam actu bellico „& publico captam ſurripit.

„*m*) (UT JURIS INTERPRETES MONERET:) „JCti loquuntur de captura quæ fit a ſingulis, hæc „omnino acquiritur capienti, etiam naturali ratione: ſecus ſi publica auctoritate res hoſtiles capiuntur.

„*n*) (PECULATUM NON ESSE NISI IN RE „PUBLICA:) §. 9. *Inſt. de publ. jud. l.* 9. §. 2. *l.* „4. *pr. L. Jul. pecul.*

„*o*) (SUPRA:) §. *13.*

„*p*) (SEMOTA LEGE CIVILI:) Adeoque inſpecta ſola ratione juris gentium voluntarii: At „tale jus gentium non dari ſæpius dictum eſt.

„*q*) (ET PRIMO:) Imo primo & directo per „actus belli privatos ſingulis acquiritur, quia ſuo „jure & nomine, non tanquam inſtrumentum capiunt. *Vid. ſupra* §. 10. & §. 12.

„*r*) (POPULI AUT REGIS BELLUM GERENTIS

 „FIERI

§. XXII.

1. Addimus ſemota lege civili, & primo ſive directe: illud, [a] quia de rebus nondum actu quaeſitis lex ad utilitatem publicam poteſt imperare, [b] ſive lex illa lex populi eſt [c] ut apud Romanos, ſive regis [d] ut apud Hebraeos, & alibi. [e] Sub legis autem nomine etiam conſuetudinem recte introductam volumus comprehendi. [f] Alterum illud eo pertinet, ut ſciamus ſicut [g] res alias ita & praedam poſſe a populo aliis concedi, nec tantum [h] poſt acquiſitionem [i] ſed & ante eam, ita ut [k] ſubſecuta captura conjungantur actiones brevi manu [l] ut loquuntur Juriſconſulti: nec tantum ea conceſſio nominatim fieri poteſt [m] ſed & in genere, ut viduis, ſenibus, & egentibus pupillis pars praedae data eſt * temporibus Maccabaicis, aut etiam perſonis incertis [n] ad exemplum miſſilium quae Romani Conſules capientium faciebant.

Maccab. 8. 28. 30

2. Neque vero haec juris translatio, quae lege aut conceſſu fit, [o] ſemper mera donatio eſt, [p] ſed interdum contractus, interdum aut [q] ſolutio ejus quod debetur, [r] aut renumeratio ob damna quae quis paſſus eſt, aut ob id quod ipſe bello impendit, ſive ſumtu, ſive opera,

„TIERI:) Si jure & nomine populi capiuntur, „quia ſinguli ſaltem ſunt inſtrumentum. Vid. §. 9. „10. & 14.

„a) (QUIA DE REBUS NONDUM ACTO QUÆSITIS LEX AD UTILITATEM PUBLICAM POTEST IMPERARE:) i. e. quia populus de jure ſuo prædæ pro lubitu diſponere, eamque ante victoriam tum Ducibus tum militibus permittere poteſt. „Et hoc eſt quod Auctor paſſim aſſerit legem „civilem poſſe dominium antevertere: *Vid. indicem* voce *dominium.*

„b) (SIVE LEX ILLA LEX POPULI EST, SIVE REGIS:) Populus enim in ſtatu populari, rex „vero in ſtatu regio jus leges ferendi habet.

„c) (UT APUD ROMANOS:) Nam etiam ſub „Cæſaribus & Auguſtis ſtatus fuit popularis. *Vid.* „*ſupra L.* 1. *c.* 3. §. 8. *lit. x.*

„d) (UT APUD HEBRÆOS:) Ubi itidem quicquid ſinguli auri & argenti rapuerant id ſuum „erat *Num.* 31. *v.* 53. Reliqua præda publice „capta dividebatur inter pugnantes, relicta quinquaſima parte Levitis. *Num.* 31. *v.* 26. & 27. „*Deut.* 20. *v.* 14.

„e) (SUB LEGIS AUTEM NOMINE:) Conſuetudo enim eſt lex tacita populi. *L.* 32. *ff. Legibus* „*l.* 35. *l.* 40. *Eod.*

„f) (ALTERUM ILLUD:) Scilicet quod *primo* „ſive *directe* præda ſit populi

„g) (RES ALIAS ITA & PRÆDAM POSSE A POPULO ALIIS CONCEDI:) Cum enim jus ejus „ſit, poteſt id omnino alii permittere.

„h) (POST ACQUISITIONEM:) Ubi præda jam „in populi poteſtatem & cuſtodiam eſt redacta.

„i) (SED & ANTE EAM:) Tunc enim tacita „ineſt conditio ſi capta fuerit.

„k) (SUBSECUTA CAPTURA CONJUNGANTUR ACTIONES BREVI MANU:) Rectius conditio, „ſub qua præda promiſſa eſt, exiſtit.

„l) (UT LOQUUNTUR JURISCONSULTI:) JCti „nullibi ita loquuntur: Traditio enim brevis manus, de qua JCti loquuntur, huc plane non „pertinet.

„m) (SED & IN GENERE:) Ut nemo excludatur, nec ſenes &c.

„*) (TEMPORIBUS MACCABAICIS:) Ut gratias „agerent Deo quod hoſtes in Judæorum manus „dediſſet. *Maccab.* 8. *v* 27. 28. & 30.

„n) (AD EXEMPLUM MISSILIUM:) Quæ ſpargebantur rapienda die inprimis Triumphi. *Gron.* „*h.* Conf. §. 45. *Inſt. de R. D.* & *ſupra l.* 2. *c.* „8 §. 25.

„o) (NEQUE SEMPER MERA DONATIO EST:) i. e. „non ſemper ex mera liberalitate fit.

„p) (SED INTERDUM CONTRACTUS:) Si ea lege ſubditi armant: quo pertinent die Caapers.

„q) (SOLUTIO EJUS QUOD DEBETUR:) Forte „loco ſtipendii militibus debiti. *vide ſupra* §. 17. „Exemplum eſt apud *Appian de bell. Pun. n.* 7.

„r) (AUT REMUNERATIO OB DAMNA:) *Vid.* „*ſupr.* §. 19.

„s) (NULLO STIPENDIO:) Uti de Parthis & „Brittannis teſtatur *Alex ab Alex l.* 6. *c.* 22. Quod „&

ra, ut cum ſocii aut ſubditi [s] nullo ſtipendio militant, aut non tali quod operae reſpondeat. [t] Nam ex his cauſis praedam aut omnem, aut ejus partem concedi ſolitam videmus.

§. XXIII.

Et illud quidem [a] tacita conſuetudine ubique ferme inductum Juriſconſulti noſtri notant, [b] ut ſua faciant quæ capiunt aut ſocii, aut [c] ſubditi qui ſine ſtipendio & ſuo ſumtu ſuoque periculo bellum gerunt. [d] Ratio in ſociis eſt evidens, quia naturaliter ſocius ſocio tenetur ad reparationem damnorum quæ ob negotium commune, aut publicum eveniunt. Adde quod opera quoque [e] gratis præſtari vix ſolet. *Sic medicis,* ait Seneca, *pretium operæ ſolvi quod deſerviunt*

Cald. conſ. 85. Job. Lupus de Bello §. ſi bene advert. Jaſon in l. quod apud hoſtes: de Legatis 1. Franc. a Ripa in l. 1. de aeq. poſſ. n. 5. Cov. ad C. peccatum p. 2. §. 11 n. 8 Bonfin. lib. 4 dec. 15. Sen. IV. de beneſ. 15.

„eſt de Romanis ante Cincinnatum traditur: Is „enim primus ex publico ſtipendia ſolvi juſſit. „*Liv. l. 3. c.* 19. & 20.

„*s*) (NAM EX HIS CAUSIS:) Superflua hæc „tota tractatio eſt. Cum enim præda publice ca- „pta ſit populi, is pro lubitu eam diſtribuere poteſt.

„*a*) (TACITA CONSUETUDINE UBIQUE FERME „INDUCTUM:) Talis tacita conſuetudo nullibi in- „ducta apparet, neque gentes ex illa obligantur.

„*b*) (UT SUA FACIANT QUÆ CAPIUNT AUT „SOCII:) Imo quæ publice capiuntur ſunt populi „cujus cauſam ſocii defendunt: Hi enim ſuo jure „bellum non gerunt, adeoque nec ulla utilitas ex „illo bello ad eos pertinere poteſt.

c) (Grot.) (SUBDITI QUI SINE STIPENDIO & „SUO SUMTU SUOQUE PERICULO BELLUM GE- „RUNT:) Vide *Cromerum* XIX. Polonicorum. „(pag. 430.)

d) (RATIO IN SOCIIS EST EVIDENS:) Quæritur ſi plures ſunt qui ſimul militant, cujus ſit præda? Reſp. ejus cujus cauſa militatur: Si proinde uni ſaltem injuria facta, eoque unum bellum, cauſaque unius ſit, omnis præda ad illum ſolum pertinet. Socii enim, qui eandem cauſam defendunt, ſunt ſaltem inſtrumentum agentis; uti ergo actio, ita & actionis commodum non eſt inſtrumenti ſed cauſæ. Atque hæc cauſa ſola jus belli habet, & dominus belli dicitur is ſolus cujus cauſa eſt. *R. Imp.* 1541. §. 54. *Conf. Flor. l.* 1. *c.* 18. *pr.*

At ſi eadem injuria pluribus communis eſt, communis quoque erit præda; idque diſputatum fuit inter ſucceſſores Alexandri: Ptolomæus enim & Caſſander legionem miſerunt Antigono, indeque prætendebant ut pecunia in præda capta provinciæque dividerentur. Et merito Ptolomæus indignatus eſſe traditur, quod Antigonus devictis diverſæ factionis ducibus ſolus communis victoriæ præmia corripuiſſet. *Juſt. l.* 15. *c.* 1. *Appian. bell. Syr. p.* 121. Equidem prætexebat Antigonus ſuo periculo bellum geſtum eſſe, ſed male: non enim quæritur cujus periculo bellum geſtum ſit, ita enim ſemper militibus præda deberetur, ſed cujus cauſa. Unde & eventus belli contra eum decidit. *Juſt. l.* 15. *c. f.* Quanquam hi ipſi victores poſtea inter ſe occaſione prædæ certaverint. *ibid.*

Si vero plures ſunt quibus injuria ſeorſim facta eſt, tunc unusquisque læſus injuriam ſibi illatam vindicat, adeoque plures cauſæ pluraque bella ſunt, etſi forte arctiſſimo ſocietatis vinculo inter ſe ad vindicandas injurias jungantur. Ita in bello anno 1688. inchoato Germani, Angli, Belgæ & Hiſpani ſocii fuere belli, at quisque propriam defendit injuriam. Ita in bello Turcico anno 1698. finito Imperator, Poloni, & Veneti ſociale bellum geſſere, & quilibet eorum ob ſeparatam injuriam. Pariter in bello initio hujus ſeculi geſto Angli, Belgæ, & Germani contra Gallos ſimul, ſed quilibet ex ſeparata cauſa geſſerunt bellum, adeoque prædam quoque ſibi ceperunt, vel eam juxta fœderis legem diſtribuerunt.

Atque ex his quoque decidendum eſt, ad quemnam onus belli pertineat? & ſimiliter dicendum pertinere ad eum cujus cauſa eſt: adeoque ſi cauſa unius eſt ad eum ſolum; ſi eadem cauſa communis eſt plurium, ad omnes pro rata ſi cujusque propria cauſa eſt, ad quemcunque eorum de cujus cauſa agitur.

Cæterum præterea circa ſocios belli notandum eſt, quod ſi ſocius recipiat rem ab hoſte communi mihi ablatam, ea mihi reſtitui jure poſtliminii debeat. *Vid. c.* 9. §. 9.

ADDITIO.

„Tota res dependet a fœdere: Si ſocius ſuis „ſumtibus alteri auxilia promiſit, hic nihil ei ſti- „pendii loco ſolvere tenetur: Si de certa merce- „de convenit, ea ſola debetur, adeoque prædæ „partem neutro caſu ſibi arrogare poteſt; ſi pla- „ne nihil dictum eſt de ſtipendio, ſumtus eroga- „re tenetur is qui ſocii opera utitur. *Vid. ſupr.* „*l.* 2. *c.* 16. §. 12. *n.* 3. Prædam igitur ſocii „ſemper in miniſterio publico capiunt.

„*e*) (GRATIS PRÆSTARI VIX SOLET:) *d. c.* „16. §. 12.

ſerviunt, quod a rebus ſuis avocati nobis vacant: [f] In oratoribus idem *Inſt. Orat. 12, 7.* æquum judicat [g] Quintilianus, [h] quia hæc ipſa opera tempusque omne alienis negotiis datum facultatem aliter acquirendi recidunt: *Ann. XI.* quod [i] Tacitus dixit: *omitti curas familiares, ut quis ſe alienis negotiis intendat.* [k] Credibile ergo eſt, [l] niſi cauſa alia appareat, puta aut beneficentia mera, aut contractus antecedens, [m] ſpem ex hoſtibus lucrandi ſpectatam in damni & operæ compenſationem.

§. XXIV.

1. In ſubditis id non æque evidenter procedit, [a] quia hi operam civitati debent: ſed contra occurrit quod [b] ubi non omnes ſed aliqui militant, his ipſis a corpore civitatis retributio debetur ejus quod plus cæteris operæ aut ſumptus impendunt, multoque magis damnorum [c] in cujus retributionis certæ locum ſpes prædæ totius aut partis incertæ facile, nec ſine ratione, conceditur. Sic *Propert. III. Eleg. 3, 21.* Poëta,

Præda ſit hæc illis quorum meruere labores.

2. [d] De ſociis exemplum eſt in fœdere Romano, quo Latini in *Liv. l. 2. c. 33. & Dion. l. 6. c. 45.* praedae partem aequam admittuntur in iis bellis [e] quae populi Romani auſpiciis gerebantur. Sic in bello quod Ætoli gerebant [f] adjuto- *Polyb. l. XI. c. 5. & Liv. 26, 24. 33, 13.*

„f) (IN ORATORIBUS:) i. e. advocatis: Nemini enim gratis operam meam præſtare teneor, „nec alius jus in meas actiones habet.

„g) (QUINTILIANUS:) *l. 12. c. 7. & l. 4. c. 1.*

„h) (QUIA HÆC IPSA OPERA TEMPUSQUE:) „Imo vera ratio eſt quod ego in medici & advo„cati operas nullum jus habeam, adeoque cum „iis utor, & illi operam non niſi dato honorario „præſtare ſoleant, æſtimationem actionis ſolvere „teneor, quæ cum natura certo definita non ſit, „a judice determinari debet, & apud Romanos ex„traordinaria cognitione determinari ſolebat. *tot. „tit. ff. de extraord. cogn.*

„i) (TACITUS:) *Ann. XI. 7. 2.*

„k) (CREDIBILE ERGO EST:) Jus naturæ non „oritur ex eo quod credibile eſt, ſed de quo certo „conſtat: Præterea dictum jam eſt, ſociis qui ali„enam cauſam defendunt jus prædæ non compe„tere.

„l) (NISI CAUSA ALIA APPAREAT, PUTA AUT „BENEFICIUM AUT CONTRACTUS ANTECEDENS:) „Si ſcilicet apparet ſocium gratis opem ferre vo„luiſſe, vel ita pactum ſit: Nam ſocius pro lu„bitu de ſua opera diſponere poteſt.

„m) (SPEM EX HOSTIBUS LUCRANDI SPECTA„TAM IN DAMNI & OPERÆ COMPENSATIONEM:) „Vide *Plutarchum* Marcello. (pag. 302.)

„a) (QUIA HI OPERAM SUÆ CIVITATI DE„BENT:) Cives enim, dum in ſocietatem civilem „coeunt, ea intentione id faciunt ut civitatem „operis & opibus defendere velint. *Liv. l. 4. c. 60.*

„b) (UBI NON OMNES SED ALIQUI MILITANT, „HIS IPSIS A CORPORE CIVITATIS RETRIBUTIO „DEBETUR:) Quia omnes cives æqualiter, adeoque „non unus præ altero, civitatem defendere tenentur.

„c) (IN CUJUS RETRIBUTIONIS CERTÆ LO„COM SPES PRÆDÆ TOTIUS, AUT PARTIS IN„CERTÆ &c. CONCEDI &c.) Hoc dependet ab „arbitrio victoris, ſi præda in miniſterio publico „capta eſt.

d) (Grot.) (DE SOCIIS EXEMPLUM EST:) Priſcis Latinis tertias prædæ populus Romanus præſtabat. *Plinius* lib. XXXIV, 5. Pro modo miſſi militis prædam partiuntur pagi Helvetici, teſte *Simlero:* pro modo ſumtuum partiti Pontifex, Imperator, Veneti, bello contra Turcam. *Paruta* VIII. Pompejus Armeniam minorem Dejotaro Galatiæ regi donavit, quia ſocius belli Mithridatici fuerat. [Poſtremum iſtud habet Auctor ex EUTROPIO, *Breviar.* Lib. VI. Cap. IX. Vide etiam STRABONEM, *Geogr.* Lib. XII. p. 547. Ed. pariſ. *J. B.*]

ADDITIO.

„In allegatis exemplis res pacto erat deciſa: at „quid jure naturæ obtineat, ſi nihil dictum eſt, præ„cedenti §. vidimus.

„e) (QUÆ POPULI ROMANI AUSPICIIS:) Adeo„que ubi cauſa erat Romanorum.

„f)

jutoribus Romanis, Ætolis quidem urbes & agri, Romanis autem captivi & res mobiles cedebant. Poſt victoriam de rege Ptolemaeo, partem praedae Athenienſibus dedit Demetrius. Ambroſius hiſto- *Plut. Demetr.* riam tractans Abrahami moris hujus aequitatem oſtendit: *Sane his* *p.896.A.* *qui ſecum fuiſſent, in adjumentum fortaſſe ſociati, partem emolumenti* *Lib 1. de Abrah c.* *tribuendam aſſerit, g tanquam mercedem laboris.* *3.*

3. De ſubditis exemplum eſt in populo Hebraeo, apud quem pars *Num 31, 27.47. &* pradae dimidia cedebat [h] his qui in procinctu fuerant. Sic & Ale- *1 Sam. 30, 22.* xandri miles [i] praedam privatis ereptam ſuam faciebat, niſi quod *& deinceps. Vide & 2* [k] eximia quaedam ſolitus eſſet ad regem referre: unde accuſatos *Mac. 8,* eos videmus qui ad Arbela conſpiraſſe dicebantur, de praeda omni *28. 30.* ita ſibi vindicanda, ut nihil in aerarium deferrent. *Plut. apophe. p.180.C*

4. [l] At quae publica hoſtium aut regis fuerant, exemta erant huic licentiæ. Ita legimus Macedonas, cum Darii caſtra ad Piramum amnem irrupiſſent, ingens auri argentique pondus diripuiſſe, nec quicquam reliquiſſe intactum [m] præter regis tabernaculum: *tradito more,* inquit [n] Curtius, *ut victorem victi regis tabernaculo exciperent.* *Lib. 3.* Unde non abit mos Hebræorum, qui [o] victi regis coronam *c. 11.* regi imponebant victori, [p] eidemque aſſignabant (quod in Thal- *2 Sam. 12, 30.* mudicis Digeſtis legitur) regiam ſupellectilem bello captam: & *Tit. de* quod in rebus geſtis Caroli Magni legimus, cum is Hungaros vicifſet, *rege.* privatas opes militi, regias ærario ceſſiſſe. At apud Græcos [q] λάφυρα erant publica ut ante oſtendimus, [r] σκῦλα ſingulorum. Vocant autem σκῦλα ea quæ durante certamine eripiuntur hoſti, λάφυρα quæ poſt certamen: [s] quod diſcrimen & aliis gentibus nonnullis placuit. *Arius de bello n. 162.*

5. At *Bellin. p. 2. tit. 18. n. 3. Douell. l. 4. Com. c. 21. Sylv. in verbo bellum 1. in pr. ex Roſell. Weſemb. ad §. 17. Inſt. de rer. div.*

„f) (ADJUTORIBUS ROMANIS:) Adverſus Philippum.

„g) (TANQUAM MERCEDEM LABORIS:) Sociis „enim ſuis, Aner, Eſchol & Mambre voluit partes ſuas tribui *Gen. 14 n. 24.*

h) (Grot.) (HIS QUI IN PROCINCTU FUERANT:) Piſidæ partem prædæ dabant his qui domos ſervarant. *Chalcocondilas* lib. v.

ADDITIO.

„Vide *Num. 31. v. 26. & 27. 30. 36. 42. & 4.* „*Deut. 20. v. 14.* Simile exemplum eſt in tribubus Ruben & Gad, quibus juſſit Joſue dividere „prædam cum eis qui civitatem interim defendebant. *Jos. 22. v. 8.*

„i) (PRÆDAM PRIVATIS EREPTAM:) Idem „quoque apud Hebræos obtinuit. *Num. 31. v. 53.*

„k) (EXIMIA QUÆDAM:) *De quo vide* 6. 17.

„l) (AT QUÆ PUBLICA HOSTIUM &c. FUERANT EXEMTA ERANT HUIC LICENTIÆ:) Et „populo reſervata.

„m) (Grot.) (PRÆTER REGIS TABERNACULUM:) Vide & *Diodorum* libro XVII. (c. 35) & „*Plutarchum* Alexandro (pag. 976.) Similia vide „apud *Xenophontem* II. de Cyro, (*Cap. 6. §. 6.*) „& belli ſui IV. (*Cap. 4. §. 13.*) & VII.

„n) (CURTIUS:) *l. 3. c. 11.*

o) (VICTI REGIS CORONAM REGI IMPONEBANT:) „Nam victo rege Ammonitarum diadema regis „impoſitum eſt ſuper caput David. *2 Sam. 12. v. 30.*

„p) (EIDEMQUE ASSIGNABANT:) Apud Hebræos jus prædæ tale erat: Theſauri regum regi „cedebant; de cæteris altera pars eidem, altera „ſingulis militibus, & impedimentorum cuſtodibus. *Selden d. l. p 785. & 787.*

„q) (Λάφυρα ERANT PUBLICA:) Quia ab „exercitu, adeoque jure publico capiebantur.

„r) (Σκῦλα EA QUÆ DURANTE CERTAMINE „ERIPIUNTUR HOSTI:) Hæc enim privatis eripi„untur a privatis.

„s) (QUOD DISCRIMEN & ALIIS GENTIBUS NON-

5. At apud Romanos veteri quidem republica [t] non tantum fuiſſe conceſſum militibus, ſatis apparet ex his quæ [u] ſupra diximus. Pluſculum [v] indulgeri cœpit militi in bellis civilibus. Ita a Sullano milite [w] Æquulanum direptum legis. Et Cæſar poſt pugnam Pharſalicam, caſtra Pompejana [x] militi dat diripienda cum hoc dicto apud [y] Lucanum.

App. Civ. l. 2. p. 380. Lib. 7. v. 738. & ſeq.

Supereſt pro ſanguine merces,
Quam monſtrare meum eſt; nec enim donare vocabo
Quod ſibi quisque dabit.

App. civil. l. 4. p. 661. Bruti & Caſſii caſtra diripuerunt Octaviani & Antoniani milites. [z] Bello civili alio Flaviani ad Cremonam ducti, quanquam inſtabat nox, coloniam divitem feſtinant impetu capere; veriti alioqui ne opes Cremonenſium in ſinu præfectorum legatorumque eſſent, gnari ſcilicet, ut [aa] Tacitus loquitur, *expugnatæ urbis prædam ad ducem pertinere.* Hiſt. 3, 19.

6. Atque id langueſcente diſciplina eo libentius conceſſum militi, ne [bb] manente periculo omiſſis hoſtibus [cc] præda manus impediret, quod [dd] plurimas ſæpe victorias corrupit. Cum caſtellum Volandum in Armenia Corbulo expugnat, *Imbelle vulgus*, narrante Tacito, *ſub corona venditum, reliqua præda victoribus ceſſit.* Apud eundem ſcriptorem in praelio Britannico Suetonius ſuos hortatur, ut caedem continuent praedae immemores: addens, [ee] parta victoria cuncta ipſis ceſſura: qualia & alibi paſſim invenias. Adde quod [ff] ex Procopio [gg] jam modo attulimus.

Tac. ann. 12, 39. Ann. 14, 36.

7. Sunt

„NONNULLIS PLACUIT:) Jure naturæ quid obtine-„at vidimus ſupra.

„t) (NON TANTUM FUISSE CONCESSUM:) Di-„ximus prædam jure Romano capientibus ceſſiſſe: „adeoque populo ſi populus per exercitum ce-„pit, privatis vero ſi privati ceperunt.

„u) (SUPRA:) §. 12. §. 13. n. 4. §. 14. §. 15. §. „16. 17. 21.

„v) (INDULGERI COEPIT MILITI IN BELLIS „CIVILIBUS:) Ibi quicquid agitur mera injuria „eſt, adeoque jus prædæ inde decidi non poteſt.

„w) (ÆQUULANUM:) Arpinorum oppidum. „Gron. h.

„x) (MILITI DAT DIRIPIENDA:) Res arbitrii „id erat, & ad conciliandos militum animos id „factum.

„y) (LUCANUS:) l. 7. v. 738.

„z) (BELLO CIVILI ALIO:) Inter Vitellium & „Veſpaſianum *Gron. h.*

„aa) (TACITUS:) *l. 3. Hiſt. c. 33. & 34.*

„bb) (MANENTE PERICULO:) Nondum omni „prælio confecto.

„cc) (PRÆDA MANUS IMPEDIRET:) Quo mi-„nus apti reddebantur milites ad reſiſtendum.

„dd) (PLURIMAS SÆPE VICTORIAS CORRUPIT:) „Exempla vide apud *Curt. 5. 1. Liv. 3. 2. Marcell.* „*23. 15. Thuan. l. 20. p. 413. & l. 33. p. 677.*

„ee) (PARTA VICTORIA CUNCTA IPSIS CES-„SURA:) Similia Alexander profert apud *Curt* „4. 15.

ff) (Grot.) (EX PROCOPIO:) Is Vandalicorum II. (*Cap.* 21.) narrat, Salomoni in Levatas bellum gerenti infenſos fuiſſe milites, quod prædam detineret. Dicebat id ſe facere ut bello finito diſtribueret pro cujusque meritis. Et Gothicorum II. (c. 7.) omnem ex Piceno prædam convectam ad Beliſarium qui eam pro meritis divideret; addita cauſa: ὐ γὰρ δίκαιον ὑφ' ἑτέρων μὲν τοὺς κηφῆνας πόνῳ μεγάλῳ ἀπόλλυσθαι, ἄλλους δὲ τοῦ μέλιτος ἀδεῶς ταλαιπωρίας ὀνίνασθαι *non æquum eſſe ab aliis magno labore fuco interfici, alios autem ſine ulla moleſtia melle veſci.*

„gg) (JAM MODO ATTULIMUS:) *Supra §. 11.* „*n. 1.*

„bb)

7. Sunt autem quædam tam exigua, *hh* ut publicari digna non ſint; hæc ubique ſolent capientes ſequi populi conceſſu. Talia erant vetere Romana republica, haſta, haſtile, ligna, pabulum, *ii* uter, follis, kk facula, & ſi quid minoris eſſet nummi argentei. Nam has exceptiones ſacramento militari additas apud *ll* Gellium legimus. Cui non diſſimile eſt quod nautis etiam ſtipendio militantibus conceditur. Galli deſpoliationem aut *mm* pilagium vocant, *nn* & eo comprehendunt veſtem, aurum quoque & argentum intra decem ſcutatos. Alibi pars aliquota prædæ militibus datur; ut in Hiſpania * modo quinta, modo tertia, alias dimidia penes regem manet: & ſeptima, interdum decima penes ducem exercitus: cætera ſunt capientium: *oo* exceptis navibus bellicis quæ totæ regi cedunt.

Lib. 16 c. 4.
Conſt. Gall lib. 20, tit. 13. art. 10. & 16.
Leg. Hiſp. lib. 4, tit. 26, p. 2.

8. *pp* Eſt & ubi operæ, periculi, ſumtuumque habita ratione partitio inſtituitur, *qq* ut apud Italos captæ navis pars tertia cedit domino navis victricis, tantundem ferunt quorum merces in navi erant, tantundem hi qui pugnaverunt. Nec non & illud accidit, ut qui *rr* ſuo periculo ac ſumtu bellum miniſtrant non totam prædam auferant, ſed partem debeant publico, aut ei *ss* qui ex publico jus ſuum trahit. Sic apud Hiſpanos ſi in bello naves privatis ſumtibus inſtruantur, de præda pars regi, pars & mari præfecto debetur. Galliæ moribus decimam fert maris præfectus: Sic & apud Hollandos: ſed hic quinta prius prædæ pars *tt* a republica deducitur. Terra vero paſſim nunc uſurpatur, *uu* ut in direptionibus oppidorum & præliis ſuum quisque faciat quod cepit: *vv* in excurſibus vero capta *ww* communia

Conſulatus maris cap. 285.
Leg. Hiſp. lib. 19. tit. 26 p. 2. l. 14.
Conſt. Gall lib. 20. tit. 14. art. 1. Inſtruct. rei marit. c. 22.

„*hh*) (UT POBLICARI DIGNA NON SINT:) Non „ſit operæ precium ærario aut populo ea vindica„re. *Gron. h.*

„*ii*) (UTER:) Aquæ aut potionis cauſa. *Gro„nov. h.*

„kk) (FACULA:) Tum ad alios uſus, tum „nocturni itineris ergo &c. *Suet. Jul.* 31. „*Gron. h.*

„*ll*) (GELLIUM:) *Noct. Att.* 16. *c.* 14. Vide „ſupra §. 21. *n.* 3.

„*mm*) (PILAGIUM:) Gallis *pillage.*

„*nn*) (ET EO COMPREHENDUNT:) Id meri ju„ris civilis eſt. Conf. *Thuan. l.* 48. *p.* 990.

*) (Grot.) (MODO QUINTA:) Eum & Turcis morem tribuit *Leunclavius* libro III. & libro V.

oo) (Grot.) (EXCEPTIS NAVIBUS BELLICIS:) Sic machinæ bellicæ regibus exceptæ apud Gothos. *Johannes* Magnus hiſtoriæ Suedicæ libro XI, c. 11. [Nil ibi.]

„*pp*) (EST & UBI OPERÆ:) Præda populi eſt: „qui diſtribuere eam in milites poteſt pro lubitu, „quæ res meræ prudentiæ eſt.

„*qq*) UT APUD ITALOS:) Id pariter meri juris „civilis eſt.

„*rr*) (QUI SUO PERICULO AC SUMTU BELLUM „MINISTRANT NON TOTAM PRÆDAM AUFE„RANT:) v. g. die Caapers, quibus ſub conditio„ne certam portionem fiſco inferendi præda con„ceditur.

„*ss*) (QUI EX POBLICO JUS SUUM TRAHIT:) „i. e. præfecto claſſis, aut maris. *Gron. h.*

„*tt*) (A REPUBLICA DEDUCITUR:) Vindicatur „ærario. *Vide Gron. h.*

„*uu*) (UT IN DIREPTIONIBUS OPPIDORUM & „PRÆLIIS:) Dependet hoc a lege ſuperioris bel„lum gerentis.

„*vv*) (IN EXCURSIBUS:) Durch die Parthey„gänger.

„*ww*) (COMMUNIA FIANT:) Non ſingulorum „capientium: ea enim intentione coeunt, ut præ„dam communiter agerent.

munia fiant eorum qui in comitatu ſunt, xx inter ipſos pro dignitatis ratione partienda.

§. XXV.

a Hæc autem eo pertinent, ut ſciamus ſi apud populum b bello non permixtum c controverſia oriatur de re bello capta, addicendam rem ei d cui favent leges aut mores populi a cujus partibus res capta eſt: e quod ſi ejus nihil probetur, f ex jure gentium communi rem ipſi populo adjudicandam, g ſi modo ea res in actu bellico capta eſt. Nam h ex his quæ dicta jam ante a nobis ſunt ſatis *Lib. 5. c. 10.* apparet non omnino verum eſſe id quod pro Thebanis adfert Quintilanus; i in eo quod in judicium deduci poteſt nihil valere jus belli; k nes armis erepta niſi armis poſſe retineri.

§. XXVI.

1. Quæ vero res hoſtium non ſunt, a etſi apud hoſtes reperiantur,

„xx) (INTER IPSOS PRO DIGNITATIS RATIONE:) Præcipuum enim accipere ſolet is qui reliquis præeſt. *Vid. ſupr.* §. 17. n. 3.

„(AD §. XXV.) Auctor poſtquam varios gentium „circa prædæ diſtributionem mores expoſuit, uſum „hujus rei in eo ponit, quod, ſi controverſia „quædam oriatur apud medios de re bello capta, „addici debeat res juxta mores & leges ejus qui „cepit: Si tales mores non probantur, rem decidi „debere, ait, juxta leges juris gentium voluntarii.

„At ſi dicendum quod res eſt, negamus (1) ſi inter „hoſtes ipſos de præda lis ſit controverſias tales apud „medios decidi poſſe: eum enim medii utriusque fa„ctum pro jure habeant, rem in eo ſtatu relinquere de„bent quo fuit eum ad eorum fines perveniret, ſive ei „faveant mores & leges, ſive non; medii enim ha„ctenus non ſunt judices competentes: Unde (2) „conſtat verum non eſſe quod, ſi tales leges non „probentur, medii rem decidere debeant ex jure „gentium voluntario: præterea enim quod tale „jus gentium voluntarium non exiſtat, dictum „jam eſt medios de actu extra eorum territorium „inter duas ſummas poteſtates geſto judicium ferre „non poſſe: adeoque res manet in eo ſtatu quo „fuit cum in territorium deferebatur.

„a)(HÆC AUTEM :) Quæ de moribus locorum „allegata ſunt.

„b) (BELLO NON PERMIXTUM:) Adeoque me„dium inter utramque partem.

„c) (CONTROVERSIA ORIATUR DE RE BELLO „CAPTA:) Nimirum circa ejus diviſionem.

„d) (CUI FAVENT LEGES AUT MORES POPULI „&c) Si proinde leges populi arbitrium conce„dunt Imperatori §. 15. vel prædam referunt ad „ærarium §. 16. vel eam dividunt militi §. 17. aut „aliis concedunt §. 18. §. 19. &c. medii juxta illas „leges ex hypotheſi Auctoris pronunciare debent.

„e) (QUOD SI EJUS NIHIL PROBETUR:) i. e. ſi „legibus & moribus populi a cujus partibus res „capta eſt, de diviſione prædæ nihil ſtatutum eſt.

„f) (EX JURE GENTIUM COMMUNI RES IPSI „POPULO ADJUDICANDA:) Omnia quæ h. §. con„tinentur gratis dicuntur: Nam (1) ſi de prædæ „diviſione lis eſt inter populum & privatos capien„tes, medii judices eſſe non poſſunt, etſi præda „in eorum territorium delata ſit. (2) Negamus „deciſionem *ex jure gentium communi* deſumen„dam eſſe, quia tale jus gentium non exiſtit. Ad„eoque (3) ipſe populus a cujus partibus res capi„tur cauſa cognita judicare debet an præda in mi„niſterio publico capta ſit, an in actu privato: Id„que (4) non jure gentium voluntario, ſed ipſo „naturæ jure ſtatutum eſſe vidimus *ſupra* §. 10. *ſeq.*

„g) (SI MODO EA RES IN ACTU PUBLICO CA„PTA EST:) Nam ſi in actu privato capitur, præ„da cedit capienti naturali quoque jure. *Vid.* „*ſupra* §. 12.

„h) (EX HIS QUÆ DICTA JAM ANTE A NO„BIS SUNT:) Scl. de variis legibus civilibus circa „diviſionem prædæ.

„i) (IN EO QUOD IN JUDICIUM DEDUCI POT„EST NIHIL VALERE JUS BELLI:) Auctor ideo „hoc axioma verum non eſſe putat, quia præda „jure belli capta in judicium deduci poteſt: judi„cem enim ex communi gentium jure cauſam de„cidere debere dixit. *Vid. lit. f.*

„k) (NEC ARMIS EREPTA NISI ARMIS POSSE „RETINERI:) Neque hoc axioma Auctor appro„bat, quia præda armis erepta apud medios non „armis ſed judicio retinetur: Diximus totam hanc „quæſtionem parum utilitatis habere.

„a) (ETSI APUD HOSTES REPERIANTUR, CA-

„PIEN-

tur, capientium non fiunt: id enim, ut [b] jam ante diximus, [c] nec naturali juri congruit, [d] nec jure gentium introductum eſt. Sic Romani Pruſiæ dicunt. [e] *Si is ager Antiochi non fuiſſet, eo ne populi quidem Romani factum apparere.* Si quod tamen [f] in illis rebus jus habuit hoſtis quod poſſeſſioni connectatur, puta pignoris, retentionis, [g] ſervitutis, [h] id quo minus capientibus acquiratur nihil obſtat.

Hoc c. §. 3.

Liv. l. 45. c. 44.

2. Solet & hoc quæri, [i] an extra territorium utriusque partis bellum gerentis capta fiant capientium: [k] quod & de rebus & de perſonis ſolet in controverſiam vocari. Si [l] jus ſolum gentium reſpicimus, puto locum hic non conſiderari, ſicut & hoſtem [m] ubique recte interfici diximus. Sed qui in eo loco imperium habet [n] poteſt lege ſua prohibere ne id fiat; [o] & ſi contra legem factum ſit, [p] de eo tanquam de delicto poſcere poteſt ut ſibi ſatisfiat. [q] Simile eſt quod in agro alieno capta fera dicitur capientium fieri, ſed a domino agri prohiberi poſſe acceſſum.

L. 3 D. de adq. rer dom. l. 16 D. de Servit præd ruſtic.

§. XXVII.

„PIENTIUM NON FIUNT:) Quia non ſunt res hoſtiles.

„b) (JAM ANTE:) *ſupra* §. 5.

„c) (NEC NATURALI JURI CONGRUIT:) Quia „injuriam non fecere domini ad quos res illæ per„tinent, nec injuriam ejus qui bellum gerit de„fendunt.

„d) (NEC JURE GENTIUM:) Tale non dari „toties dictum eſt.

e) (Grot.) (SI IS AGER ANTIOCHI NON FUISSET, EO NE POPULI QUIDEM ROMANI FACTUM APPARERE:) Sic nec Bochi factus ager victo Jugurtha is qui non Jugurthæ ſed Bochi [*Maſſiniſſa* voluit dicere Auctor] liberorum fuerat. *Appianus* exc. legationum 28 Simile vide apud *Crantzium* Saxonicorum XII. (*Cap.* 7.)

„f) (IN ILLIS REBUS JUS HABUIT HOSTIS:) „Tunc enim hæc jura ſunt hoſtilia, eoque hoſti „eripi poſſunt.

„g) (SERVITUTIS:) Præſidii &c.

„h) (IN QUO MINUS CAPIENTI ACQUIRATUR:) „Jus enim hoc ad hoſtem pertinet, quem ſpolia„re licet.

„i) (AN EXTRA TERRITORIUM:) Hoc depen„det a quæſtione, an extra territorium utriusque „partis bellum gerentis lædere liceat hoſtem? Quam „ſupra *l.* 3. *c.* 4. §. 8. examinavimus.

„k) (QUOD & DE REBUS & DE PERSONIS:) „Nimirum an in terra media perſonam & rem „hoſtis capere liceat.

„l) (JUS SOLUM GENTIUM:) Fruſtra hoc re„ſpicitur, cum tale jus non exiſtat.

„m) (UBIQUE RECTE INTERFICI:) Quod refu„tavimus *d. c.* 4. §. 8.

„n) (POTEST LEGE SUA PROHIBERE NE ID „FIAT:) Imo, ſi jure naturæ vel gentium liceret „res hoſtiles in terris mediorum capere, jus hoc „natura quæſitum auferri ab aliis populis non „poſſet: Vera igitur ratio cur res hoſtilis capi „in terra media non poſſit hæc eſt, quod bel„lum gerentes in terris mediorum privati ſint, „& imperio ac judicio Pacati ſubſint, indeque ni„hil vi agere poſſint. Hoſtes igitur invicem „vim ſibi inferre in terra media non poſſunt, „non quia pacatus id lege ſua prohibuit, ſed ex „ipſa lege naturæ.

„o) (ET SI CONTRA LEGEM FACTUM SIT:) „Diximus injuriam fieri ipſo naturæ jure.

„p) (DE EO TANQUAM DE DELICTO POSCERE:) „Dominus igitur territorii de violata juriſdictione „queri, & injuriam ſibi hoc actu illatam bello vin„dicare poteſt: Imo ipſe hoſtis, qui in alieno ter„ritorio tutus eſſe debet, de injuria queri poteſt, & „hæc injuria pertinet ad cauſas ſubnaſcentes, de „quibus Auctor egit *ſupra c.* 3. §. 1. *n.* 3. Conf. „*infr. c.* 13. §. 3. *n.* 1.

„q) (SIMILE EST:) Feram capere quilibet ju„re naturæ poteſt, captamque ſuam facit: At ſi „dominus fundi ingreſſum prohibuerit, injuria„rum ei tenetur capiens non quod feram occupa„vit, id enim jure ſuo facere potuit, ſed quod in„greſſus ſit fundum alienum invito domino: *Vid.* „*ſupra L.* 2. *c.* 2. §. 5.

„Hoc exemplum male applicatur ad caſum præſen„tem, ubi hoſtis plane jus occidendi hoſtem, aut jus „rapiendi res hoſtiles in alieno territorio non habet: „adeoque injuriam ibi facit & quod occidat, & „quod occidat in alieno territorio.

§. XXVII.

[a] Jus autem hoc externum acquirendi res bello captas ita proprium eſt belli ſolennis ex jure gentium [b] ut in aliis bellis locum non habeat, [c] nam in bellis aliis inter exteros res non acquiritur vi belli ſed in compenſationem debiti, quod aliter obtineri non poteſt. [d] In bellis autem inter cives, ſive magna ea, ſive parva ſint, [e] nulla fit dominii mutatio niſi auctoritate judicis.

Silv. in verbo bellum p. 1. §. 3 & § 11 v. octavo.

CAPUT VII.

De jure in captivos.

I. *Omnes captos bello ſolenni jure gentium ſervos fieri*
II. *Et eorum poſteros.*
III. *In eos quidvis impune fieri.*
IV. *Res captorum, etiam incorporales, dominum ſequi.*
V. *Cauſa cur id conſtitutum.*
VI. *An ita captis licitum ſit fugere:*
VII. *An & domino reſiſtere.*
VIII. *Jus hoc non apud omnes gentes ſemper obtinuiſſe:*
IX. *Nec nunc obtinere inter Chriſtianos; & quid ei ſit ſurrogatum.*

§. I.

„a) (JUS HOC EXTERNUM ACQUIRENDI RES „BELLO CAPTAS ITA PROPRIUM EST BELLI SO„LENNIS:) Diximus (1) non dari jus geotium, „adeoque (2) nec dari bellum quod jure gentium „certas ſolennitates habeat, & quod capicotibus „prædæ dominium tribuat quoad effectus aliquos „externos. Verius (3) eſt prædam cedere capien„tibus, tum privatis, tum populo ſi ejus nomine „capitur, idque naturali quoque jure.

„b) (UT IN ALIIS BELLIS:) Scilicet minus ſo„leonibus. *Vid. Diſſ. proœm. IX.* §. *20. ſeq.* At „hæc vere bella non eſſe, adeoque nec jura belli „in illis obtineri alibi dictum eſt.

„c) (NAM IN BELLIS ALIIS INTER EXTEROS „RES NON ACQUIRITUR VI BELLI SED IN COM„PENSATIONEM DEBITI:) Speciem enim belli „minus ſolennis Auctor conſtituit quando mi„nor magiſtratus exteris arma infert. *Liv. l. 1. c. „3. §. 4. &* §. *5.* At ibidem notavimus bellum „hoc caſu eſſe publicum, ſi ſub mandato ejus „ſaltem tacito contioetur; Si non', plane non „eſſe bellum. *Diſſ. proœm. IX.* §. *168.*

„d) (IN BELLIS AUTEM INTER CIVES:) Nam „hæc quoque diſſidia Auctor ad bella minus ſo„lennia refert. *Vid. l. 1. c. 3. §. 4. & 5.* Conſ. *d.* „*Diſſ. proœm. §. 70. ſeq.* At hæc plane bella oon „eſſe deroonſtravimus *ibid. §. 166. n. 8.*

„e)(NULLA SIT DOMINII MUTATIO NISI AU„CTORITATE JUDICIS:) i. e. invito eripi res niſi „per ſententiam judicis oon poteſt. Atque hinc „finito bello res captæ priſtinis dominis reſtitui „debent: Veſpaſianus victor civili bello ſorte le„git recuperatores per quos rapta bello reſtitue„rentur. *Suet. Veſp. c. 10. Gron. b.* De Arato vide „*Grot. l. 3. c. 16. §. 6.* Exc. ſi clauſula amneſtiæ „adjecta, i. e. pacto vel lege ſuperioris reſtituendi „obligatio remiſſa ſit, de qua vide infra *c 20. §. 12.* „Coot. *Diſſ. proœm. IX. §. 125. & Diſſ. XII. §.*

(AD §. 1.) Hactenus Auctor egit de jure interficiendi hoſtes, & de jure vaſtandi ac capiendi res eorum, ſequitur jam jus quod hoſti competit in captivos & victos. Cum vero Auctor principia juris naturæ vix taogat, paucis ea præmittere hic licebit.

PROPOSITIO I.

Quicquid hoſtis ab hoſte capit, jure ei quaſitum eſt & in res & in perſonas:

DEMONSTRATIO.

Ex præcedentibus enim cooſtat, omnia io hoſtem licere ſine quo reparatio juris obtineri, aut jus noſtrum defendi non poteſt: Sine captura autem rerum & perſonarum id fieri nequit, adeoque occupatio hæc licita eſt quia tendit ad juris noſtri reparationem: Idque verum eſt noo taotum ad quantitatem debiti, aut ad modum pœoæ, ſed in infinitum. *Vid. ſupr. § 1. not.* Neque ſaltem quoad effectus dominii externos, ſed quoad effectus veri dominii. Adeo ut in perſonas quoque captas omne jus hoſti quæratur quod natura in eos cadere, ac homo ipſe in ſe habere poteſt: quæ Nervoſe explicat Imperator io §. 18. *Inſt de Rer div. Item ea quæ ex hoſtibus capimus jure gentium ſtatim noſtra fiunt, adeo quidem ut & liberi homines in ſervitutem noſtram deducantur.*

PROPOSITIO II.

Hinc hoſtis captus ex libero fit ſervus.

DEMONSTRATIO.

Servitus enim nihil aliud eſt quam quando quis

jure

jure belli redigitur in alterius poteſtatem, vel, ut Imperator in §. 3. *Inſt. de jure perſonarum* ait, *qua quis alieno dominio ſubjicitur:* Quod non repugnat juri naturæ, quia cum occidi hoſtis poſſit, multo magis capi poterit: Unde ſervi a ſervando dicti ſunt: *l. 4. ff. ſtat. hom.* §. *4. Inſt. d. t.* Equidem natura omnis homo liber eſt, & negari nequit contra hanc libertatem naturæ eſſe alieno dominio ſubjici; interim tamen jure naturæ hæc ſubjectio licita eſt, vel ex propria diſpoſitione, vel ex jure belli, quatenus ad reparationem juris noſtri pertinet.

PROPOSITIO III.

Natura ſervitus conſiſtit in poteſtate in operas, & res ſervi quas ex operis acquirit.

DEMONSTRATIO.

Victus enim hoc ſolum jus reliquum habet, nimirum jus diſponendi de operis ſuis, & ex iis lucrandi: Hoc jus ergo plenarie redactum eſt in poteſtatem capientis, adeo ut hic imperet operis ſervi, & ex illis ſibi acquirat.

Notaoter autem diximus, acquiri ſaltem res quæ ex operis ſervi veniunt; non alias res quas habuit dum caperetur, quia capiens jam prædæ jure eas cepit, nedum eas quas forte domi reliquit, quia illæ occupatæ non ſunt, indeque ejus manent ex judicio ſuæ civitatis, quo injuria captus dicitur *L. 19. pr. ff. de capt & poſtl.*

PROPOSITIO IV.

Jus ergo vitæ & necis in ſervum non competit, niſi jure talionis.

DEMONSTRATIO.

Acquirit enim victor tantum illud jus quod victus in ſua poteſtate habuit, at vita non eſt in capti poteſtate, ſed id jus Dei eſt, quod ſine injuria in Deum auferri homini nequit: Sane ſola illa ratio, ex qua hoſti vita eripi poteſt, in captis ceſſat: ceſſat inquam neceſſitas, quia captus juri noſtro amplius non reſiſtit. *Vid. c. 4. §. 10.*

Equidem communi quaſi gentium uſu invaluit, ut capti interfici poſſint: Sed hic abuſus eſt, exceſſerunt gentes terminos legitimæ ſervitutis, unde non magis jus oritur quam ex cultu idolorum, qui itidem omnibus fere gentibus communis eſt, etſi quam maxime naturæ adverſetur.

Excipimus autem merito caſum talionis: Si nimirum gens illa, ex qua capti originem ducunt, jus vitæ & necis in ſervos exercet, tunc enim eodem jure quoque in eam uti poſſimus. Romani Cluvianos vi captos puberes, quia in Samnio præſidium Romanum deditum occiderant, omnes interfecerunt. *Liv. l. 9. c. 31.* Vide *ſupra l. 3. c. 4. §. 13. L. 2. c. 20.* §.

ADDITIO.

„Ex principiis Auctoris alia eſt licentia in ca-
„ptos quæ ex *jure naturæ* oritur, alia quæ ex *ju-*
„*re gentium.*

„*Jure naturæ* enim lædere hoſtem non licere
„ait, niſi juſta belli cauſa adſit, idque ad reparati-
„onem juris ſit neceſſarium; indeque perſonas ca-
„piendi jus quidem hoc modo eſſe, at tantum ad
„eum effectum, ut operas perpetuas ſervus præſtet,
„non autem ut jus vitæ & necis in eum nedum in
„ejus poſteros competat *L. 2. c. 5. §. 27. ſeq.*

JURE GENTIUM autem lædi hoſtem ex injuſta
„quoque cauſa, & in infinitum poſſe fingit, adeo
„ut & occidere captos liceat, idque jus ad poſte-
„ros quoque extenſum eſſe putat. *h. c. 7. §. 1. 2.*
„Fugere tamen ſervos poſſe ſi ex injuſta cauſa ca-
„pti ſunt: *ibid. § 6.*

„Quid *jure naturæ laxiori* i. e. ex regulis per-
„fectionum in captos ſtatui debeat explicat infra
„*c. 14. per tot.*

„Equidem jus in victos & in noſtram poteſtatem
„redactos eodem fundamento nititur quo jus inter-
„ficiendi hoſtem, ac capiendi & vaſtandi res ejus;
„hoſtes enim ex judicio noſtræ civitatis injuria
„omnia agunt, armis nos civesque civitatis no-
„ſtræ perſequuntur, inſidias vitæ noſtræ ſtruunt,
„cædibus civitatem noſtram implent, ſangui-
„nem innocentem civium effundunt, res noſtras vi
„auferunt, rapinas committunt, ferro igneque
„res noſtras vaſtant &c. Tales igitur hoſtes ex
„judicio noſtræ civitatis rei ſunt plurimorum
„criminum, vita eorum vix ſufficit ad expienda
„hæc crimina, & mori meruerunt ex juſto talio-
„nis jure.

„Quando igitur quidam hoſtium in noſtram
„perveniunt poteſtatem, eoque judicio noſtræ ci-
„vitatis ſubjiciuntur, nihil obſtat quo minus in
„hos reos animadvertere. & talionem ipſis infligе-
„re, i. e. capite eos plectere, & bonis eos privare
„in pœnam poſſimus. Sane cum inter privatos is
„qui ope & conſilio alium adjuvit ideo puniri poſ-
„ſit, *l. 2. c. 17. §. 7. ſeq. & c. 21. §. 1.* nulla ratio dari
„poteſt, cur non inter gentes idem obtineat.

„Neque huic *obſtat*, quod v. g. ſenes, alii-
„que qui militiæ operam non dant, horum cri-
„minum rei non ſint, adeoque talio ex ea ratione
„in eos ſtatui non poſſit: Nam ſubditi omnino
„cauſa ſunt illorum criminum, dum judicium
„Principis ſequuntur & ſequi tenentur, dum opi-
„bus ſuis, conſilio, &c. Principi aſſiſtunt: Adeo-
„que tanquam participes delicti puniri omnino
„poſſunt. *Vid. Grot. l. 2. c. 17. §. 7. ſeq. & c. 21.*
„*§. 1. ſeq.*

„Atque hæc ratio eſt cur apud omnes fere gen-
„tes jus vitæ & necis in captos jure exerceri cre-
„datur. Gajus inter modos acquirendi juris genti-
„um (quod nimirum cum ipſo humano genere
„proditum eſt *vid. l. 1. pr. A. R. D.*) refert *ea quæ*
„*ex hoſtibus capiuntur, adeo ut & liberi homines*
„*in ſervitutem deducantur l. 5. §. f. & l. 7. pr. A.*
„*R. D* & alibi ait, *apud omnes peræque gentes*
„*animadvertere poſſumus dominis in ſervos vitæ*
„*necisque poteſtatem fuiſſe. L. 1. ff. his qui ſui*
„*vel &c.* Sed & ipſe Imperator inter modos ac-
„quirendi naturales recenſet res nullius *§. 12. ſeq.*
„*Rer. div.* & tum pergit, *item ea quæ ab hoſtibus*

§. I.

1. Servi [a] natura quidem, id eſt, citra factum humanum aut primævo naturæ ſtatu hominum nulli ſunt, [b] ut & alibi diximus: [c] quo ſenſu recte accipi poteſt [d] quod a Juriſconſultis dictum eſt, contra naturam eſſe hanc ſervitutem: ut tamen facto hominis, id eſt [e] pactione aut delicto, ſervitus originem acciperet [f] juſtitiæ naturali non repugnat, [g] ut alibi quoque oſtendimus.

L. 4. §. 1. D. de ſtatu hominum.

2. At eo de quo nunc agimus [h] gentium jure aliquanto latius patet ſervitus, tum quoad perſonas, [i] tum quoad effecta. Nam perſonas ſi ſpectamus, [k] non ſoli qui ſe dedunt aut ſervitutem promittunt

„*capimus jure gentium noſtra fiunt, adeo quidem,* „*ut & liberi homines in ſervitutem noſtram deducantur; l. 4. §. 1. ſtat hom.* Hinc Ulpianus ſervitutem notanter definit, CONSTITUTIONEM JURIS GENTIUM *quo quis alieno dominio contra naturam ſubjicitur:* Is autem intelligit per *jus gentium* jus quod ſolis hominibus commune eſt. *l. 1. §. 4. juſt. & jur,* ſeu quod, juxta Gajum, ratio „naturalis inter omnes homines conſtituit. *l. 9. ff. juſt. & jur.*

„Neque *obſtat*, ipſos JCtos Romanos aſſerere *natura* cognitam non eſſe ſervitutem: *l. 4. juſt. & jur.* & conſtitutionem illam juris gentium eſſe „*contra naturam l. 4. §. 1. ſtat. hom:* Nam verum eſt ſervitutem *natura* cognitam non eſſe, „quia omnes homines in *ſtatu naturæ primævo* liberi naſcebantur, uti id explicat Ulpianus ipſe in „*d. l. 4. juſt. & jur.* ſi proinde libertas ea auferatur, id ſit *contra naturam*, ſeu contra ſtatum illum naturæ primævum, contra illum inſtinctum „brutis æque ac hominibus inditum, adeoque contra illud jus, ſeu facultatem naturæ quam natura „omnia animalia docuit: At id non impedit quo „minus *jure naturæ* quod ſolis gentibus commune eſt, & quod ratio naturalis inter omnes homines conſtituit, illa libertas jure & in pœnam „auferri poſſit.

„*a*) (NATURA QUIDEM, I. E. CITRA FACTUM „HUMANUM AUT PRIMÆVO NATURÆ STATU:) „Recte Auctor ait in primævo rerum ſtatu, i. e. „a natura omnes homines liberos eſſe, quod conſtat aperte ex motu illo & inſtinctu ſingulis creaturis a Creatore indito, ex facultate illa naturali „agendi quicquid lubet, quæ homini connata eſt, „& ex qua ſatis conſtat Deum homines liberos „eſſe voluiſſe.

b) (Grot.) (UT & ALIBI DIXIMUS:) Libro II, c. XXII. §. II.

„*c*) (QUO SENSU:) Nimirum ut ſit contra naturam, i. e. contra inſtinctum illum quem natura omnibus animantibus indidit,

„*d*) (QUOD A JURISCONSULTIS DICTUM EST, „CONTRA NATURAM ESSE HANC SERVITUTEM:) „Quia contrariatur motui & inſtinctui quem natura indidit humano generi, repugnat inquam facultati illi agendi quicquid lubet quæ homini „connata eſt.

„Non autem contrariatur juri naturæ ſeu gentium, quia libertas ſeu facultas naturalis agendi „homini auferri juſta ex cauſa poteſt.

„*e*) (PACTO AUT DELICTO:) Supponit Auctor ſervitutem conſiſtere in ſola obligatione „præſtandi perpetuo operas, tale autem pactum „non repugnare juſtitiæ naturali; Deinde jus „operarum in pœnam quoque auferri poſſe delinquentibus, ait. Nos etiam jus vitæ & necis ex „ſervitute inferri diximus.

„*f*) (JUSTITIÆ NATURALI NON REPUGNAT:) „Victor enim qui jus capiendi habet, & actu perſonam capit, i. e. eam in ſuam poteſtatem redigit, „omnia jura acquirit quæ victus in ſe habet, & „omnia per eum acquirit quæ homo per hominem acquirere poteſt: Hinc ſervitus infert (1) „jus plenarium in operas ſervi, adeo ut ille nihil „agere niſi imperatus poſſit: (2) jus in omne illud „quod ex operis ſervi quæritur: cum enim ſervus „nudum ſit inſtrumentum domini, & operæ ejus „in poteſtate domini ſint, omne commodum operarum non eſt inſtrumenti ſed cauſæ: (3) jus in „res ſervi: & præterea (4) jus in ejus vitam, „propter injuriam ab hoſte illatam.

g) (Grot.) (UT ALIBI QUOQUE OSTENDIMUS:) *l. 2. c. 5. §. 27. & 28.*

„*h*) (GENTIUM JURE ALIQUANTO LATIUS PATET SERVITUS:) Imò non datur jus gentium: „Sed & dictum eſt ſervitutem, quam juri gentium „hic adſcribit, ejusque effectus eſſe ab ipſa natura.

„*i*) (TUM QUOAD EFFECTUS:) *Vid. §. 3.*

„*k*) (NON SOLI QUI SE DEDUNT, AUT SERVITUTEM PROMITTUNT, PRO SERVIS HABENTUR:) „Adeoque qui pacto ſervi fiunt. *vid. n. 1. Deditionis* enim finis eſt ut victor arbiter fiat victi. *l. 3. c. 20. §. 50. n. 5.* Sane dediti apud Iſraelitas ſervitutem perſonalem ſervire cogebantur. *L. 2. c.* „13. §. 4. *n.* 3. De *promittentibus* ſervitutem, & „quatenus id juſtitia naturalis permittat, egimus „*l.* 2. *c.* 14. §. 2. *n.* 1. *l.* 2. *c.* 5. §. 27. & 28. *l.* 1. *c.* „3. §. 8.

„*l*) (SED

mittunt pro ſervis habentur, [l] ſed omnes omnino bello ſolenni publico capti, [m] ex quo ſcilicet intra præſidia perducti ſunt; ut ait Pomponius. [n] Neque delictum requiritur, ſed par omnium ſors eſt, [o] etiam eorum qui fato ſuo, [p] ut diximus, cum bellum repente exortum eſſet intra hoſtium fines deprehenduntur. *L. 5. §. 1. D. de captivis. L. in bello 12. D. de capt.*

3. Polybius hiſtoriarum ſecundo: τί δ' ἂν παθόντες οὗτοι δίκην δόξαιεν ἁρμόζουσαν δεδωκέναι; τυχὸν ἴσως εἴποι τις ἂν πραθέντες μετὰ τέκνων καὶ γυναικῶν ἐπεὶ κατεπολεμήθησαν. ἀλλὰ τοῦτό γε καὶ τοῖς μηδὲν ἀσεβὲς ἐπιτελεσαμένοις κατὰ τοὺς τοῦ πολέμου νόμους ὑπόκειται παθεῖν: *Quid*, inquit, *patiendum his eſt ut juſta ſupplicia pendant? Dicat forte aliquis vendendos cum liberis & uxoribus quando armis victi ſunt. At hæc* [q] *belli lege etiam illis ferenda ſunt, qui nihil impii commiſerunt.* Atque eo fit id quod Philo notat his verbis: πολλοὶ πολλάκις καιροῖς ἀβουλήτοις τῶν σφόδρα ἀστείων τὴν ἐκ γένους ἀπέβαλον ἐλευθερίαν: [r] *Multi viri boni variis caſibus nativam amiſerunt libertatem.* *Cap. 58.* *Libro: omnem virum eſſe bonum liberum p. 866.*

4. Dion Pruſæenſis, cum modos acquirendi dominii quoſdam recitaſſet: τρίτος δὲ κτήσεως τρόπος, ὅταν ἐν πολέμῳ λαβὼν αἰχμάλωτον τοῦτον τὸν τρόπον ἔχῃ καταδουλωσάμενον: *ubi quem quis bello nactus captivum hoc modo ſervum factum poſſidet.* Sic pueros bello captos abducere [s] πολέμου νόμον vocat Oppianus de piſcatu II. *Orat. 15. pag. 242. A.*

§. II.

Neque vero ipſi tantum ſervi fiunt [a] ſed & poſteri in perpetuum, nempe

„l) (SED OMNES OMNINO BELLO SOLENNI PU-„BLICO CAPTI:) Diximus paſſim (1) bellum ſo-„lenne eo ſenſu quo Auctor id ſtatuit non dari: „diximus (2) ſervitutem hanc non oriri ex jure „gentium, ſed ex naturæ jure.

„m) (EX QUO SCILICET INTRA PRÆSIDIA PER-„DUCTI SUNT:) Tunc enim demum vere ſunt in „poteſtate & cuſtodia noſtra, adeoque tunc de-„mum capti ſunt: idem igitur hic obtinet quod „in rebus captis. *Vid. cap. præced.* §. 3.

„n) (NEQUE DELICTUM REQUIRITUR:) Imo „hoſtis ſemper ob delictum fit ſervus, quia ſcili-„cet factum ſuæ civitatis defendit operis, vel opi-„bus ſuis, vel conſilio; adeoque cauſa eſt quod ci-„ves noſtri injuria occidantur, ſpolientur. &c. Ex ju-„dicio igitur civitatis noſtræ hoſtis homicida eſt & „prædo, quod judicium cum effectu in eum exerceri „poteſt ubi in noſtram redigitur poteſtatem.

„o) (ETIAM EORUM QUI FATO SUO &C. INTRA „HOSTIUM FINES DEPREHENDUNTUR:) Nam hi „quoque délinquunt, quia tenentur cauſam prin-„cipis defendere, & actu opibus ſuis defendunt: ejuſ-„que judicium ſequuntur. Unde notandum, *fatum* „hic eſſe quod deprehendantur, non vero fatum „eſt quod in ſervitutem redigantur.

„p) (UT DIXIMUS:) *c. præced.* §. *12.*

q) (Grot.) (BELLI LEGE:) *Servius* ad primum Æneidos (*verſ. 619.*) de Hercule: *a cujus porta cum eum Laomedon arceret, occiſus eſt, & ejus filia Heſione belli jure ſublata comiti Telamoni tradita eſt, qui primus aſcenderat murum, unde Teucer natus eſt.* Idem ad X. Æneidos eandem narrat hiſtoriam: *Heſionem Græci Trojanis reddere noluerunt, dicentes ſe eam habere jure bellorum.* (verſ. 19) Joſephus libro XIV. αἰχμαλωτισθέντας οὐ νόμῳ πολέμου *cum capti eſſent non belli jure.* (Cap. 12. §. 2 *diviſ. Hudſon*) τῷ τῶν δοριαλώτων νόμῳ Idem alibi: δορυληπτῶν θεσμῷ, *jure eo quod in captos conſtitutum eſt*, ait *Menander Protector.* (pag. 91, 92. *Excerpt. Legat.* Edit. Hœſchel.) Multa huc pertinentia habes capite præcedente: quia ſcriptores captas res captoſque homines conjungunt aut æquant.

„r) (MULTI VIRI BONI:) Imo ex judicio no-„ſtræ civitatis hoſtis ſemper injuriam facit; adeoque „hactenus nunquam erit vir bonus is qui captus eſt.

„s) (Πολέμου νόμον:) Belli legem

a) (SED & POSTERI IN PERPETUUM:) Verum

nempe [b] qui ex matre ſerva [c] poſt ſervitutem naſcuntur. Et hoc eſt quod [d] jure gentium ſervos noſtros fieri dixit Martianus, qui ex ancillis noſtris naſcuntur. Servitio ſubjectum uterum dixit Tacitus, agens [e] de Germani ducis uxore.

L. 5. §. 1. D. de ſtatu hominum. *Ann. 1. 59.*

§. III.

1. [a] Effecta vero juris hujus [b] infinita ſunt, [c] ita ut in ſervum domino nihil non licere dixerit pater [d] Seneca. Nulla perpeſſio eſt [e] quæ non impune illis imponatur, [f] nulla actio quæ non quovis modo imperetur aut extorqueatur: ita [g] ut etiam ſævitia dominorum

Lib. 10. contr. 5.

non eſt filios in ſervitutem parentum ſuccedere jure naturæ: tum quia omnis ſucceſſio eſt juris civilis, tum quia libertas cuique hominum ſeparatim & proprio jure a natura competit: ſublata ergo bello libertate patris non tollitur libertas filiorum, qui capti nunquam fuere: Uti ergo libertas nun tranſit ad hæredes, ita nec privatio libertatis. Conſ. *l. 2. c. 5. §. 27.*

At ex eodem abuſu illo gentium, quo victores jus vitæ & necis ſibi arrogare, adeoque captos jure hominum privare ſolent, etiam ſervitus ad poſteros extenſa fuit, idque apud Græcos, Romanos, Germanos, aliasque gentes ita obſervatum eſt. *l. 4. §. 1. ff. de ſtat. hom.*

ADDITIO.

„Auctor ſtatuit jure naturæ filios non ſequi con„ditionem parentum: quia ea demum ſervitus na„turali juſtitiæ convenit quæ ex pactione eſt, & „ex delicto, quæ utraque ceſſat in poſteris ſervi: *Vid.* „*§. 1. n. 1.* Unde Auctor hunc effectum demum juri „gentium tribuit, quod in bello ſolenni ad effectus „externos liberi quoque ſervorum ſervi fiant. *d.* „*§. 1. n. 1.*

„At diximus, verum non eſſe jus hoc, *quo poſteri* „*quoque ſervi fiunt*, eſſe ex jure gentium volun„tario, & tribuere ſaltem effectus externos in „bello ſolenni: Nam nec datur jus gentium, nec „bellum tale ſolenne, adeoque fruſtra de ejus ef„fectibus externis quæritur.

„Igitur juris naturalis eſt ut partus ancillæ ſe„quatur ventrem: Unde Martianus ait jure genti„um ſervos noſtros eſſe qui ex ancillis noſtris „naſcuntur; *L. 5. §. 1. ſtat. hom.* neque iniquum „id eſſe ex ipſa lege divina probatur. *Lev. 25. v.* „*44. ſeq. Exod. 21. v. 4.* Ratio naturalis hæc vide„tur, quod liberi ſint vera portio viſcerum ma„ternorum: *l. 1. §. 1. de ventr. inſp.* Et cum liberi ſint „pars univerſitatis ſeo civitatis, pœnæ quoque uni„verſitatis in hanc partem ſtatui poſſunt; At ma„le hæc ſervitus extenditur ad jus vitæ & necis, uti „alibi probavimus.

„*b*) (QUI EX MATRE SERVA:) Imperator in „*§. 4. Inſt. de jure perſ.* ait, *ſervos aut naſci, aut* „*fieri: naſci ex ancillis noſtris &c.*

„*c*) (POST SERVITUTEM:) Secus ergo ſi tem„pore conceptionis libera fuerit: quia superveni„ens calamitas non nocet libertati ſemel quæſitæ: „vel ſi tempore nativitatis libera fuerit, etſi ſer„va conceperit. *pr. & §. 1. Inſt. de ingen:* Sed „hæc conſtitutio eſt meri juris civilis in favorem „libertatis prodita.

„*d*) (JURE GENTIUM SERVOS NOSTROS FIERI „DIXIT MARTIANUS, QUI EX ANCILLIS NA„SCUNTUR:) Loquitur Martianus de jure gentium „quod natura inter gentes conſtituit, non de ficto „aliquo jure gentium voluntario. *L. 5. §. 1. ff.* „*Stat. hom.*

„*e*) (DE GERMANI DUCIS UXORE:) Nimirum „de uxore Arminii Segeſtis filia, quæ gravida in „poteſtatem Romanorum venit. *Gron. h.*

„*a*) (EFFECTA:) Quæ jus gentium contra jus „naturæ ſervituti in bello ſolenni tribuit quoad „effectus externos. *Vid.* §. *1. n. 2.*

„*b*) (INFINITA SUNT:) i. e. nullis finibus li„mitata.

„*c*) (ITA UT IN SERVUM DOMINO NIHIL NON „LICERE &c:) Ita ut non tantum jus nobis competat „in eorum operas, res, & liberos, ſed & in eorum „vitam.

„*d*) (SENECA:) *1. controv. 5.* Conf. *Sen. l. 1.* „*de clem. c. 18. Flor. 3. 20.*

„*e*) (QUÆ NON IMPUNE ILLIS IMPONATUR:) „Ex hypotheſi enim Auctoris jus gentium non „verum jus dat, ſed ſaltem impunitatem: quod „alibi refutavimus: jus in ſervos ex ipſa natu„ræ ratione deduximus.

„*f*) (NULLA ACTIO QUÆ NON QUOVIS MODO „IMPERETUR AUT EXTORQUEATUR:) Omnis enim „eorum actio, omniſque utilitas quæ ex illa acti„one provenit, ad dominum pertinet, cujus jure „& nomine agunt. *Vid. c. præced. §. 9.*

„*g*) (UT ETIAM SÆVITIA DOMINORUM IN „SERVILES PERSONAS IMPUNITA SIT:) Tacitus „de Moribus Germanorum *c. 25.* ait, *verberare* „*ſervum aut vinculis coercere rarum, occidere ſo*„*lent non diſciplina & ſervitute, ſed impetu &* „*ira ut inimicum, niſi quod impune.* Imo non „ſaltem impunita eſt ſed & licita ex naturali illa „ratione, quod ſervus injuria reparationi juris no„ſtri reſtiterit, & quod ope ejus concives noſtri „occiſi & res noſtræ raptæ fuerint.

„*h*)

rum in ſerviles perſonas impunita ſit, [h] niſi quatenus lex civilis ſævitiæ modum pœnamque ponit. [i] *Apud omnes peræque gentes*, ait Cajus, *animadvertere poſſumus dominis in ſervos vitæ necisque poteſtatem fuiſſe*. Addit deinde, [k] fines huic poteſtati poſitos ex lege Romana, in ſolo ſcilicet Romano. Huc pertinet illud Donati ad Terentium, *Quid non juſtum domino in ſervum?*

L. 1. D. de his qui ſui vel al. juris. Inſt. de his qui ſui vel alien. juris ſunt. Andria actu 1. ſc. 1 verſ. 9. Inſtit. per quas perſ. cuique acq. §. 3.

2. [l] Sed & res omnes, quæ captæ fuerant, cum perſona acquiruntur domino. Ipſe ſervus qui in poteſtate alterius eſt, ait [m] Juſtinianus, [n] nihil ſuum poteſt habere.

§. IV.

Unde refellitur aut certe [a] reſtringitur eorum ſententia qui dicunt incorporalia belli jure non acquiri. [b] Nam verum eſt non primo ac per ſe acquiri, ſed media perſona cujus ea fuerunt. [c] Excipienda tamen ſunt ea [d] quæ ex ſingulari perſonæ proprietate fluunt ac

„h) (NISI QUATENUS LEX CIVILIS SÆVITIÆ „MODUM POENAMQUE PONIT:) Jure Romano „ſervi dominos nimie ſeveros deſerere, vel ad ſta„tuas confugere potuerunt. *Vid. ſupr. l. 2. c. 5. §. „20. n. 2. & infra cap. 14. §. 6. n. 4.* Sed & „apud Græcos ad libertatem proclamare licebat „*d. c. 14. §. 6. n. 4.* Conf. *Sen. de clem.* 1. *c.* 18. „3. *Beneſ.* 22. At id juris eſt poſitivi, quod per„fectioni chriſtianæ maxime convenit.

„i) (APUD OMNES PERÆQUE GENTES:) Atque „hoc ipſum jus a naturali ratione ortum eſſe tra„dit idem Gajus. *l. 9 ff. de juſt. & jur.*

„k) (FINES HUIC POTESTATI POSITOS:) Nam „ex conſtitutione Antonini illi qui ſine cauſa „ſervos occidunt non minus puniuntur quam illi „qui ſervum alienum: Sed & major aſperitas ejus„dem Principis conſtitutione coercetur: *L. 1. §. 5. „his qui ſui vel al* adeo, ut ſi vel durius habiti vel „injuria infami affecti ſunt liberentur a poteſtate „domini. *l. 2. ff. Eod.* Et Hadrianus Umbriciam „quandam matronam in quinquennium relegavit „quod ex leviſſimis cauſis ancillas atrociſſime tra„ctaſſet. *d. l. 2. in f.*

„l) (SED & RES OMNES QUÆ CAPTÆ FUE„RUNT:) Hæ enim victori cedunt jure prædæ, „non vi ſervitutis.

„m) (JUSTINIANUS:) *§. 3. Inſt. vel per quas „perſon &c.*

„n) (NIHIL SUUM POTEST HABERE:) Et in *l. „1. §. 1. ff. de his qui ſui vel al &c.* traditur *quod „quicquid per ſervum acquiritur domino acquira„tur.* Adde *§. 2. Inſt. Eod.* omne enim jus perſo„næ in poteſtate victoris eſt: Vide Ropolaoam „juxta hæc principia differentem apud *Thuan. l. „13. p.* 254. *Tesm h.*

a) (Grot.) (RESTRINGITUR EORUM SENTENTIA, QUI DICUNT INCORPORALIA BELLI JURE NON ACQUIRI:) *Valerius Maximus* lib. VI, cap XI. num. 11. de Cn. Cornelio Aſina:) *qui conſul a Pœnis apud Luparas captus cum belli jure omnia perdidiſſet.* δȣ̃λ@ ἄκυρ@ πάντων καὶ ἑαυτȣ̃, *ſervus aliarum rerum dominium non minus quam ſui ipſius perdidit.* *Philo*, libro omnem virum bonum eſſe liberum, (pag. 871. C.)

ADDITIO.

Res incorporales ſunt ad quarum ſubſtantiam corpus non pertinet, & vel perſonis inſunt vel rebus: quibus proinde captis ſimul jura illa inhærentia capta cenſentur.

„b) (NAM VERUM EST NON PRIMO AC PER „SE ACQUIRI, SED MEDIA PERSONA &c.) Cui „jura illa inhærent.

„c) (EXCIPIENDA TAMEN SUNT:) Servus ea „retinet (1) quæ juris naturæ præceptivi ſunt: „Hinc tenetur educare liberos, abſtinere ab in„ceſtu, & a criminibus &c. (2) ea quæ facti ſunt, hinc „ipſe poſſeſſionem ubi de jure non quæritur arri„pere, ſolutionem accipere &c. poteſt: (3) jura „quæ domi habet, unde jus patriæ poteſtatis, jura „conjugii, dominium rerum, jus in liberos, actio„nes &c. retinet, quia facultas revertendi non eſt „in perpetuum ſublata: Sed & ex judicio „ſuæ civitatis injuria captus dicitur, indeque „reverſus omnia illa jura continuat ac ſi nun„quam captus fuiſſet. *Vid. infr. c. 8. §. 4. c. 9. „§. 6. ſeq.*

„d) (QUÆ EX SINGULARI PERSONÆ PROPRI„ETATE FLUUNT, AC PROINDE INALIENABILIA „SUNT, UT JUS PATRIUM:) Rationem cur ſervus „ea jura retineat jam allegavi, quia ſcilicet in ſua civi„tate injuria captus dicitur.

ac proinde inalienabilia ſunt, ut ut jus patrium. Hæc enim [e] ſi manere poſſunt manent penes perſonam: [f] ſi non, exſtinguuntur.

§. V.

1. Atque hæc omnia [a] jure gentium de quo agimus [b] non aliam ob cauſam introducta ſunt, quam ut [c] tot commodis deliniti captores [d] libenter abſtinerent a ſummo illo rigore quo captos [e] & ſtatim, & poſt moram interficere poterant, ut ante diximus. [f] *Servorum appellatio*, inquit Pomponius, *ex eo fluxit quod imperatores captivos vendere* [g] *ac per hoc ſervare nec occidere ſolent.* Dixi, [h] ut libenter abſtinerent; [i] neque enim quaſi pactio eſt ut abſtinere cogantur [k] ſi jus hoc gentium ſpectes, [l] ſed modus perſuadendi ab eo quod eſt utilius.

L. 239 §. 1 D. de V. S.

2. [m] Eademque ex cauſa jus etiam in alios tranſcribitur, [n] perinde ut rerum dominium. [o] Ad natos autem dominium hoc porrigi ideo placuit, quia alioqui, [p] ſi ſummo jure captores uterentur, [q] illi

,,*e*) (SI MANERE POSSUNT, MANENT PENES ,,PERSONAM:) Poſſunt autem manere non tantum ,,in liberos domi relictos, & non captos; ſed ,,& in liberos ſimul captos vel poſtea natos: Nam ,,etiam ſervi educare tenentur liberos. &c.

,,*f*) (SI NON EXSTINGUUNTUR:) Hinc poſſeſſio ,,& matrimonium, reverſo ſervo redintegrari no- ,,vo facto debuerunt apud Romanos. *l. 23. §. 1. ,,ff. ſeq. poſſ. l.* 14. §. 1. *ff. Capt. & poſtl. Vid. ,,infra. c. 9. §. 9.*

,,*a*) (JURE GENTIUM DE QUO AGIMUS:) Sci- ,,licet quod in bello ſolenni gentes inter ſe intro- ,,duxere, at quale non exiſtere diximus.

,,*b*) (NON ALIAM OB CAUSAM INTRODUCTA ,,SUNT:) Imo commoda illa ex ipſo jure naturæ ,,ſequuntur, adeoque fruſtra fingitur a gentibus de- ,,mum eſſe introducta.

,,*c*) (TOT COMMODIS DELINITI:) Dum ex ,,operis ſervorum eorumque poſterorum ſibi ac- ,,quirunt.

,,*d*) (LIBENTER ABSTINERENT A SUMMO ILLO ,,RIGORE:) Equidem exinde ſequitur utile magis ,,eſſe ſervare captos quam eos interficere, at id ,,non impedit quo minus ſervati occidi poſſint. ,,Rationem cur capti occidi poſſint ex jure na- ,,turali ſequi demonſtravimus.

,,*e*) (ET STATIM & POST MORAM:) *Vid.* ſupra ,,*c.* 4. §. 10.

f) (Grot.) (SERVORUM APPELLATIO EX EO FLUXIT:) Vide & *Servium* ad IV. Æneidos, ubi originem vocis *ſaltem* explicat. (in verſ. 327.)

ADDITIO.

,,Conf. *Auguſt. de Civ. Dei; l. 19. c. 15. l. 4. §. 2. ,,ff. jus pers. l. 239. §. 1. V. S. Tesm b.*

,,*g*) (AC PER HOC SERVARE:) Unde ſervi a ,,ſervando dicti. *l. 4. ff. ſtat hom. §. 4. Inſt. Jur. ,,pers.*

,,*h*) (UT LIBENTER ABSTINERENT:) Ut ultro ,,ſpe illius commodi parcerent.

,,*i*) (NEQUE ENIM QUASI PACTIO EST UT ,,ABSTINERE COGANTUR:) Adeoque, ex hypotheſi ,,Auctoris, hoc eſt jus gentium quod non introdu- ,,ctum eſt cum mutua obligatione. *Vid. ſupra c. ,,1. § 8 n. 2.* quam diſtinctionem alibi rejecimus. ,,*Diſſ. proœm. IV.* §. 521.

,,*k*) (SI JUS HOC GENTIUM SPECTES:) Scili- ,,cet voluntarium.

,,*l*) (SED MODUS PERSUADENDI AB EO QUOD ,,& UTILIUS:) Adeoque ſuis commodis conſulit ,,dominus ſi captum ſervat ad opus, at ad id non ,,obligatur.

,,*m*) (EADEM EX CAUSA HOC JUS IN ALIOS ,,TRANSSCRIBITUR:) Scilicet ut commodis præ- ,,fatis, aut ſpe pretii in caſu alienationis, deliniti ,,capientes libenter a cæde abſtinerent.

,,*n*) (PERINDE UT RERUM DOMINIUM:) Hoc ,,quoque a natura eſt: cum enim omne jus ,,capti, & vita quoque ejus ſit in mea poteſtate, ,,jus hoc in alterum transferre, adeoque ſervum ,,alienare poſſum: Atque ideo ſervus pecudis in- ,,ſtar habetur, quæ in dominio noſtro eſt, & de qua ,,pro lubitu diſponere poſſumus.

,,*o*) (AD NATOS AUTEM DOMINIUM HOC POR- ,,RIGI IDEO PLACUIT:) Cauſa vera eſt non quia ,,gentibus id placuit, nedum ex allegata ratione; ,,ſed quia jure naturæ id quod ex re mea naſcitur ,,meum eſt: *Vid. ſupra l. 2. c. 5. §. 29.*

,,*p*) (SI SUMMO JURE CAPTORES UTEREN- ,,TUR:) i. e. captos interficerent.

,,*q*)

[q] illi ipſi naſcituri non erant. Cui conſequens eſt ut [r] nati ante calamitatem [s] niſi ipſi capiantur, ſervi non fiant. [t] Ideo autem natos maternæ eſſe conditionis placuit gentibus; [u] quia ſerviles concubitus nec lege; [v] nec certa cuſtodia erant conſtricti, [w] ita ut nulla ſufficiens præſumptio patrem indicaret. [x] Atque ita capiendum Ulpiani illud; *Lex naturæ hæc eſt, ut qui naſcitur ſine legitimo matrimonio matrem ſequatur,* [y] id eſt lex conſuetudinis generalis ab aliqua ducta ratione naturali, quomodo juris naturalis vocem [z] abuſione quadam interdum ſumi alibi quoque demonſtravimus. *L. 24. D de ſtatu hom.* *L. 2. c. 12. § 26.*

3. Non fruſtra autem a gentibus introducta hæc jura, [aa] exemplo bellorum civilium intelligi poteſt, in quibus plerumque videmus captos interfectos, [bb] quia in ſervitutem redigi non poterant: quod & Plutarchus notavit vita Othonis; & [cc] Tacitus hiſtoriarum ſecundo.

4. Cæterum [dd] populine an ſingulorum fiant qui capiuntur, ex his *Pag. 1073. C. Cap. 44.*

„q) (ILLI IPSI NASCITORI NON ERANT:) „Senſus videtur eſſe, quod nati ob beneficium a captoribus acceptum ſervi fiant & alienari poſſint, ſi „enim captores parentes natrum interfeciſſent ipſi „naſcituri non fuiſſent: At non concludit hæc ratio: Si enim nati jure naturæ in ſervitutem redigi „non poſſunt, uti Anctor ſtatuit, gentes ſuo conſenſu jus hoc eis auferre nec potuerunt nec „voluerunt. Et adeo beneficium fiturum non „eſſet quod naſcantur, ut magis ipſis conſultum „foret ſi non naſcerentur: Vera igitur ratio eſt „quod ſint vera portio ancillæ.

„r) (NATI ANTE CALAMITATEM SERVI NON „FIANT:) Quia tota ratio ibi ceſſat; non enim „nati ſunt ex re quæ tum mea fuit: eodem modo „uti fructus ante venditionem fundi percepti non „acquiruntur emtori.

„s) (NISI IPSI CAPIANTUR:) Tunc enim ſervi „fiunt non jure ventris ſeu matris, ſed jure captivi„tatis.

„t) (IDEO AUTEM NATOS MATERNÆ ESSE „CONDITIONIS PLACUIT:) Imo id a natura eſt „& non ex placito gentium.

„u) (QUIA PARTUS SERVILES NEC LEGE:) „Imo requiſita juris naturalis etiam inter ſervos „obſervari debuerunt: Ita enim requirebatur (1) „conſenſus mutuus de perpetuo cohabitando: (2) „ut maturi eſſent: (3) ut extra gradus prohibitos „nuberent &c.

„v) (NEC CERTA CUSTODIA ERANT CON„STRICTI:) Deductio in domum, per quam uxor „conſtituebatur in poteſtate mariti, eſt meri juris „civilis: jure naturæ ſufficit partes ſeſe conjungere „ad perpetuam vitæ conſuetudinem, atque hoc „ſufficit ad matrimonium.

„w) (ITA UT NULLA SUFFICIENS PRÆSUMTIO „PATREM INDICARET:) Imo præſumtio illa æque „certa eſt in contubernio ſervorum, ac in nuptiis „liberarum perſonarum; certitudo enim illa utro„bique oritur ex perpetua illa vitæ conſuetudine „quam jungentes ſibi invicem promittunt.

„x) (ATQUE ITA CAPIENDUM ULPIANI IL„LUD:) Imo Ulpiani dictum in *l. 24. ff. ſtat. hom.* „huc plane non pertinet: Non enim loquitur de „ſervis, ſed de ſpuriis, qui ex ratione naturali ſe„quuntur matrem non patrem, quia de eo non „conſtat, utpote cum mater promiſcue corporis „quæſtum fecerit. De tali autem ſpurio ibi agi pa„tet ex *l. 23. ff. Eod.*

„y) (ID EST LEX CONSUETUDINIS NATURALIS „AB ALIQUA DUCTA RATIONE NATURALI:) „Quam gentes ex hypotheſi Auctoris in eo poſue„runt, quod partus naſciturus non fuiſſet ſi capiens „patrem captum occaſſet: Quod ſupra exami„navimus.

„z) (ABUSIONE QUADAM INTERDUM SUMI „ALIBI QUOQUE DEMONSTRAVIMUS:) Imo JCti „nunquam eo ſenſu vocem legis naturalis adhi„bent, Conf. *ſupra l. 2. c. 19. §. 1. n. 1.* omnium „minime in *d. l. 24.* ubi de vera naturæ lege agi„tur, & ubi ratio naturalis adeſt.

„aa) (EXEMPLO BELLORUM CIVILIUM INTEL„LIGI POTEST:) A bello civili argumentum juris „nunquam peti poteſt, quia quicquid ibi fit inju„ria fit, ergo tali bello capti injuria occiduntur, „& injuria ſervi fiunt.

„bb) (QUIA IN SERVITUTEM REDIGI NON „POTERANT:) Eadem ratione qua in ſervitutem „redigi non poterant, etiam non potuerunt inter„fici, quia ſcilicet id ſaltem ex neceſſitate, & de„ficiente judice licitum ſit: At judex non deficit „in bello civili, & ſi quidam cives eum negligunt, „injuria negligunt, & non bello ſed imperio co„erceri debent: Conf. *2. paralip. c. 28. per tot.*

cc) (Grot.) TACITUS HISTORIARUM SECUNDO:) Et tertio, de Cremonenſibus captis, *irritam prædam militibus fecerat conſenſus Italiæ.* (Cap, 34.)

„dd) (POPULINE AN SINGULORUM FIANT:) „Auctor

his quæ de præda diximus definiendum eſt; nam homines hac in re [ee] jus gentium rebus æquavit. [ff] Cajus Juriſconſultus libro II. rerum quotidianarum: *Item quæ ex hoſtibus capiuntur jure gentium ſtatim capientium fiunt, adeo quidem ut & liberi homines in ſervitutem deducantur.*

L. 5. & l. 7. D. de acq. rer. dom.

§. IV.

„Auctor diſtinguit an in actu bellico & in miniſterio publico capti ſint, an in actu privato extra miniſterium publicum: Illo caſu ait jure gentium voluntario captos acquiri populo, hoc caſu ſingulis capientibus: Duces vero varie prædam diſtribuere ſolere: *Vid. l. 3. c. 6. §. 15. & ſeq.*

„*ee*) (jus gentium æquavit:) Imo ipſa natura: quia victor acquirit in captum omne jus quod in hominem competere poteſt, adeoque pro lubitu de jure illius hominis uti de alia quaslibet re diſponere poteſt.

„*ff*) (Cajus Juriſconſultus:) Exſtant verba in *l. 5. §. 7. & l. 7. pr. ff. Acquir. rer. dom.*

(Ad §. VI.) Quærit Auctor, *an captus & ſervus factus fugere poſſit?* Jure naturæ id negat, quia ibi ſupponitur ex juxta cauſa ſervus factus: at jure gentium, ubi de juſtitia cauſæ non quæritur, ſed ubi ſufficit bellum ſolenne eſſe, id affirmat: Alii dicunt poſſe ad ſuos non ad alios fugere. *Covarruv. 1. var. c. 2. n. 10.*

Nos ſimpliciter dicimus, ſpectato jure naturæ eum fugere poſſe: quia ſuæ reipublicæ judicio per injuriam captus eſt: cum enim quæque pars ſe jure bellum gerere, hoſtem vero injuria reſiſtere, ac vim exercere aſſerat, quælibet quoque pars ſuos injuria ab hoſte captos ſtatuit, adeoque jure ſervos non eſſe, eoque fugere & ad ſuos redire poſſe, etſi hoſtes contrarium aſſerant; Cum ergo nec captus ipſe nec alius ejus rei judex ſit, captus qui judicium ſuæ civitatis ſequitur, poteſt fugere, & ſi ad *ſuos* revertitur, vel ad *amicos*, cenſetur liber; in hoſtium autem civitate habetur pro jure capto & ſervo: Unde punitur ſi recipitur.

Apud *Medios* nondum eſt ſuæ poteſtatis, quia gentes non aſſerunt injuria captum, ſed res manet in ſtatu quo fuit cum intraret in civitatem mediorum; Hi enim utriusque factum pro jure habent *Vid. infra c. 17. §. 3.* Atque alias & poſtliminium fugientis injuſtum eſſet, ſi fuga injuſta: idque verum non tantum eſt de fugiente durante bello, ſed & de fugiente in pace. Cum quo belle convenit jurisprudentia Romana. *l. 26 capt. & poſtl. l. 19. pr. Eod. Vid. P. Bell. p. 8. tit. 8. n. 17.*

Inſto ſervum ex eadem ratione vi quoque ſe eripere poteſtati domini poſſe: Reſp. jam hoſtem ageret, quod non poteſt, quia in alterius poteſtate eſt ut domini, a quo ideo ſervatus eſt cum alias occidi poſſet: Si igitur ſtatueretur captum domino vi reſiſtere poſſe, ſequeretur etiam occidere dominum poſſe ſervum, eoque ab iſto periculo ſe ſervare: Aliud autem eſt in fuga, contra quam ſufficit cuſtodia.

Additio.

„Quæſtionem hanc late tractavit B. Parens *in diſſ. de fuga c. 1. n. 27. usque ad n. 38.* Verba hæc ſunt: Occurrit adhuc alia militum claſſis, captivorum ſcilicet, de his quæritur an licite fugiant. Grot. *lib. 3. c. 7. §. 6.* reſpondet affirmando, alio loco *L. 3. c. 14. §. 7.* negando. Priori loco, uti videtur, de jure gentium, poſteriori de jure naturæ. Mihi diſtinguendum videtur eſſe inter captivos qui ſe jam dederunt hoſti, & qui adhuc vi tenentur. Illis aufugere nec de jure gentium, nec de jure naturæ licet, vid. Diſſ. *de Poſtliminio Sect. 2. §. 15.* Nam qui ſe dederunt, licet ab initio vi capiantur teneanturque, nunc ex propria diſpoſitione tranſeunt in poteſtatem hoſtium; prout vero de jure ſuo quisque diſponit ita jus eſt; juxta *Poſ. VI. ad jus naturæ.* Igitur dum proprio facto ceſſerunt hoſti, huic jus ſemel quæſitum contrario facto auferre nequeunt. Interim tamen a ſuo principe vel priore domino recipi poſſunt. Is enim neque capturam neque deditionem, adprobavit, nec concedet unquam per deditionem de ſui Principis vel civitatis jure privatum diſponere potuiſſe, (hoc ſcil. Principi integrum manere debet) licet de proprio jure ſe dedenti diſponere licuerit. Hi captivi qui adhuc vi tenentur licite fugiunt de jure gentium: Grot. *L. 3. c. 7. §. 6.* (de jure naturæ illud videtur negare *ſup. all. l.*) Nam quamvis negari non poſſit captivos eſſe in hoſtium poteſtatem per capturam redactos, & hinc iniquitatis præ ſe ferre ſpeciem, non lytro aliquo ſed fuga ſe ab illa liberare; hoc tamen etiam certum, quemlibet captivum eousque tantum eſſe hoſtium donec fugiendi facultas incipiat, & hic integram fugam judicet, vi enim qua tenebatur ceſſante, ſi fidem non dedit ſe remanſurum, lubens ſequi caſtra & præſidia hoſtium non tenetur. Interim tamen dum adhuc poteſt retrahi juſtitia fugæ in ſuſpenſo eſt, & ſi retrahatur hoſti pœnas dabit, qui de injuria ſibi illata conqueritur; ſi autem fuga ceſſit feliciter, & reverſus eſt captivus *ad ſuos*, tunc de jure Romano & gentium poſtliminio redit. *l. 19. §. 3. ff. d. capt. & poſtl.* Hodie, cum ob ceſſantem ſervitutem jure poſtliminii opus non ſit, in poteſtatem ſui Principis vel ſuæ civitatis recidit, ſequiturque illius judicium, quod factum fugientis approbat laudatque. Quando etiam *ad amicos* vel *ſocios* pervenit, quia hi idem nobiscum ſequuntur judicium, itidem liber eſt. *d. l. 19. & 7. d. t.* Si autem nondum ad ſuos, vel amicos reverſus eſt, ſed apud *medios* commoratur, ma-

net

§. VI.

1. Quod tamen Theologi nonnulli ſentiunt; [a] qui bello injuſto capti ſunt [b] aut ex captis nati iis [c] fas non eſſe fugere niſi ad ſuos; [d] in eo falli non dubito. Id quidem intereſt, quod [e] ſi ad ſuos fugiant [f] bello manente, [g] libertatem conſequuntur ex poſtliminii jure: [h] ſi ad alios [i] aut etiam pace facta ad ſuos, vindicanti domino red- *Leſſ. l. 1. c. 5. dub. 5.*

„net adhuc in poteſtate hoſtium, qnibus, ſi pe„tant, a mediis reſtituendus eſt. Medii enim fa„ctum hoſtis pro jure habent, & quod pro jure „habetur a gentibus quæ mediæ ſunt, id quoque „juris gentium eſt. Sui vero vel ſocii injuria de„tineri civem ab hoſte exiſtimant per *d. l. 19. pt.* „*ſeqq.* convenit igitur hoc in caſu Jus Romanum „perfecte cum jure gentium. Illi vero captivi „qui quidem hoſti ſe nnn dediderunt, fidem ta„men fecerunt, ſe non niſi lytro prius ſoluto de„ceſſuros, & hujus promiſſionis intuitu dimittun„tur, die auf parole loßgelaſſen, fugere amplius „licite non poſſunt; ut hoc caſu inter nos obti„net, vid. Ch. B. K. R. *art. 70. in not.* Licet „vincti promiſerint ſe manſuros, ut ſcilicet miti„orem per id cuſtodiam obtineant. Fides enim, „quam vinctus dedit, valet, & per eam obligatur. „Quoniam nimirum hæc vis non impedit conſen„ſum, & in bello licita eſt. Si tamen nihilomi„nus vincti detineantur, cum ne vincirentur pro„miſerint, neque ſua promiſſione obligantur, ſed „data occaſione licite fugiunt. Grot. *l. 3. c. 23. §. 8.*

„Incidit hic quæſtio: An captus victori reſiſte„re, & vi ſibi viam fugæ aperire poſſit? LL. Ro„manis hoc permiſſum reperitur in *l. 26. ff. d.* „*capt, & poſtl.* verb. *Nihil intereſt quomodo ca*„*ptivus reverſus, an vi, vel fallacia poteſtatem* „*hoſtium evaſerit.* Grotius vero dum omnem do„mino reſiſtendi facultatem ſervis denegat, etiam „huic videtur ſimpliciter contrarius eſſe, eumque „feſellit ratio, quoniam olim bello capti ſervi „fiebant. *L. 3. c. 7. §. 7.*

„Hoc tamen more inter Chriſtianos antiquato, „cum hodie captivi non ſint ſervi, ſed maneant „liberi licet in poteſtatem capientium venerint, „& lytro vel ex pacto redimantur; hodiernis po„tius quod Romanis captivis (qui tamen ſervi fie„bant) licitum fuit, licebit. Ita quidem, ut quo„ties via ſugæ ipſis pateat, & hi integram fugam „judicent, dum nimirum per hoc deſinant in ho„ſtium eſſe poteſtate, impedienti fugam hoſti „reſiſtere, ac vi captivitati ſe eripere poſſint; quod „tamen ex eventu adparebit.

ADDITIO.

„Ab hoc jure fugiendi B. Parens excepit *Dedi*„*tos:* Nam per deditionem omnium judicio jus „hoſti quæſitum eſt, cum jure gentium fides hoſti „data, & pacta cum eo inita ſervanda ſint. Et licet „dicat injuria hoſtis ſe compulſum ad deditionem, „eo tamen non tollitur obligatio fidei datæ: quod „& jure Romano conſtitutum in *l. 1. ff capt. &* „*poſtl.* Quæ plenius excuſſit B. Parens *in diſſ. de* „*Poſtliminio in pace Sect. 2. §.* 13. 14. 15. *&* 16.

„Noſtram ſententiam de jure fugiendi, & de „jure in deditos alibi explicavimus. *Vid. Diſſert.* „*proœm. XII. §.*

„*a*) (QUI BELLO INJUSTO:) Bellum, quod in„ter duas ſummas poteſtates geritur, nunquam „injuſtum dici poteſt intuitu partium bellum ge„rentium, ante ultimam victoriam; quia judicem „non habent, & uterque juſtitiam cauſæ ſuæ alle„gat: Sed res eventu demum deciditur: Hinc „idem eſt ſive quis bello juſto ſive iojuſto capia„tur: Utroque enim caſu fugere poteſt captus, & „ex eventu demum conſtabit an jure fugerit an „injuria.

„*b*) (AUT EX CAPTIS NATI:) Hi enim eodem „jure utuntur quo capti ex quibus nati ſunt.

„*c*) (FAS NON EST FUGERE NISI AD SUOS:) „Quorum judicio injuria capti ſunt.

„*d*) (IN EO EOS FALLI NON DUBITO:) Imo „concedi id certo modo poteſt; Nam ad alios, „qui non ſocii ſed medii ſunt, fugientes liberta„tem non recipiunt, quia illi utriusque factum „pro jure habeot, adeoque res in eo ſtatu manet „quo fuit cum ad fines mediorum accederet.

e) (Grot.) (SI AD SUOS FUGIANT BELLO MANENTE, LIBERTATEM CONSEQUUNTUR EX POSTLIMINII JURE:) Vide infra cap. IX. §. 5. *Plinius* naturalis hiſtoriæ VII, 28. de M. Sergio: *bis ab Annibale captus, bis vinculorum ejus profugus.*

„*f*) (BELLO MANENTE:) Imo etiam pace fa„cta, uti mox videbimus.

„*g*) (LIBERTATEM CONSEQUUNTUR POSTLI„MINII JURE:) Quia nunquam ſervi fuiſſe, injuria „quippe capti, ex judicio ſuæ civitatis videntur t „de quo jure *infra. c. 9.* agetur.

„*h*) (SED SI AD ALIOS:) Quia enim judicium „ſuæ civitatis apud medios non valet, & hi jus „rei in præſenti ſtatu ſpectant, ſervus fugitivus do„mino vindicanti reſtitui debet. Secus ſi ad ami„cos & ſocios ſuæ civitatis revertitur: de quo „*d. c. 9.*

„*i*) (AUT ETIAM PACE FACTA AD SUOS:) „Hoc verum non eſt fugientem ſervum a ſua ci„vitate vindicanti domino reſtitui debere. Etſi „enim pace bellum compoſitum ſit, id tamen non „impedit, quo minus utraque pars contendat actus „medii temporis injuria eſſe geſtos, quod judici„um

reddendi ſunt. Sed [k] non ideo ſequitur animo quoque injici religionis vinculum; [l] cum multa ſint jura, quæ tantum exterius judicium ſpectant, [m] qualia ſunt hæc belli jura quæ nunc exponimus. [n] Nec eſt quod objiciat aliquis, ex dominii natura talem in animo obligationem ſequi. Reſpondebo enim, cum multæ ſint dominii ſpecies [o] poſſe & dominium dari quod tantum in judicio humano & quidem coactivo valeat; [p] quod & in aliis juris generibus occurrit.

2. Tale cum aliquatenus & [q] jus eſt teſtamenta nulla dicendi, ob deliquium ſolennitatis alicujus quam jura civilia præſcribant. Probabilior enim ſententia eſt etiam, [r] quod tali teſtamento relictum eſt

Soto de juſt. & jure l. 4. q. 4. art. 3. Leſſ. l. 2. c. 14. dub. 3.

„um cum effectu valet, ſi captus ad ſuam civitatem revertitur: niſi pace dictum ſit poſtliminio locum non fore: de quo plenius *infra c. 9.*

„k) (NON IDEO SEQUITUR ANIMO QUOQUE INJICI RELIGIONIS VINCULUM:) Senſus eſt, quod „fugientes non peccent fugiendo, etſi civitas ad „quam confugiunt eos reddere debeant.

„l) (CUM MULTA SINT JURA QUÆ TANTUM „EXTERIUS JUDICIUM SPECTANT:) Ubi actus legibus, ſive civilibus, ſive gentium improbatur, „quin & punitur, & tamen ſalva pietate fieri ac „admitti poteſt.

„m) (QUALIA SUNT HÆC BELLI JURA:) Quæ „ex conſenſu gentium demum vim habent, & ſpecialem legem continent, quod ſervi fugientes ad „alios, vel etiam pace facta ad ſuos, domino vindicanti reſtitui debeant.

„n) (NEC EST QUOD OBJICIAT ALIQUIS:) Senſus objectionis hic eſt, quod videatur ſervum „ſugere ideo non poſſe quia in poteſtate domini, i. e. in ejus dominio eſt, cui ſe ſubtrahere „abſque injuria nequit: Auctor reſpondet dominium hoc non a natura ſed ex lege demum gentium ortum eſſe, indeque non verum jus dominii competere, ſed ſaltem dominium externum, cujus effectus ſit ut cogi ſervus poſſit, „non ut religio animo ejus injiciatur: Verior „reſponſio eſt, quod captus ſequatur judicium ſuæ „civitatis, adeoque ſe injuria captum dicat. Hoc „judicium quidem effectum non habet quamdiu „eſt in poteſtate hoſtis, ubi valet judicium civitatis hoſtilis, ſed quando ad ſuos vel amicos revertitur prævalet judicium ſuæ civitatis, quæ „eum injuria captum, adeoque nunquam ſervum „factum eſſe judicat.

„o) (POSSE & DOMINIUM DARI QUOD TANTUM IN JUDICIO HUMANO & QUIDEM COACTIVO VALET:) Ex hujuſmodi autem dominio natura non ſequi religionem, ſeu obligationem in animo: At dictum jam eſt (1) in quolibet bello dominium in captos acquiri non ex „ficto aliquo jure gentium, ſed ex ipſa ratione „naturali: Unde (2) concludendum potius eſſet „captum dominio huic naturali ſe ſubtrahere non „poſſe. At (3) diximus quoque dominium illud „jure naturæ ſaltem vim habere ex judicio civitatis „hoſtilis, non vero juxta judicium civitatis ex „qua captus eſt, & quod ſervus quoque ſequitur: „tali igitur dominio ineſt conditio niſi ſervus „poſtliminio reverſus fuerit. Unde (4) neceſſario ſequitur, fugam ſervi ex judicio hoſtilis civitatis ſemper injuſtam, ex judicio ſuæ civitatis autem ſemper juſtam eſſe: at cum effectu ſemper „valet judicium ejus civitatis ubi is qui captus eſt „invenitur.

„p) (QUOD & IN ALIIS JURIS GENERIBUS:) „Ubi ſcilicet jura civilia aliquem tanquam dominum tuentur, qui jure naturæ dominus non eſt. „Adeoque ubi non injicitur religionis vinculum „ei ad quem verum dominium pertinet.

„q) (JUS & TESTAMENTA NULLA DICENDI „OB DELIQUIUM SOLENNITATIS:) Auctor exemplis probat, jure civili dominium aliquando conſtitui ſaltem quoad effectus externus, ita tamen „ut ei cui dominium verum aufertur nullum religionis vinculum injiciatur: Huc refert caſum, „ubi teſtator hæredem ſcripſit non adhibitis ſolennibus, hoc enim caſu jure civili hæredibus „ab inteſtato hæreditatem tribui ait, at id non impedire, quo minus hæres ſcriptus ſalva pietate „hæreditatem adire, eamque retinere poſſit: „Unde concludit, dominium hæredum ab inteſtato ſaltem in judicio humano valere, „non vero ideo quoque injici religionis vinculum hæredi ſcripto, cui naturali jure dominium deberi ſtatuit. At hoc exemplum plane huc „non pertinet: Nam cum teſtamenta ſint a „lege civili, verum non eſt dominium *a natura* „competere ei cui defunctus id teſtamento tribuere voluit: *Jure civili* autem non tribuitur dominium niſi adhibitis certis ſolennibus, quibus „deficientibus dominium non transfertur. In „hoc igitur caſu hæres ſcriptus nec jure naturali „nec jure civili pro domino haberi poteſt.

„r) (QUOD TALI TESTAMENTO RELICTUM „EST SALVA PIETATE RETINERI POSSE:) Is cui „in imperfecto teſtamento aliquid relictum eſt, jus „a natura non habet, quia diſpoſitio defuncti poſt „mortem nullum effectum habet: nec jure civili, „quia deficiunt requiſita juris civilis, adeoque ſalva

pietate

eſt retineri ſalva pietate poſſe; *s* ſaltem quamdiu ei non contradicitur. *t* Nec longe abit *u* dominium ejus qui ſecundum leges civiles mala

„pietate nihil ex tali diſpoſitione capere poteſt,
„ſed, cum omne jus ad hæredes ab inteſtato perti-
„neat, id eis neceſſario tribuere tenetur.

„s) (SALTEM QUAMOIU EI NON CONTRADI-
„CITUR:) Scilicet ab hæredibus ab inteſtato: mo-
„do ſciant teſtamentum imperfectum eſſe, & ac-
„quieſcant: Tunc enim non ex teſtamento, ſed
„ex voluntate hæredum ab inteſtato eorumque
„beneficio hæreditatem acquirunt: Atque ex his
„facile deciditur celebris illa quæſtio, an ex teſta-
„mento imperfecto naturalis obligatio oriatur, ita
„ut hæres in conſcientia obligetur ad præſtanda
„legata tali teſtamento relicta? quod negavimus
„in *jure noſtro controverſo civili p. 2. tit. q.*
„*Conf. ſupra*

„t) (NEC LONGE ABIT:) Aliud exemplum hic
„ponit, ubi quis dominus conſtituitur in judicio
„humano, nec tamen alter, qui natura rei domi-
„nus eſt, injuria rem dennet ſi non interpellatur.

„u) (DOMINIUM EJUS QUI SECUNOUM LEGES
„MALA FIDE PRÆSCIBIT:) Verum eſt quod ſola
„lex civilis hoc dominium tueatur, at cum id ob
„utilitatem publicam lege introductum ſit, omni-
„no & naturali quoque ratione dominium tribu-
„it præſcribenti qui a jure naturæ quoque per
„diſpoſitionem ſuperioris jus alii acquiri & nobis
„auferri poteſt. Atque ex hac ratione improbat
„B. Parens diſpoſitionem juris Canonici, quod
„peccatum eſſe ait rem alienam ſolo longi tem-
„poris lapſu acquirere: in *diſput. de finibus bonæ*
„*fidei &c. prima Sect. 1. §. 6. usque ad finem.* Ita
„enim diſſerit

„Operæ pretium videtur ad examen revo-
„care eam quæſtionem, an conſtitutio juris
„civilis, quæ in uſucapionibus bonam fidem
„ab initio duntaxat requirit, quicquam contineat
„quod rationi aut naturali æquitati adverſum ſit,
„quin an deterior ſaltim ſit conſtitutione canoni-
„ca? quod utrumque omnino negamus. Etſi enim
„jure naturali ſancitum non ſit ut lapſu tempo-
„ris, quod ſaltim intra memoriam hominis ſit,
„dominus rem ſuam amittat, & alius alienam ac-
„quirat, tamen cum in pœnam negligentiæ, tum
„ob utilitatem publicam lege id fieri poſſe con-
„ſentiunt ipſa jura canonica, quibus uſucapiones
„& præſcriptiones æque ac jure civili probantur:
„Certumque eſt poteſtati civili id jus puniendi
„proſpiciendique publicis civium uſibus, natura
„competere. Nam cum & res adiaphoræ lege
„prohiberi ſub pœna poſſint v. g. *ne quis rogum*
„*aſcia poliat* vel *mulier genas radat* &c. nedum
„res, quæ jam ante prohibitionem officio frugi
„patrisfamilias adverſantur. Bene Caſtrenſis in
„*d. l. 4. §. ſi vitam in f. ff. de Uſucap.* inquit:
„*Creditor multatur ab ipſo ſtatuto propter negli-*
„*gentiam hac pœna, & ſic debet cedere lucro debi-*
„*toris l. 74. de ſolut; conſtat enim quod ſtatutum*
„*potuit afficere ſibi ſubjectum & inferre ei hanc pœ-*
„*nam.* Præſertim cum non leve illud momen-
„tum ſit, quod uſucapio ad tranquillitatem reipubl.
„& civium affert, ſed omnium prope maximum,
„ne ſcil. lites ſint immortales, ſed dominia tan-
„dem ſecura & commercia in tuto: Sublata enim
„uſucapione & præſcriptione nihil tali civitate
„turbulentius, nihil civium concordiæ amicitiæ-
„que infeſtius, & nulla rei vel acquiſitio vel poſ-
„ſeſſio ulla hominum tuta ac quieta eſſe poteſt.

„Quemadmodum igitur uſucapiones legibus in-
„troductæ cum natura juſtæ ac æquæ, tum in civi-
„tate tantopere proficuæ & prope neceſſariæ ſunt,
„ita potuiſſet lex ſalva juſtitia naturali abſolute eas
„conſtituere non attenta bona fide poſſeſſoris ob
„prædictas rationes: Licuit enim utique magiſtra-
„tui ſummo talem legem inter cives ſuos ſancire,
„ut ſinguli intra triennium v. g. curam habeant
„rerum ſuarum, in easque inquirant ſub pœna,
„ni fecerint, amittendi indiſtincte dominii omnia-
„que juris in eam. Nam & naturaliter Princeps
„privatis jus ſuum ex duabus cauſis auferre poteſt,
„in pœnam delicti & ob neceſſitates reipublicæ,
„quorum cum alterutra ſufficiat, hic utraque con-
„currit, ſcil. pœna negligentiæ & utilitas publica,
„quæ ex dominorum ſecuritate, civium quiete
„& litium amputatione pullulat.

„Atque hujusmodi aliæ leges plurimæ ac nullo
„jure improbatæ ſunt. Ita lex conſtituta eſt, ut
„ſi quis rem ſuam privata auctoritate repetat, do-
„minium perdat. *l. 13. ff. quod metus cauſ. §. 1.*
„*verſ. ſed ne Inſt. de vi bon. rapt. l. ſi quis in tan-*
„*tum 7. 6. unde vi l. 2. c. de priv. carc.* quæ lex
„vero & juſto domino, qui rem ſuam privatim
„repetit, in pœnam uſurpatæ autoritatis privatæ
„dominium aufert, nec ullibi diſtinguitur an
„poſſeſſor ſciverit rem ejus qui repetit eſſe, an
„ignoraverit. Ita cum quis rem ex turpi utrin-
„que cauſa accepit danti in pœnam turpitudinis
„aufertur actio, & condictio: (quæ jure gentium
„competebat *per l. 25. in fin. ff. d. act. rer amot.*
„*l. 32 in f. ff. d. rebus cred. l. 1. §. fin. ff. d. Cond.*
„*ſine cauſ*) etſi poſſeſſor ſciens ex turpi cauſa ac-
„ceperit *l. 3. l. 4. §. 2. l. pen. ff. d. Cond. ob turp cauſ.*

„Prætor quoque edixit, ut ſi quis domum ſuam
„ludo præberet, & ex ea re injurias, damna,
„furta &c. paſſus eſſet, actione, quæ eo nomine
„ipſi jure competeret, privatus eſſet in pœnam
„præbitæ in ludum domus, etſi illi in quos actio
„daretur, dolo & mala fide feceri nt & gravius
„deliquerint *l. 1. §. 1. §. 2. §. 3. ff. d. alear.*

„Quin in criminibus etiam graviſſimis, uti
„adulteriis, quinquennii, in aliis ſaltem vicennii præ-
„ſcriptio accuſationem tollit: Uti & doli actio
„biennio, injuriarum, anno excluditur. Quin
„ergo præſcriptio, quæ enormiſſimorum facino-
„rum reis ob utilitatem publicam prodeſt, minus
„prodeſſe poſſet poſſeſſori ſaltem ſcienti rem ali-
„enam eſſe Conf. *Sect. 2. §. 20.*

„Quin igitur pari jure fas eſſet punire negligentiam civium, qui legem certum tempus inquirendis rebus ſuis præſcribentem aſpernatur, & cum litis deſiit prope notitia, litem magno reip. malo inchoant. Imo cum in criminibus etiam graviſſimis, uti modo dictum, quinquennii vel ſaltem vicennii præſcriptio accuſationem aboleat, qui minus lex permittere poſſet, ut præſcriptio prodeſſet ſcienti rem alienam, quam ut atrociſſimorum facinorum reis.

„Quod ſi itaque ſalva æquitate naturali legi licitum fuit uſucapionem ita absque ulla bona fide introducere ex memoratis cauſis, omni equidem labe & ſcrupulo carebit lex illa XII. Tabb, quæ uſucapionem non aliter admiſit, quam ſi totum illud negotium ex quo poſſeſſor rem ſibi comparavit, bona fide geſtum fuerit, adeoque quicquid in facto hominis conſiſtit, bona fide non caruerit; cujus juris æquitas multoluculentius apparebit, ubi ratio ſeu principium, quod ſequitur lex civilis, recte intellectum fuerit: Ergo quale id ſit videamus.

„Scilicet bona & mala fides non ſunt niſi in hominum actionibus ex negotiis, & tantum quæritur, an quod homines egerunt, bona vel mala fide egerint; uti de dolo, cujus ſpecies eſt mala fides, nunquam quæritur extra hominum actiones, nec quicquam doloſum dici poteſt, quam factum hominis.

„Accurata itaque quam maxime eſt ſanctio juris civilis, quod ſemper & in omnibus, quæ facto poſſeſſoris fiunt, bonam fidem requirit, nec unquam poſſeſſori ullum jus ex facto ipſius tribuit niſi tum, cum agit, bonam fidem habuerit. Quod conſtat: Nam poſſeſſor etſi bona fide & juſto titulo rem acceperit, non tamen medio tempore fructus percipiendo ſuos facit, ſi tum ſciat alienos eſſe; cum fructus non niſi ex ſuo facto, ſcil. perceptione, acquirat. *l. 48. §. 1. d. A. R. D.*

„Idem bonæ fidei poſſeſſor actionem ex edicto de damno infecto contra vicinum movere nequit, ſi tum ædes, quas poſſidet, alienas eſſe reſcivit *l. 13. §. 9. d. damn. inf.* Eademque ratione nec publiciana agere poterit, amiſſa medio tempore poſſeſſione, niſi tum cum agit & repetit, bonæ fidei poſſeſſor ſit. *l. 15. § 2. ff. d. uſucap. juncta. l. 7. §. ult. ff. de publ. in rem act.*

„Hæc itaque omnia cum facto poſſeſſoris procedant, tempore quoque medio, quo fiunt, requirunt bonam fidem. At in uſucapione ſolum initium ſcil. negotium quo poſſeſſor a non domino capit, facto ipſius fit, adeoque bona fide fieri debuit, eo vero rite geſto, & re bona fide & juſto titulo accepta, dominium poſt certum tempus, quo continuari debet poſſeſſio, ſine novo hominis facto atque negotio ſola poteſtate legis & vi juris adjicitur: Atque ita in ea ſaltim parte uſucapionis, quæ non facto hominis ſed poteſtate juris perficitur, lex non requirit bonam fidem.

„Hanc vero hujus juris ac differentiæ rationem eſſe, quod *capio* i. e. uſucapio, juris ſit, *perceptio* facti, perſpicue & exerte exprimitur in *l. 48. §. 1. ff. d. A. R. D.* cujus verba ſunt: *Si eo tempore quo mihi res traditur, putem vendentis eſſe, deinde cognovero alienam eſſe, quia perſeverat per longum tempus capio, an fructus meos faciam? Pomponius verendum, ne non ſit bonæ fidei poſſeſſor, quamvis capiat* (i. e. uſucapiat) *hoc enim ad jus, id eſt capionem, illud ad factum pertinere &c.* Ex quo loco patet bonam fidem in perceptione fructuum ſemper, in uſucapione vero ab initio requiri; utrumque enim in facto hominis conſiſtit: At reliquo tempore uſucapionis, quo ſola lex operatur; eam non requiri. Quæ equidem ratio ſatis eſt conſtans, accurata & ſana.

„Præterea ſi cauſam ac finem uſucapionis reſpicimus, ſcil. ut lites tandem ſopiantur, ciresque quieti ſint, longe convenientior eſt diſpoſitio civilis, quam canonica: Per illam enim id agitur, ut lapſo tempore, quod inquirendis rebus ſuis permiſſum eſt dominis, & probata a poſſeſſore ſaltem juſta cauſa & bona fide negotii quod geſſit, omnis alia lis & quæſtio conticeſcat. At diſpoſitio canonum omnem fere fructum ad utilitatem publicam uſucapionum evertit; cum enim uſucapio introducta ſit, ut tandem evitentur difficiles illæ dominiorum diſputationes ac probationes, in harum locum per canones ſubſtituuntur non minus difficiles diſputationes & probationes de totius medii temporis, & plurimorum annorum non interrupta bona fide, qua re nonminus prolixus litium ordo iterum panditur. Quin per hos canones & reſuſcitantur magis diſceptationes de dominio, & quod unicum fere tutum certumque remedium fuerat probandi dominii, deſtruitur: Nam uſucapio cum ſuo initio ſeu qualitate negotii, quo poſſeſſor rem acceperat, haud difficulter, & hoc modo dominium tuto certoque probari potuit; at quantopere ille probandi per uſucapionem dominii modus enervatus ſit ex quo invadere & oppugnare eam uſucapionem licuit, excitata lite de totius medii temporis bona fide, cuique obvium eſt. Quid enim difficilius eſt, quam tot annorum continuam & haud interruptam bonam fidem, nec ipſius poſſeſſoris tantum ſed & anteceſſorum, quorum ille tempora continuat, docere; cum tamen is, qui intentionem ſuam in uſucapione fundat, eam cum omni ſua qualitate & requiſitis probare debeat, *arg. l. 10. pr. ff. ſi ſerv. vind. l. 2. ff. d. Prob. &c.* quicquid nonnulli ſcriniorum compilatores temere diſſentiant vel transcribant. Quid vero certi, quæ probatio eſſe poteſt in uſucapione, in quam ingenti difficultatum dubiorumque mole incurſari, quæque tam facile eludi poteſt.

„Unde nec evitavit hoc jus Canonum cenſuram JCtorum. Joh. Pet. de Ferrata JCtus Italus in *pract. Pap. form. Reſponſ. rei conv. verſ. præſcriptionis n. 28.* defendens ſententiam juris civilis addit: *Nec obſtat quod periculum animæ vertatur: quia iſta ratio, ſalva reverentia, eſt multum fatua:* & deinde longe graviora in hos Canones ſubjicit. Item Weſenbec. ad Schneider. *tit. d. Uſucap. in pr. n. 20. ht. I.* de hac conſtitutione canonum ita loquitur: *Nec ratio, nec de-*

„*ciſio*

mala fide præſcripſit: *v* nam & hunc civilia judicia ut dominum tuentur. *w* Et hac diſtinctione facile ſolvitur nodus ille quem Ariſtoteles nectit de cavillationibus libro II, cap. 5: ἆρα δίκαιον τὰ αὐτοῦ ἔχειν ἕκαςον; ἃ δὲ ἄντις κρίνοι κατὰ δόξαν τὴν ἑαυτοῦ, ἂν ἦ χειδῆ, κύριά ἐςιν ἐκ τοῦ νόμου. τὸ αὐτὸ ἄρα δίκαιον καὶ οὐ δίκαιον: *Nonne jus eſt ut ſua quisque habeat? At quæ ex animi ſui ſententia judex judicaverit, ex lege rata ſunt.* *x* *Erit ergo idem jus & non jus.* Lib. II. Cap. 25. p. 308. D. Edit. Pariſ.

3. *y* In

„*ciſia illius textus valet.* *Nam quid huc pertinet* „*dictum Apoſtoli: Quicquid non fit ex fide illud* „*peccatum eſt: ſcil. æque illud intellexerunt, ut* „*hæc jura præſcriptionum & diutius in hac luce* „*Evangelii patiemur juſtitiæ talibus tricis imponi.* „Denique Cujacius JCtorum & Galliæ ſuæ lumen „ad *c. 5. in f. X. d. præſcript.* de eadem ita ſentit: „*Hunc locum ſerva interim, ut probes quam Cy*„*nici & fuſci olim fuerint, quæve imperitia &* „*incuria curiæ Romanæ.*

„Quicquid ſit, hodie jus hoc canonicum certo „uſu receptum eſſe conſtat: Neque ideo hæc di„ſputamus ut in dubium illud vocemus, ſed ut ap„pareat, cum juris civilis diſpoſitionem omni labe „carere, optimaque ratione niti, quin in republ. „præferendam eſſe alteri; tum intolerabilem eſſe „abuſum, quo multi non perſpecta vera juris juris „ratione, prætextu cerebrinæ generalis parum„que ſolidæ, quin fictæ æquitatis, conſcientiæ la„queos nectunt, & cum ſibi cum aliorum imperi„torum animis tam facile injiciunt.

„Equidem Beatus Lynkerus, vir omni elogio „major, hanc ſententiam B. Parentis ſuppreſſo „nomine impugnavit, & male reprehendi jus ca„nonicum, ac rationem, quod hic periculum ani„mæ verſetur multum, immerito fatuum a Johan„ne Petro de Ferrar. appellari exiſtimavit. Ad„dendo, modeſtius ratiocinari Ungepanerum „*ad tit. X. de præſcript. n. 7.* ſtatuentem nec ra„tionem Pontificis, nec deciſionem *in c. f. X. de* „*præſcript.* ratione carere, ſed deſumtam eſſe ex „Pauli epiſtola *ad Rom 14. v. ult.* Paulum autem „non loqui ibi de fide ſalvifica, ſeu theologica & „juſtifica, ſed de bona fide politica, & quæ effi„cit ut omne id quod fit contra animi noſtri con„ſcientiam peccatum ſit. *Can. 44. c. 33. q. 3. de* „*pœnit. diſt. 3.* Atque hanc explicationem eſſe „ex Chryſoſtomo, Theophilacto, aliisque patri„bus & theologis, eoque fruſtra ac ſufficienti „absque ratione rationem juris Canonici impu„gnari. His Reſpondat B. Parens *in diſput.* „*de finibus bonæ fidei &c. Secunda: dubio II. §. 18.* „*usque ad* §. 28. his verbis.

„Si dicendum quod res eſt, conciliari jus civi„le & jus Canonicum facili ratione poſſe arbitror: „alia enim quæſtio eſt, *an dominus rei naturali* „*jure per præſcriptionem civilem dominium amit*„*tat, illudque in præſcribentem tranſeat?* Alia, *an is* „*qui ſciens rem alienam longo tempore poſſidet, ade*„*oque præſcriptione dominium acquirit tutus ſit in* „*conſcientia?*

„*Prior* quæſtio affirmatur: quia leges civitatis „ob utilitatem publicam id ſtatuerunt: cives an„tem ſuo conſenſu ſeſe legibus civitatis ſubmiſe„runt. Dominus igitur ſuo conſenſu dominium „amittit. (*Vid. ſupr. l. 2. c. 23. §. 2.*)

„At quod ad *alteram* quæſtionem attinet, ne„gari nequit præſcribentem non eſſe tutum in con„ſcientia: Sane ſola detentio rei alienæ peccatum „eſt, & injuria agit qui eam domino non reddit: „Etſi igitur dominus propter negligentiam præ„ſumtam dominium perdat, ideo tamen pecca„tum intuitu Dei commiſſum non tollitur. Jus „igitur domini tollitur per legem, ſed jus Dei non „tollitur quod ei in præſcribentem propter malum „actionis competit: Atque hinc Canones non im„merito crediderunt animæ periculum hic ſubeſſe,

„Quod vero Canones ideo præſcriptionem nul„lam declarant, in eo errant, quia ob utilitatem „publicam & ut tandem dominia rerum certa ſint, „dominus ſuo jure privari poteſt, inprimis cum „ipſe in leges civitatis conſentiat. Sane per reſti„tutionem rei peccatum non ceſſabit, nam deten„tio rei alienæ animo ſibi lucrandi per ſe injuria „eſt, quæ intuitu Dei non expiatur per ſolam rei „reſtitutionem: Exemplum furis hanc rem illu„ſtrabit: Etſi enim dominus remittat actionem „furti id tamen non impedit quo minus fur coram „Deo reus ſit propter malam actionem, contre„ctationem nimirum rei alienæ: Adeoque etſi „rem ablatam nunc jure teneat, vitium tamen ma„net intuitu Dei.

„*v*) (NAM & HUNC JODICIA CIVILIA UT „DOMINUM TUENTUR:) Sed dictum eſt inde ne„ceſſario ſequi, animo quoque ejus contra quem „allegatur præſcriptio injici religionis vinculum: „adeoque nec ex hoc exemplo Auctoris reſponſio „probatur.

„*w*) (ET HAC DISTINCTIONE FACILE SOL„VITUR NODUS ILLE:) Imo diſtinctio illa in do„minium quoad effectus externos & internos non „ſolvit nodum hunc, ſed alia ratione ſolvendus „eſt.

„*x*) (ERAT ERGO IDEM & JUS & NON JUS:) „Non jus fuit antequam ſententia pronuntiabatur, „at jus fit poſt pronuntiatam ſententiam, ex com„promiſſo ſcl. partium & ex lege, adeoque ratione „quoque naturali.

3. [y] In noſtra vero quæſtione [z] nulla cauſa fingi poteſt, cur gentes aliud ſpectaverint quum externum illud; nam facultas vindicandi ſervum, & cogendi, imo & vinciendi, & res ejus habendi, [aa] ſufficiebat ut captis captores vellent parcere: aut ſi tam feri eſſent ut [bb] iſtis utilitatibus non moverentur, certe [cc] nec moturum eos fuerat vinculum aliquod animis injectum, quod ipſum tamen ſi omnino [dd] ſibi neceſſarium crederent, [ee] poterant exigere fidem aut jusjurandum.

4. [ff] Neque vero temere in lege, quæ non ex æquitate naturali ſed [gg] majoris mali vitandi cauſa lata eſt, ea ſumenda eſt interpretatio quæ peccato obnoxium faciat actum cæteroqui licitum. [hh] Florentinus Jurisconſultus: *nihil intereſt, quomodo captivus reverſus eſt:* L. Nihil. 19. pr. inc. D. de capt. [ii] *utrum dimiſſus, an vi vel fallacia poteſtatem hoſtium evaſerit.* Nimirum

„y) (IN NOSTRA VERO QUÆSTIONE &c.) An „ſcilicet capti ſugere poſſint? & an gentes dominium tribuendo capienti animis ſervorum religionis vinculum injicere voluerint?

„z) (NULLA CAUSA FINGI POTEST CUR GENTES ALIUD SPECTAVERINT QUAM EXTERNUM „ILLUD:) Quod tantum in judicio humano & quidem coactivo valeat, verum autem jus non det, „indeque nec animis eorum, qui dominio tali „ſubjiciuntur, ullum injiciant religionis vinculum.

„aa) (SUFFICIEBAT UT CAPTIS CAPTORES „VELLENT PARCERE:) Doctæ hæ ſunt nugæ: Senſus eſt gentes, ut victores a cæde victorum jure „gentium in bello ſolenni indulto diſtraherent, „inſignia commoda in ſervos conſtituiſſe: Non „vero voluiſſe præterea vinculum aliquod injicere „animis captorum quod eos a fuga impediret, idque ideo, quod certi quaſi eſſent, capientem, „qui non moveretur utilitatibus illis, nec motum „iri vinculo illo, inprimis cum liberum ipſi ſit „juramentum a ſervo exigere: At ſæpius jam dictum eſt (1) non dari jus gentium voluntarium, „nedum bellum ſolenne cui effectus particulares „gentes tribuerint. (2) Commoda illa in ſervos „non jure gentium ſed jure naturæ ſtatuta eſſe. „(3) Dominium in ſervos jure naturæ acquiri ex „judicio noſtræ civitatis, idque pro vero dominio „haberi quam diu ſervus eſt in noſtra civitate. „(4) Ex judicio civitatis hoſtilis, quod captus ſequitur, victorem injuria ſervum feciſſe, illudque „judicium effectum habere ſi hoſtis fugitivus ad „ſuam civitatem redit. Atque hanc (5) cauſam „eſſe cur ſervus fugiendo non contra fidem & religionem agat, quia ex ſuo & civitatis ſuæ judicio injuria ſe captum aſſerit.

„bb) (ISTIS UTILITATIBUS:) Scilicet quas ex „operis & rebus ſervi, item ex ejus alienatione „captores percipere poſſunt.

„cc) (NEC MOTURUM EOS ERAT VINCULUM „ALIQUOD:) Quod ex veri & naturalis dominii „natura oritur. *Vid. ſupr. n. 1.*

„dd) (SIBI NECESSARIUM CREDERENT:) Captores.

ee) (Grot.) (POTERANT EXIGERE FIDEM AUT JUSJURANDUM:) *Bembus* hiſtoriæ libro X.

ADDITIO.

„Si ſervus, qui occidi potuit, jurato promittit „ſe non capeſſiturum fugam, etiam ex judicio ſuæ „civitatis obligatur, quia fides quoque inter hoſtes ſervanda eſt.

„ff) NEQUE VERO TEMERE IN LEGE &c.) „Auctor alio argumento probat, gentes nuluiſſe „victoribus in ſervos aliud dominium tribuere „quam externum, i. e. non tale quod animis ſervorum vinculum injicere, eosque impediret quo „minus fugere poſſint: quia ſcilicet in legibus „quæ per ſe juſtæ non ſunt, ſed ſaltem majoris „mali vitandi cauſa feruntur, interpretatio in mitiorem partem facienda eſt: At verum non eſt legem, qua captor jus acquirit in captum, non eſſe „ex naturali æquitate: verum non eſt legem hanc „a gentibus demum & quidem majoris mali vitandi cauſa latam eſſe: Veram rationem naturæ „cur ſervus fugere poſſit jam allegavimus, quia „ſcilicet ex ſuo & ſuæ civitatis judicio injuria captus eſt, quod judicium vero tunc demum valet & effectum habet ſi in ſuam civitatem revertitur.

„gg) (MAJORIS MALI VITANDI CAUSA:) Ut „nimirum victores tot commodis illiciti abſtinerent a cædibus ſervorum. *Vid. §. 5. n. 1.*

„hh) (FLORENTINUS:) *L. 26. ff. de capt. & „poſtl.*

„ii) (UTRUM DIMISSUS AN VI VEL FALLACIA „&c.) Nam cum ex ſuo & civitatis ſuæ judicio „injuria ſe captum dicat ipſe non peccat ſi ea injuria ſe liberare ſtudet, at quamdiu in poteſtate „victoris eſt, effectum non habet illud judicium, „adeo ut ſi recipiatur fugiens, puniri ideo poſſit.

„kk)

rum quia hoc [kk] jus captivitatis ita jus eſt, ut alio ſenſu plerumque & injuria ſit, quo nomine & a Paulo Juriſconſulto nominatur. [ll] jus, *L. 19. princ.* quoad effectus quoſdam: [mm] injuria, ſi id quod rei intrinſecum eſt *eod. tit.* ſpectetur. Unde & hoc apparet, [nn] ſi quis bello injuſto captus in poteſtatem hoſtium venerit, ab eo non attaminari furti crimine animum, ſi res ſuas ſubducat, [oo] aut laboris ſui mercedem, ſi quam ſupra alimenta præſtari æquum eſt; [pp] modo ipſe neque ſuo, neque publico nomine quicquam debeat domino, aut ei cujus jus dominus acceperit. Nec refert quod fuga talis & ſubductio deprehenſa *Bannes* graviter puniri ſoleant: [qq] nam & hæc & alia multa faciunt poten- *2. 2. qu. 30.* tiores, non quia æqua ſunt, ſed quia ipſis expedit.

5. Quod vero prohibent [rr] canones nonnulli ſuadere ſervo mi- *c. ſi quis* niſte- *ſervum. 17 q 4 c. 37. &c. ſeq.*

„*kk*) (JUS CAPTIVITATIS ITA JUS EST, UT „ALIO SENSU PLERUMQUE ET INJURIA SIT:) „Auctor putat *jus* eſſe ex jure illo gentium quod „in bello ſolenni effectus externos tribuit ejusmo„di actui; at *injuriam* eſſe ex jure naturæ ſi cauſa „belli injuſta ſit, quod toties refutavimus.

„*ll*) (JUS QUOAD EFFECTUS QUOSDAM:) Imo „Paulus nihil horum aſſerit in *l. 19. pr. ff. capt. & poſtl.* Sed ait ſaltem ſervum fugientem ſi ad „nos revertitur poſtliminium recipere; idque in„ter populos liberos *moribus*, *legibus* conſtitutum „eſſe, ubi per *mores* intelligit jus naturæ, per *leges* „autem pacta inter ſummas poteſtates de ejusmo„di caſibus inita: Quin diſerte ait jus hoc ex *aequi„tate naturali* iotroductum eſſe, & rationem quo„que addit naturalem, *quia* ex judicio noſtræ civi„tatis *injuria ab extraneis detinebatur: d. l. 19. in „fin. pr.*

„*mm*) (INJURIA SI ID QUOD REI INTRINSE„CUM EST SPECTETUR:) i. e. juxta juſtitiam in„ternam: at contrarium aſſerit Paulus.

„*nn*) (SI QUIS BELLO INJUSTO CAPTUS IN „POTESTATEM HOSTIUM VENERIT, AB EO NON „ATTAMINARI FURTI CRIMINE ANIMUM:) Hoc „verum eſt ex judicio capti, & civitatis ex qua ca„tus eſt; at quamdiu ſubeſt judicio civitatis ho„ſtilis, quæ bellum juſtum, & captum jure ſer„vum factum ait, tamdiu habetur pro fure, & tan„quam fur puniri poteſt: jam enim cum effectu il„lud judicium obtinet.

oo) (Grot.) (AUT LABORIS SUI MERCEOEM:) pertinent ea quæ a nnbis ex *Irenæo* & *Tertulliano* allata ſunt ſupra ad libri II. capitis 7. §. 2. nbi de Hebræis agitur Ægypto egreſſis, ad quos & hoc *Philonis* pertinet de vita Moſis: οἱ δ' ἐλαυνόμενοι καὶ διωκόμενοι, τῆς αὐτῶν εὐγενείας εἰς ἔννοιαν ἐλθόντες, τόλμημα τολμῶσιν ὁποῖον εἰκὸς ἦν τοὺς ἐλευθέρους καὶ μὴ ἀμνήμονας ὧν ἐπεβουλεύθησαν ἀδίκως. πολλὴν γὰρ λείαν ἐκφορήσαντες, τὴν μὲν αὐτοὶ διεκόμιζον ἐπηχθισμένοι, τὴν δὲ τοῖς ὑποζυγίοις ἐπέθεσαν, οὐ διὰ φιλοχρηματίαν, ἢ ὡς ἄν τις κατηγορῶν εἴποι, τὴν τῶν ἀλλοτρίων ἐπιθυμίαν. πόθεν; ἀλλὰ πρῶτον μὲν ὧν παρὰ πάντα τὸν χρόνον ὑπηρέτησαν, ἀναγκαῖον μισθὸν κομιζόμενοι. εἶτα δὲ ὑπὲρ ὧν κατεδουλώθησαν ἐν ἐλάττοσι καὶ οὐχὶ τοῖς ἴσοις ἀντιλυποῦντες. & quæ ibi ſequuntur plura. *Illi autem cum ejicerentur fugarenturque, nobilitatis ſua memores, rem incipiunt dignam viris ingenuis, nec oblitis eorum qua per injuriam dolumque malum pertulerant: multa enim ſpolia partim ipſi exportarunt, partim impoſuerunt jumentis, non per avaritiam, aut quod calumniator aliquis dixerit, alieni cupiditatem. Unde enim hoc illis? ſed primum quidem ut miniſterii tam longi temporis mercedem ſibi neceſſariam haberent, deinde pro ſervitute per vim impoſita pœnam non parem ſed multo minorem expetentes.* (Pag. 624.) Eſt ſimilis hiſtoria Malchi viri ſancti deſcripta ab *Hieronymo* in epiſtolis, & Longobardi Leuphis quam nobis dat pronepos ejus *Paulus Warnafredi* libro IV. (Cap 39.) Adde ſi placet & confeſſionem editam ſub *Lanici Patricii* nomine.

„*pp*) (MODO IPSE NEQUE SUO NEQUE PUBLI„CO NOMINE QUICQUAM DEBEAT OOMINO &c.) „Imo etſi debeat domioo vel ſuo vel publico no„mine, tamen id quoque auferre poteſt, quia ex „judicio ſuæ civitatis, quod captus ſequitur, inju„ria ei facta eſt, cujus reparationem petere pot„eſt.

„*qq*) (NAM HÆC ET ALIA MULTA FACIUNT „POTENTIORES: &c.) Auctnr ſibi objicit, „quod gentes non videantur voluiſſe permittere „fugam captis, quia eædem gentes deprehenſos „graviſſime punire ſolent: At reſpondet, hæc „a potentioribus fieri ooo quia æqua ſunt, ſed quia „expedit: Vera reſponſio eſt, quod ſervi juſte fu„gere poſſint ex judicio ſuæ civitatis, non ex ju„dicio eivitatis hoſtilis: Adeoque tota res depen„det ab eventu; ſi ad ſuam civitatem revertuntur „liberi ſunt a pœna, ſi deprehenduntur puniri jure „poſſunt; nimirum ex judicio hoſtili.

rr) (Grot.) (CANONES NONNULLI:) Ex *ſynodo Gangrenſi.* vide quæ ſupra libro II. fine capitis V.

niſterium domini ſui deſtituere, [ss] ſi ad ſervos referas qui pœnam juſtam ferunt, aut voluntaria pactione ſe addixerunt, præceptum eſt juſtitiæ, [tt] ſin ad eos qui bello injuſto capti ſunt, [uu] aut ex captis nati, oſtendit Chriſtianos Chriſtianis auctores potius patientiæ eſſe debere quam rei talis, [vv] quæ quamvis licita animos tamen a Chriſtianiſmo alienos aut alioqui infirmos poſſet offendere. [ww] Similemque in modum accipi poſſunt Apoſtolorum ad ſervos monita, niſi quod illa magis videntur obedientiam a ſervis exigere dum ſerviunt; [xx] quod naturali æquitati conſentaneum eſt; nam alimenta & operæ ſibi mutuo reſpondent.

§. VII.

Cæterum ab iiſdem, quos indicare cœpi, Theologis illud dictum recte arbitror, [a] ſervum domino jus illud externum exſequenti reſiſtere illæſo juſtitiæ officio non poſſe. Eſt enim inter hoc & ea [b] quæ diximus manifeſta diſcrepantia. Externum jus, [c] quod quidem non ſola agendi impunitate ſed & judiciorum tutela conſtat, [d] inane erit ſi ex adverſo reſiſtendi jus maneat; nam ſi domino vi reſiſtere

ADDITIO.

„Recte Auctor ait eſſe hoc dogma virtutis & „perfectionis: Multa timenda ſunt ſervo fugitivo, „adeoque magis ei expedit pati ſervitutem quam „tot ſe exponere periculis.

„ss) (SI AD SERVOS REFERAS QUI POENAM „JUSTAM FERUNT, AUT VOLUNTARIA PACTIO„NE SE ADDIXERUNT:) Nam ex his duabus cau„ſis jure naturæ aliquem in ſervitutem redigi „poſſe dixit Auctor *ſupra* §. *1. pr.*

„tt) (SIN AD EOS QUI BELLO INJUSTO CAPTI „SUNT:) Imo non datur tale bellum injuſtum ſi „utraque pars aſſerat juſtam ſibi eſſe cauſam, tunc „enim juſtitia cauſæ ab eventu dependet: interim „utraque pars omnia agit ad ſui defenſionem ac ſi „juſtam cauſam haberet.

„uu) (AUT EX CAPTIS NATI &c.) Hi ſequun„tur conditionem ventris, cujus pars ſunt; adeo„que eodem quoque jure utuntur.

„vv) (QUÆ QUAMVIS LICITA ANIMOS TAMEN „A CHRISTIANISMO ALIENOS &C. POSSET OFFEN„DERE:) Rectius: *tum* dominorum gratia, ut illi „ab inſidiis ſervorum tuti ſint, *tum* gratia ſervo„rum, ut judiciis divinis ſe patienter ſubmittant, „neque tot periculis, quæ fugam ſequuntur, ſe ex„ponant.

„ww) (SIMILEMQUE IN MODUM ACCIPI POS„SUNT APOSTOLORUM AD SERVOS MONITA:) A„poſtoli itidem patientiam inculcant quamdiu ſer„viunt; quo ipſo non excluditur facultas fugiendi.

„xx) (QUOD ÆQUITATI NATURALI CONSEN„TANEUM EST, NAM ALIMENTA ET OPERÆ SI„BI MUTUO RESPONDENT:) Imo hæc non eſt ra„tio naturæ cur capti ſervire debeant, neque ob ali„menta quæ percipit captus operas præſtat; ſed quia „victor omne jus in victum, adeoque omnia quo„que commoda quæ ex ſervo capi poſſunt ſibi „acquirit, non habita ratione proportionis inter „operas & alimenta.

„a) (SERVUM DOMINO JUS ILLUD EXTERNUM „EXSEQUENTI RESISTERE ILLÆSO JUSTITIÆ OF„FICIO NON POSSE:) Dixi (1) jus ſervitutis non „eſſe ex juſtitia aliqua externa, i. e. non defendi ſal„tem ex jure Gentium quoad effectus dominii ex„ternos, ſed ex ipſo jure naturæ; adeo ut (2) ca„ptor verum & naturale dominium in ſervum „exerceri poſſit quamdiu eſt in ejus poteſtate: & „ſi (3) ſervus fugit, (uti fugere poteſt, quia ex „judicio ſuæ civitatis injuria ſe captum ait,) reſi„ſtere ex eadem ratione poteſt perſequenti ſalva „conſcientia, quia injuria ſe recipi contendit: Si „vero (4) actu recipitur pati ea debet quæ domino „ex judicio ſuæ civitatis licita ſunt.

„b) (QUÆ DIXIMUS MANIFESTA DISCREPANTIA:) „Imo non eſt diſcrepantia.

„c) (QUOD QUIDEM NON SOLA AGENDI IM„PUNITATE SED & JUDICIORUM TUTELA CON„STAT:) Ex hypotheſi enim Auctoris jura inter„ficiendi hoſtem, & capiendi res & perſonas ho„ſtium, ſequuntur demum ex jure gentium vo„luntario; quod non verum jus dat ſed ſaltem „impunitatem infert, & dominium aliquod ex„ternum tribuit, illudque defendit etſi injuria ſit. „*Vid. c. 1. §. 2. & ſupr. §. 6.*

„d) (INANE ERIT SI EX ADVERSO JUS RE„SISTENDI MANEAT:) Auctor ſervo concedit li„centiam fugiendi non vero reſiſtendi. Ratio„nem

reſiſtere licet, [e] licebit & magiſtratui dominum tuenti, cum tamen magiſtratus [f] ex jure gentium dominum in illo dominio ejusque uſu defendere debeat. [g] Eſt ergo hoc jus ſimile ei quod ſummis in quaque cvitate poteſtatibus alibi tributum eſt a nobis, ut vi illis reſiſtere licitum piumque non ſit. Ideo & Auguſtinus [h] utrumque conjunxit cum dixit: *Ita a plebibus principes & a ſervis domini ferendi ſunt, ut ſub exercitatione tolerantiæ ſuſtineantur temporalia,* [i] *& ſperentur æterna.*

§. VIII.

Sed & hoc ſciendum eſt, [a] jus iſtud gentium de captivis [b] nec ſemper receptum fuiſſe, [c] nec apud gentes omnes: quanquam Romani Jurisconſulti [d] univerſaliter loquuntur, [e] partem potiorem indigitantes totius nomine. Sic [f] apud Hebræos; qui ſpecialibus inſtitutis ab aliorum populorum communitate ſegregabantur [g] perfugium erat ſervis, nimirum, ut recte notant interpretes, *Deuter.*
[h] his qui nulla ſua culpa in eam calamitatem devenerant: quali ex *23, 15.*
cauſa

„nem differentiæ dat, quod poſteriori caſu inane „foret jus externum a gentibus introductum: Equidem ratio hæc frivola eſt, quia jus tale externum non exiſtit, adeoque inane reddi per reſiſtentiam ſervi non poteſt: Sed & dixi, jus fugiendi & reſiſtendi ex pari ratione licitum eſſe, „ſed effectum non habere niſi ubi ad ſuam civitatem reverſus ſit ſervus, in civitate hoſtili autem „prævalere judicium domini.

„e) (LICEBIT & MAGISTRATUI DOMINUM „TUENTI:) Hoc omnino verum eſt, quia & dominus & magiſtratus ſervum jure captum eſſe aſſerunt, quod judicium in eorum civitate valet.

„f) (EX JURE GENTIUM DOMINIUM IN ILLO „DOMINIO EJUSQUE USU DEFENDERE DEBEAT:) „Imo id non eſt ex jure gentium, ſed ex jure naturæ: quia enim ex judicio illius civitatis ſervus „jure captus eſt, ideo & a domino & a magiſtratu puniri poteſt.

„g) (EST IGITUR JUS HOC SIMILE EI &c) „Imo magna hic ſubeſt differentia: Subditi nunquam vi reſiſtere magiſtratui poſſunt, quia ejus „arbitrio & judicio ultro ſe ſubmiſerunt: Capti „vero non niſi vi noſtræ poteſtati ſubſunt, adeoque contendunt injuria ſe detineri, eoque fugere & vi reſiſtere ex ſuo ſuæque civitatis judicio „poſſunt: niſi metu pœnæ, quam captor ex judicio ſuæ civitatis licite a ſervo ſumere poteſt, deterreantur. Hinc jam ſupra aſſertum hoc Auctoris, quod jus reſiſtendi magiſtratibus ex conſenſu demum gentium ſublatum ſit, refutavimus.

„h) (UTRUMQUE:) Jus ſcilicet non reſiſtendi „magiſtratibus & dominis.

„i) (ET SPERENTUR ÆTERNA:) Apparet ex „his Auguſtinum plane non loqui de jure, ſed de „eo quod virtutis eſt; neque eum de foro ſoli, ſed „de foro poli agere.

„a) (JUS ISTUD GENTIUM DE CAPTIVIS:) „Cum tale jus gentium non exiſtat, nec recipi illud circa captivos a gentibus potuit: Servitus „naturæ jure probatur, & experientia docet apud „pleraſque gentes eam obtinere.

„b) (NEC SEMPER:) Ita enim apud Germanos „olim obtinuit, hodie autem in uſu eſſe deſiit.

„c) (NEC APUD GENTES OMNES:) Apud Indos ſervitutem nullam eſſe ſcribit *Strabo l. 15. p.* „*710.*

„d) (UNIVERSALITER LOQUUNTUR:) Ita enim „ait Gajus in *l. 1. §. 1. ff. de his qui ſui. &c. nam* „*apud omnes peræque gentes animadvertere poſſumus dominis in ſervos vitæ necisque poteſtatem* „*fuiſſe, & quodcunque per ſervum acquiritur id* „*domino acquiritur.*

„e) (PARTEM POTIOREM:) Imo jus ſervitutis „a natura eſt, & qua tale apud omnes peræque „obtinet, licet quædam gentes jus hoc remiſerint: Sed & ignotas Romanis gentes jus in captos ſibi arrogaſſe pleniſſimum Americæ exemplo notum eſt.

f) (Grot.) (APUD HÆBREOS:) Vide præceptorum vetantium CLXXX.

„g) (PERFUGIUM ERAT SERVIS:) Equidem „Oſiander exiſtimat agi in allegato *Deuteronomii* „loco *c. 23.* de ſervo gentili qui hoſtem deſerit, & ad caſtra noſtra transfugit; At id admitti nequit: Quæ enim unquam gens transfugas „reddet hoſti? Verius eſt, loqui de ſervo in quem „dominus ſevere nimis dominium exercuit.

„h) (HIS QUI NULLA SUA CULPA IN EAM „CALAMITATEM DEVENERANT:) Unde Auctor

cauſa videri poteſt ortum jus [i] quod in ſolo Francorum ſervis datur proclamandi in libertatem, quanquam id nec quidem nunc tantum bello captis [k] ſed & aliis qualibuslibet ſervis videmus dari.

Bodin. de rep. l. 1. c. 5.

§. IX.

I. [a] Sed & Chriſtianis in univerſum placuit bello inter ipſos orto captos ſervos non fieri, ut vendi poſſint, ad operas urgeri, & alia pati quæ ſervorum ſunt: merito ſane; quia [b] ab omnis caritatis commendatore rectius inſtitui erant, aut eſſe debebant [c] quam ut a miſeris hominibus interficiendis abduci nequirent, niſi minoris ſævitiæ conceſſione. Atque hoc a majoribus ad poſteros pridem tranſiiſſe inter eos qui eandem religionem profiterentur ſcripſit [d] Gregoras, nec eorum fuiſſe proprium qui ſub Romano imperio viverent,

Bart. in l. 24. D. de capt. Covar. in c. peccatum. p. 11 §. 11. n. Vict. de jure belli n. 42. Boer. dec. 178. Silv. in verbo bellum 1. n. 1.

Lib. 4.

„ſupra *L. 2. c. 21. §. 5. n. 1.*' ad aſyli jura retulit „hoc beneficium.

„i) (QUOD IN SOLO FRANCORUM:) Vid. *Thuar. l. 2. pag. 230.* Idque de Belgis quoque, & aliorum chriſtianorum terris verum eſſe docet „*Chriſtin. vol. 2. dec. 80. Gudelin. de jur. Nov. l. 1. c. 4. Groenweg. ad tit. Inſt. & Dig. de his qui ſui vel alien. &c. Teſm. h.*

„k) (SED ET ALIIS QUALIBUSLIBET:) Scilicet qui etiam ex delicto & pacto ſuo, adeoque „ex juſta cauſa ſervi facti ſunt.

„a) (SED & CHRISTIANIS IN UNIVERSUM PLACUIT:) Hoc jus mere poſitivum, & ex pietate chriſtiana inter eos qui nomen chriſtianum profitentur receptum eſt; iodeque cum gentilibus non obſervatur, ſed talionis jure perſonæ in ſervitutem redigi poſſunt: Atque id Hiſpani, Luſitani, Galli, Angli, Belgæ &c. cum Indiæ populis obſervant; Quin Hiſpani jus vitæ & necis ſeverius exarcent ae unquam Romani exercuerunt.

Sed alia quæſtio eſt, an chriſtiani Iodos extra bellum in ſervitutem redigere poſſint? Affirmat id Petrinus Bellus *de re milit. p. 2. tot 12. propter l. 5. §. 2. ff. capt. & poſtl.* ubi is qui a gente capitur cum qua nec amicitia, nec jus hoſpitis eſt, ſervus fieri dicitur: At ex infra dicendis apparet, dictam *l. 5.* loqui de hoſte cum quo quidem pax facta eſt, ooo vero amoeſtia; adeoque ubi injuriæ mutuæ durant. Quicquid ergo inde ad nos pervenit ſervituti ſubjicitur, & contra. Quod vero alii ex ſtupore gentium ſervitutis cauſam derivent, refutavimus alibi.

ADDITIO.

„Equidem oihil obſtare video quo minus etiam „inter chriſtianos jus ſervitutis obtinere poſſit; „Neqne in ſacris ei aliquid contrarium ſtatuitur. „Sed & jus vitæ & necis in captos naturæ jure nihil iniqui cootinet, quod rationibus ſupra probavi; Busbequius queritur ſublatam a chriſtianis „ſervitutem eſſe magno eorum incommodo: „*Epiſt. 3.*

„Cæterum Hiſpaoi nullum jus in Americæ populos habuerunt, adeoque ſervitutis jugum eis „imponere nullo jure potuerunt: Neque ex *d. l. 5.* ullum ſibi præſidium quærere poſſunt, quia „lex illa loquitur de gente quæ vere hoſtis eſt, quæ „res noſtras & perſonas capit, ac has in ſervitutem redigit, adeoque in quam jure talioois quoque paria „exerceri poſſunt: Jure Romano autem pro hoſtibus ideo non habentur, quia apud eos tantum „*hoſtes* dicuntur quibus bellum publice decretum eſt.

„b) (AB OMNIS CHARITATIS COMMENDATORE:) Chriſto.

„c) (QUAM UT A MISERIS HOMINIBUS INTERFICIENDIS ABDUCI NEQUIRENT, NISI MINORIS SÆVITIÆ CONCESSIONE.) Auctor in præcedentibus ſuppoſuit, gentes communi placito varia commoda in ſervos ideo permiſiſſe, ut eorum „intuitu abſtinerent captores a cæde captorum: „Hoc jus gentium ad chriſtianos non pertinere, „ait, quia illis ex doctrina Servatoris cognitum eſt nec minori ſævitia, adeoque nec „commodis ſervitutis, uti licere: Nos diximus, legem Chriſti non loqui de jure naturæ, ſed de caritate & perfectione, adeoque quæ ibi traduntur in ooſtra diſciplina nihil probare.

d) (Grot.) (GREGORAS:) Lib. IV. ubi hæc verba: νόμος γάρ ἐστιν οὗτος ἄνωθεν ἐκ διαδοχῆς ἀεὶ κατιὼν εἰς τοὺς ἀπογόνους ἀκήρατος, οὐ μόνον Ῥωμαίοις καὶ Θετταλοῖς, ἀλλὰ καὶ Ἰλλυρίοις καὶ Τριβαλλοῖς καὶ Βουλγάροις, διὰ τὴν τῆς πίστεως ταυτότητα, τὰ μὲν πράγματα μόνα σκυλεύειν, τὰ δὲ σώματα μὴ ἀνδραποδίζεσθαι, μηδὲ φονεύειν ἔξω τῆς πολεμικῆς παρατάξεως μηδένα. *mos hic eſt ab antiquo deductus ad poſteros, nec corruptus unquam, non Græco-Romanis modo & Theſſalis, ſed Illyriis quoque, Triballis & Bulgaris, propter fidei conſortium, ut res quidem in prædam vertere liceat, homines autem nec*

verent, ſed commune cum [e] Theſſalis, Illyriis, Triballis, & Bulgaris. Atque ita hoc ſaltem, quanquam exiguum eſt, perfecit reverentia Chriſtianæ legis, quod cum [f] Græcis inter ſe ſervandum olim diceret [g] Socrates nihil impetraverat. *Plat. V. de rep. p. 469. C.*

2. Quod autem hac in parte Chriſtiani, idem & [h] Mahumetiſtæ inter ſe ſervant. Manſit tamen etiam inter Chriſtianos mos captos cuſtodiendi, [i] donec perſolutum ſit pretium, [k] cujus æſtimatio in arbitrio eſt victoris, [l] niſi certi aliquid convenerit. Jus autem hoc, captos ſervandi, [m] ſolet concedi ſingulis qui ceperunt, extra perſonas eximiæ dignitatis: in has enim reipublicæ aut ejus capiti jus dant plerarumque gentium mores. *Bart. in l. 12. D. de neg. geſtis. Boër. deciſ. 178. Conſt. reg. Hiſp. l. 8. tit. 26. par. 2.*

CAPUT VIII.

De Imperio in victos.

I. *Acquiri bello & imperium civile, tum ut eſt in rege, tum ut eſt in populo, & ejus acquiſitionis effecta.*

II. *Acquiri & imperium berile in populum qui tum civitas eſſe definit:*

III. *Interdum hæc miſceri.*

IV. *Acquiri & res populi etiam incorporales, ubi tractatur quæſtio de chirographo Theſſalorum.*

§. I.

nec captivos facere nec interficere extra prælii tempus. (Pag. 55. *Edit. Genev.* 1616.) *Adamus Bremenſis* de ſancto Ansgario: *inde Hammaburg reverſus de venditione Chriſtianorum Nordalbianos correxit.* Meminit hujus moris & *Boërius* deciſione CLXXVIII. additque ſervari in Francia, Anglia, Hiſpania, ut ſi captus ſit dux, comes, baro, is non militum ſit, ſed principis bellum gerentis.

„e) (THESSALIS, ILLYRIIS, TRIBALLIS:) Qui „tunc temporis ab imperio Romano defecerant, „& ſuo jure utebantur. Inter quas Bulgari erant, „novi populi, Scytharum coloni, qui expulſis Ro„manorum ſubjectis in Mœſia inferiore ſedes col„locaverant. *Gron. h.*

„f) (GRÆCIS INTER SE SERVANDUM:) Ne qui „Græcorum a Græcis in bellis ipſorum inter ſe „caperentur, vincentium ſervi fierent.

„g) (SOCRATES:) Conf. *Plato de Republ. 5. p.* „*469.*

h) (Grot.) (MAHUMETISTÆ INTER SE SERVANT:) *Chalcocondylas* lib. III. *Leunclavius* lib. III. & libro XVII. *Busbequius* epiſtola exoticorum tertia. (*pag.* 162. *Edit. Elzev.*)

„i) (DONEC PERSOLUTUM SIT PRETIUM:) An „ergo lytron petere licitum eſt? Affirmatur. „Nam cum jure naturæ victor operas ex captis „acquirat, in ejus locum æſtimatio etiam inter „chriſtianos peti poteſt.

„k) (CUJUS ÆSTIMATIO EST IN ARBITRIO „VICTORIS:) Nam is pro lubitu jus operarum, & „utilitatem quam inde ſperat, æſtimare poteſt. *Vid.* „*Burgers cent. 1. c. 37.*

„l) (NISI CERTI ALIQUID CONVENERIT:) Nam „plerumque pacto inter bellum gerentes id definiri „ſolet. *Burgers d. l. Tesm. h.*

„m) (SOLET CONCEDI SINGULIS QUI CEPERUNT:) Imo præda omnis, adeoque & perſonæ „cedunt principi bellum gerenti, is vero poteſt „commodum hoc relinquere capientibus: Hodie „plerumque diſtingui ſolet inter perſonas honora„tiores, & minoris dignitatis, ut illi cedant Prin„cipi, hæ ſingulis: prout exempla ex diſciplina „bellica Imperatoris, Belgarum, aliorumque affert „Tesmarus *in not. h.*

(AD §. 1.) Hactenus Auctor egit de captura privatarum perſonarum aut rerum, & cui nam acquirantur: Hic tractat de captura jurium publicorum, ſeu totius imperii: & ait (1) ut ſingulos, Ita & civitatem capi poſſe, eoque redigi in poteſtatem victoris vel civilem, vel herilem, vel mixtam §. 1. *Civile* autem imperium eſſe ait, quoties acquiritur quale fuit in rege victo. *Herile* eſſe vel *patrimoniale*, ſi acquirit ut eſt in populo: *§. 1. n. 3.* vel *mere berile*, ſi ita acquirit ut civitas eſſe deſinat. *§. 2. Mixtum*, ubi ſervitus miſcetur cum perſonali aliqua libertate. §. *3.* Per hanc occupationem, ait, transferri in victorem omnia jura publica, etiam incorporalia. §. *4.*

Sed cum ex his poſitionibus nihil certi ſequatur, ſubſtituenda hic ſunt ſolidiora principia.

PROPOSITIO I.

Vincere duo ſignificat (1) alio qualitercunque ſuperio.

periorem eſſe (2) *In poteſtatem armis redigere: de quo hic.*

DEMONSTRATIO.

Hactenus de proceſſu belli egimus: ordo igitur eſt ut, quemadmodum in proceſſu juris ad ſententiam, ita in proceſſu belli ad victoriam veniatur, quæ inſtar ſententiæ eſt: Per victoriam autem non intelligimus quemlibet actum quo quis alio ſuperior eſt, ſed talem quo quis in alterius poteſtatem redigitur: Prior enim actus nullum effectum juris habet, ſed tantum aliquem gloriæ, ut animentur milites & ſubditi; unde ſæpius videmus utramque partem eam gloriam affectaſſe. Tale eſt quod narrat Livius *L. 2. c. 6.* §. 2. cum Sabini ancipiti prælio digreſſi caſtra poſtero die in tutiora loca retuliſſent, id ſatis Conſuli viſum cur pro victo relinqueret hoſtem. Ita cum Livius Dux Romanorum claſſem Antiochi in portum Epheſinum fugaſſet, atque ante portum aciem inſtruxiſſet, dicitur eo ſatis expreſſiſſe confeſſionem victis. *Liv. l. 36. c f.*

De poſteriori ergo vincendi ſpecie ſola hic quæſtio eſt, nimirum quando per victoriam aliquid in noſtram poteſtatem redigitur.

PROPOSITIO II.

Poſterior ſpecies duplex eſt, vel ratione certi actus, vel ratione totius belli.

DEMONSTRATIO.

Ratione *certi actus* victoria reportatur, ſi hoſtis vel prælio vincitur, vel urbs occupatur: ratione *totius belli*, quando totum territorium hoſtile in noſtram poteſtatem redigitur, adeoque ipſum imperium acquiritur.

PROPOSITIO III.

Vincitur autem CERTO ACTU *aut res ſeu perſona ſingularis, aut univerſitas: priori facto jura privata quæruntur, poſteriori ſola jura publica.*

DEMONSTRATIO.

In victoria igitur quæ in *certo actu* reportatur diſtinguendum eſt, *an* res ſingularis ea victoria quæratur, *an* univerſitas: Si *prælio* hoſtis vincitur, ſaltem acquiritur id quod captum eſt, adeoque res & perſonæ hoſtium; at *urbe capta* non acquiruntur jura ſingulorum ſeu jura civium privata, ſed ſolum jus publicum civitatis: Differentia hæc nititur ratione naturali, nam (1) quod commiſſo prælio capitur *præda* eſt, quæ capitur a reſiſtentibus & in fugam actis; ſed occupata & in poteſtatem redacta urbe, non amplius reſiſtunt cives. &c. (2) Actus unus idemque eſt quo hoſtis fugatur & præda acquiritur, quia res illæ non ſunt amplius in poteſtate & cuſtodia hoſtium qui fugati ſunt, ſed in cuſtodia victoris, neque adeo opus novo actu occupationis; at hic actus quo pellitur hoſtis eſt actus belli, ergo res capta bello quæſita eſt. Occupata vero urbe bona civium privata ſunt adhuc in eorum cuſtodia, adeoque alius eſt actus quo urbs occupatur, & ejus jura publica; alius quo bona privatorum. Hæc ergo occupatio bonorum non eſt actus belli, quod occupata urbe jam cum ea finitum eſt, ſed vis quæ illicita eſt. In momento enim urbis captæ nec amplius reſiſtunt cives, nec hoſtes ſunt, ſed ſubditi, cum quibus non vi ſed judicio agendum eſt: Quam rationem differentiæ explicavi *in Diſſ. de jure victoriæ* §. 32.

ADDITIO.

„Alibi probavi victorem non tantum jus in jura „publica civitatis acquirere, ſed & omnia jura privata „ejus arbitrio ac dominio ſubjici: adeoque occu„pata civitate ſingulos quoque in ſervitutem re„digi poſſe.

PROPOSITIO IV.

Toto bello vincitur hoſtis cum per ultimam victoriam in noſtram redigitur poteſtatem, quo facto imperium acquiritur.

DEMONSTRATIO.

Per ultimam victoriam igitur acquiritur plena poteſtas in populum victum, adeoque in omne id quod publici juris ſeu populi eſt: i. e. imperium. Quod infinitis gentium exemplis probat Auctor hoc capite: Unde victor ſit magiſtratus, victi autem ejus ſubditi: adeo ut nil niſi in ſubditos ſtatui poſſit.

Neque obſtat, quod hæc acquiſitio longe videatur excedere damni accepti modum, & iniquum ſit pro modica injuria integra regna & imperia auferre: Nam culpa eſt victi; victor non poteſt dici jus ſuum recuperaſſe niſi ita recuperaverit ut hoſtis auferre ipſi amplius nequeat: Quia enim plene ipſi reſtitui jus debet, non habet plene quod armis ei iterum auferri poſſet. Ea autem poſſidendi ſecuritas non quæritur niſi hoſtis vel per transactionem ultro ceſſerit, vel cum omni ſua potentia qua reſiſtit, in poteſtatem victoris transeat: Si ergo transactio nulla intercedat, (quæ non niſi utriusque conſenſu fit) neceſſarium eſt ut per ultimam victoriam omnia in poteſtatem victoris transeant, ut ille ſecurus eſſe queat. *Conf. diſſ noſtra de jur. victor.* §. 9.

PROPOSITIO V.

Non ergo victori tali competit jus capiendi perſonas vel res ſingulorum, vel has vaſtandi.

DEMONSTRATIO.

Explicavi hanc propoſitionem in diſputatione de jure victoriæ §. 10. usque ad 32. verba hæc ſunt: Hinc jam manifeſtum ſit, quod poſt victoriam, per quam hoſtis, aut quod hoſtium eſt, in victoris poteſtatem redigitur, deſinat jus belli, ac incipiat jus imperii; illa enim neceſſitas defenſionis, quæ ſola juſtitiam cædium, vaſtitatum, ac

ac prædationum in bello ſuſtinuit, nunc ceſſat, cum res jam ſit in victoris poteſtate, adeoque jure imperii, cui parere victi tenentur, agere poteſt. Definit igitur vis, cum judicio tanquam in ſubjectos agere victor poteſt, neque amplius ut hoſtis, quid ad vincendum utile, ſed ut judex, quid juſtum ſit decidit.

Hinc porro concluditur, quod jure belli ante victoriam hoſti competat jus interficiendi hoſtis: Non enim adigi hoſtis ad ſatisfaciendum poteſt, niſi viribus, quibus reſiſtit, reciſis ac debellatis, quod proinde juſtum eſt per §. 7. *ſup.* At vero victos captosque occidere non licet: cum enim reſiſtere amplius nequeant, ſed ſint in poteſtate victoris, ceſſat illa neceſſitas indeque natum jus in bello occidendi, & imperium in eos non jus belli exercetur,

Unde licet obſeſſa urbe cives promiſcue occidi jure belli poſſint, capta tamen urbe non poſſunt, niſi commiſerint ut ſuppliciis digni videantur: quo tamen caſu non ut cum hoſtibus jure belli, ſed ut cum jam ſubditis imperio ita agendum ut innoxii a noxiis ſeparentur, & hi ſoli cauſa cognita, ac pro modo delicti puniantur. Id præſtitit Senatus Romanus recepta bello Capua, quæ ad Hannibalem defecerat: *Severe enim & celeriter in maxime noxios animadverſum; multitudinem diſſipatam in nullam ſpem reditus: non ſævitum incendiis ruiniſque in tecta innoxia murosque; atque ita res compoſitas ibi fuiſſe conſilio ab omni parte laudabili* narrat & dignis enconiis proſequitur Livius *lib. 26. Hiſt. c. 16.*

Hoc Solymanni quoque judicium fuit, cum arcis Budenſis præſidiarii Germani, reluctante, & ideo in vincula conjecto præfecto ſuo Thoma Nadaſto Ungaro, deditionem Turcis ſub lege libere abeundi feciſſent: Eos enim omnes, cognita in ducem ſuum perfidia, Solymannus Janizariis trucidandos tradidit: uti recenſet Paulus Jovius *Hiſtor lib. 28.* factum hoc ſævitiæ ac immanitatis arguens: *Cur enim inquit, Germani, cum beneficio ipſius peccaviſſent, & diplomata libertatis obtinuiſſent, usque adeo crudeli nece multandi videri potuerint, cum ipſe Solymanus in ea aliena perfidia cauſa propriam abruptæ fidei notam ſubiret, & quam quærebat juſtitiæ laudem tam crudeli quam turpi ſententia præverteret?* At ſi ex vero rem æſtimemus, fatendum duplicem in hoc negotio Præſidiariorum cauſam verſari, alteram initi cum hoſte pacti, alteram commiſſi in ducem facinoris; quæ diverſiſſimo jure cenſeri debent: pactum enim inter hoſtes initum fuit, nec ad impediendum jura & criminum pœnas, ſed belli vim ac injurias pertinebat; eoque pacto comprehenſum erat, ne victor vel jure belli in eos agere, vel ut hoſtes lædere, vel ut bello captos detinere poſſet, ſed ut eandem illi, quam pace ſecuritatem haberent. Non vero id actum, ne jure imperii deditione quæſiti in crimina eorum inquirere, eaque non ut hoſtis, ſed ut Dominus aut judex, punire queat, cum in media quoque pace id liceat. Sed neque obſtaret tale pactum, etſi fuiſſet, cum non valeat pactum quo expreſſa criminum impunitas eſt promiſſa, per *l. 7. §. 14. ff. d. Pact.* nedum obſtabit pactum, quo alia longe res cauta fuit, Nec incompetens utique judex Solymannus poſt deditionem erat, ut Jovius exiſtimare videtur; etſi enim illa deditio non aliter ac lege libere abeundi facta ſit, dum tamen in loco dedito commorati ſunt, agi ibi ubi reperiuntur de crimine potuit, *l. 1. C. ubi de crim*: ut oſtendimus in *Diſſ. noſtra de plurium locorum concurrente poteſtate. tit. 3. §. 10.* Sane an tantam pœnam, & quidem omnes æque meriti fuerint, alia quæſtio & facti eſt; quod huc non pertinet.

Victus autem intelligimus non qui adhuc reſiſtunt, aut quorum vis adhuc metuitur (in illos enim nondum victoria ſed pugna eſt, in cujus diſcrimine atque ardore ſpatium non datur exquirendi metusne adhuc ab altero ſit, capi an tuto poſſit) ſed qui in plenam hoſtium poteſtatem vel exitu prælii, vel deditione pura pervenerunt. Nam & ipſe Scipio Africanus, Imperator ſummus, cum Numantini dedere ſe vellent ſi toleranda viris imperarentur, veram & ſine exceptione victoriam voluit. Flor. *lib. 3. c. 1.* Unde non adeo improbandum ex ratione juris belli videtur conſilium, quod Romani, dum Uſperi oppidum oppugnarent, & oppidani ſervorum decem millia offerrent, liberis autem veniam orarent, ideo id accipere noluerint, quod tantam multitudinem cuſtodia cingi arduum, adeoque adhuc metuenda eſſet reſiſtentia, ut refert Tacitus *lib. 12. Annal.*

Igitur & nondum dediti, & deditionem pure offerentes in eadem cauſa, & recipiendi ſunt, cum & in illos nulla amplius ſit defenſionis neceſſitas. Impia igitur illa Albani, hominis impii, vox fuit indignos vita judicantis, quorum mœnia glandium ictibus perrupta jam eſſent; & cum Proſperio Columnio expoſtulantis, quod in deditionem eos acceperit. Quanto vero divinius eſt illud Ciceronis: Hi qui armis poſitis ad Imperatoris fidem confugiunt, quamvis aries murum percuſſerit, recipiendi ſunt: *lib. 1. de offic.* Et aliud magni illius, quem modo diximus, Africani exemplum: Cum enim in Hiſpania novæ Carthaginis non quaſſata ſed conſcenſa jam mœnia eſſent, & in tota urbe cædes jam paſſim fierent, nec ulli puberem obvio parceretur, tamen deditione ſecuta ſtatim ſigno dato cædium finis factus fuit. Liv. *lib. 26. Hiſtor. c. 48.* Et in prædicta Taciti relatione, Romani ſævum putarunt deditos trucidare, ideoque rejecta deditione id egerunt, ut jure belli caderent, quo ipſo inter jus belli & victoriæ manifeſte diſtinguitur. Hoc igitur jus, ſi inter illos gentium mores, quibus ſervitus in bello ac poteſtas occidendi ſervos inter privatos obtinebat, conſervatum fuit, hodie utique negligi non debet. Neque excuſari ſævitia in victos poteſt ulla ratione, nedum ſola contumacia reſiſtendi, ut recte docet Grot. *lib. 3. c. 4. §. 13.* De talione vero deinceps agemus.

Infantium quoque & fœminarum, (quæ belli opere plane abſtinent,) aliud jus in bello ac poſt victoriam videtur, ſed diverſimode. Olim enim durante conſuetudine occidendi impune ſervos, plus poſt victoriam in eos licuit, quippe jam ſervos: neque juris opinio, ſed ſola ætatis ac ſexus miſe-

miſeratio nonnunquam eos injuriis bellorum eripuit. At vero jure gentium, etſi ne belli quidem jus in eos exerceri poſſit, cum nullum momentum viribus hoſtium afferant, nec belli munia obeant, nec defenſio aliqua contra eos allegari poſſit; tamen minus jure victoriæ in eos licet. In bello enim ſæpe mixti ita viris ſunt, ut parci eis nequeat; atque ita obſeſſis urbibus eadem neceſſitas quæ hoſtium, etiam illorum cædem, ſi forte caſus telo eos objiciat, defendit, cum deſtinatione mittentium diſcerni a viris non poſſint. Nec movet, quod ipſe Deus injunxerit Hebræis ne vel ſexui vel ætati Cananitarum hoſtium parcerent. Hebræis enim duplex genus bellorum fuit: alterum commune, quod ſua autoritate, eodemque quo aliæ gentes jure gerebant: alterum ſpeciale in ſeptem populos, quod ſpeciali Dei mandato ejusque arbitrio geſſere: in hoc, non in illo mandata fuit infantium fœminarumque cædes, *Deut. 20. v. 10. & ſeq.* late Seldenus *de jur. gent. lib. 6. c. 12. & ſeq.* Schik. *d jur. reg. c. 5. th. 16.* ejusque ſpecialiſſima cauſa fuit: Deus enim horum ſeptem populorum terras, ipſis propter idolatriam & maximorum ſcelerum conſuetudinem auſerendas, Abrahamo ejusque poſteris donaverat, eosque execrationis atque exſtirpationis jam condemnaverat. Hujus damnationis ſententiam quaſi exſequendi munus & vindictam Iſraelitis, quibus in iſtum eventum has terras promiſerat, Deus injunxit; qui proinde non ſuum, ſed Dei bellum; non ex lubitu, ſed ex formula execrationis, quæ ad mulieres & infantes quoque pertinuit, perſecuti ſunt. Indeque adeo ſevere Deus ipſos Hebræos increpavit, ſæpe quoque punivit, quando fines mandati ſui vel intempeſtiva miſericordia, vel alia de cauſa non impleverunt. Neque tamen hæc in infantibus pœna propric fuit, ſed quaſi naturæ calamitas, uti alias infantes quocunque caſu, qui vero ſemper arbitrio divino regitur, occiduntur.

Ex eo quod de jure in hominum vitam diximus, colligi poteſt quid de bonis aliisque eorum juribus ſtatuendum. Belli enim jure omnia illa, quibus hoſtium vires ali firmarique videntur, vaſtari ac deſtrui poſſunt, cum quicquid vires hoſtium auget id juris noſtri vindicationem impediat. Unde haud abs re quidam ſtatuunt, arbores fructiferas bello excidi poſſe; voluptuarias & infructuoſas non poſſe. vid. *inf.* §. 21. Qua ratione utique certum ſit, quod armorum lege, quicquid alendo, inſtruendo, habendoque militi collectum paratumque eſt, totum exuri conſumique liceat, quod vero ad luxum mollitiemque, non liceat: Tantum enim abeſt, ut acceſſionem virium hoſti inferat, ut eo magis atterat atque molliat, uti Hannibalis & Pœnarum animos nihil ſegniores reddidit quam Capuæ delitiæ.

At poſt victoriam, aut cum jam in poteſtate noſtra occupatumque eſt, nihil eorum vaſtari aut peſſundari fas eſt, quia vires hoſtium non auget, cum hoſtes amplius non ſint, nec bellum, quod victoria in victos deſiit, tum adhuc inſtruit. Jam enim jus armorum in jus imperii verſum eſt, ut defendi tanquam a domino ac principe ſuo, non vaſtari ac dirui ut ab hoſte, devictorum res debeant.

Fruſtra vero immodica veterum exemplorum licentia, & recepti omnium Gentium mores afferuntur. Nituntur enim iſta generali illa populorum conſuetudine, qua bella capti ſervi fiebant, per quos omnia dominis acquiruntur, ut dicitur in *d. §. 1. Inſt. de his qui ſui vel al. jur. l. 1. §. 1. ff. eod.* Et cum licitum fuerit privatim quoque & promiſcue ſervos ſine cauſa occidere, *dict. §. 1. & d. l. 1. §. 1.* (quem abuſum communis gentium error in jus haud recte verterat,) non mirum quod in bonis eorum omnia permiſſa fuerint. Hic mos eam ſæviendi licentiam, ut diximus §. 2. atque exemplorum frequentiam peperit.

Fuere tamen & in communi hoc gentium conſenſu generoſæ mentes, quæ morem eorum improbarent. *Parta victoria* inquit Cicero *lib. 1. offic. conſervandi ſunt qui non crudeles in bello nec immanes fuerunt:* in hoc enim jure imperii pœnam debitam ſtatui a victore poſſe, prædiximus *ſup.* §. 12. Atque inde laudat idem Cicero priſcos Romanos, qui Tuſculanos, Æquos, Volſcos, Sabinos, Hernicos in civitatem etiam acceperunt; improbat vero everſam Corinthum. Denique vox hæc ſanctiſſima ab ipſo additur: *In quo tantopere cultæ apud nos juſtitia eſt, ut ii qui civitates aut nationes devictas bello in fidem recepiſſent, eorum patroni eſſent more majorum.* Ita judicarunt quoque Romani Capua recepta, idque egregie Livius commendat, de quo *ſup.* §. 11. Atque ipſe tot Regum dux, Agamemnon, Trojam dolet ſe invito everſam, & *affligi Phrygas*, inquit, *vincique volui, ruere & æquari ſolo etiam arguiſſem.* apud *Senec. in Troad. v. 273. & ſeq.*

Sed & quod diximus §. 17. jure belli & ante victoriam arbores frugiferas &c. excidi vaſtarique poſſe, non continet effrenem licentiam, & ulciſcendi libidinem, ſed, ut ex allegata ibi ratione ſequitur, juris ſui reparandi modum neceſſarium; uti ſi res illæ hoſtibus fomes atque incitabulum virium eſſent, illique inde ad reſiſtendum tenaciores fierent: nam ſi nihil aut parum proſunt, aut ſi in ipſius hoſtis poteſtate ſunt, talem vaſtationem frugum &c. in bellis prohibitam eſſe, ipſo Dei oraculo proditur. *Deut. 20. v. 19.* quam ita reſtringit Grot. *de J. B. & P. lib. 3. c. 22. §. 2.* Eamque contra jus belli quoque eſſe cenſuit inclytus ille Palatinorum Achilles, Fridericus Victorioſus, cum triumphatis tribus Principibus graviter eos ab illata vaſtitate objurgaret: *Non ſervaſſe eos jura belli, nec pepercisse eis qua leges bellorum violare prohiberent, ut qui ſegetes vel temere conculcatas corrupiſſent, vel incenſas exuſſiſſent, & molas paſſim igne deleviſſent.* ut referunt Carion. *in Chron. lib. 5. p. m. 1030.* Cruſ. *in Annal. Suev. ad ann. 1462.* Lehman. in *Chron. Spir. lib. 7. c. 106* quæ omnia apprime confirmant principalem noſtram rationem, juſtitiam bellorum neceſſitate juris noſtri tuendi aut vindicandi æſtimari.

Quæ de vaſtatione rerum hoſtilium dicta ſunt, an eadem in prædis ex hoſte agendis de ratione juris Gentium obtineant, magis ambiguum eſt. Utique id intereſt, quod vaſtatio vires noſtras non

augeat,

Digitized by Google

augeat, ſed hoſtium ſaltem imminuat; præda vero & illas foveat & has atterat. Unde vaſtatio jure belli earum tantum rerum licita eſt, quibus hoſtis validior ad oppugnandum & fidentior redditur, præda vero omnium, quæ utilitatem nobis afferre poſſunt: etſi enim iis ſervatis nihil forte virium hoſti accreſcat, ſi tamen rapta noſtras vires in bellum nutriant, atque ad vincendum inſtruant, utique ad juris noſtri recuperationem & victoriam, ſine qua extorqueri jus ab hoſte nequit, faciunt, indeque jure belli licita ſunt per §. 2. *ſup.* Unde ſecus eſſe patet ſi princeps, cum compendio & integris hoſtium rebus vincere poſſit, perdere eos ſpoliiſque eorum locupletari malit; quanquam ipſius æſtimatio ſit, qua via commodius juxta ac tutius & juſtius bellum gerere poſſit. Longe itaque laxior eſt in bello poteſtas prædandi, quam vaſtandi; eſtque hoc jus illud belli famoſiſſimum uſitatiſſimumque.

At poſt victoriam aliud videtur; An ergo hic quoque victos jure ſubditorum cenſeri, nec ultra id ſpoliari poſſe dicemus? Reclamaret omnium Gentium ac humani prope generis uſus, atque conſenſus. Paulo diſtinctius itaque hoc exſequemur. Et primo quidem certum eſt, jure victoriæ adquiri pleniſſimum imperium in victos; etſi enim de eo imperio, ſubactove principatu, nulla forte lis aut controverſia initio belli inter partes fuerit, & victor aliunde jam damni, quod paſſus dicitur, reſtitutionem conſecutus fuerit, adeoque hoc imperium non videatur ad reparationem juris ipſius pertinere, aut in ejus partem venire, tamen pertinet ad juris reparati, aut qualiscunque extortæ ſatisfactionis tuitionem ac ſecuritatem. Non enim poſſeſſione ſua ſecurus foret victor ni victus ſub ejus poteſtate ac imperio eſſet, ſed ſemper adhuc jure belli reſiſtere, & bello quæſitum iterum eripere poſſet. Quin fruſtra victor occupaſſet territorium, ſi ejus jure ac imperio ſtatim ipſi iterum cedendum eſſet. Et cum vincere hic ſit in poteſtatem redigere, ſequitur omnino, ſi jure vicit, quod juſta ſit ejus in victos poteſtas. Natura itaque victoriæ & finis belli concedunt victori omne in victos imperium. Sed & poſito, quod a victore in victos non ultra, quam jure imperii in ſubditos ſtatui poſſit, utique imperium ſaltem in victos ipſi competit, ſi vi imperii in eos ſtatuere poteſt. Et alias poſt victoriam ſemper bellum maneret, niſi per eam alter alteri tandem ſubjiceretur.

Sub Imperio autem, quod victor adquirit, comprehendimus omnia illa, quæ juris publici ſunt, & ad ipſam civitatem, non ad ſingulos pertinent; adeoque & nomina civitatis. Et hæc ergo publica jura indubie victori adquiruntur, ſive hoſtis prælio, ſive deditione in ejus poteſtatem pervenerit.

Quantum vero ad res ſingulorum, illa quidem, quæ ex commiſſi prælii victoria in caſtris hoſtium obtinentur, itidem victoris eſſe tenendum eſt, quia pugnanti & reſiſtenti potius quam victo eripiuntur, uti alia præda, quæ in bello capitur. Ea propter ille actus, quo prælio vincitur, & per quem præda iſta vincendo non occupando demum acquiritur, ad bellum adhuc pertinet, & jure belli continetur; inprimis cum in illo actu hoſtis adhuc occidi poſſit, adeoque etſi pulſus fuga vitæ ſuæ conſulit, reliqua tamen hoſti relinquit. Et ſane cum victor ultra juris ablati repetitionem, aut ſatisfactionem pro injuria, etiam impenſas belli, damna bello data, aliaque ſimilia, quorum rationes ut plurimum in bellis in immenſum creſcunt, computare, atque a victo exigere poſſit, utique quæſitam victoriis prædam ſaltem in rationum ſuarum partem retinere, indeque pro debito ſuo ſibi ſatisfacere poteſt.

Sequitur ergo, in quo præcipuum cauſæ momentum vertitur, ſi victoris rationes ſibi conſtent, iſque omnia quæ ipſi abſunt, quæque ipſi deberi modo diximus, ex prædiis hoſtium receperit, an ulterius adhuc victos ſpoliare, aut captas urbes diripere ſolius prædæ cauſæ liceat? Sane pro ejus rei defenſione ſatis idoneum juris Gentium argumentum non occurrit, ſed ratio potius & æquitas in contrarium eſſe videtur, quod, cui nihil amplius abeſt, is nihil quoque amplius exigere poſſit; & qui ſuum jam conſecutus eſt iterum aliquid petere nequeat: Non poteſt enim non eſſe injuria quod ultra jus eſt, ex definitione *legis 1. §. 1. ff. de injur.* & nota vocis appellatione. Atque hoc Gentium jus graviter defendit, & antiquiſſimis moribus apud Romanos obtinuiſſe ſcribit Salluſtius *in bell. Catil. circa princ. Majores* inquit *noſtri, religioſiſſimi mortales, delubra Deorum pietate, domos ſuas gloria decorabant, neque quicquam victis eripiebant præter injuriæ licentiam.* Quo verborum compendio omnia fere, quæ de finibus juris belli diximus, continentur; abuſum autem, exuendi victos rebus ſuis, a militibus demum Sullanis cœpiſſe teſtatur, maximeque improbat idem Salluſt. *d. l. At hi contra* (de Sullæ militibus inquit) *ignaviſſimi homines, per ſummum ſcelus omnia ea ſociis adimere, quæ fortiſſimi viri victores hoſtibus reliquerunt; proinde quaſi injuriam facere id demum eſſet imperio uti.* Et paulo ante dixerat: *Igitur hi milites, poſtquam victoriam adepti ſunt, nihil reliqui victis fecere.* Adde §. 32.

Neque in contrarium allegari poſſunt omnium prope gentium exempla, quibus refertæ ſunt omnium ætatum hiſtoriæ. Quo jure enim illa citantur jam diximus, ſervitute ſcil. & quæ in illa obtinuit occidendi adquirendique omnia quæ ſervorum ſunt, licentia.

Videtur quidem, quod victor victo cauſam tot cædium fuſique humani ſanguinis imputare, eoque nomine & in ipſum & in ſubditos porro ſævire poſſit. Verum ratio hæc reciproca ſeu mutua eſt, uterque pari omnino jure in bellum proceſſit. Neque ob hoc ſolum, quod ſummus Princeps bellum jure ſuo geſſit, victus poſtea pœnam vel judicium, ejus inprimis cum quo lis fuit, ſubire cogitur; tantum abeſt ut in ſubditos, quos neceſſitas parendi adſtrinxit, ideo animadverti queat. Hinc inter ea, quæ in Julii Cæſaris geſtis reprehenſa ſunt, refert Suetonius *in Julio cap. 54. quod oppida quædam, quæ ſe ſubmitterent, hoſtiliter diripuerit.* Quanquam hic ipſe Cæſar alias tam ſedulo id caverit, ut cum Corfinii oppidi cives parati eſ-

ſent portas ipſi aperire, ille id non admiſerit, ſed in alium diem eos rejecerit, *Veritus*, ut ipſe ait, *ne militum introitu & nocturni temporis licentia oppidum diriperetur. Caſ. comment. de bell. civ. lib. 1.* Quod ſi denique victor jus quoddam pœnæ haberet, omnino illa pro ratione debiti, quod non ſemper idem eſt, vi imperii conſtituenda, non vero ideo infinitum illimitatumque jus promiscuæ prædæ conceſſum eſſet.

Duplici equidem caſu jure victoriæ æque ac jure belli eripi omnia, vel ſaltem ultra ejus quod nobis abeſt limites, victis eſſe fatemur. Primum quando ultra belli geſtionem aliquid commiſere, forte perfidia, rebellione, defectione &c. Ejus enim vindicta plane ad jus imperii, quod victor adquiſivit, adeo ſpectat, ut ideo autores victi non bonis modo, ſed vita orbari poſſint; uti in Capuanos defectores a Senatu Romano ſevere conſultum ſupra diximus. Hoc innuit quoque Suetonius *dict. l.* cum improbat *quod Cæſar urbes diruerit ſæpius ob prædam quam NB. ob delictum.* Quo luculenter jus illud victoriæ, quod diximus, proponitur: nam & direptio ob delictum ſaltem, non ob prædam ibi probatur, & pœna delicti a jure prædæ diſtinguitur; atque adeo id ipſum, quod probavimus, dicitur, victis niſi quid deliquerint, in prædam omnia auferri non poſſe.

Deinde diripi victi poſſunt jure talionis, ſi apud illos direptio devictorum pro jure obtinet, uti apud Muhamedanos, aliosque Barbaros; in quos proinde victoriæ idem jus ſumma æquitate ſtatui poteſt, quo illi in alios utuntur, ut alibi oſtendimus. Atque hanc cauſam eſſe puto ejus juris, quod a Deo Iſraelitis datum eſt, *Deut.* 20. *v.* 13. 14. ut capta urbe quæ non eſt e ſeptem populis, de quibus *ſup.* §. 16. omnes maſculos gladio interficiant, reliqua omnia in prædam capiant, eamque a Deo ſibi conceſſam percipiant: is enim mos apud reliquas gentes tunc obtinuit. Etſi autem inſtar præcepti interfectio & deprædatio ibi injungatur, Iudæorum tamen Dd. per hæc verba non præceptum, ſed licentiam tantum occidendi intelligunt; Seld. *d jure Gent. lib. 6. cap. 13. & 16.* quod nos de aliis gentibus, præter ſeptem populos & Amelecitas, veriſſimum putamus, antiquiſſimo legum, quæ imperative ſcribi ſolebant, ritu ac ſtylo: Ita in 12 Tabb. dicitur: *Agnatus proximus familiam habeto.* Ita talionis quoque exempla in bello tricennali extitere, ut capta urbe, cum victor veniam (Quartier) negaverat, altera pars, ex pugnata alia urbe, eodem iure uſa ſit, & omnes ſine venia cæſi, ſed ab noſtræ ætatis exemplis nunc abſtinemus.

Ex dictis patet *primo*, Jure belli prædam in infinitum capi poſſe, eamque ſemel rite partam poſt victoriam quoque retineri, quia bello jus ſuum princeps victoriamque obtinere nequit, niſi viribus hoſtium accisis ſuisve firmatis. *Deinde*, jure victoriæ hæc adquiri: (1) imperium pleniſſimum in victos, ex natura victoriæ §. 23 *ſup.* nec quicquam ea movent, quæ de imperio victis relinquendo vel communicando habet Grot. *lib. 3. cap. 15.* quippe quæ meræ humanitatis ac generoſitatis non juris ſunt, adeoque huc non pertinent. (2) Quæ victoria ex prælio parta in caſtris atque exercitu hoſtium reperiuntur: ille enim actus pars adhuc & ſequela belli eſt. §. 26. *ſup.* (3) ſi ex ſpoliis hoſtium jus ſuum integrum cum impenſis belli nundum conſecutus eſt, jure imperii & ut dominus exigere reliquum poteſt: ſed & milites, pecuniam, frumentum, &c. in alios belli vel reipublicæ uſus imperare; quod Romanos, præſerium veteres, paſſim factitaſſe legimus. (4) Ex cauſa delictorum quoque in victos itidem vi imperii ſtatuere. Denique (5) jus talionis, ſecundum quod diximus, in eos exercere.

Diverſo igitur jure cenſentur illa quæ in caſtris aut in exercitu hoſtium reperiuntur, & illa quæ obſeſſa urbe civium ſunt: illa enim hoc ipſo, quod hoſtis fugatus eſt, ſine alia occupatione in poteſtate victoris relicta, & fuga hoſtium deſerta ſunt; eaque omnia eorum fuerunt qui contra in acie ſtetere, & occidi poterant; ut omnino in eas res jus belli adhuc obtineat. Hæc vero non cenſentur hoc ipſo capta quod urbs capitur, ſed manent in poteſtate & cuſtodia civium, niſi ſeorſim occupentur: quæ nova occupatio non amplius jure belli fieri poteſt, quia urbs jam capta & in poteſtate eſt; ſed jure imperii, quo vero non ſpoliantur ſed defenduntur cives, niſi ex cauſa delicti, vel ſi quid juris victori adhuc abeſt, aliisve juſtis ex cauſis, ut diximus §. 25. Sed nec ut hoſtes in prælio, ita cives capto oppido, ni adhuc reſiſtant, occidi poſſunt.

Neque deſeruntur bona civium cum oppidum capitur, uti cum acie hoſtis vincitur: illi enim in cuſtodia rerum ſuarum manent; hic aufugit. Neque denique in oppido res tantum virorum, ſed mixti quoque infantes, fœminæ, aliique ſunt, in quos regulariter jus victoris, ut dictum, exerceri nequit.

PROPOSITIO VI.

Ex victoria acquiritur imperium Principi non ſuo jure ſed jure populi: Unde Princeps victor tantum illud imperium in victos acquirit, quod ipſe habet in ſuum populum.

DEMONSTRATIO.

In quæſtione igitur, qualenam imperium victori acquiratur, dicendum eſt, tale acquiri quale ipſe in populum ſuum habet cujus cauſam & rationes tuetur. (1) Quia terra victa fit acceſſio reipublicæ cujus nomine & jure bellum geritur & hoſtis vincitur, ergo & jus ac imperium reipublicæ victricis, tanquam rei principalis, ſequitur, unumque jam imperium eſſe incipit, in quod principi par & ſimile jus eſt. (2) Idque multo magis verum eſt in republica mixta, ubi bellum non geritur nomine ſolius regis, ſed nomine ſummæ poteſtatis, quæ non ſolius regis ſed & ſtatuum eſt: Sane (3) per bellum non regis, ſed reipublicæ negotium geritur, adeoque & ei ſoli acquiritur: (4) Rex ſaltem repræſentat rempublicam, & ejus jure ac nomine agit: Quicquid igitur juris in rempublicam habet, id acquirit etiam in reipublicæ partem

quæ

quæ per victoriam accedit: Ex eo igitur jure quod rex habet in populum victorem, æſtimari & metiri debet jus in populum victum. Unde (5) Macedones adeo graviter tulere, & ſuccenſerunt Alexandro, quod ſibi arrogaret jus quod Perſarum reges habebant, non quod Macedooes: unde tot conſpirationes, ſeditiones &c. *Curt. l. 6. c. 6. & paſſ.* Excipe ſi rex oon nomine iſtius reipublicæ ſed ex alio capite bellum gerat, forte quod jus regni ad eum pertineat, quod vel injuria ſubditorum vel agnatorum ei ablatum eſt; Tunc enim obtenta victoria recipit jus quod antea habuit.

PROPOSITIO VII,

Unde verum non eſt jure victoria plus licitum eſſe quam jure belli: plus in ſubditum quam in hoſtem: plus pace quam bello: Illo enim caſu bellum finitum eſt, hoc durat, illo deſinunt eſſe hoſtes hoc manent.

ADDITIO.

Cauſam erroris explicavi in Diſp. de jure vict. §. 1. 2.

Nunquam ſummi principes aut heroes (quæ ſunt verba dictæ diſputationis) tantum ſibi decus ac nomen ex victoriis compararunt, quaotum ex victoriarum clementia: ſemperque maximi Duces longe clariores ſuere moderate victoria utendo, quam vinceodo; id quod Romanorum geſta affatim teſtantur. At mirum videtur, quod apud omues fere gentes, ipſosque adeo Romanos, juſtitiæ bellicæ ad religionem usque ſervantiſſimos, illa invaluerit opinio, quod jure victoriæ tantundem, imo plus quam jure belli liceat, & vincendi limites generoſitate victoris magis, quam juſtitia conſtituantur. Ita enim Pyrrhus apud Seneeam *in Troad: verſ. 331. & 333.*

Lex nulla capto parcit, aut pœnam impedit.
Quodcunque libuit facere, victori licet.

Et ne a feroci juvene hæc temere jactata exiſtimes, ipſe Agamemnon, eum quo rixabatur, id non negat, ſed jus ipſum conſeſſus pudorem ſaltem & honeſtatem obſtare putat; atque inde ſic reſpondet *verſ. 332. & 334.*

Quod non vetat lex, hoc vetat fieri pudor
Minimum decet libere, cui multum licet

Eadem Ciceroois ſententia videtur in *Orat. pro M. Marcello, qua* 40. obi Cæſarem victorem ita affatur. *Cum ipſius victoria conditione jure omnes occidiſſemus, clementia tua judicio conſervati ſumus.* Hinc cum Metello duce adeo ſæve in captivos conſuleretur, ut veneno ſe plerique interficerent; alii deditionem ſuam ad Pompejum abſentem mitterent; ait Florus, *quod Metellus eo infeſtior in hoſtes jus victoris exercuerit: lib. 3. hiſt. cap. 7.* eumque defendere contra Pompejum videtur Plutarchus *in Pompejo.* Ipſe Camillus, & bellici juris ſcientia & bellorum peritia adeo inſignis, eadem oratione, qua merito prædicabat, *eſſe & belli ſicut pacis jura; juſteque bella non minus, quam fortiter ſe gerere didiciſſe;* ſtatim ſubjungit: *Arma habemus non adverſus eam ætatem cui etiam captis urbibus parcitur:* quaſi plus juris ſit in infantes captis quam obſeſſis urbibus. Liv. *hiſt. lib. 5. c. 27.* Atque ita, ut inter tot alia hoc ſaltem illuſtre exemplum exhibeamus, Æneas adeo pietate celebris, Turnum victum, deditum ac ſuppliceio, non mudo interfecit; ſed & ipſe Turnus apud Virg. *Æneid. lib. 12. in f.* hoc ipſi jus eſſe fatetur &

Equidem merui, nec deprecor, inquit
Utere ſorte tua

Quin ſolenne id Romanis fuiſſe, ut hoſtium duces, deditos quoque, ipſo die triomphi occiderent, notat Grot. *d. jur. B. & P. lib. 3. c. 4. §. 12.*

In hanc opinionem & morem traxiſſe gentes videtur (1) quod jus belli poſt victoriam quoque continuari, & jus victoriæ ſub jure belli comprehenſum crediderunt. (2) Quod placari ac honorari ſuorum manes putabant cædibus eorum a quo occiſi erant; quæ perſuaſio & Achillem & Æneam in talem vindictam armavit, effecitque ut Polyxena & Aſtiaoax, Priami filia & ex Hectore nepos, pro inferiis Achilli immolati fuerint. Senec. *in Troad. in act. 2.* Et præcipue (3) quod omnium prope gentium moribus cuique domino privato competiit jus vitæ & necis in ſuos ſervos, ut traditur in §. *in poteſtate 1. Inſtit. de his qui ſui vel alieni juris. l. 1. §. 1. ff. eod.* Cum igitur bello capti omoes ſervi facti fuerint, neceſſario inferendum fuit, eos etiam poſt victoriam ut ſervos occidi, omniaque, quæ eorum fuerunt, vaſtari, dirui, ac in prædam cadere potuiſſe. Hinc ergo natum inter gentes jus illud VICTORIÆ, atrocius prope ac crudelius quam ipſum jus belli. At vero inſignis iſte juris gentium nævus atque abuſus fuit, quem Antonious demum & Chriſtiani Imperatores inter privatos quidem adeo ſuſtulerunt, ut nec ultra modum ſævire domino io ſervum licuerit. §. *ult. Inſt. eod.* at in bellis furor ille oondum deſæviit.

Generoſioris aoimi victores in populos victos humaniter uſi ſunt, & hæc ratio affertur cur Minos judex orci eſt conſtitutus apud *Propert. 3. eleg. 18.*

Victor erat quamvis, æqous in hoſte fuit.

Perſæ Alexandrum mortuum dicuntur luxiſſe non ut victorem, & modo hoſtem, ſed ut regem: Curt. l. 10. c, 5. qun innuitur deſiiſſe eſſe hoſtem ex quo victor fuit: Ita Cæſar incontinenti poſt victoriam judicem egit. Hirt. de bell. Alex. in fin. Romani victis Latinis præmia pœnasque cuique pro merito perſolverunt: *Liv. l. 8. c.* Idque capua recepta factum quuque eſſe ait *Livius l. 26. c. 16.* & Tacitus *Annal. lib. 12.* ait ita majoribus placuiſſe, quaota pervicacia io hoſtem, taota beneficieotia adverſus ſupplices utendum.

ADDITIO,

„Grotius circa acquiſitionem imperiorum di„ſtinguit inter jus naturæ, & inter jus gentium.

„*Jure naturæ* non niſi ex juſta cauſa capere „res licere ait, & tantum iotra debiti & pœnæ „modum, adeo ut cives inoocentes, eorumque res ex„cludat: *Vid. ſupr. c. 1. §. 1. item cap. 6. & 7* Et „hoc modo etiam imperia jore naturæ occupari

§. I.

.1. [a] Qui ſibi ſingulos ſubjicere poteſt ſervitute perſonali, [b] nihil mirum eſt ſi & univerſos, [c] ſive illi civitas fuerunt, [d] ſive civitatis pars, ſubjicere ſibi poteſt ſubjectione, [e] ſive mere civili, [f] ſive mere herili, [g] ſive mixta. Hoc argumento quidam utitur, in controverſia de Olynthio apud [h] Senecam: *Servus eſt meus quem ego emi belli jure; vobis, Athenienſes, expedit; alioquin imperium veſtrum in antiquos fines redigitur quicquid eſt bello partum.* Itaque [i] imperia armis quæri, victoriis propagari dixit Tertullianus. [k] Quintilianus jure belli regna, populos, fines gentium atque urbium contineri. Alexander apud [l] Curtium leges a victoribus dici, accipi a victis. Minio in oratione ad Romanos: *Cur Syracuſas atque*

Contr. 34. pag. 390. Ed. Gron. major. *Apolog. c. 25.* *Inſt. Orat. 5. 10.* *Lib. 4. c. 5.* *Livius l. 35. c. 16.*

„poſſe ait. *Vid. cap. 15. §. 1.* ſpeciatim ſi ſummi pe„riculi vitandi cauſa victor id faciat *d. §. 1.*

At *jure gentium* eum qui ſibi ſingulos ſubjicere pot„eſt ſervitute perſonali, etiam univerſos ſubjicere ſibi „poſſe, ſubjectione quoque mere herili poſſe tradit „*hoc cap. §. 1. §. 2.* Atque hac occupatione omnia „jura populi, etiam incorporalia, in victorem trans„ferri. *ibid §. 4.*

„*Jure naturæ laxiori*, i. e. ex regulis perfectio„num, hoc jure in victos abſtinendum eſſe ait *d. c.* „*15. §. 2.* Sive relinquendo victis imperium vel in „totum, ibid. §. 3. vel pro parte, ibid. §. 9. Sive eos „miſcendo victoribus, ibid. §. 3. interdum inter„poſitis præſidiis aut tributis. §. 5. §. 6. Liberta„tem præſertim religionis eis eſſe relinquendam, „& clementer eos habendos. *c. 15. §. 10. §. 11. §. 12.*

„Vera principia expoſuimos in *diſſert. proœm.* „*XII. §.* 754 Diximus, non tantum Principem bellum „nobis inferentem ex judicio noſtræ civitatis injuria „agere, ſed totam civitatem hoſtilem; imo & ſin„gulos qui factum Principis approbant, illudque „operis, opibus, & conſilio defendunt: Atque „ideo, ſi in poteſtatem noſtram perveniunt, tan„quam criminis reos puniri poſſe: i. e. omnia in „eos licere: His Principiis poſitis certum eſt, ſi „ipſa civitas capitur non tantum ſingulos ſed uni„verſos quoque, omniaque eorum jura publica & „privata, dominio noſtro & judicio ſubjici, adeo„que imperium ipſum ad nos transferri, indeque „ab arbitrio noſtro dependere, num illud imperi„um noſtro jungere, num ſeparatum ſervare, „num illud delere exciſis civibus velimus: Bene „Xenophon. *Inſtit l. 7. p m 211. Eſt enim æterna* „*lex inter omnes homines capta eorum urbe, qui* „*bellum aliis faciunt, tam corpora illorum qui ſunt* „*in urbe, quam fortunas iis vindicari qui urbem* „*capiunt*

„*a*) (QUI SIBI SINGULOS SUBJICERE POTEST „SERVITUTE PERSONALI:) Uti victor, ex hypo„theſi Grotii, jure gentium in bello ſolenni poteſt. „*Vid. cap. præced. §. 1 ſeq.*

„*b*) (NIHIL MIRUM EST SI & UNIVERSOS:) „Imo ratio, cur imperium victor occupare poſſit, „non ex jure aliquo gentium, ordinn ex jure ca„piendi perſonas ſequitur, ſed ex jure naturæ, „quo in hoſtem victum omnia licita ſunt, adeo „ut & vita, & bona, omniaque jura, tum publica „tum privata, ei adimi poſſint.

„*c*) (SIVE ILLI CIVITAS FUERUNT:) Sive uni„verſi illi unum civitatis corpus, i. e. imperium, „aliquod conſtituant.

„*d*) (SIVE CIVITATIS PARS:) i. e. Sive mem„brum faciant illius civitatis, veluti ſi urbs vel „provincia illius imperii occupetur.

„*e*) (SIVE MERE CIVILI:) Ut eos participes „faciat jurium ſuæ civitatis, ut reges & primi con„ſules Romani, qui hoc maxime auxerunt urbem, „quod victos populos migrare Romam coegerunt, „& eis jus civitatis dederunt. *Gron. h.*

„*f*) (SIVE MERE HERILI:) Vel tanquam patri„trimoniale, *Vide h. §. n. 3.* vel ita ut plane civitas eſſe „deſinat. §. *22.* De regno patrimoniali egimus in *Diſſ.* „*proœm.* XII. §. *754.* & *ſupra l.* 1. *c.* 3 §. 12. Hic ſal„tem monemus, victorem, qui per ultimam victo„riam univerſam civitatem hoſtilem occupat, jus „acquirere non tantum in imperium, ſed & in ju„ra ſingulorum: adeo ut ob injuriam ab illis (ex „judicio victoris,) commiſſam in eos tanquam fu„res & homicidas animadvertere poſſit: Quan„quam id ob rationes politicas, & quia ſæpius intereſt „regna devicta conſervare, omitti, & conditiones „ſaltem quædam præſcribi ſoleant:

„*g*) (SIVE MIXTA:) Ubi univerſitas manet, ſed „cum certa ſubjectionis lege: ſi v. g. tributum ei „imponitur, vel nexus feudalis, vel ſi in provinciæ „formam redigitur.

„*h*) (SENECAM:) *Controv. 34.*

„*i*) (IMPERIA ARMIS QUÆRI:) i. e. omnia ju„ra publica quæ imperium conſtituunt.

„*k*) (QUINTILIANUS:) *Inſt. 5. c. 4.*

„*l*) (CURTIUM:) *L. 4. c. 5.* Similia vide apud *Thucyd.*

que in alias Siciliæ Græcas urbes prætorem quotannis cum imperio & virgis & ſecuribus mittitis? Nihil aliud profecto dicatis, quam armis ſuperatis vos iis has leges impoſuiſſe. Arioviſtus apud Cæſarem jus eſſe belli ait, *ut qui viciſſent iis quos viciſſent quemadmodum vellent imperarent:* Item, *populum Romanum victis, non ad alterius præſcriptum, ſed ad ſuum arbitrium imperare conſueſſe.* *De bello Gallico l.1.c.36.*

2. Narrat Juſtinus ex Trogo, qui ante Ninum bella geſſerant, *non imperium ſibi ſed gloriam quæſiiſſe, &* m *contentos victoria abſtinuiſſe imperio*: Ninum primum fuiſſe qui fines imperii proferret, alioſque populos bello ſubigeret, & ex eo id abiiſſe in morem. Bocchus apud Salluſtium: *Ob regnum tutandum arma ſe cepiſſe: nam Numidiæ partem, unde Jugurtham expulerit, jure belli ſuam factam.* *Lib. 1. c. 1. & 2* *De bello Jug. c. 110.*

3. Poteſt autem imperium victoria acquiri, vel tantum n ut eſt in rege, aut o alio imperante, p & tunc in ejus duntaxat jus ſucceditur, non ultra; vel etiam q ut in populo eſt, quo caſu victor imperium habet, r ita ut & alienare poſſit ſicut populus poterat. s Et ſic

„*Thucyd. l. 5. p. 333. Liv. l. 4. c. 10. l. 9. c. 3. l.* „*27. c. 30.*

„*m*) (CONTENTOS VICTORIA ABSTINOISSE IMPERIO:) Idem de Scythis tradit *Juſtin. l. 2. c. 3.* „*l. 42. c. 2. & Curt. l. 7. c. 8.*

n) (Grot.) (UT EST IN REGE:) Alexander poſt pugnam ad Gaugamela rex Aſiæ ſalutatus. [*Plutarch.* Vit. Alex. pag. 685. B] Romani quæ Syphacis fuerant ſua dixere πολέμȣ νόμῳ, *lege belli.* *Appianus* excerptis legationum, n. 28. Legati Gotthorum apud *Agathiam* 1. de Theuderico: Ὀδοάκρον καθελὼν τὸν ἐπηλύτην τὸι Τύρηνον (lege Σκύῤῥηνον) τάκείνȣ ἅπαντα κατεσχε τȣ̃ πολέμȣ θεσμῷ· *cum Odoacrum deviciſſet adoenam Scyrum, ejus quæ fuerant belli jure tenuit.* (Cap. 4.) At Hunnis dicentibus ſuos eſſe Gepidas, quod eorum regem cepiſſent, negarunt id Romani, quia Gepidæ habebant principem magis quam regem, nec in ipſius patrimonio erant. Meminit *Menander Protector.* (pag. 130. *Ed. Hæſchel.*)

„*o*) (AUT ALIO IMPERANTE:) Ut eſt in ſtatu „Ariſtocratico.

„*p*) (ET TUNC IN EJUS SALTEM JUS SUCCEDITUR, NON OLTRA:) Adeoque ſi ſtatus eſt Ariſtocraticus vel Popularis, victorem jus imperii excercere per Proceres vel Senatum teneri putat: Quod verum eſt ſi ea conditio poſt victoriam victis indulta fuit; alias res a victoris arbitrio dependet.

q) (Grot.) (UT IN POPULO EST:) Perſæ apud eundem *Menandrum* de Daras urbis territorio: ἐπεὶ ἡ πόλις (Δάρας) αὐτοῖς τῷ θεσμῷ τȣ̃ πολέμȣ ὑπεκλίθη, ἐκ ἀπὸ τρόπȣ καὶ τὰ ὅσα γε ὑπὸ τὴν πόλιν, ἁρμόζειν αὐτοῖς· *cum urbs ipſa belli jure ſubjugata a ſe eſſet, rationis eſſe ut & quæ ſub urbe fuerant ad ſe pertineant.* (Pag. 98.) Vandalis devictis volebat Beliſarius etiam in Sicilia Lilybæum Romano imperio cedere, ut quod Vandalis dediſſent Gotthi. Sed ii dediſſe ſe negabant. *Procopius* Vandalicorum II. (Cap. 5.) Henricus Friderici Barbaroſſæ filius capta Sicilia Epidamnum, Theſſalonicam, aliaque a Siculis poſſeſſa ſibi vindicabat. *Nicetas* lib. 1. de Alexio Iſaaci fratre. (*Cap. 9.*) Bajanus Avarorum Chaganus ad Imperatorem de Sirmio: προσήκειν αὐτῷ Γηπαίδων πρότερον κτῆμα γενομένην, αὐτῶν δὲ ὑπὸ Ἀβάρων πολεμηθέντων *ad ſe eam urbem pertinere, ut quæ Gepidarum fuiſſet, qui Gepidæ victi eſſent ab Avaris.* (Menander, *pag.* 108.) Petrus Juſtiniani legatus in oratione ad Chosroëm: ὁ γὰρ δεσπόσας τȣ̃ ἡγεμονικȣ̃ πῶς ȣ̓χ ἕξει τὸ ὑποβεβηκός; ȣ̓́τε γὰρ Λάζοι, ȣ̓́τε μὲν αὐτοὶ Σȣανοὶ πρὸς ἀμφισβήτησιν ἔποιεν, ὡς ȣ̓χ ὑπήκοος ἡ Σȣανία Λαζῶν ἀνέκαθεν ἦν· *nam qui dominus eſt principalis, quomodo non erit & acceſſorii? neque enim aut Lazi aut Suani unquam controverſiam hanc movebant, non fuiſſe ab antiquo Lazorum Suaniam* (Pag. 120.) Utrumque eſt ex *Menandro Protectore.* Adde quæ hoc capite, §. IV.

„*r*) (ITA UT & ALIENARE POSSIT, SICUT PO„PULOS POTERAT:) Diximus victorem plenum „jus in victos, tum quoad jura publica tum quoad „jura privata, acquirere, adeoque evertere regnum, „vel illud certis conditionibus ſervare, vel alie„nare poſſe.

„*s*) (ET SIC FACTUM ESSE UT QUÆDAM RE„GNA IN PATRIMONIO ESSENT:) Imo eo ſenſu „quo Auctor regna patrimonialia ſtatuit, talia non „dantur: nam regna ejusmodi non ſunt in regis pa„trimonio ſed in populi vincentis: Is ergo, non „Rex, alienare poteſt.

Lib. 1. *c.* 3. §. 2. ſic factum ut regna quædam in patrimonio eſſent diximus [ι] alibi.

§. II.

1. Poteſt & amplius fieri, [a] nempe ut quæ civitas fuit civitas eſſe deſinat; ſive ita ut [b] acceſſio fiat alterius civitatis, ut Romanæ provinciæ; [c] ſive ut nulli civitati adhæreat, [d] ut ſi Rex ſuo ſumtu bellum gerens populum ſibi ita ſubjiciat ut eum regi velit [e] non ad populi ſed ad regentis præcipue utilitatem, [f] quod herilis eſt imperii *Cap.* 14. non civilis. Ariſtoteles lib. VIII. de republica: ἔστι δὲ ἀρχὴ ἡ μὲν τοῦ ἄρχοντος χάριν, ἡ δὲ τοῦ ἀρχομένου, τούτων δὲ τὴν μὲν δεσποτικὴν εἶναί φαμεν, τὴν δὲ τῶν ἐλευθέρων: *Imperium aliud eſt ob utilitatem regentis, aliud ob utilitatem ejus qui regitur: hoc inter liberos locum habet,* [g] *illud inter dominos & ſervos.* Qui ergo tali tenetur imperio populus, in poſterum non civitas erit, [h] ſed magna familia: bene enim dictum ab *In Anthis. Excerpt. Grot. è vett. Comic. & Trag. p.* 639. Anaxandrida:

Οὐκ ἔστι δούλων ὠγαθ' οὐδαμοῦ πόλις,

Vir bone ſervorum nulla eſt usquam civitas.

2. Et [i] Tacitus hæc inter ſe ſic opponit: *non dominationem & Ann.* 12. *c.* 11. *ſervos, ſed rectorem & cives cogitaret.* De Ageſilao Xenophon: *Cap.* 1. §. 22. ὁπόσας δὲ πόλεις προσαγάγοντο, ἀφαιρῶν αὐτῶν ὅσα δοῦλοι δεσπόταις ὑπηρετοῦσι προσέταττεν ὅσα ἐλεύθεροι ἄρχουσι πείθονται: *quaſcunque civitates in ſuam redigebat poteſtatem, has immunes habens ab his quæ ſervi dominis præſtant, ea tantum imperabat in qua liberi homines rectoribus parent.*

§. III.

Atque hinc intelligi poteſt [a] quale ſit mixtum illud imperium quod dixi ex civili & herili, [b] nempe ubi ſervitus miſcetur cum aliqua

„ι) (ALIBI: Vide *indicem* voce *regnum patri-* „*moniale.*

„a) (NEMPE UT QUÆ CIVITAS FUIT, CIVI- „TAS ESSE DESINAT:) Nam omne jus in victum „populum per ultimam victoriam acquiſitum eſt vi- „ctori, qui proinde pro lubitu de eo diſponere poteſt.

„b) (ACCESSIO FIAT ALTERIUS CIVITATIS:) „Ita ut deſinat eſſe ſui juris, & teneatur alie- „nis legibus vivere: quod fit ſi in provinciæ for- „mam redigitur.

„c) (SIVE UT NULLI CIVITATI ADHÆREAT:) „Adeoque pro arbitrio regis victoris imperium „adminiſtratur.

„d) (UT SI REX SUO SUMTU BELLUM GE- „RENS:) Reſutavimus hoc ſupra *l.* 1. *c.* 3. §. 12. „Quia rex nullum jus belli habet niſi jure & „nomine populi cui præeſt; adeoque quicquid bello „acquirit ad populum pertinet; etſi ſuo ſumtu gerat.

„e) (NON AD POPULI:) Cujus ipſe Rex eſt.

„f) (QUOD HERILIS EST IMPERII:) In regi- „bus tale imperium concipi non poteſt: at in po- „pulo victore verum eſt, imperium ad ejus pa- „trimonium publicum pertinere poſſe.

„g) (ILLUD INTER DOMINOS & SERVOS:) Re- „ges autem non ſunt domini, ſed populus cujus „jure bellum gerit.

„h) (SED MAGNA FAMILIA:) Numerus in- „gens ſervientium: qui nihil proprii habent, & „a nutu ac arbitrio victorum dependent: At tale „exemplum inter gentes vix exſtat: Si enim in „ſervitutem redigere victas civitates animus erat, „gentes ſubditos ſub corona vendere ſolebant.

„i) (TACITUS:) *Annal. l.* 12. *c.* 11.

„a) (QUALE SIT MIXTUM ILLUD IMPERIUM „EX CIVILI & HERILI:) Si ſcilicet partim acqui- „ritur jus uti eſt in rege, partim uti eſt in popu- „lo: §. 1. *n.* 3.

„b) (NEMPE UBI SERVITUS MISCETUR CUM „ALI-

qua perſonali libertate. [c] Sed populis legimus arma adempta, imperatum [d] ne ferri quid haberent extra quam ad agriculturam; alios coactos [e] ſermonem & [f] vitæ genus mutare.

§. IV.

I. [a] Sicut autem res, quæ ſingulorum fuerant, [b] jure belli iis acquiruntur qui eos ſibi ſubjiciunt, [c] ſic & res univerſitatis eorum fiunt qui ſibi ſubjiciunt univerſitatem, [d] ſi ipſi velint. Nam quod de deditis dixit Livius, [e] *ubi omnia ei qui armis plus poteſt dedita ſunt, quæ ex iis habere victor, f quibus mulctari eos velit, ipſius jus atque arbitrium eſt:* [g] idem in bello ſolenni victis locum habet. [h] Nam deditio ſponte permittit quod alioqui vis eſſet ereptura. Scaptius apud Livium: *Agrum de quo ambigitur, finem Coriolanorum fuiſſe, captiſque Coriolis jure belli* [i] *publicum populi Romani factum.* Annibal in oratione ad milites apud eundem: *quicquid Romani tot triumphis partum congeſtumque poſſident,* [k] *id omne noſtrum cum ipſis dominis futurum eſt.* Antiochus apud eundem: *quo victo cum omnia quæ*

Lib. 34. c. 57. Lib. 3. c. 71. Lib. 21. c. 43. Lib. 33. c. 40.

„ALIQUA PERSONALI LIBERTATE:) Exemplum „eſt in Gabeonitis qui quidem civitatem retinue„runt, & corpus civitas conſtituerunt, at ad operas „ſerviles perpetuo deſtinabantur. *Vid. Joſ. cap. 9.*

„c) (SED POPULIS LEGIMUS ARMA ADEMTA:) „De Faliſcis vide *Liv. 5. 27.* Add. *Liv l. 21. c. 57. l.* „*30. c. 44. Thuan. l. 4. p. 83. & l. 18. p. 337. Xenoph.* „*Inſt. l. 4. p. 107. & Inſt. p. 205. Vid. Teſm. b.*

„d) (NE FERRI QUID HABERENT EXTRA QUAM „AD AGRICULTURAM:) Exemplum eſt *1. Sam. 13.* „*v. 19.* ubi etiam fabrorum uſus ademtus fuit Iſra„elitis.

„e) (SERMONEM:) i. e. victoris ſermone uti.

„f) (VITÆ GENUS:) Ut Lydi. *Juſtin. 1. 7.* „Nam victor pro lubitu vel evertere imperium, „vel conſervare, vel certa lege conſervare poteſt, „& prout diſponit ita jus eſt.

„a) (SICUT AUTEM RES QUÆ SINGULORUM „FUERANT &c.) Jure ſcilicet prædæ: de quo *c.* „6. actum eſt.

„b) (JURE BELLI:) Non ex jure aliquo genti„um ſecundario, uti Auctor putat, ſed ex jure na„turæ.

„c) (SIC & RES UNIVERSITATIS EORUM FI„UNT:) Nam victor omne jus acquirit quod vi„ctus habuit, adeoque & jura publica.

„d) (SI IPSI VELINT.) Invitis enim non ac„quiritur.

e) (Grot.) (UBI OMNIA EI QUI ARMIS PLUS POTEST DEDITA SUNT:) Vide ſupra libro 1, c. III. §. 8. & l. II, c. v. §. 31. & hoc libro c. v. §. 2. & infra c. xx. §. 49. & adde *Polybii* hæc excerpto legationum 142. *οἱ διδόντες αὐτὸς εἰς τὴν Ῥωμαίων ἐπιτροπὴν, διδόασι πρῶτον μὲν χώραν τὴν ὑπάρχουσαν αὐτοῖς καὶ πόλεις τὰς ἐν ταύτῃ. σὺν δὲ τούτοις ἄνδρας καὶ γυναῖκας τοὺς ὑπάρχοντας ἐν τῇ χώρᾳ καὶ ταῖς πόλεσιν, ἅπαντας ὁμοίως ποταμοὺς, λιμένας, ἱερὰ, τάφους συλλήβδην, ὥστε πάντων εἶναι κυρίους Ῥωμαίους, αὐτοὺς δὲ τοὺς διδόντας ἁπλῶς μηκέτι μηδενός.* *Qui ſe dedunt in Romanorum poteſtatem, ii dant primum regionem quæ ipſorum fuit, & quæ in ea regione ſunt urbes: viros præterea omnes ac feminas qui aut in regione aut in urbibus ſunt. Inſuper flumina omnia, portus, ſacra, religioſa: univerſum omnia, ita ut omnium domini ſint Romani, ipſi autem qui ſe dediderunt plane rei nullius.* Vide quæ modo dicta cap. VII. §. 4. Juſtinus lib. XXXVI. de Judæis loquens: *poſtea cum ipſis Perſis in ditionem Alexandri Magni venere.* (Cap. 3.)

„f) (QUIBUS MULCTARI EOS VELIT:) Adeo„que omnia deditorum jura, publica & privata, de„pendent ab arbitrio ejus cui fit deditio, & is pu„nire pro lubitu eos poteſt ob injuriam bello vi„ctori illatam, & rapinis ac cædibus auctam.

„g) (IDEM IN BELLO SOLENNI VICTIS LOCUM „HABET:) Per bellum ſolenne intelligit illud quod „inter duas ſummas poteſtates geritur, & indictum „eſt: Merito autem ait, idem hic obtinere quod „in deditis, quia per ultimam victoriam omne jus „acquiritur in victos.

„h) (NAM DEDITIO SPONTE PERMITTIT, QUOD „ALIOQUI VIS ESSET EREPTURA:) Per *deditio*„*nem* omnia jura quæruntur victori conſenſu vi„ctorum: per *bellum* & vim iis invitis.

„i) (PUBLICUM POPULI ROMANI:) Quia agri „ab hoſte capti populo apud Romanos quære„bantur. *Vid. ſupr. c. 6. §. 10. ſeq.*

„k) (ID OMNE NOSTRUM CUM IPSIS DOMI„NIS:)

quæ illius fuiſſent jure belli Seleuci facta ſint, [l] *exiſtimare ſuæ ditionis eſſe.* Ita Pompejus, quæ Mithridates bello capto imperio ſuo adjecerat, [m] populi Romani fecit.

Strabo l. 12. pag. 541.

2. [n] Ergo & incorporalia jura, quæ univerſitatis fuerant, fient victoris quatenus velit. Sic Alba victa, quæ Albanorum jura fuerant [o] ſibi vindicarunt Romani. [p] Unde ſequitur omnino liberatos Theſſalos obligatione centum talentorum, quam ſummam cum ipſi Thebanis deberent Alexander Magnus, Thebarum dominus factus, jure victoriæ ipſis donaverat: neque verum quod pro Thebanis apud [q] Quintilianum adfertur, id demum victoris eſſe quod ipſe teneat: [r] jus quod ſit incorporale apprehendi manu non poſſe: [s] aliam conditionem eſſe hæredis, aliam victoris, quia ad illum jus, ad

Dionyſ. Halic. Antiq. Rom. 3, 31.

Inſt. Orat. 5, 16.

„NTS:) Promittebat Annibal non tantum jus in „res ſed & in perſonas Romanorum. *Liv. l.* 21. „c. 43.

„*l*) (EXISTIMARE SUÆ DITIONIS ESSE:) Territorium hoſtile omnino in ditione eſt victoris: „omnia enim jura hoſtis devicti tranſeunt in vi„ctorem.

„*m*) (POPULI ROMANI FECIT:) Neque ab eis „quibus hoſtis res illas ante nos eripuit, vindica„tio inſtitui poteſt. *Vid. l. 3. c. 6.* §. 7.

„*n*) (ERGO & INCORPORALIA:) Eodem modo „uti jura incorporalia, captis ſingulis perſonis, in „victorem tranſire diximus ſupra c. 7. §. 4.

„*o*) (SIBI VINDICARUNT ROMANI:) Quia vi„ctor ſuccedit in omne jus quod victus habuit, „adeoque & in ejus credita: de hac ſurrogatione „*Vide ſupra l. 2. c. 9. §. 8. 9. & 11.*

p) (UNDE SEQUITUR OMNINO LIBERATOS THESSALOS:) Auctor hic decidit duas quæſtiones ex Quintiliano *Inſt. l. 5. c. 10. p. 236.* quas B, parens in Diſputatione *de jure victoriæ* §. *33.* hoc modo explicat: Hinc jam evidens eſt deciſio litis celebratiſſimæ, & a Quintiliano *Inſtit: orat: l. 5. c. 10. p. m. 236* propoſitæ, quæ ex facto duorum maximorum toto orbe imperatorum, Alexandri Magni & Julii Cæſaris, contigit; quorum ille Thebanum chirographum Theſſalis, hic Flavii nomen Dyrrachinis poſt victoriam donavit. Prior cauſa in celeberrimo illo totius Græciæ, Amphyctionum ſcil. conſilio, altera coram Cicerone arbitro ventilata fertur. Dicimus Alexandri M. donationem juſtam, Cæſaris irritam fuiſſe, uti & deciſum opinatur Ærodius *Rer. jud. lib. 2. tit. 3. c. 2. & 3.* Illa enim debitum publicum fuit, quod victori quæritur *per §. 24.* hoc privatum, quod ei non quæritur, *per §. 26.* Agitarunt quoque inter ſe hanc litem Hottomannus & Gentilis; ſed præſertim ille ex rationibus juris civilis ex Quintiliano deſcriptis, quaſi Alexandri M. factum ex legibus Romanis decidi poſſit: Nec aliud Quintilianus quam loca argumentorum, ut orator, monſtrare voluit. Revera autem frivolæ rationes ſunt, quod nomen ſit res incorporalis quæ manu non capitur, & alia ratio ſit heredis, in quem jus omne defuncti, alia victoris, in quem res tranſeunt &c. Nam victoria, quatenus vel ſolum imperium continet, titulus longe univerſalior eſt quam hereditas: Uti enim hæc omnia jura privata, ita imperium omnia publica, & ſuo modo privata quoque, continet §. *24. & 26.* Illa vero repræſentatio heredis univerſalis, uti ab Hottomanno accipitur, fictio juris poſitivi eſt. Ut vel ex hoc facto appareat, quam infeliciter ſæpe jus civile quæſtionibus juris gentium applicetur. Nam & reliqua contra hoc Alexandri M. facinus allata, ſcil. *quod vi ablatum, quod jus belli in judiciis non valeat: quod omnibus civibus debitum, adeoque dum vel unus ſuperſit: quod omnes in Alexandri M. manu non fuerint: quod multis ignoverit: mens ejus dubia: quod a Caſſandro reſtituti Thebani* &c. adeo præter vel contra jus gentium ſunt, ut reſponſum non mereantur. *Vid. lit. s.*

„*q*) (QUINTILIANUM:) *Inſtit. 5. 10. p. 387.*

„*r*) (JUS QUOD SIT INCORPORALE MANU „PREHENDI NON POSSE:) Imo incorporalia omni„no tenentur cum re cui cohærent.

s) (ALIAM CONDITIONEM ESSE HÆREDIS, ALIAM VICTORIS:) Imo eadem eſt ratio, in hæredem enim tota familia, omneque jus ei cohærens, tranſit; eodem modo ut in victorem tranſit totum patrimonium populi, omneque jus quod ei cohæret.

Neque porro *obſtat* (1) vi injuſta ablatum eſſe chirographum: Nam vis belli non eſt injuſta.

Obſtat (2) Caſſandrum poſtea jure poſtliminii reſtituiſſe Thebanos. Reſp. Imo hæc nova fuit civitas. *Vid. ſupra l. 2. c. 6. §. 9. & infra c. 12. §. 8. 4.*

Obſtat (3) omnibus Thebanis debitum fuiſſe, adeoque manſiſſe obligationem quamdiu unus eorum ſuperſtes fuit. Reſp. nulli Thebanorum debitum fuit, ſed toti civitati, quam cum omni ſuo jure occupavit Alexander; huic ergo ſoli debitum fuit, & ille proinde remittere potuit.

Obſtat

ad hunc res tranſeat. *t* Nam qui dominus & perſonarum, idem & rerum eſt, & juris omnis quod perſonis competit. *u* Qui poſſidetur non poſſidet ſibi, nec in poteſtate habet qui non eſt ſuæ poteſtatis. *L. 118. D. de reg. jur. L. 21. D. ad l. Jul. de adult.*

3. Imo etiam *v* ſi quis populo victo jus civitatis relinquat, poteſt quædam quæ civitatis fuerant ſibi ſumere. In ipſius enim arbitrio eſt *w* quem velit eſſe ſui beneficii modum. Imitatus fuit factum Alexandri Cæſar, *x* donato Dyrrachinis ære alieno, quod neſcio cui adverſarum partium debuerant. Sed hic objici poterat bellum Cæſaris *y* non ex eo eſſe genere, de quo jus hoc gentium conſtitutum eſt. *Cic epiſt. ad Brutum 6.*

CAPUT

Obſtat (4) Quod Alexander quibusdam igooverit, adeoque in his debitum oranſiſſe videtur: Reſp. ignovit ſingulis, noo eivitati, cui ſoli debebatur.

Obſtat (5) meotem dubiam fuiſſe: Reſp. Imo actus donationis ſatis clare patebat.

Alia quæſtiu eſt quæ apud Paponium *lib. 5. tit. 6 art. 2.* proponitur: ubi Gallus qui Belgæ cuidam mutuo debebat ſummam, eam exorto bello ſolvit fiſco Gallico: finito bello actionem intentabat Belga, ſed Gallus in Curia Pariſienſi abſolutus fuit: At id oon eſt ex jure victoriæ, ſed ex jure prædæ, quia prædæ eedunt res quæ apud hoſtem inveniuntur: *Add. Gudel. J. Nov. c. 5.* Unde idem jus in debita Gallorum apud Belgas ſtatui potuiſſet.

„*t*) (NAM QUI OOMINUS PERSONARUM, IOEM „ET RERUM EST, ET JURIS OMNIS:) Adeoque & „incorporalium, quæ rei inſunt.

„*u*) (QUI POSSIDETUR NON POSSIDET SIBI, NEC „IN POTESTATE HABET QUI NON EST SUÆ „POTESTATIS:) Thebani noo amplius ſui juris „erant, omne eorum jus in poteſtatem victoris „tranſiit, ipſi igitur oihil amplius juris habebaot, „qui ipſi ab alio, victore oimirum, tenebantur.

„*v*) (SI QUIS POPOLO VICTO JUS CIVITATIS „RELINQUAT, POTEST QUÆOAM QUÆ CIVITATIS „FUERANT SIBI SOMERE:) Recte: Nam eum victor deſtruere eivitatem, & ſingulos in ſervitutem redigere, jure victoriæ poſſit, nedum civitatis jus ei ſub certa lege, & ſub onere relinquere „poteſt.

„*w*) (QUEM VELIT ESSE SUI BENEFICIUM MO„DUM:) Nam eum omne jus in victum quæſiverit, „pro lubitu de eo diſponere poteſt.

„*x*) (OONATU OYRACHINIS:) Cæſar propi„tio jure Dyrrachinis remiſit debitum, quod eredi„tori cuidam, adverſario Cæſaris, debebant. Non „ex jure victoriæ, ſed quia Senatus acta Cæ„ſaris approbavit, & omnes qui a partibus Pompeji „ſteterunt pro rebellibus declaravit. Adeoque id „jus creditori, ejusque hæredi Flavio, in pœnam au„ferri potuit: Conf. *Cicer. epiſt. ad Brutum VI.*

y) (Grot.) (NON EX EO ESSE GENERE, DE QUO JUS HUC GENTIUM CONSTITUTUM EST:) Antonius Tyrios juſſit reddere quæ Judæorum tenebant a Senatu non conceſſa, & ante Caſſii bellum poſſeſſa. Memorat *Joſephus* (Ant. Jud. XIV, 12. §. 4. *diviſ. Hudſon.*) Vide & *Bizarum* Genuenſis hiſtoriæ libro X.

ADDITIO.

„Senſus Auctoris eſt, quod Cæſaris bellum non „fuerit ſolenne, ſed bellum civile; adeoque effe„ctus juris gentium (quo præda, adeoque & cre„dita, cedunt capienti vi dominii externi,) ibi ob„tinere non potuerit: Reſp. Ex quo Senatus rati„habuit acta Cæſaris, omnia populi jure ac nomi„ne feciſſe cenſetur: & ſic hactenus creditor re„bellis fuit, cujus proinde nomen in pœnam (noo „jure victoriæ) Dyrrachinis donare potuit. Cæte„rum toties dictum eſt, jus occupandi res hoſtiles „non ſequi ex jure aliquo ficto gentium, ſed ex „ipſo jure naturæ; Diximus, ex eodem naturæ jure „ſequi ut res, ex judicio noſtræ civitatis injuria „captæ, ſi recipiuntur priſtinis dominis ac anti„quo juri reſtitui debeant: adeoque idem obtinere „quod in rebus bello eivili & a prædonibus captis „obtinet.

„Non autem ſubditis tantum, ſed & *amicis* ac „*ſociis*, res quæ ad eos pervenerunt reſtitui de„beot. Probatur hoc exemplo Caſſii, quod Au„thor in notis allegat: Caſſius Judæos, amicos „Romanorum, absque authoritate Populi R. ad„eoque prædoneo more bello aggreditur illicito, „res eorum & perſonas capit, ac quoad maximam „partem Tyriis vendit. Occiſo Caſſio Antonius „mandat Tyriis ut Judæis, ſociis & amicis, ea reſti„tuereot quæ Caſſius per bellum illicitum genti „abſtulit, i. e. ut bona divendita & agros reddant, „perſonas vero libertati reſtituant: *Joſeph. Antiq.* „*l. 14. c. 22.* alia exempla vide apud *Grot. infr.* „*cap 9. §. 9 n. 1. c. 10. §. 5. n. 1. §. 6. n. 1. c. 16.* „*§. 2. 3. & 4.*

Caput IX.

De Poſtliminio.

I. *Origo vocis* poſtliminii.

II. *Quibus in locis poſtliminium ſit.*

III. *Poſtliminio quædam reverti, quædam recipi.*

IV. *Jus poſtliminii eſſe in pace & in bello: & quid ſi nihil in pace dictum ſit?*

V. *Liber homo, bello manente, quando poſtliminio redeat:*

VI. *Quæ jura recipiat, quæ non recipiat.*

VII. *Jura & in ipſum reſtitui.*

VIII. *Cur qui ſe dedunt jus poſtliminii non habeant.*

IX. *Populus quando poſtliminii jus habeat.*

X. *Quæ in his qui poſtliminio redeunt ſint juris civilis.*

XI. *Servi poſtliminio quomodo recipiantur, etiam transfugæ: quomodo qui redemti ſint.*

XII. *An ſubditi poſtliminio recipiantur.*

XIII. *Agros poſtliminio recipi.*

XIV. *Circa res mobiles quod diſcrimen olim obſervatum.*

XV. *Quid circa res mobiles hodie juris?*

XVI *Quæ res recipiantur, ita ut poſtliminio non egeant.*

XVII. *Mutationes ex lege civili, quoad ſubditos ſuos.*

XVIII. *Poſtliminium quomodo obſervatum inter eos qui hoſtes non erant:*

XIX. *Quando id hodieque locum habere poſſit.*

§. I.

(AD §. 1.) Hactenus de proceſſu belli, ſeu quid in bello juſtum ſit, egimus: Sequitur jam jus aliquod quod æque in pace ac in bello obtinet; nimirum JUS POSTLIMINII: Auctor *fatetur* nihil ſani hac de re, niſi apud JCtos Romanos, proditum eſſe: Quos tamen ipſos inculpat, quod ea quæ juris gentium ſunt cum jure Romano ſæpius confundant: quod verum non eſſe in ipſo tractatu videbimus: Cum vero intricata admodum ſit hæc materia, noſtra principia ex diſſertatione *de Poſtliminio in pace, & amneſtia* deſumta hic præmittere neceſſarium duxi.

PROPOSITIO I.

Bellum eſt judicium rei controverſæ, quo quæque pars ſibi jus aſſerit, alteri negat.

DEMONSTRATIO.

Bellum inter ſummas poteſtates, cum alium illæ judicem non habeant, idem eſt quod judicium inter privatos. Utrumque eſt de negotio aliquo dubio ſeu controverſo inter partes, (adeoque ſemper legitimum certamen partium ſignificat;) de quo illæ diſceptant armis; hæ apud judicem.

Hinc uti in omnibus judiciis & diſceptationibus, ita in bello quæque pars ſibi jus aſſerit, adverſario negat; & uterque ſe jure, adverſarium injuria agere; uterque ſua arma juſta, hoſtium injuſta; uterque denique, quoties ipſe bello quid agit, capit, lædit, id jure; quoties hoſtis, injuria fieri, & ſibi ſoli, non hoſti, jus ex actibus bellicis naſci contendit. Atque hæc eſt natura omnis diſceptationis ſeu contentionis, quippe quæ in contradictione conſiſtit. Uti cum Salluſtius *in bell. Catil.* in princ. inquit *Diu magnum inter mortales certamen fuiſſe, vine corporis, an virtute animi magis procederet?* certamen id in contradictione partium conſiſtit. *Vid. diſſ. noſtra de Poſtliminio. &c. Sect. 1. §. 2. ſeq.*

PROPOSITIO II.

Cujusque partis judicium ſequuntur ejus cives & ſocii.

DEMONSTRATIO.

Hoc autem judicium cujusque partis, quo ab invicem diſſident ac diſceptant de juſtitia belli & actuum bellicorum, valet intra partis ejus, quæ id ſtatuit, fines, & civitatis illius ſeu imperii limites; ita ut ſi intra hoſtis ejusve amicorum fines res peragenda definiendaque ſit, hoſtilis; ſi intra noſtros amicorumve noſtrorum limites, noſtri judicii valitura ſit autoritas, cum neutra alium judicem habeat, cujusque vero partis amici & ſocii eandem cum ipſa cauſam, idemque judicium ſequantur. Atque hanc contentionem partium, quæ alium judicem non habent, ſed jus armorum, nos *judicium partis* dicemus in proceſſu. *Vid. diſſ. noſtram de Poſtlim. ſect. 1. §. 3.*

PROPOSITIO III.

Reliquæ gentes omnes, ceu mediæ, neutrum judicium ſequuntur, ſed utriusque factum pro jure habent.

DEMONSTRATIO.

Reliqui populi, qui neutri partium addicti ſunt, quicquid utrinque in bello fit, pro jure habent, nihilque quod armis ab utraque parte agitur, pro injuria: neque enim cognoſcere aut ſtatuere de injuſtitia partium jure poſſunt, qui earum judices non ſunt; neque partes, quæ judicem non habent, injuriæ ab aliis convinci vel condemnari. Neceſſario igitur utriusque partis factum, quod vi armorum peragitur, apud omnes reliquas gentes pro jure erit: quia juſtum id habetur, cujus injuſtitia doceri non poteſt, idque in re controver-

ſia

ſa rite fieri ſine judice nequit. Quin hoc ipſo quod gens aliqua factum partis improbaret, hoſtium rationem indueret, & deſineret eſſe media, quia adverſæ partis cauſam judiciumque ſequeretur. Atque hoc judicium pacatorum in ipſorum territoriis, dum ibi res peragenda eſt, obtinet. Hoc ipſum vero principium eſſe, quo nititur quoque jurisprudentia Romana, patet ex *l. 19. in fin. pr. l. 12. §. 9. d. capt & poſtlim.*

Secus ergo eſt, ſi tale factum ſit quod communi jure gentium, omniumque judicio, licitum vel illicitum habetur, uti ſi vaſallus hoſti contra dominum ſuum ſerviat. In iis enim non contradicunt ſibi judicia partium, ſed conveniunt, idque pro jure vel injuria unanimi omnium ſuffragio habetur, nec unius gentis judicium alteri præfertur. *Vid. diſſert. noſtr. de Poſtlim. S. 1. §. 4. & 5.*

PROPOSITIO IV.

Hinc ſequitur, res vel perſonas captas, ſi receptæ ſunt intra locum & fines ubi judicatur injuria ablatas eſſe, i. e. ſi redeunt ad ſuam civitatem ejusque ſocios, priſtino domino reſtituendas eſſe, idque poſtliminium vocatur.

DEMONSTRATIO.

Ex præmiſſis ſequuntur (1) jura poſtliminii in bello & pace, cum in rebus tum in perſonis. Si enim res, quas hoſtis a civibus noſtris cepit, intra fines noſtros reverſæ fuerint, cedunt priſtinis dominis, non iis qui receperunt: quia ex noſtra parte aſſeritur, non jure eas dominis ſuis bello ablatas, adeoque iis reſtituendas eſſe, quod judicium noſtrum intra fines noſtros, ubi res nunc ſunt, valet. Idemque eſt in perſonis quæ ab hoſtibus captæ, & quovis modo reverſæ, priſtina jura, quæ ablata ſunt, omnia recipiunt, quaſi nullo jure ablata. Quæ eadem eſt ratio Quintiliani *lib. 5. Inſt. c. 10.* quin ipſius juris prudentiæ Romanæ in *l. 19. pr. ff. de capt. & poſtl.* ubi ratio, cur captus & reverſus poſtliminium habeat, hæc redditur: *quia per injuriam ab hoſtibus detentus eſt; idque naturalis æquitatis eſſe* dicitur.

Idem eſt ſi non quidem intra noſtros fines, ſed ad ſocios vel amicos noſtros, qui idem nobiſcum judicium, eandemque cauſam ſequuntur, pervenerint: cum enim idem judicium nobiſcum ſequantur, apud ipſos quoque perinde ac apud nos, res ab hoſtibus injuria captæ & ablatæ dicuntur, quod ipſum jure Romano itidem ſtatuitur *l. 5. §. 1. l. 19. §. 3. eod.* Id factum, cum Pœni diutiſſime vexata Sicilia plurima inde ornamenta ac ſacra Carthaginem aſportaſſent: capta enim poſt Carthagine P. Scipio civitatibus Siculis, quæ tum ſociæ erant Romanorum, omnia ea poſtliminio reſtituit, ut prolixe recenſet & laudat Cicero *in accuſ. Verr. 6. cap. 72. & ſeq* Et Camillus Sutrium & Nepete, duas urbes ſocias ex hoſte receptas ſociis reddidit. Plut. in Camill. *c. 59. Liv. l. 6. c. 9. 10.* Conf. *diſp. noſtra de Poſtlim. cap. 2. §. 1. & 2.*

PROPOSITIO V.

Si ad gentes medias redeunt, ceſſat poſtliminium.

DEMONSTRATIO.

Si res vel perſonæ captæ ad alias gentes pacatas aut medias perveniunt, nondum obtinet jus poſtliminii, nam & illæ gentes, cum aliarum gentium judices non ſint, factum harum pro jure habent. Errant igitur omnino, qui apud hos quoque populos medios jus poſtliminii eſſe exiſtimant, atque in eum ſenſum detorquent Grotium, non enim medii utique populi eſſent, qui quod pars altera bello cepit injuria captum, indeque alteri reſtituendum dicerent; nec pacati, qui bellantium cauſæ ac litibus ſe miſcerent. *Vid. diſp. noſtr. de Poſtlim. Sect. 2. §. 4.*

PROPOSITIO VI.

Idem dicendum de deditis & receptis.

DEMONSTRATIO.

Hoc ut ſolide definiatur ſciendum eſt: (I) quod aliud ſit deditio bellica, aliud alienatio & translatio juris, quæ fit ex transactionibus pacis, donationisve, aliave cauſa ſimili. Hæc enim omnium jure & judicio juſta cauſa eſt dominii juſte & in perpetuum transferendi; uti cum ita tranſigitur ut hoſtis urbem habeat, atque a bello recedat; omni enim jure transactiones de litibus ac bellis juſtiſſimæ ſunt, & ne quidem judicio partis quicquam in iis injuriæ, nec adeo hoc caſu unquam eſt poſtliminium. At deditio bellica, etſi dominium quoque omnium judicio ex mutuo conſenſu transferat, duo tamen ei inſunt: (1) quod nos contendimus injuria nos compulſos ad dedendum, quæ tamen vis jure gentium neque conſenſum, neque natam ex eo obligationem tollit. (2) Quod ei ſpes recuperandi juris perditi inſit; quia durante bello ſit, in quo vel armis, vel pactis, aut pace ſequente, vel aliis modis res ultro citroque repeti reſtituique ſolent, in hunc igitur eventum deditus non videtur juribus ſuis renunciaſſe; non enim id agit ut juribus quæ alias habiturus eſſet renunciet, ſed ut ea præſenti periculo v. g. direptionis hoſtilis eripiat, atque in prædictos eventus conſervet. Fit quidem etiam deditio ex præcedente ſponſione, uti Mancini & Poſthumii ex ſponſione Numantina & Caudina, adeoque pure & jure perpetuo fieri videtur, ſed tamen nec ab ea abeſt ſpes reſtitutionis.

(II) Quod per deditionem quicquid in re debita noſtrum eſt hoſti acquiratur, & quidem, quoad jura dedentis propria, omnium judicio; quia de iis ipſe ſtatuere poteſt: quoad jura autem tertii perinde eſt ac ſi res capta ab hoſte eſſet non dedita; cum enim qui dedidit non habeat jus dedendi & in hoſtem transferendi, niſi quod ſuum eſt, hoſtis tamen jure belli quicquid hoſtile fuit acquirat, utique jura hæc non conſequitur vi deditionis, ſed vi propriæ occupationis; quia dedendo cepit, atque in poteſtatem ſuam redegit, adeoque non facto dedentis, ſed ſuo capientis tantum.

Hinc ſequitur, quod is qui ſe dedidit ſubducere ſe hoſti contra proprium ſuum factum fidemque datam, & redire ad ſuos non poſſit, ſed ſi redeat

pro transfuga habendus ſit. Ex ea enim deditione hoſti omnium judicio jus quæſitum eſt, cum jure gentium fides hoſti data & pacta cum eo inita utique ſervanda ſint. Neque igitur poſtliminium habet, quaſi injuria detentus. Et licet dicat injuria hoſtis ſe compulſum ad deditionem, eo tamen non tollitur obligatio fidei datæ. Quod & ipſum jure Romano conſtitutum in *l. 1. ff. de Capt. & poſtl.* & ſanctiſſime ſervatum fuit. Idemque verum fatemur in urbibus, provinciiſque quæ ſe dediderunt, ne ſe eximere hoſti, poſtliminioque uti poſſint, eadem ratione.

Si vero populus ipſe dedidit perſonam, vel urbem, eximere illa quidem ſe hoſti poteſt perinde ac ſi capta eſſet, th. 14. quia ſuo facto dedita non eſt, & populus jus ſuum ſaltem in civem vel urbem hoſti tranſtulit, non vero jus privatum ab hoſte ſe tuendi, quod natura cuique competit, iis ademit. At populus eas recipere contra factum ſuum fidemque datam nequit. Unde Cloelia, quæ Porſennæ ut obſes dedita fuit, jure quidem ſuo aufugere inde poterat, ſed populus Romanus reddere debuit, alias Porſenna pro rupto fœdus habiturus erat, ut ipſe ait apud Livium *l. 2. c. 13.* Quid ſi ergo hoſtis non repoſcit? Jure recepta res videtur, ac poſtliminium habet uti res capta, quod proinde ei denegari nequit. Neque hinc diſcedit jus Romanum in *l. 4. in fin. de capt. & poſtlim.* ubi poteſt civitas non recipere deditum. Nam ibi agitur de eo, qui ex propria ſua ſponſione a populo deditur.

At armis ſuis populus durante bello omnia dedita recuperare ab hoſte, uti res ipſius hoſtis proprias vi capere poteſt: atque adeo etſi hoſtis ea populo pacato donaverit, vel vendiderit, a pacatis quoque, dum bellum eſt, repeti armis poſſunt: quia hoſtis non potuit ea niſi cum cauſa ſua alienare, nec plus in alios transferre quam ipſe habuit; neque facto hoc ſuo jus noſtrum pervertere. Atque hoc quidem manifeſtum eſt cum populus ipſe non dedidit; tum enim ejus ratione habetur res pro capta, cujus dominium partis judicio hoſtis ex juſta cauſa nactus non eſt, adeoque qui ab eo accepit quaſi a non domino accepiſſe intelligitur.

At, ſi ipſe populus dedidit, difficile eſt dicere, cum ab hoſte ipſo potuiſſet armis recipere, etiam a pacato poſſe, in quem hoſtis tranſtulit: Neque enim poteſt populus quod ipſe dedidit, vel quaſi non jure datum contra fidem factumque ſuum repetere; vel jure belli, quod tantum cum hoſte eſt, non cum pacato. Unde nec hoc caſu eximentem ſe invito poſſeſſore recipere poteſt, at in rationes damnorum occaſione belli ſibi datorum id referre poteſt.

Cum vero & hoſtis ipſe indubie perſonas, res, aut urbes ſibi deditas deſerere, aut dimittere, vel pace quoque, aut pactis illæ recuperari poſſint, quæritur an ita deſertæ, aut armis jure receptæ habeant poſtliminium? Etſi vero id a JCto doctiſſimo negetur, tamen pace ejus viri & ſalvo, quod magni facimus, illius judicio, deditis quoque imprimis urbibus & provinciis, poſtliminium his caſibus omnino deberi ſtatuimus.

Tota enim ratio, quæ deditis poſtliminium negat, eſt quod juri hoſtis contra proprium factum ac fidem datam eximere ſe non poſſint. Ea vero hic ceſſat, ubi ipſe hoſtis jus ſuum deſerit vel remittit, vel jure belli id ei aufertur. Deinde, quia deditione bellica non id agitur, ut juribus ſuis ultra quam ab hoſte cogitur, renunciet, ſed potius ut ea in prædictos eventus conſervet. Tum quia deditus contendit injuria hoſtili adactum ſe ad deditionem, quod etſi contra hoſtem allegari nequeat donec ſub ejus ditione eſt deditus, at ab illo dimiſſus, & civitatis ſuæ judicio redditus, contra ſuos poteſt. Porro, ſi jura integra ſervantur captis qui ultro ab hoſte aufugiunt, *l. 26. Capt. & poſtl.* non poſſunt illa negari deditis qui ab ipſo hoſte deſerti, vel armis pactove recepti ſunt; hi enim omnium gentium judicio in priorem conditionem reverſi ſunt, illos hoſtis negat jure reverſos. Et cum facto ipſo in priſtinum ſtatum redierint, etiam priſtini ſtatus jura ipſis debentur, deditioque, quæ remiſſa eſt, perinde eſt ac ſi facta nunquam eſſet.

Quid vero obſtat quo minus cives noſtri integra ſua jura habeant, ſi hoſtis non obſtat. An cum is ſpoliare eos deſinit, nos ſpoliabimus? Et quorum deditionem in hoſte abominamur, iis eos ab hoſte liberatos ipſi deditionis jura continuabimus, longe crudeliores ipſo hoſte? quia quod is, cum per bellum jure poſſet, in hoſtem non fecit, id nos, cum jus non ſit, per pacem in cives molimur, & quæ civium jura adverſus hoſtes tueri debemus, ea, cum per hoſtem ſalva ſint, ipſi oppugnamus. Quo quidem nihil magis repugnat communi civitatis voto atque officio, quæ cum civium ſuorum tutrix ac parens ſit, hoc facto tutor in prædonem abit, parens in hoſtem, atque ex funeſtiſſimo luctuoſiſſimoque belli caſu erepta jura vel captat, vel invidet: In quem caſum cum reipublicæ cauſa inciderint, quid iniquius eſt, quam ut inde facto hoſtium emerſi in cum facto civium recidant? Atque hæc pia omnino vox eſt *Imp. l. 12. C. de poſtl. rev.* qui civibus ex hoſte vi bellica recuperatis poſtliminium decernunt, *quia eos non captos, ſed receptos judicare debemus.* Quodſi ergo iis quos ipſi jure belli recepimus, jura priſtina denegare non poſſumus, nedum iis quos ſine ullo facto noſtro hoſtis ultro dimiſit, quippe in quos minus juris, quam in illos habemus.

Neque de jure Romano dubitari poteſt, poſtquam id deciſum eſt in cauſa Mancini; ſi enim ei poſtliminium debetur, qui & ex ſuo facto, & ſolenni ſponſione, & facto populi per patrem patratum deditus eſt, multo magis ei qui ſuo ſolius facto. Fuit quidem hæc cauſa inter JCtos ipſos Romanos valde olim agitata, maxime inter viros genta & doctrina Roma præcipuos Brutum & Scævolam in *l. 4. ff. de Capt. & poſtl.* cum enim C. Hoſtilius Mancinus a Numantinis in eas anguſtias cum exercitu redactus eſſet, ut ignominioſam pacem, autore Tib. Graccho, Viro ſummo, injuſſu ſenatus inire cogeretur, Populus Romanus eum dedidit, & nudum vinctumque ante portas Numantiæ expoſuit: Plut. *in Tib. Graccho c. 6. & ſeq.* ubi nec ab hoſtibus receptus & a ſuis deſertus fuit: Ro-

mam

mam itaque cum rediret quæſitum eſt an haberet poſtliminium? Cicero refert *in hac controverſia inter peritiſſimos homines ſummam de jure diſſenſionem fuiſſe: lib.* 1. *d. Orat. c.* 238. quod & ex *l. 4. ff. d. Capt. & poſtl. & l. ult. ff. de legatis* videre eſt. Quin enim Mancinus in Senatum introiret, Tribunus plebis eum de Senatu juſſit educi; quod *memoria proditum eſſe diceret, quem pater patratus dediſſet, ei nullum eſſe poſtliminium. Cic. d. l. c.* 181. vel quæ a JCtis ratio allegatur in *d. l. ult. de legatis*, quod ipſo decreto deditionis civitas amittatur, perinde ac deportatione. Sed contrarium valuit, & Mancinus augurio in caſtra reductus præturam quoque geſſiſſe dicitur in *d. l. ult.* quod & referunt Plinius *de Vir. illuſtr. c.* 59. Cic. *pro A. Cic. ad fin.* Aurel. Vict. *de Vir. ill. in Mancin.* Eutrop. *lib. 4. Hiſt. Rom. &c.* & merito per jam dicta. Nec ratio adverſantium in *d. l. ult.* quicquam valet; qui peſſime deditionem cum deportatione confundunt. Deditione enim hoſti pœna ſolvitur, cui ex ſponſione Numantina ſatisfactio hæc debebatur, non vero Reipublicæ ſeu populo Romano. Hoſtis itaque, ſi hanc pœnam ſeu jus ſuum remittit, exigi ea a Republica ſeu P. R. non potuit. Quod ſecus eſt in deportatione, quæ pœna Reipublicæ, & ex crimine commiſſo debetur, & quam proinde nemo niſi ipſe populus vel princeps remittere poteſt. Ratio vero Cic. *ad Trebat. in Top. c.* 37. nullius momenti, & ab ipſis JCtis qui diverſum tenebant in *d. l. ult.* rejecta eſt.

Atque ita jure quoque Romano deditis tribuitur poſtliminium in *l. 4. ff. d. Capt. & poſtl.* ubi ex ſubjecto exemplo patet, agi de ſpecie, qua hoſtis jus ſuum deſeruit in deditione Mancini, non vero ubi pactio non intervenit, ut Grotius ſtatuit, quia ſponſio utique pactio eſt.

Neque vero, quin urbibus ac provinciis deditis poſtliminium competat, unquam inter gentes dubium fuit. In bellis Punicis quot Hiſpaniæ, Siciliæ, quin ipſius Italiæ urbes varium præliorum fortunam ſecutæ, modo huic, modo alteri parti deditæ ſunt? Quæ tamen receptæ eodem jure ac ante fuere.

Eadem in bello tricennali pleraruınque urbium ſors fuit; quæ modo Suedia deditæ, modo iterum relictæ, vel receptæ, nullo diſcrimine cum reliquis, neque alio jure ac olim habitæ ſunt, hodieque habentur, niſi in pace ſecuta aliter transactum fuerit. In bellis inter Anglos & Gallos, Angli quot urbes in Gallia accepere? At hæ receptæ eodem hodie loco ſunt quo olim. Vid. Maſſ. *Annal. 4. in Car. VII.* Serran. *in hiſt Gall. in Carol. VII. ad annum* 1522. Froſſard. *hiſt. lib.* 1. Ita in ſuperiore bello Gallo-Belgico An. 1672. & ſeq. tres provinciæ belgicæ hoſtibus deditæ, iterumque deſertæ in priſtina jura ordinemque redierunt. Et quis dubitat hodie in palatinatus finitimiaque principatibus, loca hoſti dedita iterumque nuper reſtituta in jus antiquum revertiſſe.

Non tantum autem urbes captæ ac deditæ prædictis caſibus poſtliminio jura ſua priſtina recipiunt, ſed & populus jura priſtina in urbes, etiam invitas: non enim hæ in libertatem ſe aſſerere poſſunt, ſed cedunt priſtino imperio in omnibus caſibus quibus poſtliminium eſſe diximus: quia uti populus ipſis jura ſua, quæ poſtliminio recuperarunt, auferre non poteſt, ita nec ipſæ poſſunt populo: id enim legis naturalis eſt, neminem invito ſuum auferri. Ita Lyſimachiam, quam Philippus ex Tracibus vindicatam deſeruit, Traces recepiſſe ipſe memorat apud Liv. *l* 32. *c.* 34. Et urbes omnes in exemplis relatis indiſtincte in jus priſtinum redactæ ſunt.

Cæterum ſecus eſt in hominibus captis vel deditis, qui poſtliminio inviti non redeunt: quia ipſis jure naturali liberum eſt domicilium ſuum, quod jus ipſorum privatum eſt, eligere vel deſerere: adeo ut ne quidem qui adhuc cives ſunt retineri inviti poſſint, nedum repeti ſi capti ſunt: Quod jus laudat Cicero, & o *jura præclara ait, ne quis invita civitate mutetur, neve in civitate maneat invitus. Hæc enim ſunt fundamenta firmiſſima noſtræ libertatis, ſui quemque juris & retinendi & dimittendi eſſe dominum.* Cic. *Orat. 35. pro L. Corn. Balb. c.* 31. Et in *l. 12. § 9. de capt. & poſtl.* dicitur. *De ſua civitate cuique ſtatuendi facultas libera eſt.* Atque ex hac ratione jure quoque civili negatur poſtliminium capto, cui animus redeündi non eſt. *d. l. 12. §. 9. l. 20. pr. ff. & l.* 19. *fin. C. eod.* At urbes & provinciæ non poſſunt ſe eximere a reliquo corpore, aut illi imperio, cujus pars ſunt, ſe ſubducere. *Vid. diſſ. noſtram de Poſtlim. Sect. 2. §. 13. usque ad §. 28.*

PROPOSITIO VII.

Finitur poſtliminium quoties judicium illud partis ceſſat. Vid. Prop. 3. & 4.

DEMONSTRATIO.

Ceſſat ergo poſtliminium, quoties indiſtincte vel omnium judicio injuria res detentæ dicuntur, vel nullius: ſi omnium, ſupervacuum eſt poſtliminium; ſi nullius, nullum: ibi omnia jura integra ſunt ſine poſtliminio, hic ne quidem per poſtliminium ulla.

Prioris generis exempla ſunt in induciis, ſi iis pendentibus res ab hoſte captæ fuerint, cum captæ ſint contra fidem induciarum, quod omnium judicio injuria eſt. Idem in iis qui capti ſunt a latronibus aut piratis, (cui convenit *l. 19. §. 1. l. 24. d. Capt. & poſtl.*) aut in bello civili, (quod & probat *l.* 21. §. *fin. eod.*) aut capti vel ejecti a tyrannis, uti Sicyonii a Nicocle Tyranno expulſi, & ab Arato reſtituti, bona ſua vindicarunt a poſſeſſoribus. Plut. *in Arat. c.* 11. Cic. 2. *offic. in fin.* ubi laudat tamen Aratum, quod poſſeſſoribus, qui ſine injuria tenebant, ſatisfecerit. Non enim opus eſt poſtliminio, quia omnium judicio conſtat, nec hoſtem per inducias, nec unquam latronem, nec cives invicem, nec tyrannum per vim aliquid auferre poſſe, ſed id reſtitui debere.

Poſterioris, itidem in induciis: nam ſi iis pendentibus res bello captæ ad dominum reverſæ fuerint is non recipit eas poſtliminio: cum enim expreſſa induciarum pactio ſit ne invicem laceſſant, ſed in eodem

ſtatu res relinquant, nullius judicio interim injuria illæ tenentur; quia ſic pacti ſunt, & proinde contra pacti fideique datæ tenorem facit, qui, quod alter tenet, quaſi injuria teneat, poſtliminio recipit, eoque alterum laceſſat & ſtatum rerum mutat. Et hic quoque ſuffragatur *d. l. 19. §. 1.*

Item in transfugis, & iis qui perfide ad hoſtes deſeiverunt: hi enim ultro hoſtes ſecuti, non vero ab iis injuria ullius judicio detenti ſunt. Accedit, quod non cives ſed perduelles ſint, nec judicium civitatis ſuæ, ſed pœnam mereantur. Hiſpani principes ad Romanos tranſitionem excuſaturi, *ſcire* ſe dicebant, *transfugæ nomen execrabile veteribus ſociis, novis ſuſpectum eſſe.* Liv. *27. c. 17.* Idem traditur in *d. l. 19. §. 4. l. 14. Ex quib. cauſ. maj.* Jure itaque in Campanos, cum nefarie ad Annibalem defeciſſent, receptos a Romanis ſerio animadverſum eſt, ut laudat Livius, & defendit legatus Romanus apud eundem *l. 31. c.* 31. Et non ita pridem cum Meſſenii urbs Siciliæ, ab Hiſpanis ad Gallos tranſiiſſent, deſerti a Gallo, ſpe quidem Amneſtiæ initio allecti ſunt, at in poteſtatem Iberorum reverſi pœnas defectionis ſatis graves dederunt. Quas & daturi olim fuiſſent Tuſculani, niſi pœnitentia & precibus veniam a Senatu impetraſſent. Plut. *in Camill. c. 65.*

Ita ceſſat quoque poſtliminium in populo, qui totus in hoſtis res detinentis poteſtatem per ultimam victoriam vel deditionem pervenit, uti Thebæ ab Alexandro M. Diod. Sic. *lib. 17. c.* 12. Plut. *in Alexand. M. c.* 19. Athenæ a Spartanis; Inſt. *lib. 5. c.* 18. Xenophon *lib. 2.* Ἑλληνικῶν. Carthago a populo Romano. Flor. *lib. 2. c. 15. &c.* Deſiit enim cum civitate judicium ejus, & in arbitrium victoris tranſiit, ut legatus Antiochi dicebat apud Liv. *lib. 34. c.* 57. qui ex hoſte jam judex & magiſtratus omnium judicio factus eſt, ejusque jam arbitrium victa civitas ſequitur, non ſuum.

Hinc civitas ita penitus victa, etſi reſtituta ſit, tamen poſtliminio ne ea quidem recipit quæ victor ante victoriam & adhuc hoſtis abſtulit, nedum quæ poſt victoriam, jam legitime dominus factus & princeps. Unde cum Alexander M. Thebis victis occupatisque nomen 100 talentorum Theſſalis, qui ei debebant, donaſſet, ut narrat *Quint. Inſtit. lib. 5. c.* 10, nihil vanius eſt, quam reſtitutis poſtea Thebis poſtliminium tribuere contra Theſſalos: quia Alexander tum cum donaret dominus Thebarum jure ultimæ victoriæ pleniſſimo factus eſt: adeoque omnium judicio & valuit donatio ſeu acceptilatio a domino & creditore facta, & debitores Theſſali ipſo jure liberati ſunt. Et ita in Amphictyonum communi Græciæ conſilio recte judicatum videtur. Aerod. *rer. jud. 2. tit. 3. c. 2. & 3.* contra quam exiſtimat Hottom. *illuſtr. quæſt. 5.*

Illud liquet, ceſſare poſtliminium ſi is qui habet id deſerit, & urbes libertate uti patitur: ſuum enim jus omittere poteſt. Unde cum Antiochus Smyrnam, Lampſacum, Lyſimachiam, aliasque nobiles Græciæ Thraciæque urbes, quas proavus ejus Seleucus victo Lyſimacho ceperat, poſtliminio repeteret, eaque cauſa belli cum Græcis & Romanis ipſi eſſet; recte reſpondet dux Romanus, cum his cauſa inter utramque partem colloquio diſceptaretur, tanto tempore deſertas eas ac liberas fuiſſe. Liv. *lib. 34. c. 57. 58. & l. 35. c.* 16. idque probavit belli exitus. Conf. *Diſp. noſtr. de Poſtlim. Sect. 2. §. 32. ſeq.*

PROPOSITIO. VIII

Pace facta non finitur poſtliminium.

DEMONSTRATIO.

Pax eſt *transactio de cauſa inter ſummas poteſtates controverſa.* Pax enim de eodem negotio initur de quo bellum erat, vel metuebatur; uti in privatorum litibus de eo transigitur, de quo lis erat, vel litis metus. *L. 65. §. 1. d. Cond. indeb. L. 2. C. d. Transact.* Uti ergo bellum eſt de cauſa inter ſummas poteſtates controverſa; ita de eadem & pax fit.

Hinc notamus (1) per pacem non decidi jus partium ſeu cauſarum juſtitiam, quia de ea transigitur ſaltem per pacem; aliud autem eſt deciſio, aliud transactio: Per hanc enim quod quisque conſequitur non jure cauſæ ſuæ, ſed ex libera conventione partis adverſæ percipit, neque per transactionem deciditur jus cauſæ, ſed in medio relictum remittitur,

Hinc pace ſimpliciter facta non continetur transactio de damnis atque injuriis pendente bello factis: Pax enim ſola, & nulla adventitiarum pactionum acceſſione tincta, tantum eſt transactio de cauſis belli; adeoque damna, injuriasque durante bello factas, nativo ſuo ambitu non complectitur: Aliud enim ſunt injuriæ ac damna quæ bello fiunt, aliud belli cauſa: illa cœptum bellum ſequuntur, hæc ante bellum eſt, & bello prior; ex illis bellum naſcitur, hæc ex bello; illæ ad privatos quoque pertinent, hæc publica eſt. Transactio igitur de altera cauſa ad alteram extendi nequit. Finge: Controverſum fuit inter duos principes jus navigandi, uti hoc ſeculo inter Chriſtinam Suediæ & Chriſtianum IV. Daniæ Reges navigatio per fretum Oreſundicum & Balthicum: Hæc cauſa belli fuit ut dicitur in pace facta An. 1645. apud Loccen. *in hiſtor. ſued. pag. 567.* De hac cauſa ſeu lite ita per pacem transactum eſt, ut utraque pars certis legibus navigaret, quæ pax eſt apud Loccen. *d. l.* Cum hac transactione nihil commune habet quæſtio de damnis atque injuriis in bello invicem illatis, de quibus proinde nondum videtur transactum. Neque vero ex hoc pacto principum de cauſa publica interpoſito, privati, qui damnum paſſi ſunt, vel obligantur ad res ſuas remittendas, vel jus acquirunt ad perſequendas: quippe quæ & alia cauſa eſt & inter alios, nec quicquam de iis in pace, ut ponimus, dictum eſt. Denique damna naturaliter ea ferre debet qui non juſtam cauſam bellandi habuit, at de juſtitia aut probabilitate cauſæ belli nihil in pace deciditur, ſed utrinque transigitur. Non ergo ex pace inferri aut cognoſci poteſt, utrum reparanda ſint belli damna, an remittenda; ſed particulari ad id pactione opus eſt. Et alias non poteſt pace facta ſupereſſe jus

poſt-

poſtliminii, ſi ipſa pace transactum jam eſſet de damnis privatorum; quod tamen durare patet ex *l.* 12. *pr. Capt.* Atque hæc cauſa eſt cur populorum iſtorum, inter quos bellum erat, cives ne quidem pace facta liberum commercium mutuum habuerint, aut tuto commeare potuerint, niſi jus hoſpitii cum ipſis, vel amicitia contracta fuiſſet, uti infra in explicatione *l. ſ. §. 2. eod.* demonſtrabimus. Uti & hæc cauſa eſt, cur plerumque in tabulis pacis non tantum de cauſa belli & lite ipſa, ſed & de damnis & injuriis pendente bello illatis, & utriusque ſubditis tam ſollicite & prolixe nominatim quoque caveri ſoleat. Vehementer igitur errant, qui ipſa pacis natura contineri amneſtiam ſeu transactionem de damnis ac injuriis bello factis exiſtimant, ut Gudelinus Comm. *d. jure pacis cap 3.* qui ait: *In ea re* (ſcil. amneſtia) *conſiſtit ſubſtantia pacis & absque illa nequit eſſe pax, atque adeo paci ineſſe iſta lex intelligitur, quamvis nominatim dicta non fuerit.* Cum eo verbis quoque ipſius deſcriptis conſentit Beſoldus *Diſſ. jurid. Pol. de pace c,* 3. *§. 6.* At non ita ſecum: nam in *cap.* 1. §. *4. d. tract.* bis ſeparat ac diſtinguit a pace transactionem de damnis, & iis quæ bello paſſi ſunt: quæ argumento ſunt, nec pacis nec amneſtiæ rationem ſatis perſpectam eſſe. Ita Mevius JCtus inſignis, Amneſtiam ait *eſſe legem pacis naturalem & naturaliter paci ineſſe. part. 2. Deciſ. 24. n.* 1. Quo errore quoque imbutus Grotius de *J. B. & P. lib.* 3. *c.* 20. §. 11. *& ſeqq.* quem alii ſequuntur, quærit: pace ſimpliciter facta absque mentione damnorum & injuriarum, *an id actum videatur, ut res in eo quo ſunt maneant loco, an ut ad initium belli redigantur?* Quare plura peccari videntur: tum quod iſtam paci ineſſe ponit; tum quod alterutrum ſtatuendum putat, vel remitti damna vel reſtitui, cum aliud juris eſſe poſſit, uti jus poſtliminii &c. tum denique quod quædam de jure poſtliminii &c. erronee inde deducit; ut ex dicendis perſpicuum erit. Eo minus vero diſſimulandus eſt hic error, quo & gravior eſt, & omnibus juris confundendis opportunior.

Hæc omnia poſtliminii jura perinde durant, nec extinguuntur pace ſimpliciter facta, cum in ea nihil de privatorum damnis dictum aut transactum ſit. Unde etſi res non vi recuperata, ſed noſtris vel fœderatorum noſtrorum civibus donata aut vendita in bello vel pace fuerit, donatarius vel emtor tenebitur eam reſtituere priſtino domino, perinde acſi res aliena ipſis vendita vel donata eſſet; quia noſtro judicio, & intra fines noſtros, hoſtis pro juſto domino non habetur.

Quod idem jure Romano quoque obtinuiſſe evidens eſt. Nam (1) in *l. ſ.* §. *2. de capt. & poſtl.* (qui textus extricatus nondum eſt,) exerte traditur *etiam in pace quod ex noſtro ad aliam gentem pervenit, ejus fieri & civem noſtrum ab iis captum ſervum fieri; & vice verſa: eoque poſtliminium utrinque eſſe, niſi hoſpitium vel amicitia contracta ſit.* Grotius vero de jure B. *lib. 3. c. 9.* §. *18. & l. 2. c. 15.* §. 5. aliique eo delabuntur, ut putent inter Romanos & alias gentes in pace jus prædandi fuiſſe; eumque abuſum in d. l. 5. remanſiſſe ex ſeculo Nomadum. At de hoc execrabili prædandi more loqui JCtum in *d. l.* 5. atque hanc impietatem pro jure venditaſſe falſiſſimum eſt. Reclamat equidem totius antiquitatis memoria ac fides reclamant peregrinationes Ulyſſis, Antenoris, Æneæ, Pythagoræ &c. qui in remotiſſimas terras delati ubique (niſi forte fictitium Polyphemum) tuti, & nullibi ſervi facti ſunt, ſed jus gentium valuit. Quin repugnat id primis Romanorum principiis, qui natura omnibus liberum eſſe dicunt ad littera & ripas appellere. Et cum Trojani non ſtatim a Pœnis admitterentur, exclamant illi apud Virgilium *l. 1. Æn.*

Quod genus hoc hominum quæve hæc tam barbara morem
Permittit patria? hoſpitio prohibemur arenæ.

Adeo vero hic mos diſplicuit Romanis, ut, cum Teuta Illyriorum regina ſuos mari prædas agere pateretur & Romanis graviter de eo conqueſtis reſponderet: *Regum morem non eſſe id prohibere,* legatus Romanus ei repoſuerit: Πειρασόμεθα δὲ Θεοῦ βουλομένου, ἐφετῶς καὶ ταχέως ἀναγκάσαι σε τὰ βασιλικὰ νόμιμα διορθώσασθαι πρὸς Ἰλλυριούς. *At nos tentabimus, Deo volente diligenter & celeriter neceſſitatem tibi corrigendi regios hos mores in Illyrios imponere.* Atque hoc κάλλιστον ἔθος *optimum Romanorum morem eſſe aſſerit.* Polyb. *Hiſtor. lib 2. c. 8.* Tantum abeſt ut Romani in ſuis id pro jure habuerint, ut in aliis quoque ſeveriſſime compeſcuerint: nam id re præſtiterunt Romani, cum Teuta regno ſuo prope a Romanis pulſa, non modo non lædendi alias gentes, ſed ne navibus quidem libere eas adeundi poteſtatem retinuerit. Polyb. 16. *c.* 12. Quin ſemper piratas a Romanis capite plecti ſolere, teſtatur Cic. 5. *Verrin.* ubi in Verrem ita inſurgit. *Et quem audiſti in Sicilia antea captum Archipiratam, qui non ſecuri percuſſus ſit? Unum cedo auctorem tui facti, unius profer exemplum.* Sed & *lib. 3. Off.* Prædonem *hoſtem communem omnium* vocat. Ut proinde pernegemus, tantam immanitatem contra jus gentium & naturæ unquam admiſiſſe Romanos, nedum Chriſtianos imperatores probaſſe, ac inter leges ſuas, quales etiam ſunt Digeſtorum leges, *l.* 1. §. 6, *l.* 2. *§.* 11. *C. d. veter. jur.* Scytiſmum talem retuliſſe. Certum itaque eſt, JCtum loqui de gente cum qua bellum fuit, & poſtea facta pax eſt; atque hinc primum agit de poſtliminio quod durante bello obtinet, *d. l.* 5. *§.* 1. tum de eo quod ſecuta pace *d. l.* 5. *§.* 2. Et ſic pace ſimpliciter facta adhuc poſtliminium eſſe recte docet, niſi pactio accedat amicitiæ vel hoſpitii; *d.* §. 2. quæ eſt ipſa pactio amneſtiæ. Accurate igitur Juriſconſulto convenit cum jure gentium.

In dicta *l* 12. *in pr.* idem pariter evidentiſſime conſtat, qualitercunque explicetur: Primum enim omnes DD. iis, qui in pace pervenerunt ad hoſtes, fatentur competere poſtliminium in bello ac pace; at bello captis quidam putant in pace id non concedi in *d. l.* 12. pr. Quod ut verum ponamus, equidem expreſſe ibi additur, id fuiſſe jus civile & placitum Romanorum, ne milites in prælio fiducia poſtliminii facile capi ſe paterentur. Quæ ratio mere civilis & pœnalis eſt, non

juris gentium, quo proinde poſtliminium indiſtincte quoque in pace obtinet. Nam & notum eſt, Romanis adeo contemtos fuiſſe bello captos, ut in ſumma neceſſitate quoque maluerint ſervos manumittere, quam in prælio Cannenſi captos vili pretio redimere: quod M. Junius in Senatu allegat, & nemo noſtrum, inquit, ignorat, nulli unquam civitati viliores fuiſſe captivos quam noſtræ. Liv. 22. *c.* 59.

Denique poſtliminio in pace quoque locum eſſe, diſerte itidem tradidit Ælius Gallus, quippe qui id tum tribuit, *cum qui liber e qua civitate in aliam civitatem abierat, in eandem civitatem redit.* Et deinde, *cum populis liberis & cum fœderatis & cum Regibus poſtliminium nobis eſt, ita ut cum hoſtibus.* Quæ loca ex Feſto allegat Grot. d. J. B. l. 3. c. 9. § 3. & 18. Nec movet, quæ acerrime adverſari putatur, *l.* 7. *in pr. capt. & poſtl.* ubi negatur cum liberis & fœderatis poſtliminium eſſe. Nam loquitur de fœdere quo amicitiæ pactis comprehenſa fuit, ut patet ex d. *l.* 7. §. 1. Conf. *Diſſ. noſtr. de Poſtlim. Sect. 1. §. 6. usque ad §. 9. & Sect. 2. §. 28. usque ad §. 32.*

ADDITIO.

„Quo ſenſu IN PACE poſtliminio locus eſſe „poſſit explicabimus infra §. 4.

PROPOSITIO IX.

Sed & praterea alia jura nobis ſalva ſunt.

DEMONSTRATIO.

Vidimus ut res, perſonæ, urbes, & terræ noſtræ ſub hoſtium poteſtatem redactæ, inde vero intra fines noſtros reverſæ, in pace quoque poſtliminium ſervent. Eadem vero ratione, etſi hæc ipſa, quæ noſtra fuere, intra ditionem noſtram non redierint, tamen poſſumus damna ac injurias, quæ hoſtis pendente bello intulit, pace quoque, (ſi ſimpliciter facta, nec amneſtiæ aliave pactio adjecta ſit) vindicare ſequentibus modis.

I. Si noſtræ ſaltem civitatis judicio injuria nobis ablata dicuntur, etſi jure belli actum fuerit. Ea enim perſequi poſſumus, ſi hoſtium milites vel homines, qui ea intulere, intra fines noſtros deprehendantur. Ab iis enim omnia hæc injuria nobis eſſe illata contendimus. Quod judicium valet intra fines imperii noſtri, ubi qui fecit nunc invenitur, eique adeo ſubjectus eſt. *Propoſ. IV.* De his vero non transactum per pacem ſimpliciter factam, quæ de cauſa publica, non damnis ac injuriis privatorum, inita eſt. *Propoſ. VIII.* Sequitur igitur, quod contra auctores, qui deprehenduntur in noſtri imperii finibus, perſequi ea adhuc poſſumus, ſi in pace amneſtiæ lex adjecta non fuerit. Ita Coriolanus, etſi pax cum Volſcis facta erat, veretur tamen eos adire conſcientia damnorum, quæ bello ipſis dederat; atque ideo, cum ad eos confugiendum tamen eſſet, prolixe imprimis petit ſibi ignoſci. Dion. Halic. *l. 8. c. 1. & c. 6.* Pace cum Pœnis ex ſecundo bello Punico facta duravit perſecutio Annibalis, uti refert Liv. *l. 30. c. 37.* Idemque *lib. 33. c. 47.* ait: *Non fefelliſſe Annibalem, ita pacem Carthaginenſibus datam eſſe ut inexpiabile bellum adverſus ſe unum eſſet.* Themiſtocles, qui Xerxem maximis damnis & cladibus affecerat, cum patria pulſus, & nullibi tutus in Perſiam iret, etſi Xerxes jam mortuus, nec tum bellum eſſet, Lyſitheides tamen Regis amicus, apud quem latebat, prædixit ei periculum capitis ſi regem adiret, quod res Perſis funeſtas geſſiſſet: nec niſi hujus hoſpitis ſui gratia adjutus, & literis ad regem datis, operaque ſua copioſe Regi promiſſa, aditum paravit, & adhuc tamen ab iis quorum cognati occiſi erant in diſcrimen capitis adductus fuit. Diod. Sic. *lib. 11. c. 56. & 57.* Thucyd. *lib. 1. Hiſt. circa fin.* Corn. Nep. *in Themiſt.* Sopater & manus Macedonia e. ſubditis Regis Philippi, mercede militaverant Annibali in Africa, & inde miſſi domum tendebant pace a Scipione hoſtibus jam data; illi tamen capti & in vincula ducti ſunt. Liv. *30. c. 40.*

Sylla pace cum Mithridate facta (Eutrop. *l. 5. in hiſtoria Sylla.* Plut. *in Sylla c. 48.*) in quosdam tamen, qui ejus partium fuerant, animadvertit. Vellej. Pat. *lib. 2. Hiſt. in geſtis Sylla.* Cæſar victo Pompejo pacem cum Senatu fecerat, & tamen ex iis qui Senatum ſecuti erant, Marcellum, Ligarium, Dejotarum &c. adhuc perſecutus eſt, ut ex Orat. Cic. patet, qui non ita eos defendit, ut negaret pace facta in eos aliquid ſtatui poſſe, ſed petendo, ut errore & opinione cauſæ deceptis ignoſceret. Ludovicus XI. pace cum Anglo Burgundoque jam compoſita in Conneſtabilium animadvertit. Comin. *lib. 6. prope fin.*

Atque hoc jus & morem gentium eſſe traditur quoque in *d. l. 5. §. 2. ff. d. Capt. & poſti.* ubi non tantum dicitur, pace quoque facta durare poſtliminium; ſed & ſi ex altero populo aliquis ad alterum, cum quo bellum fuit, pervenit, pace quoque ſecuta eum capi poſſe ac (quæ tum captorum conditio erat) ſervum fieri, non alio jure quam ob damna & injurias ſingulorum, cum de cauſa publica transactum pace fuerit. Eſtque hoc id ipſum jus, quod hodieque Chriſtianiſmo non imbuti exercent cum inter ſe, tum imprimis contra Chriſtianos, quia paci cum his factæ non ſolent amicitiæ vel amneſtiæ clauſula addi. Atque hinc Mahumedani e Chriſtianis in media pace tales ſibi captivos colligunt, quin & ipſi alicubi Chriſtiani e Mauris.

Inter Chriſtianos igitur, etſi ſervitus bello captorum, non tamen hoc quoque jus Gentium deſuetum eſt. Unde ſi incendiarii illi, aliique facinorum crudelitatumque miniſtri, pace ſimpliciter juncta apud nos deprehendantur, omnino capi, & in eos animadverti poteſt. Ita creditum eſt cum Moguntia ac Bonna dederentur, hos generali pacto non contineri; ea propter enim nominatim ſingulorum quoque mentionem fieri, eorumque ſecuritatem expreſſo pacto ſpecialiter promitti curarunt, ne ſinguli quoque, qui damni vel injuriæ aliquid feciſſent, eo nomine convenirentur. Sic cum Callimachus, præfectus Mithridatis, urbem Amiſum captam incendiſſet, ipſeque poſtea cum Gura, Tygranis fratre, captus a Lucullo eſſet, Lucullus

Digitized by Google

cullus Gura quidem humaniter uſus eſt, at incendiarium catenis vinctum ad pœnam reſervavit. Plutarch. *in Lucull. c. 67.* Quod ſi ergo ne deditionis quidem pacto generali continentur, quod tamen cum ſingulis fit, nedum pace generali, quæ tantum de publica cauſa fit. Cur autem promiſcue olim capti fuerint, ſive ipſi damnum dederint, ſive non, cauſa eſt, quod vires hoſtium in noſtram necem periculumque auxerint, operamque ad id ſuam commodaverint.

Perinde autem eſſe, an ad nos pervenerint, an vero ad ſocios amicosque, qui eandem nobiscum cauſam judiciumque tuentur, dictum eſt *Prop. II.* Item an perſonæ an earum res apud nos inveniantur, cum ex his quoque ſatisfieri nobis poſſit.

Sed nec refert, an militent adhuc hoſti, an ante vel poſt pacem miſſi; item an mercede conducti ſint, an cives; ut ex adductis exemplis Coriolani, Themiſtoclis, Sopatri &c. patet.

At dum in hoſtis vel aliarum pacatarum gentium finibus ſunt, nullo modo hæc damna injuriasque perſequi poſſumus: nam hoſtis negat injuria ea nobis illata eſſe, quod judicium apud ipſum valet; *Prop. II.* & cæteræ gentes pacatæ bello utrinque factum pro jure habent. *Prop. III. & V.* Non fuit itaque fas Lucullo a Tigrane pacato flagitare, ut Mithridatem traderet. Plut. *in Lucull. c. 44.* Et Hannibal cum Romani eum a Pruſia Bythiniæ Rege, ad quem pacatum confugerat, poſcerent, isque tradere vellet; ait per ſcelus id a Romanis peti, & a Pruſia fieri, atque illos in eo a majorum virtute degeneraſſe: Nec denique quod Romani ſe perſequantur, ſed hunc modum exſecratur, Liv. *39. c. 51.* Nihil enim in alieno territorio poſt pacem vi & armis, ſed ſolo jure experiri poſſumus per loci magiſtratum; cujus vero judicio nihil injuria factum ſtatuitur.

(II.) Multo magis igitur perſequi injurias & damna in pace poſſumus, quæ omnium judicio æque injuſta cenſentur, uti ſi vaſallus noſter hoſti militaverit; ea enim non noſtra tantum ſed communi omnium gentium ſententia felonia eſt, cum verum perjurium perfidiamque commiſerit. *Prop. III.* Eum igitur non modo feudo dominus privare poteſt, ſi id in ſua poteſtate ſit, ſed & ab ipſo hoſte jus petenti tribuendum eſt: Uti Romani jus ex ſponſionibus hoſti quoque religioſe adminiſtrarunt; non minus autem vaſallus ex ſua fidelitate, quam ſponſor ex ſponſione omni jure obligatur. Atque ita sereniſſimus princeps Elector Palatinus bello, quod *Wildfangiale* dicebatur, per laudum Heilbrunnenſe finito, & fere ſecundum ſe deciſo, in Vaſallos tamen comites & nobiles, qui illud ſecuti fuerant, jus ſuum perſecutus eſt. Et Carolus Burgundus Ludovico XI. Coneſtabilium, hujus beneficiarium ipſi dedidit. Comin. *Hiſt. lib. 6. circa fin.*

Idemque eſt, ſi crimina contra jus gentium commiſerint, quæ omnium judicio vindicanda ſunt. Nam & Samnites, gens ferociſſima, Brutulum Papium propter perfidiam ac perjurium, cujus ipſe auctor fuerat, cum omnibus rebus ipſius hoſti dedunt. Liv. *8. c. 39.* Et cum Galli deditionem Fabii poſtularent, quod jus gentium violaſſet, Romanis viſum fuit barbaros jus poſtulare, ut ait Liv. *l. 5 c. 37.* Sed cum eorum, qui nolebant principem juventutis Romanæ dedi, ſuffragiis victi negarent id jus hoſtibus, quam preſſo pede ſecuta eſt manifeſta numinis vindicta? Incontinenti enim ab iisdem hoſtibus Roma capta & incenſa, Senatusque prope omnis trucidatus eſt. Diod. Sic. *lib. 14. in fin.* Plut. *in Camill. c. 27. ſeq.* Eamque cladem omnes huic cauſæ aſſignant, & inprimis ipſe Camillus gravi oratione apud Liv. *lib. 5. c. 51.*

Perinde vero hæc omnia obtinent, ubi non res aut loca, ſed aliud jus nobis ab hoſte ablatum eſt; uti (III) nomina: qua vero in re magna varietas eſt. Et ſcilicet vel debitor eſt in hoſtium poteſtate, vel creditor: Si debitores noſtri ſunt in hoſtium noſtrorum poteſtate, uti ſi cives hoſtium ſunt, & ab hoſte cogantur id quod debent vel fiſco ejus, aliisve ſolvere, debitores hi in territorio hoſtili vel gentium mediarum conveniri amplius non poſſunt, quia ibi recte eos ſolviſſe ſtatuitur. *Prop. 3. 5.* in noſtro vel amicorum noſtrorum poſſunt, iterumque ſolvere tenentur, quia apud eos non creditori, & ſic non recte ſolviſſe judicantur. *Prop. 2. 4.* Quod & juris eſt, ſi hoſtis debitori tali id nomen remiſerit.

Idem eſt, ſi debitores noſtri ſint ab hoſtibus capti, vel fuerint in locis ab hoſte occupatis: Etſi enim loca iſta non recipimus, tamen debitores in noſtro vel amicorum territorio poſtea inventi, non obſtante ſolutione vel transactione facta, iterum ſolvere coguntur: Si autem recipimus loca, inſuper etiam jus poſtliminii nobis competit, *Prop. 4. – 8.* cujus vi nomen recipimus non attenta priore ſolutione, quæ non jure facta dicitur. Si vero debitori illi hoſtis remittit debitum, cum e noſtris civibus ſit, nunquam remiſſio valet, quia ille noſtrum, non hoſtium judicium ſequitur. *Prop. 2.*

Cum igitur Carolus VIII. Gallus Neapolim, pulſo Alphonſo, ejusque filio Ferdinando, cepiſſet, eosque qui Alphonſo aliquid debebant id ſuis officialibus Gallis ſolvere compuliſſet, certum ac planum eſt, filium ejus Ferdinandum ejectis iterum Gallis, & recuperato inter quatuor menſes regno. (Vid. P. Jov. *lib. 3. Hiſt.* & Gratian. *de Caſib. Viror. illuſtr. tit. 2. de Arragon Reg. Neap.*) jura omnia, atque adeo nomina quoque ſua poſtliminio recepiſſe. In qua tamen cauſa Matheus de afflictis, qui in ea ſe conſultum ait *Deciſ. Neap.* 150. tam miſere laborat & hæret, & quæ de debitorum mora, (cujus tamen effectus ceſſat in quantitate debita, quæ ſemper etiam ante moram debitori perit, *l. 11. 6. ſi cert. pet.* eſtque hoc jus pœnale adeoque civile.) item quæ de privatorum inimicitia quæ cauſam dedit damno, (quod omni jure injuſtum eſt) in legibus civilibus invenit, ad Regum controverſias hoſtilitatesque publicas applicat, cum tamen Reges quidem jus belli, at non privati jus inimicitiæ exercendæ habeant, & illi, non hi invicem vi agere & lædere poſſint. Poſtliminii autem hujus juris, quod ſolum allegari debuit, ne meminit quidem. Adeo conſtat, tales Dd. ne quidem jus certum & legibus definitum, (vid. *l. 12. §. 6. d. capt. & poſtl.*) negotiis ſolide

applicare poſſe, nedum decidere negotia quæ jure civili definita non ſunt.

Si vero debitor vel pacatæ genti debeat, vel ipſe ſit e gente pacata, etſi nobis debeat, non poteſt hoſtis noller eum cogere, ut vel ſibi vel aliis ſolvat, quia hoſtis in pacatas gentes earumque jura ac ſubditus vi agere non poteſt, & proinde eum omnium judicio injuria agat, eam reparare tenetur. *Prop. 3.* Atque ita cum ſuperioribus bellis hoſtis res eorum qui hoſtes non erant, apud civitatem occupatam depoſitas, abſtuliſſet, facultas juridica Heidelbergenſis ante aliquot annos abſolvit depoſitarios, & eos qui abſtulerunt, ſatisfacere teneri reſpondit.

Hæc ita ſi debitor ſit in poteſtate hoſtium: Si vero creditor, ſive is civis ſit loci ab hoſte occupati, (nam ſi civis hoſtium ſit huc non pertinet, quia is non in hoſtis, ſed ſui principis poteſtate eſt) ſive alias in hoſtium manus pervenerit, & hoſtis nomen vel fiſco ſuo adjudicet, vel aliis donet, jus agendi quidem amittit ſi debitor ſit in hoſtili vel pacto ſolo, in quo jure belli id recte creditori ademtum ſtatuitur, *Prop. 5.* At ſi debitor ſit in noſtro vel amico territorio, non amittit creditor jus agendi, etſi debitor ſorte alteri jam ſolverit, quia negatur id jure factum. *Prop. 4.* Prætereaque recepto ex hoſte loco iſto ubi creditor eſt, vel ipſo creditore, jure poſtliminii quoque hic nomen ſuum recipit; modo debitor in noſtro vel amico territorio ſit, ut dictum *Prop. 4.*

Si vero hoſtis jure ultimæ victoriæ imperium perpetuum in nos nactus eſt, nomina civium devictorum ipſe iis auferre, & donare aliis non poteſt, etſi ante victoriam potuerit: quia ante victoriam ſpoliare ut hoſtis potuit, poſt eam, judex & magiſtratus factus, non poteſt, ut oſtendit *Diſſ. de jure victoriæ.* Tale nomen fuit quod J. Cæſar victo Pompejo Dyrrachinis donavit; id enim illi Flavio debebant, cui proinde Cæſar id adimere non magis, quam ſingulis civibus res ſuas auferre potuit: Cauſæque hujus arbiter Cicero fuit: Ærod. *rer. jud. 2. tit. 3. c. 3.*

At publica nomina victor, ut omnia jura civitatis publica, ſibi acquirit, quæ proinde aliis donare poteſt: Et hinc, cum tale nomen Thebanorum fuerit, quod Theſtali iis debebant, recte ab Alexandro M. victore ac domino Thebanorum, id donatum diximus *Prop. 7.*

Quæ autem communi gentium jure rite acta geſtaque ſunt, valent tum in bello, tum in pace; nec vindicari in bello quidem, nedum ſecuta pace, poſſunt: uti contractus rite ac ſponte initi inter hoſtes, ex quibus igitur hoſtes ipſi tenentur jus ſtatuere: quemadmodum eos validos ac legitimos haberi jubet quoque pax Oſnabr. *art. 4. §. pen.* & pax Hiſpano Belgica *d. Anno 1648.* §. *32.* Qua ratione indubie actio competit ei qui ad ſolvendas contributiones credidit, ut non opus ſit allegare deciſionem Mevii *p. 2. deciſ. 23.*

(IV) Hinc patet, quid ſtatuendum de actu, ſeu negotio, ex quo invicem omnium judicio obligantur, ſed alter ex re licita, alter ex injuria; uti ſi hoſtis aliquem vi privata compulit ad vendendum, permutandum, edendum inſtrumenta, aut quomodo libet paciſcendum: Nam promiſſor pace ſecuta tenetur ex pacto, ſed viciſſim hoſtis ei ex injuria. Et proinde effectu nulla erit actio hoſtis qui vim fecit, cum tantundem ſaltem debeat, Qua ratione omnes hujusmodi extorſiones invalidæ & vitioſæ judicantur in pace Oſnabr. *Art. 4. §. contractus 46.* in pace Sueco Polonica de *Anno* 1660. *art. 10. art. 11. & art. 28.* apud Loccen. *Hiſt. Suec. ad fin. pag. 910.* Quod ſi uterque jure civili utatur, promiſſor reſtitui poteſt ex edicto Prætoria *Quod metus cauſa.*

Si autem vis non ſit omnium judicio illicita, uti ſi hoſtis publica autoritate, & cum jure belli poſſet, aliquos adegit ut promitterent, hi tenentur ex pacto, non autem viciſſim hoſtis de injuria, niſi in noſtra vel amicorum civitate negotium agatur, quia in ea negatur hoſtem habere juſtam cauſam. *Prop. 2.* Quale eſt, ſi quid contributionum nomine promiſſum eſt; id igitur hoſtis exigere poteſt, etiam in pace, dum promiſſores in ipſius ſint poteſtate; ſi vero ad ſuos jam reverſi fuerint, non tenentur, quia apud eos hoſtis viciſſim dicitur teneri de injuria ad damnum huc reparandum, Solent tamen hodie reſervari contributiones pacto expreſſo, aut certum tempus addi, ut in pace Noviomagenſi Cæſareo Gallica *art. 30. &* in pace Gallo-Hiſpanica de *anno 1678. art. 17.* & Gallo-Belgica *ejusdem anni art. 12.* Quo facto ubique debentur, non tamen vi armisque exigi poſſunt, quod & expreſſe cautum in d. pace Noviom. *art.* 30. & tamen Galli *Anno* 1679. non modo bellicis executionibus uſi ſunt in cives imperii, ſed & Landavio & Briſaco citationes & apparitores cum minis &c. emiſere, quam in alieno territorio vim facti eſſe conſtat. Gandavi vero novas etiam impoſuere pace facta, ſed antequam tamen urbs evacuaretur.

Non eadem eſt ratio in eo, quod captivus pro libertate ſua pretium promittit, id enim omni jure juſtum ac licitum eſt, & ſemper, hoſte quoque judice, exigi poteſt. Nec moveri a promittente quoque poteſt, quod hoſtis vi coegerit ut promitteret: Nam & tum promiſit cum eſſet ſub hoſtium jure & judicio: Nec vis eſt, cum captivus cupidine libertatis, non expectata pace, pretium pro libertate ſua offert, adeo ut, licet pace comprehenſum ſit poſtea ut captivi ſine pretio dimittantur, tamen ſi ante pacem jam promiſſum ſit omnino debeatur. Quod & ſtatutum in pace Sueco Polonica Gedanenſi *1660. art. 14. art. 23. 27.* apud Loccen. *Hiſt. Suec. pag. 910.* Hoc inter gentes adeo hodie valet, ut publicis pactis pretia hæc definiri ſoleant, ceu factum inter Gallos & Hiſpanos apud Marianam *d. Reb Hiſp. lib. 27. c. 18. in fin.*

Hinc & ſequitur, ſi hoſtis in occupatis locis ſententias dixerit, & judicata fecerit, quousque valeant: Si enim adverſus noſtros homines ſententiæ latæ fuerint, conveniri inde reus in territorio hoſtili, aut tertio omnino poteſt; *Prop. 5.* at in noſtro confœderatoque non poteſt. *Prop. 4.*

Si vero ſententia ſecundum noſtros contra civem hoſtium lata ſit, in omni loco valet, quia condemnatus ubique ſequitur judicium ſuæ civitatis, quæ ſententiam eam probat. *Prop. 3.*

Trans-

Digitized by Google

Transactiones vi extortæ valent, ut alia pacta, nec debitor ſi coactus ex transactione ſolverit, injuriæ ratione, niſi apud ſuos ſi hoſtis ibi inveniatur, agere poteſt; nec creditor aliter, ſi coactionem remiſerit: Idem enim eſt quod in *Theſ. 14.* At ſi ex transactione iſta invicem aliquid adhuc debeant, is qui coactus eſt conveniri quidem effectu non poteſt, eſtque eadem ſpecies quæ in *theſ. 18.* Is vero qui coegit plane tenetur; quia & pactum valet, *Sect. 1. theſ. 10.* nec is ullam injuriam paſſus dicitur, ſed feciſſe.

Diſpoſitiones denique, etſi in odium cauſarum belli factæ, valent tamen ſi alias vitioſæ non ſunt, adeo ut exhæredationes quoque valeant, ſi alio vitio non laborent: Uti & ſententiæ in hoſtili territorio contra nos latæ vim judicati obtinebunt, ſi aliud non obſtet.

Ex quibus omnibus ſequitur, ſi quis e noſtris ad eum populum, cum quo pax absque amneſtia contracta eſt, tranſeat animo cives noſtros vel res eorum prodendi, & deprehenſus in eorum finibus capiantur, eum pro transfuga & perduelle habendum: quia tot jura hoſtilia in pace ſuperſunt, omiſſa amneſtia: Uti id quoque & recte definitur in *l. 19. §. 18. de capt. & poſtl.* Conf. *Diſſ. noſtr. de Poſtlim. Sect. 3. per tot.*

PROPOSITIO X.

Unica exceptio eſt, niſi Amneſtia clauſula adjecta ſit.

DEMONSTRATIO.

Materia *amneſtiæ* hactenus ſatis extricata non fuit: ſpeciatim eam tractavimus in diſputatione *in poſtliminio in, pace & amneſtia. &c.* quam huc transcribere liceat, continetur autem ſectione IV. V. VI. & VII.

Amneſtia eſt eorum, quæ durante diſcordia ultro citroque facta ſunt, publice ſancita oblivio: Qua id agitur, ut hæc ſalutaris quaſi herba, quicquid e diſſiduis publicis reliquum eſt ulceris, ei medeatur, omniumque inde injuriarum acerbitatumque non ſenſum modo, ſed & memoriam deleat atque obliteret.

Mirum vero videri poteſt, amneſtiæ clauſulam hodie bellis componendis applicari, quæ tamen non ad bella, ſed ad diſſenſiones civiles pertinet: Civium enim diſſidia pace proprie non conciliantur, cum pax ſit transactio de bello, *Prop 8.* bellum vero non niſi inter hoſtes; *l. 234. pr. d. V. S.* hoſtes autem eſſe populos utrinque liberos, non autem ejusdem civitatis cives. *l. 118. eod. l. 24. d. capt. & poſtl.* Hinc ſummo reip. malo gliſcunt diſcordiæ civiles, ubi certum non eſt earum abolendarum & jungendæ amicitiæ remedium. Ita enim comparatum eſt inter homines, ut inter iras nullum ſit niſi vindictæ ſtudium, niſi certa conſtet diſſidia honeſte componendi ratio, & certum quaſi remedii nomen ſit.

Celebrari itaque inter gentes cœpit amneſtiæ remedium ac nomen, poſtquam in longe clariſſima totius Græciæ civitate Athenarum, ejectis 30. tyrannis, horrendum illud civium diſſidium per populi ſcitum, quod ἀμνησίας ψήφισμα dicebatur, compoſitum, iterumque in principe terrarum urbe, Roma, occiſo Cæſare repetitum ſolenniter fuit, de quo Vellej. Pater. *lib. 2. in Hiſt. bell. civ.* Corn. Nepos *in Thraſib.* Plut. *in C. Cæſare c. 97.* Cic. *in Philipp. 1. in pr.* Juſtinus *lib. 5. c. 11.* Valer. 4. *c. 1. §. 4. in externis.* Quanquam dudum Romani eodem remedio uſi fuerint, cum ejectis Tarquiniis amneſtiam decernerent iis qui tum Tyranno aufugerant, modo intra viginti dies redirent. Dion. Halic. *l. 5. c. 13.* Inde commune id remedium gentium factum eſt, eoque uſus Domitianus Patrum in Senatu odia, per tot factiones trium imperatorum concitata, conciliavit Tacit. *L. 4. hiſt. c. 44.* Poſtea Aurelianus eo motum populi Romani ſedavit. Vopisc. *in Aurel. c. 39.* Talis amneſtiæ ſanctio eſt pax Conſtantiæ, Friderici & Henrici VI. *vid. Conſt. d. pace Conſtant.* Eandem cum Ferdinandus I. inter ſtatus imperii pace religioſa conſtituiſſet, laudat id factum ſummopere filius ejus Maximilianus II. & apud Henricum III. Galliæ & Poloniæ Regem gloriatur, *armis antea irritatum imperium, at amneſtia ſancita, ex eo ſummam in imperio tranquillitatem fuiſſe*, eandemque commendat Galliarum regi: quod referens merito prædicat Thuanus *Hiſt. ad ann.* 1547. *l. 58. poſt. princ.* Tali amneſtiæ decreto pacata eſt Anglia temporibus Eliſabethæ; Cambden in *Hiſt. Eliſ. part. 3. ad ann.* 1585 & jam antea factiones albæ & rubræ roſæ. Eadem coaluit iterum Gallia e Condæorum diſſidio; Priol. *Hiſt. Gall. lib. 5. p.* 271. & Belgium occiſis Wittiis. *Annal. ad ann. 72. &c.*

Ita ergo amneſtia quidem inventa eſt abolendis diſſidiis civilibus, non bellis. At hodie inter Chriſtianos publice & pie admodum receptum uſitatumque eſt, ut ea paci quoque adjungatur; cujus tum duo diſtincta ſunt pacta ſeu capita, probe ſemper diſcernenda. Per pacem enim de bello ejusque cauſis; per amneſtiam de injuriis damnisque, quæ ſinguli invicem intulerunt, transigitur. Illa gravamina publica utriusque partis, quæ bello gerendo cauſam dederunt, decidit; hæc ipſius belli, dum geſtum eſt, damna ac injurias: Illa negotium de quo bellum fuit determinat, hæc quæ in belli proceſſu acta ſunt. *Prop. 8.*

Hæc accurate diſtinguuntur in pace Weſtphalica, & alterum caput gravaminum dicitur, alterum amneſtiæ: uti in tabulis pacis Osnabr. *art. 15. §. reſtitutione ex capite Amneſtiæ & gravaminum facta 105.* In executione pacis, Friedens-execution Haupt-receſſ, tota executio pacis refertur paſſim ad duo capita, gravaminum & amneſtiæ, & ad eos die ex capite amneſtiæ, vel gravaminum zu reſtituiren ſeyn: uti in §. 2. §. 3. 23. 26. 27. & 30. & in arctiori exequendi edicto an die Creyß-ausſchreibende Fürſten planius & luculentius adhuc ſeparantur.

Atque hoc primum fuit quod Sueci anno 1645. in ſuis propoſitionibus pacis urgebant, *Prop. 3.* ut Cæſar ante omnia in toto imperio, & inter omnes ejus cives, ſubjectos, ac ſocios univerſalem ac illimitatam amneſtiam decerneret. Atque ab

hoc articulo cœpere dicto anno tractatus Osnabrugi & Monaſterii, eoque expedito demum actum eſt de cauſa belli ac negotio pacis. Cum enim clerus implacabili odio arderet in eos, qui abuſibus eccleſiaſticis (de quibus per plura retro ſecula jam maximæ univerſorum querelæ ortæ, ac cumprimis gravamina nationis Germanicæ in comitiis propoſita erant,) temperatum atque occurſum volebant, & ad internecionem pugnari cuperent, longe ſanctius, cordatius, & prudentius Politici utriusque partis ſenſerunt, fruſtra de pace agitari niſi conſtituta prius amneſtia abſoluta: nec ſe publica cauſa tranſigi poſſe, niſi conciliatis primum partium odiis.

Ex dictis autem ſequitur, non idem eſſe initium belli & amneſtiæ, ſed hac contineri quoque injurias & ſimultates, quæ ante bellum ex eadem cauſa extiterunt: Amneſtia enim (per ea quæ de ejus origine ac natura deduximus) non eſt pactio de bello, ſed de diſſidiis & injuriis ſingulorum, quæ jam ante bellum publice indictum plerumque cœperunt; ndeoque illorum, non belli initium reſpicit. Idque optime obſervatum fuit in utraque pace Osnabr. *art. 2. &* Monaſt. §. 2. cautumque, ut omnes & ſingulæ hinc inde *tam ante bellum, quam in bello illatæ injuriæ, violentiæ, hoſtilitates, damna, expenſa, penitus abolita ſint &c.*

Quod ipſum quoque cautum eſt in pace Sueco Danica de *anno 1660. art. 1.* verb. *Quicquid tam antea, quam durante belli tempore enaſci potuit:* apud Loccen. *Hiſt. ad fin. p 938.* Unde & in definitione amneſtiæ belli mentionem non fecimus. At ſi ex alia cauſa, quam ex qua bellum ſecutum eſt, proceſſit injuria vel debitum, id huc non pertinet, quia ex alia cauſa eſt quam de qua per amneſtiam tranſactum eſt: Veluti ſi quis ante bellum privato odio ſpoliaverit.

Conſtat autem facile, aliam eſſe amneſtiam generalem, quæ ad omnes perſonas & cauſas, ut in pace Weſtphalica, Noviomagenſi &c. aliam ſpecialem, quæ ratione certarum perſonarum, vel rerum ſtatuitur: qualis decreta eſt in pace Verriniana Sabaudo §. 27. in Pirenæa Lotharingo & Condæo; §. 62. & 83. in Noviomagenſe Furſtenbergiis; *art. 23. &c.* ſed & a generali amneſtia plurimi aliquando excluduntur; uti in pace Pragenſi: Brachel. *Hiſt. lib. 5. ad ann. 1635.* in Anglo Belgica: *d. anno 1654. art. 27.* ubi reſervatur vindicta in autores cædis Anglorum in Amboyna. Alia quoque amneſtia eſt quæ paci adjicitur, alia quæ extra pacem per ſe conſtituitur. *de quo th. 5.*

Amneſtiam tantum conſtituere poteſt Princeps vel liber populus, qui jus belli ac pacis legumque ferendarum habet; ex ea enim obligantur utrinque ſubditi ad remittendas injurias ſuas, damnaque ſibi data; ad id autem obligari non poſſunt niſi a ſumma poteſtate. Magiſtratus enim inferior ſecundum jura tantum judicare, non autem jus quæſitum auferre poteſt.

Veterum quidem moribus receptum non erat clauſulam amneſtiæ, ut nunc ejus forma eſt, paci adjicere. Sed pactionem tamen de mutua amicitia utriusque gentis, vel de mutuo jure hoſpitii adjicere ſoliti ſunt, quæ eoſdem habuit effectus, etſi amneſtiæ clauſula plenior ſit: Uti in formula pacis inter Romanos & Antiochum hæc clauſula inſerta eſt, apud Polyb. *Exc. legat. c. 35.* *φιλίαν ὑπάρχειν Ἀντιόχῳ καὶ Ῥωμαίοις εἰς ἅπαντα τὸν χρόνον: amicitiam fore perpetuam inter Antiochum & Romanos.* Idem evidens eſt ex *l. 5. §. 2. d. capt. & poſtl.* ex qua conſtat, aliquando contrahi cum gente alia pacem ſine pacto amicitiæ vel hoſpitii, aliquando cum tali pacto; quod hodie eſt ipſa noſtra pactio amneſtiæ, ut ex effectu patet: de quo *in ſeqq.* item *ex l. 19. §. 8. eod.* ubi itidem de populo agitur, cum quo pax eſt ſine amicitiæ pacto; pax enim pertinet ad cauſam, amicitia ad perſonas, per illam controverſia ſopitur, per hanc odia; atque adeo id olim fuit quod hodie amneſtia.

Ut autem effectus & jura amneſtiæ in omnibus, quos hactenus expoſuimus, caſibus pateant, ſciendum porro eſt, non ſemper amneſtiam ea lege adjici ut omnia in priorem ſtatum reſtituantur, aut ut omnia in eodem ſtatu maneant, ſed variant ejus pacta & leges. In pace Osnabrug. & Monaſt. ea lex amneſtiæ fere eſt, ut res reſtituantur in ſtatum in quo ante bellum fuerunt. *art. 2.* Contra in Anglo Belgica *d. anno* 1654. *art. 3.* apud Brach. *Hiſt. in fin.* In Anglo Danica Bredana *de anno 1667. art. 3. &* 5. ut in eodem ſtatu maneant, quibusdam exceptis. In Hiſpano-Belgica *de anno 1648.* ut publica eundem ſtatum ſervent, privata reſtituantur: *art. 3. & 4.* quæ tamen pactis varie mutantur. Atque hoc eſt quod Menippus dicebat: *Cum pares bello æquo fœdere in pacem atque amicitiam* (en pactum amicitiæ, paci adjectum inſtar hodiernæ amneſtiæ!) *venirent, tum repeti reddique per conventionem res, & ſi quarum turbata bello poſſeſſio ſit, eas aut ex formula juris antiqui, aut ex partis utriusque commodo componi. Liv. 34. c. 57.*

Unde quæritur, ſi nihil ea de re dictum, ſed ſimpliciter amneſtiæ vel amicitiæ pactum adjectum fuerit paci, an tum res reſtitui, an in eodem ſtatu manere debeant? Reſp. manere res in loco quo ſunt, cum repeti non poſſint quaſi injuria ablatæ; ſed defendi præſentem poſſeſſionem juxta regulas traditas inf. th. 4. Ex quibus proinde compendio oſtendemus, qua ratione omnia illa jura poſtliminii, cæteraque, quæ ex bello ſupereſſe in pace diximus, & recenſuimus ſupra, per amneſtiam ſimpliciter ſopiantur.

Cum igitur duplex malum ſit cui ſanando adhibetur amneſtia; cum ipſa diſcordia & contentio partium, qua alter jus eſſe ait, alter negat; tum injuriæ, quæ per occaſionem ejus diſſidii inter partes facta eſt, vel facta eſſe dicitur, vindicandæ & perſequendæ ſtudium; quod utrumque per amneſtiam tollitur, & plena quies quoad poteſt reſtituitur: Hinc duo per amneſtiam aguntur (I) ut quicquid litis vel ſimultatis inter partes ex cauſa ſuperioris diſcordiæ adhuc reſederit, abolitum ſopitumque ſit. (II) ut quicquid per occaſionem ejusdem diſſidii injuria factum dicitur, remittatur: Neutrius ergo nomine lis aut aut actio admittitur, nedum, ſi quæ fuit ſopita eſt, reſuſcitatur, ſed præſens poſſeſſio defenditur. Quod nervoſe Cujac.

jac. *ad 4 ſent. Pauli. tit. 17. in pr.* ita exprimit. *Poſt amneſtiam accuſationem inſtitui & repeti non poſſe.*

Hinc ſequuntur hæ regulæ amneſtiæ: (I) Quicquid diſſidii inter partes fuit, id totum abolitum, transactumque, nec eo nomine actio eſto. Cujus conſectarium plane eſt; id quod omiſſa amneſtia peti non potuiſſet, id ea adhibita multo minus poſſe; quia per amneſtiam lites & actiones ſopiuntur, non naſcuntur. *th. prae. n. 1.* (II) Non tamen quod deciſum transactumque eſt, reſuſcitator. *Th. præc. n. 2.* (III) Quicquid judicio vel utriusque, vel unius partis injuria factum dicitur, id remiſſum, nec eo nomine actio eſto. *th. præc. n. 2.* (IV) Quod utriusque partis judicio jure geſtum eſt, ratum eſto. Si enim illud absque amneſtia quoque valet, *Prop. IX.* nedum ea adjecta, quæ injurias tantum & diſſidia abolet, non vero jure geſta refigit. (V) Si qua ex alia cauſa, quam hujus diſſidii, lis vel actio eſt, vel quid inter alios quam partes diſſidentes geſtum actumque eſt, eo amneſtiæ clauſula non extenditur, quia de hujus tantum diſſidii, non aliis cauſis transegere partes. *Theſ. præc.*

Primum igitur pace facta, cui lex amneſtiæ ſimpliciter adjecta eſt, ceſſat totum jus poſtliminii, quod *Prop. VIII.* diximus in pace quoque competere. Quod & traditur in *l. 5. §. 2. d. Capt. & poſtl. & in l. 7. pr. eod.* quam de fœdere amicitiæ loqui ex *§. ſeq.* patet, & *ſupra* monuimus. Cum enim ideo poſtliminio res priori domino reſtituatur quia injuria ei ablata dicitur, *Propoſ. IV.* eam injuriam amneſtia delevit. Omnia igitur illa jura poſtliminii quæ late tractata ſunt, quæque proinde huc referri neceſſe non eſt, uoa amneſtiæ, veluti olim amicitiæ, clauſula delentur.

Eadem ratione nec injurias, & damna bello illata, ab eorum autoribus poſt amneſtiam vindicare poſſumus, etſi ad nos vel ad amicos noſtros illi pervenerint, in omnibus caſibus *Propoſitionis IX.* idque iterum eſt quod traditur in *d. l. 5. §. 2. & d. l. 7. pr.* Unde in pace Osnabrug. *art. 2.* Monaſt. §. 2. Noviomag. *art. 1.* adeo hæc abolita per amneſtiam dicuntur, ut nihil eo nomine prætendi poſſit.

Quod ipſum ad alia quoque delicta & crimina, omnium judicio vetita, pertinet, quæ per amneſtiam remiſſa cenſentur, niſi quædam crimina vel perſonæ ſunt ſpecialiter excepta: ut banniti in pace Hiſpano Gallica *de anno 1559. art. 7.* Alia exempla vide infra. Unde ea remiſſa per amneſtiam cenſentur etiam rebellibus, prædonibus, transfugis, &c. niſi excipiantur. Et frivolum eſt, quod ex jure civili aſſertur, non præſumi hæc remiſſa: Jure Gentium enim remiſſio hæc generalis omnes ſpecies complectitur, donec appareat exceptio. At verum eſt iis non reſtitui bona hoc nomine jam publicata vel ablate: Per amneſtiam enim non id agitur, ut detur alicui actio & perſecutio, ſed ne detur; abolentur per eam non conceduntur actiones. Sup. *th. 4. reg. 1. & 3.* In ſpecie ergo hoc caſu reſtitutio bonorum comprehendi debet: Sic factum in pace Conſtantiæ Friderici Imp. §. *1. verſ. poſſeſſores* & pace Madrit. *art. 30.*

Cæterum ut remiſſa videantur crimina, requiritur ut (I) talia ſint quæ remitti a Principe poſſint: de quo ſtatim agemus. Nec (II) talis ſit actus, qui extra cauſam belli & hoſtilis odii geſtus eſt, nec quicquam cum exceſſibus civilibus commune habet: *theſ. 4. reg. 5.* uti ſi cum hoſte ultro contraximus, vel hoſtis negotia noſtra geſſit, & in his cauſis dolo, vel per ſcelus aliquid admiſit: non obſtante enim amneſtia id perſequi poſſumus. Quin &, ſi delictum committat quod ad actus hoſtiles non pertinet, uti ſi, dum locus aliquis in hoſtium poteſtate fuit, vel hoſtium aliquis incolæ, vel hic hoſti furtum fecerit, ejus perſecutionem amneſtia non excludit: quia alia cauſa eſt quam hujus diſſidii. *theſ. 4. reg. 5.* Unde probe iterum in pace Osnabrugenſi, Monaſterienſi, Noviomagenſi & aliis, amneſtia, etſi generalis & illimitata, reſtringitur tamen expreſſe ad ea quæ ab una vel altera parte ultro citroque HOSTILITER facta ſunt *art. 2.* De aliis ergo delictis in ſpecie cavendum eſt.

Sed an etiam per amneſtiam remiſſa videntur delicta, quæ vaſalli vel ſubjecti adverſus ſuum Principem bello commiſerunt? Amneſtia transigitur tantum de injuriis inter partes factis, & quas una pars diſſidentium alteri intulit; *Theſ. 4. reg. 5.* non vero de iis quæ unius partis ſubditi commiſere, uti ſi civis noſter dicitur civem ſuum verberaſſe, vel occidiſſe, vel falſum commiſiſſe in judicio, vel miles noſter in excubiis dormiſſe. Hoſtis enim non pro noſtris hominibus ſed pro ſuis paciſcitur *d. n. 5.* Quæſtio ergo non eſt niſi de delictis, quæ cum hoſte patrata ſunt, uti ſi civis noſter contra edictum frumenta & merces hoſti ſubvexit. Mevius *part. 8. deciſ. 302* cum in facto id contigiſſet, putat hæc delicta, non obſtante amneſtia, puniri poſſe, quia hoſtis ſuis tantum proſpectum voluiſſe videtur. At Petrinus Bellus *de re mil. part. 10. §. 17. & 18.* ait: cum nobilis Hiſpanus conſilia hoſti dediſſe ac retuliſſe aliqua convictus eſſet, liberatum eum per amneſtiam fuiſſe, & ita late conſuluiſſe Angelum *Conſ. 287.* Ita tenendum. Si quis non animo hoſtili & proditoris, ut rempublicam peſſumdaret, ſed mercator lucri cupidine ductus, quædam hoſti contra edictum vendidit, id ſub amneſtiâ non continetur, quæ tantum remittit injurias, quæ ex partibus hoſtium nobis illatæ ſunt, non quæ a noſtris *d. reg. 5.* horum enim cauſa nihil ad hoſtem. Atque is eſt caſus Mevii. Si vero proditorie & animo hoſtis juvandi, atque in nos inſtruendi, aliquid agat, v. g. arcana revelet ac prodat, is vere non noſtrarum eſt partium ſed hoſtium, & horum eandem non noſtram ſequitur; corpore noſter, mente hoſtium, quia actu perduellis eſt ac hoſtis. Hujus ergo injuria tanquam ex partibus hoſtium illata per amneſtiam remiſſa videtur, quæ eſt ſpecies Petrini Belli & Angeli. Quanquam tutius ſit ſpeciatim caveri iis qui partes alteras ſecuti ſunt, quod fieri ſolet, uti in pace Gallo Hiſp. *d. anno 1559. art. 39.* Pace Pirenæa *art. 6.* Sueco Pol. *de anno 1660. art. 24.* apud Locceo. *d. l. &c.*

Hinc plane ſequitur, quod poſt Amneſtiam nec debitor noſter, cujus, cum in hoſtium poteſtate eſ-

ſet, debitum publicatum ab hoſte vel remiſſum eſt, amplius conveniri poſſit, etſi apud nos vel amicos ſit; quia injuriæ memoria deleta per amneſtiam, & actio ſublata eſt: *ſup. th. 4. reg. 1. & 3.* Quæ ſpecies eſt quam Papon. *de arreſt. lib. 5. tit. 6. art. 2.* refert, & ita *anno 1549.* arreſto Pariſienſi contra Belgam deciſum ait, qui debitum pendente bello publicatum ſecuta pace a Gallo debitore petiit: Nam pace, quæ hanc ſententiam anteceſſit, & inter Carol. V. ac Franciscum I. *anno* 1554. juncta fuit, & amneſtiæ pactio adjecta, & præterea expreſſe cautum erat ne debita publica repeti poſſent. *art.* 25. Unde ineptiſſime Paponius confundit hanc ſpeciem cum nomine Thebanorum, quod Alexander Theſſalis donaverat, de quo ſect. 2. th. penult. Similiter de hujusmodi debitis alienatis & amneſtia deletis, ne amplius peti poſſint, cautum fuit in pace Madritenſi *art. 31.* Vervinia *art.* 7. Pirenæa *art. 20.* Hiſpano Belgica de anno 1648. art. 55.

Nec vice verſa creditor, cui hoſtis eum in ejus poteſtate eſſet nomen abſtulit, id poſt amneſtiam repetet in caſibus *Sect.* 3. *th.* 14. adeo, ut licet ipſe debitor, qui ab hoſtium partibus eſt, compulerit eum ut accepto tulerit, non tamen conveniri poſſit, quia creditor allegare injuriam acceptilationis propter amneſtiam non poteſt. *d. th. 4. reg. 3.* At ſi creditor ſit e gente pacata, ut in *d. Sect.* 3. §. 13. non obſtante ulla amneſtia is debitum petit; quia pactio amneſtiæ hoſtes tantum, inter quos contrahitur, eorumque ſubjectos, non autem tertium populum obligat. *Theſ. 4 reg. 5.*

An ergo hoſtis, qui coegit te ad paciſcendum exinde agere propter amneſtiam poteſt? Ita videtur, ſi cujusque actus rationem ſeorſim atque adſtricte ſequimur: nam tu omni jure teneris ex pacto; *Sect. 1. th.* 10. quod amneſtia non tollit: *th. 4. n. 4.* non vero hoſtis de injuria quam amneſtia delevit. *Theſ. 4. n. 3.* Sed contra dicendum eſt, hoſtem agere non poſſe, quia ne quidem omiſſa amneſtia potuiſſet, *Sect. 3. th. 18.* nedum adjecta; cum amneſtia non inducat actiones ſed tollat *ſup. theſ. 4. n.* 3. Non vero juſtum eſt dividi negotium & ſeparari a promiſſione vim injuſtam, qua extorta eſt; ut promiſſor ex promiſſione quidem ſua teneatur, non autem alter de injuria ſua.

Secus eſt, cum hoſtis publice id imperavit atque extorſit, quod jure belli licet, & ideo tantum noſtro judicio pro injuria id habetur, quia hoſti juſtam eſſe belli cauſam negamus. Conf. *Sect.* 3. *th.* 19. Hic enim ratio *th. præc.* ceſſat; quia hoſti ex pacto datur actio amneſtia omiſſa, etſi in noſtro territorio injuria ei objiciatur: *ſect. 3. th.* 19. Hac ergo per amneſtiam ſublata manet actio quæ ante fuit *d. Th. 19. th. 4. n. 4.* Uti ſi contributionum nomine cives aliquid promittere vi hoſtili coacti ſunt; debent enim ex fide data. Sect. 1. th. 10. nec viciſſim de injuria alterius queri poſſunt, etſi is intra fines noſtros deprehendatur, quia amneſtia ipſum abſolvit. Et adeo contributiones illæ debitæ viſæ ſunt, ut in pace Hiſpano Belgica, etſi non reſervatæ, tamen cura & modus earum commiſſa ſint hujusmodi negotio præfectis: *art. 64.* apud Aitzema *de tract. pac. Belg. in fin.* & Brachel. Hiſt. *l. 9. c. 1.*

Judicia quoque, ſententiæ, & res judicatæ, & alia, quæ per hoſtem in locis bello occupatis & deditis ac per pacem recuperatis, juris exequendi cauſa acta ſunt, valent per amneſtiam; etſi adverſæ partis judicio hoſtis non jure ea egiſſe dicatur: *Prop. 2.* quia nec quod deciſum eſt reſcindi poſt amneſtiam, nec injuria accuſari poteſt: *S. 1. th. 3. n.* 3. modo aliud vitium non inſit, quod etiam contra proceſſum legitimi magiſtratus moveri poſſet: ut optime id cavetur in pace Osnabr. *art.* 4. §. 49. & in Hiſpano-Belgica *art. 22.* apud Brachel & Aitzema *dd. ll.* Unde non modo ſi reus abſolutus eſt omnis actio ceſſat, quod indubium eſt per *d. th. 4. n. 1.* ſed & ſi damnatus eſt actio tenet & conveniri poteſt. Etſi enim amneſtia non pariat actiones, ſed ſopiat *d. n. 1.* id tamen ſecus eſt ſi res deciſa ſit, licet vi hoſtili; quia amneſtia lites extinguit, non vero ſopitas reſuſcitat: *d. th. 4 n. 2.* Niſi autem actio daretur victori ex integro prior cauſa agenda eſſet, ſurgerentque iterum lites quas amneſtia delevit. Ita valuere acta & ſententiæ Gallorum in terris Pedemontii & Sabaudiæ bello occupatis, & poſtea cum amneſtia reſtitutis pace Hiſpano Gallica *d. anno 1559. art. 38.* Item in terris Lotharingiæ ac Barry pace Cæſareo-Gallica Noviomag. *art. 21.* Et inter Suecos ac Polonos pace Sueco Polonica *art.* 4. §. *ult.* apud Loccen. *in Hiſt. Suec. ad fin. p. 406.*

Qua ratione transactiones quoque vi extortæ ſimpliciter tenebunt, dabiturque inde etiam cogenti actio. *d. th.* 4. *n. 2.* Etſi enim hæc actio alias ſine effectu foret, quia ob injuriam ad tantundem teneretur, *S.* 3. *th.* 18. tamen ſecus eſt re transacta, etſi per vim; quia amneſtia cum injuriæ mentionem auffert *d. theſ.* 4. *n.* 3. tum quod transactum eſt firmat, non ſolvit. *d. theſ.* 4. *n.* 2.

Diſpoſitiones, exheredationes &c. etſi in odium partis adverſæ factæ ſint, tamen, ſi aliud vitium non habeant, valent, nec per amneſtiæ legem infirmantur. Conf. *Sect.* 3. *th.* 24. quia etſi in odium non tamen injuria facta ſunt; amneſtia vero odium quidem cauſæ detrahit, at non vim diſpoſitionibus validis; & injuriam, non jus negotiis aufert: *th.* 4. *n.* 4. niſi appareat partes pœnitentia a priori voluntate receſſiſſe.

Denique cum per amneſtiam amicitia contrahatur, non poteſt pro transfuga haberi, qui ab amico ad amicum tranſit. *l. 19. §. 8. d. capt. & poſtl. Sect. 3. th. fin.*

Dictum eſt amneſtiam vel ſimpliciter paci adjici, vel cum lege reſtituendi in priſtinum ſtatum: Reſtitutio hæc eſt, cum res, quarum bello turbata eſt poſſeſſio, in jus antiquum quod initio belli fuit, redeunt; reſtitui enim dicitur quod plenarie in priorem locum reponitur *l. 38. §. 4. ff. d. Uſur. & fruct.* Eamque pactionem eſſe exiſtimo, quam ex formula juris antiqui fieri, ait Menippus *apud Liv. l. 34. c.* 55. quæ pactio cum fere mutua ſit, æquiſſima omnino & ſine cujusquam indignatione juſta eſt, ut loquitur *Ulp. in l. 1. pr. ff.. Quod quisq. jur. in alter.*

Reſtitutionem vulgo faciunt aliam juris, quæ

ex

ex edicto prætoris reſcinditor negotium *l. 1. ff. d. in integr. reſtit.* aliam gratiæ, qua fit a Principe delicti gratiam faciente, & ſtrictiſſimi juris dicitur: *tot. tit. C. de ſentent. paſſ. & reſtitutis:* eamque huc applicant Gudelinus *d. jur. pac. c. 4. & 5.* & alii, ſed prorſus abs re: cum neutra huc pertineat, ubi de reſtitutione ex pacto, vel amneſtiæ vel paci adjecto, agitur. Et omnino vana ſunt quæ ex jure civili iterum afferuntur ad limitandam reſtitutionis vocem: cum jure gentium lege illa generali, reſtituendi res in priſtinum ſtatum, omnes ſpecies contineantur donec appareat exceptio. Unde omnino rebellibus &c. quoque bona reſtituenda ſunt, etſi alienata; licet in ſpecie id dictum non ſit. Et ita in pace Osnabr. & Monaſt. omnes qui hoc nomine arguebantur, hac generali lege reſtitutionis comprehenſi ſunt, & pace Conſtantiæ ſpecialiter id dicitur, quia alia lex reſtitutionis adjecta non fuit.

Porro hic notandum, quantum interſit inter reſtitutionem quæ fit ex cauſa amneſtiæ, & eam quæ fit ex cauſa pacis, ſeu transactionis de ipſo negotio, quod caput gravaminum pax Weſtphalica vocat. *Sect. 4. th. 6.* Ex cauſa amneſtiæ quæ fit reſtitutio, ea ſemper intelligitur ſalvis juribus; quia per eam res reducitur ad eum ſtatum qui initio belli vel diſſidii fuit; *th. 1.* adeoque eadem jura quæ tum fuere integra, & actiones ſalvæ ſunt. Igitur per amneſtiam non dominium ſua natura transfertur; ſed tantum reſpicitur reſtituiturque eadem poſſeſſio quæ initio fuit: Atque hinc in allegato loco Livii dicitur tali conventione res repeti, quarum bello turbata fuit poſſeſſio. At reſtitutio ex pace ipſa fit abſolute, & jure perpetuo: per pacem enim tranſigitur de negotio. *Sect. 1. th. 6. 7.* Si qui autem de ipſa cauſa tranſigunt, eoque nomine alter alteri quid dant ut alter a lite diſcedat, certum eſt, quod ex cauſa transactionis ita datur id jure perpetuo in accipientem transferri; neque per transactionem de cauſa lites & actiones reſervatas, ſed ſopitas & extinctas intelligi.

Eam differentiam probe obſervat pax Osnabrugenſis: quæ, uti & Monaſterienſis, omnes alias pacis tabulas accurata rerum juriumque applicatione ſuperare nobis videtur: Nam *art. 3. §. 2.* ſtatuit, quod *tales reſtitutiones* (loquitur de iis quæ ex capite amneſtiæ fluunt *d. art. art. 3. pr.*) *omnes & ſingula ſint ſalvis juribus quibuscunque*, &c. *ſalvis item litis pendentiis* &c. Contra, quod ex capite gravaminum reſtituitur aut conceditur, id jure perpetuo transfertur *d. pac. Osnabr. art. 5. § 13. 25. 33.* & paſſim, quia ea ſunt gravamina ſeu cauſæ belli, de quibus transactum eſt pace. *th. 3.*

Præcipuum autem gravamen, præcipuaque cauſa belli fuerat reformatio exercitii religionis & bonorum eccleſiaſticorum; ut dicitur in *art. 5. pr.* De eo itaque inprimis pace Osnabr. plenarie transactum, eaque primaria belli cauſa plane in eum modum deciſa eſt, ut ſtatus ac poſſeſſio anni 24. (in quibusdam anni 18.) ſit immota ac perpetua lex, norma, regula hujus negotii. *d. §. 13. 25. 33.* Ex hac itaque cauſa nulla lis, vel actio de bonis eccleſiaſticis reſervata eſt, ſed ſola amicabilis compoſitio, quæ eſt in arbitrio partium.

Hinc vero apertiſſimus eſt ſenſus pacis Osnabr. *in art. 4. §. Electori 8.* ubi conſervatur Epiſcopo Wormatienſi coram competente judice actio in quædam, quæ in Palatinatu prætendit bona eccleſiaſtica. Non enim reſervata ipſi actio fuit in cauſa exercitii religionis, & quæ cum ea reſtituenda erant bona eccleſiaſtica; quia de eo tanquam de cauſa belli plene transactum fuit; *th. prec.* ſed in aliis juribus quæ pendente bello occupaverant, & ex lege amneſtiæ reſtitutæ erant Sereniſſimo Octoviro Palatino: Epiſcopus enim etiam in ſingulis prædiis, ſi quæ in Palatino territorio ſita haberet, prætendebat ſuperioritatem territorialem: Hæc prætenſio ex lege amneſtiæ ipſi reſervanda fuit per *theſ. 3. & 4.* Idque ipſe pacis tenor certiſſime demonſtrat; quia in *d. art.* 4. qui reſervationem eam continet, tractatur de reſtitutione ex capite amneſtiæ, uti ex princ. *d. art. 4. & art. 3.* patet; non de cauſa gravaminum, quorum tractatus incipit demum *art. 5.*

Igitur hanc reſtitutionem ex cauſa amneſtiæ Epiſcopus via juris tantum petere poteſt, non via facti procedere; quod clare quoque dicitur in *d. art.* 4. §. 8. At reſtitutionem exercii religionis, & quæ eo pertinent, bonorum eccleſiaſticorum, ne via juris quidem. *th. 5.* Quodſi igitur Palatinos ab exercitio religionis & poſſeſſione bonorum de facto expellit, quos ex ea cauſa ne via juris quidem poteſt, multiplex crimen violatioque pacis ac juris concurrit.

Reſtitutio ergo hic fit eorum quæ (I) omnium judicio injuria ablata ſunt. (II) Quæ judicio unius ſaltim partis, aut eorum qui eandem cauſam ſequuntur. (III.) Non etiam eorum quæ omnium judicio rite & valide acta ſunt. Eſtque pactum tale vel mutuum, ut utrinque reſtitutio fiat; ut in pace Osnabr. vel ex una tantum parte; qualis eſt quam dux Romanus Philippo Regi obtulit, ea lege, ut ille omnia reſtitueret. Liv. *lib. 32. c.* 10.

Hac ergo lege adjecta non demum res jure poſtliminii, ubi in noſtram poteſtatem reverſæ; ut in *Sect. 2.* aut ubi damnorum autores in noſtro amicove territorio deprehenſi ſunt, recuperantur; ut *Sect.* 3. ſed omnimode vi pacti reſtituuntur, Conſ. *Sect.* 5. *th.* 3. *ſeq.* etiamſi tertio venditæ vel donatæ ſint: adeo ut nec pretium debeatur, nec onera ſervitutum, pignorum, &c. interim impoſita valeant. Uti in pace Madritenſi *de anno 1526. art. 27. & 32.* cautum, ut miniſtri regis Galliæ rationes reddant, ac reliqua præſtent. Idque exigebat prædictus dux a Philippo Rege, ut res redderet quæ comparerent; cæterorum æquo arbitrio æſtimatis fieret. Liv. *d. c. 10.* Modo aliter conventum non fuerit, quod varie fieri ſolet. Vid. pac. Hiſpano-Belgicam *de anno 1648. art. 24. 31. 36. & paſſ.* Verviniam. *de anno 1598. art. 7. 8.* Sueco-Danicam *de anno 1645. art. 21. & ſeq.* apud Loccen. *Hiſt. pag. 877. &c.*

Quæritur autem, an, ſi quis res jure belli cepit & poſtea eas vendidit, emtor ſuo periculo eas reſtituet, an pretium repetet? Reſp. Reſtitutio fit poſſeſſoris periculo, quia in rem fit, & venditor tum cum venderet dominus fuit: nunc vero poſt legem reſtitutionis poſſeſſor ſine juſta cauſa poſſidet; uti factum eſt in d. pace Madritenſi *art.* 27.

niſi aliter convenit, ut in d. pace Hiſp. Belg. *art. 31.*

Quæritur porro, an, ut res, ita & fructus medii temporis reſtituendi? Diſceptant id Dd. ex jure civili apud Gudelinum *de Jur. pac. c. 5.* ſed utrinque perperam. Aliud ſcil. eſt ſi in genere reſtituendum dicitur id quod ablatum eſt; aliud ſi certa res: Sin illud, fructus quoque percepti ſunt reſtituendi; tum quia illi quoque ablati ſunt, quos alias percepiſſet dominus: tum vero quia hæc reſtitutio generalis eſt, qua quicquid ablatum eſt, atque adeo omne damnum, reparatur, ut nihil amplius abſit. *th. 1.* Quod factum in d. pace Madritenſi *art. 27.* etſi frequentius fructus remitti pacto ſoleant, ut in pace Osnabr. *art. 4. §. penult.* in pace Hiſpano-Belgic. *d. anno* 1529. *art 31.* Vervinia *de anno* 1598. *art. 7.* Pirenæa *d. anno* 1659 *art.* 28. *in f.* Nec movet ratio Gudelini *d. l.* quod hoſti jus fruendi competiit, & tamen reſtituit; quia non quæritur quid juris habuerit, ſed ad quid ex pacto nunc teneatur: Nec plus juris in fructibus habuit, quam in re.

Sin vero certa res reſtituenda dicitur, fructus percepti non veniunt reſtituendi, ſed tantum qui adhuc in re pendent, ejusque pars ſunt; Duo enim hæc diſtincta & diverſa ſunt, res, & fructus qui a re ſeparatus eſt. Ergo ſi ſola res reſtitui juſſa eſt, fructus juſſi non ſunt, quia alia atque alia res eſt. In dubio igitur ex liberalitate mera, non ex debito, fuit quod Caligula iis, quibus regna ablata reſtituit, fructus quoque medii temporis adjecerit. Suet. *in Calig. c. 16.* nam & ipſa regnorum reſtitutio liberalitatis erat, quia jure victoriæ ea populo Romano ceſſerant. Atque ita ex pace Pirenæa, locis reſtitui juſſis, fructus reſtituti non ſunt. *art.* 44. *& ſeq.* Et Palatinatus inferior ex pace Osnabr. & Monaſt. reſtitutus eſt, ſed ſine fructibus medii temporis.

Ex lege generalis reſtitutionis itaque, qua omnia belli jure in jus antiquum, quod ante bellum fuit, revertuntur, non res tantum, ſed & captivi utrinque dimittuntur, quod in pleriſque etiam pacis tabulis expreſſe cautum reperitur: Nec lytron ſeu pretium libertatis debent, niſi ante pacem id promiſſum fuerit; ea enim omnium conſenſu licita pactio, & hoſti data fides ſervanda eſt: *th. 8.* ut cautum in pace Sueco-Polonica *de anno* 1660. *art.* 14. 23. 27. apud Loccen. *Hiſt. Suec. pag.* 910.

Hinc & quicquid damni quocunque ſcelere vel injuria datum eſt farcitur; *Sect. 10. th. 7.* & quicquid nominum, ſolutionum, obligationumque vi extortum eſt, reſcinditur, etſi debitor apud nos non inveniatur. Confer *Sect.* 10. *th. 5. ſeq.* quia ex lege hac, quicquid vi bellica mutatum turbatumque eſt, in jus priſtinum redigitur. th. 8. Nec dubium eſt, ſi hoſtis aliquem ad paciſcendum adegit, nihil petere poſſe: Etſi enim ea, quæ jure valent, reſtitutio non tollat, *th. 8. n. 3.* tamen, quia hoſtis viciſſim judicio partis tenetur, nulla eſt actio: *Prop. IX.* & cum hoc verum ſit in cæteris ſpeciebus, nedum ubi expreſſa lege cautum, ut reſtitutio injuriæ fieret.

Quin & quæ publico nomine contributionum vi metuque promiſſa ſunt, exigi non poſſunt; quia hoſtis viciſſim teneretur ad reſtitutionem damni ex hac lege expreſſa, qua reſtituuntur etiam ea, quæ unius tantum partis judicio pro injuria habentur; *theſ. 8. n. 2.* ut patet exemplo eorum quæ poſtliminio redeunt: Unde in ſpecie reſervari contributiones ſolent. *Prop. IX.* Qua ratione etiam ſententiæ, judicia &c. in caſibus *Sect. 5. th. 14.* per hanc legem plane refiguntur; nec vim juris vel judicati obtinent, uti in d. pace Madritenſi *art.* 27. Vervinia *art. 8.* Pirenæa *art.* 30. Sueco-Danica *de anno 1645. art. 24.* niſi aliter cautum.

Idemque de transactionibus vi extortis dicendum: *th. 8. n. 1. 2.* Quod & ſtatuitur in pace Osnabr. *art. 4. th. 46.* Nec has ſpecies amneſtia quo minus infirmentur defendit, nec ſuſtinere cadentia hæc jura poteſt: Ejus enim rationi derogat lex expreſſa, ut reſtituantur in priorem ſtatum; quæ omnia fere, quæ amneſtia alias contineret, ſolvit ac deſtruit. Neque hoc caſu amneſtia ac injuriarum litiumque abolitio alia lege ſancita intelligitur, aut valet, quam ſi vetus poſſeſſio conditioque reſtituta ſit.

At diſpoſitiones in odium alterius partis factæ non reſcinduntur; niſi in ſpecie id dictum fuerit. Ut in pace Hiſpano-Belgica *de anno 1648. art. 61.* apud Brachel. *d. l.* quia etſi in odium partium, tamen ſponte factæ ſunt, & valent ex arbitrio diſponentium, donec a priore voluntate receſſiſſe eos appareat.

Transfugæ autem, aliique criminum rei, qui ad hoſtem tranſierunt, reſtituendi quoque omnino ſunt: nec impedit amneſtia, quo minus reddi eos neceſſe ſit; at pœna per eam remiſſa videtur, quatenus poteſt.

Intelligitur autem hæc reſtitutio (1) deductis impenſis in rem, quæ reſtituitur factis; de iisque ex æquo & bono ſtatuendum: quod ita diſponitur in pace Hiſpano-Belgica *de anno 1648. art. 34.* apud Brachel. *d. l.* & Aitzema *d. l.* (2) in locum quo res fuit initio belli: *th. 1. & 3.* Unde cum Galli contra expreſſum & ſpeciale pactum Cameracenſe retinerent Caletum, infamis ratio & oratio Cancellarii Gallici fuit, non magis Caletum quam Lutetiam, alio bello poſſeſſam, repetere Anglos poſſe. vid. Cambd. *ad ann. 1559. p. 18. & ad ann. 1567. p. 126.* Peſſime quoque, cum Veneti ex hac lege repeterent caſtrum quod ipſi initio belli, Tridentinus autem initio induciarum tenuerant, Alciatus pro Tridentino reſpondit *Gent 2. c. 12.*

Cæterum circa reſtitutiones rerum duæ regulæ ſtatuendæ ſunt: (1) quoties lex reſtitutionis eſt univerſalis, *quicquid in ſpecie exceptum non eſt, reſtituendum venit.* Uti in pace Osnabr., ubi reſtitutio generalis eſt, *art. 2. & 3.* excipiuntur quædam in *art. 4. §. pen.* Contra II. ubi amneſtiæ clauſula ſimpliciter adjecta eſt, & quædam tantum reſtituenda, *omnia bello turbata remiſſa intelliguntur, niſi in ſpecie quædam reſervata ſint.*

Ceſſat amneſtia I. in iis delictis ac injuriis, quæ remitti a Principe non poſſunt, uti homicidia voluntaria, quæ non jure belli commiſſa, nec aliam a pœna ordinaria excuſationem habent. Hujus enim pœnæ jure gentium & divino in homicidas conſtitutæ, gratiam fieri non poſſe integro conſilio deducit Plotus comes Pernati; quod eſt *in tom. 2.*

Conſil.

Conſil. Zilleti. Conſ. 73. Idem Senatus Mediolanenſis reſpondit Ferdinando I. Cæſari, cum comiti de Titioibus cædis gratiam facere geſtiret. Unde filius ejus Maxim. II. ut lege ageretur reſcripſit *d. Conſ. 73.* Et Alexander. M. cum exules Græciæ revocare vellet, excepit cædis damnatos. *Juſt. lib. 13. Hiſt c.* 5. Atque id in ſpecie reſervatum in pace Anglo-Belgica cum Cromvellio inita. *art. 27.* Quod & aliquoties obtinuit ex reſponſo Facultatis juridicæ Heidelbergenſis. Unde omnino improbandum eſt, quod Maxwellius quidam, amneſtiæ beneficio, impunitatem cruentæ cædis contra Jonſlonios conſecutus a rege Scotiæ dicitur. Cambden *in Hiſt. Eliſabeth. part. 3. ad ann.* 1585. Talia crimina quoque ſunt adulterium, perjurium &c.

Nec movet quod amneſtia Athenis, occiſis 30. tyrannis, qui legitimi ejus populi Rectores conſtituti fuerant, & Romæ occiſo Cæſare, ſancita tamen fuerit. Nam Tyrannum, qui vere talis eſt, occidi poſſe ſemper commune omnium gentium judicium fuit, nec de jure dubium eſt. Inſanum autem hic eſt non diſtinguere inter tyrannum & magiſtratum; inſanius autem hanc quæſtionem theologicam facere, quæ juridica eſt. Altera autem, quæ Romæ ſtatuta eſt ob cædem Cæſaris amneſtia, non valuit, ſed nihilominus cædis vindicta ab ejus autoribus ſumta eſt.

At criminum, quæ in reipublicæ aut Principis injuriam commiſſa ſunt, uti perduellionis, aut quorum pœna jure civili conſtituta eſt, gratia a Principe per amneſtiam fieri poteſt. Nam & Aurelianum amneſtiam delictorum publicorum decreviſſe ait Vopiſcus *in Aurel. c.* 39. & S. Aurel. Victor. *de Cæſar. in Aurel.* Et inſignem proditorem ea comprehenſum retulimus *ex Petrino Bell. part* 10. §. 17. Excipi aliquando ſolent banniti & alii, de quo *Sect. 9. th. 4.*

Cum vero per amneſtiam tum reddantur bello capta, tum remittatur jus recuperandi bello amiſſa, ſi vel ipſi damnorum autores in finibus noſtris deprehendantur; *Sect. II. & III.* hinc quæritur, an Princeps per amneſtiam jus ita ſubjectis quæſitum auferre poſſit? Aff. pacis enim parandæ & reip. tuendæ cauſa Princeps ſubditis jus quæſitum, quoque jure gentium, auferre poteſt. Unde etſi res illæ in tertios alienatæ, venditæ, donatæ ſint, tamen ob publicam utilitatem ſtatui poteſt ut reſtituantur, idque omnino conſequens eſt imperii, & officii tuendæ civitatis.

Multo magis vero poteſt bello amiſſa hoſti per pacem relinquere ſublato poſtliminio, vel capta reddere. In his enim non eſt jus certo quæſitum, ſed utrinque controverſum; cum alter contendat jure captum, alter neget: *Prop. 2.* Hæc controverſia, cum publica ſit, certum eſt tranſigere de ea Principes per amneſtiam poſſe, ut res vel retineantur, vel reddantur; nec videri eos jus civibus ſuis quæſitum proprie aufferre, cum jure ſuo de re utrinque dubia, & de qua, dum bellum eſt, lis adhuc pendet, pace ſeu amneſtia tranſigitur. Unde & illi tenentur ex pacto reddere quibus venditæ vel donatæ res fuerunt, quia res tranſiit cum ſua cauſa, nec hi plus habere poſſunt quam autores, a quibus accepere.

Nec movet, quod Dd. ſtatuunt civi, qui prædio ſuo in commune comodum cedere cogitur, pretium vel ex fiſco vel ex contributione omnium ſolvendum eſſe. Nam hoc facto civi jus ſuum certum pleneque quæſitum aufertur, quod Princeps quidem ob neceſſitates reipublicæ poteſt, ſed cum hoc onus reipublicæ commune ſit, quod omnes cives ferre debent, non poteſt id uni ſoli imponi, ſed quod is plus ſua parte præſtitit, ei ſarciendum eſt. At in noſtra ſpecie ne quidem jus certo quæſitum auffertur: ſed de dubio & controverſo, de quo lis adhuc inter Principes durante quippe bello pendet, pacto pacis tranſigitur. Nec de onere communi reip. agitur, ſed de ſingulorum damnis caſu bellico datis, de quibus certum eſt quod Princeps ita ſtatuere poſſit: Nam & prædarum conceſſio eſt merum beneficium Principis, cui ſoli bello capta jure gentium acquiruntur, & qui proinde iis legem dicere, modumque ſtatuere poteſt. Bello vero amiſſa caſu periiſſe cenſentur, cum quod bello accidit caſu fieri conſtet. *l. 15. §. 2. ff. locad. cond.* quem nec Princeps, nec reliqui cives præſtare tenentur.

Nec minum Principem jura hujusmodi privata ſubjectorum remittere pacis cauſa poſſe, cum tanta ſit ejus in pace concludenda poteſtas, ut legibus quoque fundamentalibus, ut vocant, regni derogare poſſit, pacis & reip. cauſa. Factum id in pace Cameracenſi *de anno* 1529. *art.* 16. ubi rex Galliæ legi Salicæ, & *art. 20.* juri Albinagii multum detraxit. In pace Osnabrug. & Munaſt. Septemviratus, imperii aurea bulla conſtitutus, in octoviratum verſus eſt. vid pac. Osnabrug. *art.* 4. §. 5. ubi dicitur: id publicæ tranquillitatis cauſa ab imperatore & imperio conſtitutum.

Illud quoque indubium eſt, Principem de bonis etiam eccleſiaſticis pacis cauſa tranſigere, eaque alienare poſſe, idque duplici jure: Cum enim de iis bonis controverſiæ inter Principes vel Epiſcopos, qui jus belli gerendi habent, eſſe & bella geri poſſint; neceſſe omnino eſt ut inter eosdem etiam pax valida de iis fieri queat. Neque enim ratio patitur ut de his bonis bella geri, non autem componi poſſint; atque ut per vim diſceptandi de iis, nulla autem tranſigendi decidendique via ac ratio ſit. Quid vero periculoſius funeſtiusque rei eccleſiaſticæ ſtatui poſſet, quam negare pacem jure validam de rebus eccleſiæ fieri poſſe, ſed, excluſa ſpe & poteſtate pacis faciendæ, neceſſario ad internecionem eccleſiaſticorum bellandum eſſe? Quid ſi cum Barbaris bellum geratur, iisque cedendum integris principatibus, & quæ in iis continentur, bonis eccleſiaſticis? quod factum in bellis inter Hungaros & Turcas, aliisque. Nemo enim opinor qui ſit ſanæ mentis hodie ſtatuet infidelibus pacem ſervandam non eſſe; hos enim perfidiæ autores, ſi non deterret, atteſtat luctuoſa illa clades Varnenſis, qua divina Nemeſis, exemplo ad omnem memoriam tremendo, ulta eſt perfidiam Chriſtianorum, qui pacem cum Turcis factam hoc prætextu, quod eccleſiæ damnoſa eſſet, autore Pontifice ejusque legato Cardinale Juliano, ruperant: Ubi tam manifeſtum

§. I.

1. [a] Sicut de his quæ ex hoſtibus capiuntur, [b] ita & de poſtliminii jure nihil ferme ſane prodiderunt hi [c] qui retroactis ſæculis juris cognitionem profeſſi ſunt. [d] Accuratius hæc res a veteribus Romanis

apparuit Dei judicium cæſis Cardinale, perfidiæ autore, & rege perjuro, ut ipſi Turcæ eam eladem tanquam perfidiæ pœnam (ad publicam Chriſtianorum infamiam, quam nulla unquam deletura eſt ætas) agnoverint, maximisque gaudiis celebraverint: quod præter Chalcocond. *d. reb. Turc. lib. 6. & 7.* & Leunclav. *ann. turc. ad ann. 1444.* referuit Petr. Callimach. *lib. 2. de pugna Varnenſi.* Dubrav. *Hiſt. Boh. lib. 28.* Naucler. *Chron. gen. 49.* Joh. Nadangi *in Flor. Hung. lib. 3. c. 10.* qui hunc ejus fuiſſe tumulum ait.

Romulidæ Cannas, ego Vernam clade notavi;
Diſcite mortales non temerare fidem.
Me niſi pontifices juſſiſſent rumpere fœdus,
Non ferret ſcythium Pannonis ora jugum.

Atque hoc jus tranſigendi de bonis eccleſiaſticis per pacem vel amneſtiam, concedit quoque ſeculari poteſtati Gudelious *d. jure. pac cap. 5. & 9.*

(II) Competit id jus paciſcendi de bonis eccleſiaſticis Principibus ex jure imperii & ſummæ poteſtatis, quam Principes æque in eccleſiaſticos eorumque bona, ac in ſeculares habere tam certum eſt ac evidens, ut nullo unquam jure de eo dubitatum, nec in ulla unquam gente id controverſum fuerit, quod ex omni jure demonſtratum in *Diſſ. de fund. in territ. poteſt. Tit. 2.* Omnium minime autem (quicquid recentiores canones moliantur) inter Chriſtianos Imperatores id dubium fuit, qui inde a Conſtantino M. omnes, & in omnes indiſtincte perſonas eccleſiaſticas, & de omnibus juribus ac rebus eorum, leges pro arbitrio & cum plenaria poteſtate ſtatuerunt: quemadmodum hæ innumeræ leges publice hodieque extant in *Codice Theodoſiano & Juſtinianeo*, adeoque in ipſo jure communi; quin & in *capitulari Caroli M. & Ludovici Pii*, quo continentur ſeptem libri & amplius legum eccleſiaſticarum, quæ a Lindenbrogio editæ *de rebus ac perſonis eccleſiæ*, & per plurima ſecula inter Chriſtianos nemine contradicente, obſervatæ ſunt. Ut adeo nullo obtentu negari Principibus poſſit jus per pacem vel amneſtiam de bonis eccleſiaſticis ſtatuendi & diſponendi.

Ceſſare amneſtia videtur cum latronibus, piratis, prædonibus & rebellibus: idque plures ſentiunt. Verum etſi ratione cædium ab ipſis perpetratarum &c. non valeat amneſtia, per th. 1. & 2. tamen aliæ eorum injuriæ, quarum princeps gratiam facere poteſt, per amneſtiam iis remitti, recipique illi poſſunt. *th. 3.* (III) Paci quoque Turcis non facile additur.

Ceſſat denique (IV) regulariter amneſtia in induciis & armiſtitiis; cum enim per ea tantum ſuspendatur ad tempus laceſſendi licentia, finitisque iis cuique partium integrum ſit iterum perſequi injurias hoſtium; hinc cum eorum natura pugnat perpetua & illimitata injuriarum oblivio. Unde nec in tractatu armiſtitii Cæſareo-Gallici, in Gallo-Hiſpanici, qui uterque Ratisbonæ d $\frac{5}{15}$ Aug. 1684. concluſus eſt, addita eſt amneſtiæ clauſula. Nec in induciis Teronanenſibus *ann. 1537.* & Nicenſibus *ann. 1538.* inter Carol. V. & Franciſcum I. initis dicitur, quod fida amicitia vel amneſtia eſſe debeat, ſed tantum quod fidæ induciæ & ſuſpenſio armorum &c. Quod & obſervatum ſactis induciis inter Carol. V. & Henricum II. Galliæ Regem. *ann 1555.*

Poſtet tamen & in induciis aliqua amicitiæ pactio fieri limitata, ſcil. ad tempus induciarum, ut factum *in armiſtitio Cæſ. Gall. art. 3.* Item in induciis Belgicis, *de ann.* 1509. apud Baudium *de induc. bell. Belg. ad fin. art. 4.* Nam & in fœdere Atheniænſium & Argivorum apud Thucyd. *lib. 5.* conventum eſt Συμμάχυς εἶναι ἑκατὸν ἔτη *ut ſocietas ſit 100 annos.* Sed id primo ſupervacuum, nec pacto induciis adjecta eſt, ſed induciæ ipſæ; ipſa quippe induciarum natura id continetur, ne interim invicem lædant. Cæterum vix eſt ut dici queat amicitia, nedum amneſtia ſeu oblivio injuriarum, ſi poſt 100. annos eas iterum perſequi liceat: At συμμαχία ſeu ſocietas temporaria eſſe poteſt: Ut proinde recte veteres συμμαχίαν quidem induciis quoque tribuerint, non vero φιλίαν ſeu amicitiam; nedum amneſtiam: quia amicitiæ clauſula non videtur pertinere ad pactiones, quibus inimicitiæ & lites non ſopiuntur & tolluntur, ſed ſuſpenduntur. Improprie igitur in prædictis armiſtitiis & induciis accipitur, nec in aliis facile occurrit.

„a) (SICUT DE HIS QUÆ EX HOSTIBUS CAPIUNTUR &c:) De quibus cap. 6. 7. & 8. tractavit.

„b) (ITA ET DE POSTLIMINII JURE NIHIL FERME SANI PRODIDERUNT &c.) Statim videbimus, ſaniora non eſſe quæ de origine hujus juris prodit ipſe Grotius.

„c) (QUI RETROACTIS SÆCULIS JURIS COGNITIONEM PROFESSI SUNT:) Et quibus Grotius parum in diſciplina juris gentium ſe tribuere profeſſus eſt in *Prol.* §. *54.*

„d) (ACCURATIUS HÆC RES A VETERIBUS ROMANIS TRACTATA EST:) Illis ſcl. Jctis, quorum opera in Pandectis, Codicibus Theodoſiano & Juſtinianeo, & in Novellis conſtitutionibus apparent, & quibus multum ſe deferre Grotius dixit in *Prol.* §. *53.*

„e)

Romanis tractata eſt, *e* ſed ſæpe confuſe nimis, ita *f* ut quæ juris gentium, quæque civilis Romani eſſe vellent, lector nequiret diſtinguere.

2. De

,,*e*) (SED. SÆPE CONFUSE NIMIS:) Contrariom
,,mox demonſtrabimus.

,,*f*) (UT QUÆ JURIS GENTIUM, QOÆQOE CI-
,,VILIS ROMANI ESSE VELLENT, LECTOR NEQUI-
,,RET OISTINGUERE:) At in eo ipſo errat Auctor,
,,quod circa jus poſtliminii diſtinguat inter *jus na-*
,,*turæ, & jus gentium voluntarium*; cum tale jus
,,geminn non exiſtat, adeoque fruſtra quæratur
,,quid jure gentinm obtineat. Quid vero jure ci-
,,vili additum ſit id ex ipſa ratione, in legibus Ro-
,,manis expoſita, facile diſtingui poteſt; quod in
,,proceſſu patebit.

,,Cum vero ſyſtema Grotii obſcurum admo-
,,dum, nec ab ullo interpretum ſatis explicatum
,,ſit, paulo uberius id exponendum erit.

,,I. Ex præcedentibus repetendum eſt: Groti-
,,um in bellis ſupponere aliud juſtum eſſe EX JURE
,,NATURÆ; aliud EX JURE GENTIUM VOLUNTA-
,,RIO. *Vid. ſupr. c. 1. §. 1. lit. f.*

,,II. JURE NATURÆ enim hoſtem lædere, & res
,,ejus capere, tunc demum licere ait, ſi is qui bel-
,,lum gerit JUSTAM HABEAT CAUSAM, ea autem
,,deficiente omnes bellum gerentis actus eſſe in-
,,juſtos, indeque eum nec capere hoſtem oec res
,,ejus poſſe. *Vid. lib. 3. c. 1. §. 1. n. 2. cap. 10. §. 3.*
,,*& 4. cap. 13. §. 1. n. 1. cap. 16. §. 1.*

,,III. JURE GENTIUM VOLUNTARIO mutatum
,,eſſe jus uaturæ fingit: Gentesque inter ſe conſti-
,,tuiſſe ait, ut inter duas ſummas poteſtates DE JU-
,,STITIA CAUSÆ quæri non debeat: Adeoque hoc
,,jure gentium hoſtem ejusque res etiam ex injuſta
,,cauſa capi poſſe, & paeatas gentes id pro jure ha-
,,bere: Etſi ad eſtectum ſaltem externum. *Vid.*
,,*Diſſ. Proœm. IV. §. 63. ſeq.*

,,IV. Ex his principiis Auctor infert JURE NA-
,,TURÆ perſonas & res noſtras ab hoſte captas,
,,POSTLIMINIUM NON HABERE, ſi cauſa civitatis
,,noſtræ juſta non eſt, HABERE autem ſi juſta eſt,
,,hoſtis autem injuria bellum gerit.

,,*Priori* enim caſu perſonas & res noſtræ civi-
,,tatis jure capi, & hoſtem verum dominium re-
,,rum captarum acquirerere Grotius contendit;
,,indeque concludit, tantum abeſſe ut perſonæ & res
,,reverſæ POSTLIMINIUM habeant, ut civitas potius
,,teneatur hoſti res receptas (quarum dominium
,,jure amiſit) reſtituere.

,,*Poſteriori* caſu, ſi juſta nobis belli cauſa eſt,
,,res & perſonas *poſtliminio* omnia priſtina juria
,,recipere ait, quia hoſtis injuria res cepit, adeo-
,,que dominium earum nunquam amiſimus: Imo
,,hoſtis nobis res illas reſtituere ipſo jure obligatus
,,fuit. *Vid. infr. c. 16. §. 1. 2. 3. 4. & h. cap. §. 1. n. 1. & §. 2.*

,,V. At: quia difficile, imo periculoſum eſſe ait
,,inter duas ſummas poteſtates judicium ferre de
,,juſtitia cauſæ, Grotius fingit gentes inter ſe con-
,,veniſſe, ut is quoque hoſtis qui ex injuſta cauſa
,,capit dominium acquirat, adeoque res reverſæ
,,*jure poſtliminii* recipiantur: Unde concludit, ju-
,,RE GENTIUM VOLUNTARIO perſonas & res poſt-
,,liminio priſtina jura recipere ſive cauſa juſta ſit,
,,ſive non. *Diſſ. proœm. IV. §. 63. ſeq.*

,,VI. Non ſine ratione dubitavimus, num ſaniora
,,ſint principia Grotii, quam ea quæ recentiores
,,JCti prodiderunt: cum enim JUS GENTIUM VO-
,,LUNTARIUM non detur, ſponte corruit totum
,,ſyſtema Grotii circa JUS POSTLIMINII.

,,VII. Supereſt igitur, ut veram rationem JURIS
,,POSTLIMINII ex naturæ principiis adſtruamus, ſi-
,,mulque demonſtremus, Romanos JCtos illud ex
,,ipſa ratione naturali deduxiſſe.

,,VIII. Præmittendum autem eſt (1) NATURALI
,,quoque RATIONE de juſtitia cauſæ inter duas ſum-
,,mas poteſtates nec quæri, nec de ea conſtare poſ-
,,ſe: Sane *partibus* ipſis circa juſtitiam cauſæ fides
,,haberi nequit, quia quilibet ſuam cauſam juſtam
,,alterius iojuſtam prædicat; Sed uec *aliæ gentes*
,,judicium de juſtitia cauſæ ſibi arrogare poſſunt,
,,quia imperium in bellum gerentes ipſis non com-
,,petit.

,,(2) Durante igitur bello naturale eſt, ut cujus-
,,que partis judicium valeat in ſua civitate: adeo-
,,que EX JUDICIO NOSTRÆ CIVITATIS hoſtis noſter
,,injuria agit, & injuria res & perſonas civitatis no-
,,ſtræ capit: Unde ſponte ſequitur, easdem res eas-
,,demque perſonas, ſi a noſtra civitate recipiun-
,,tur, omnia priſtina jura recipere. Ratio ad-
,,ditur in *l. 19. pr. ff. Capt. & poſtl. natural.*
,,*enim æquitati conveniens eſſe* dicitur, *ut qui*
,,*per injuriam ab extraneis detinebatur, is ubi*
,,*in fines ſuos rediiſſet priſtinum jus ſuum recipe-*
,,*ret.*

,,E contrario ex JUDICIO CIVITATIS HOSTILIS
,,noſtra civitas injuria agit, rapit, capit; &c. ad-
,,eoque ex eadem ratione res & perſonæ a noſtra
,,civitate captæ, ſi ad hoſtiles fines revertuntur,
,,poſtliminio gaudent, id eſt, priſtina jura reci-
,,piunt in ſua civitate.

,,Cum igitur (3) in hac quæſtione, ubi natura
,,judex non eſt, moraliter de juſtitia cauſæ con-
,,ſtare non poſſit; neuter durante lite vere dici
,,poteſt *jure agere*, ſed conſcientiæ bellum geren-
,,tium id relinquendum eſt, qui proinde utrinque
,,agunt ac ſi jure agant: Et hoc eſt quod vulgo
,,proditum eſt, *utriusque factum pro jure haberi;*
,,certitudo enim moralis haberi nequit.

,,Hinc (4) ex ipſa ratione naturali ſequitur,
,,perſonas & res captas at mox reverſas & receptas
,,in ſua civitate POSTLIMINIUM habere, i. e. omnia
,,priſtina jura recipere, quia ex judicio cujusque
,,civitatis injuria captæ cenſentur.

,,IX. His Principiis juris Romani poſitis mirum
,,quam maxime videtur, cur cives Romani BELLO
,,CAPTI non gaudeant jure poſtliminii niſi ex fi-
,,ctione legis Corneliæ, (qua nunquam capti

„fuiſſe cenſentur): Si enim hoſtis injuria cives no-
„ſtros capit (uti jus Romanum in *l. 19. pr. capt.*
„*& poſtl.* ſupponit) nullam rationem dari poſſe
„videtur, cur reverſi non ipſo jure priſtina jura
„recipiant; & cur actus a capto durante captivi-
„tate geſti, etiam poſt legem Corneliam pro nul-
„lis habeantur.

„Rationem hujus rei paulo plenius examinabi-
„mus, quia nemo interpretum veram hujus fictio-
„nis cauſam indagavit: Res ita ſe habet.

„(1) Veteres Romani odio captivorum (Vid.
„infr. §. 4. n. 2.) ſuppoſuere, cives Romanos ab
„hoſte captos libertatem amiſiſſe, *L. 21. §. 1. l. 24.*
„*ff. capt. & poſtl. l.* 19. §. *3. Eod.* & vere ſervos
„factos eſſe *d. l. 24. l. 36. ff. Relig. l.* 13. *pr. Teſtam.*
„Conſ. §. *5. Inſt quib. mod. patr. Ulpian. fragm. tit.*
„10. §. 4. *Paul Sent. III. 4.* §. *L. 1. ff. de Divort. l. 5. §.*
„*2. l. 2. pr. capt. & poſtl.* Quod vel exinde con-
„firmatur, quia demum per legem Corneliam ca-
„pti finguntur nunquam capti, adeoque nunquam
„ſervi fuiſſe: Qua fictione opus non fuiſſet ſi libe-
„ri in ſua civitate manſiſſent. Atque hæc ratio
„eſt cur bello civili & a latronibus capti poſtliminio
„opus non habebuerint, quia ſervi non fiebant. *l.*
„21. §. 1. *l. 24. ff. capt. & poſtl.*

„Hoc principio poſito, capti deſinebant eſſe ci-
„ves, *L. 5.* §. *1. capt. & poſtl.* & pro NULLIS, *l. 32.*
„*ff. R. S. l. 7. pr. Leg. Falc.* id eſt pro civiliter
„mortuis habebantur *tot. tit. Inſt. de cap. min. l.*
„*209. R. I. l. 59. pr. cond eidem.* eoque omnis juris
„incapaces dicebantur, *l. 3. in fin. cap. min.* cum qui-
„bus nulla eſſet juris communio. *l. 20.* §. *6. His*
„*qui teſt.*

„Effectus hujus rei inſignis hic fuit, quod (a)
„per ſervitutem iſtam deſierit patria poteſtas: *§. 5.*
„*Inſt. 2. in p. Quem. patr.* & (b) matrimonium capti
„diſſolvatur; etſi uxor in domo mariti capti habi-
„tet, & conjugium continuare velit. *L. 1. ff. di-*
„*vort. l. 12. §. 4. capt. & poſtl.* (c) Quod captus
„ſi nubit, non contrahat matrimonium ſed contu-
„bernium: & ex tali matrimonio nati ſint ſpurii.
„*L. 1. C. poſtl.* Imo (d) liberi ex parentibus captis
„nati, ſi patre in captivitate mortuo revertuntur,
„pro ſpuriis habentur. *l. 24. capt. & poſtl.* etſi cum
„matre revertantur: *ibid.* (e) quod teſtamentum du-
„rante captivitate confectum nullum ſit: *arg. l.* 12.
„*ff. Teſtam. l.* 12. *§. 5. capt. & poſtl.* (f) quod ſub-
„tili jure nec codicilli capti valeant, etſi teſtamento
„quod liber fecit ſint confirmati: *L. 12.* §. 5. *ff*
„*captiv.* (g) quod captus etſi per 30. annos domi
„rem alienam teneat, eam non uſucapiat: *l. 29. ff.*
„*captiv.* (h) quod capti nec liberos nec agnatus
„*l.* 12. §. 4. *ff. Accuſ.* adeoque nec hæreditatem,
„nec hæredem habuerint, *arg. l. 18 ff. ad leg. Fal-*
„*cid* indeque (i) bona eorum fiſco ceſſerint. *l. 36.*
„*Relig. l. 31. ff. Jur. fiſc. arg. l. 19. C. Poſtlim.*
„Denique & (k) quod cives capti & reverſi
„(civiliter, quippe mortui) POSTLIMINIO non gau-
„derent ante legem Corneliam.

„X. Huc jus atque hunc rigorem juris Ro-
„mani in captos Prætor Cornelius Sylla æqui-
„tati naturali contrariari exiſtimavit, & iniquum
„quam maxime judicavit eum, qui ex judicio no-
„ſtræ civitatis injuria captus eſt, (vid. l. 19. pr.
„captiv) ſi revertitur, a juribus civitatis excludere.

„Cum vero directo jus civile tollere non potu-
„erit, per indirectum ſuccurrere captis voluit: In-
„deque (ne contra rationem juris Romani ſervis
„jurium communionem permiſiſſe videatur) ſup-
„ponit, civem nunquam captum, adeoque nunquam
„ſervum fuiſſe. Atque hunc in finem fingit ca-
„ptum, ſi in ſervitute *moritur*, retro in momen-
„to captivitatis deceſſiſſe videri; *l. 10. l. 18. l. 22.* §.
„*2. captiv. §. 5. Inſt. Quib. mod. p. p. 1.* Si vero ad
„ſuam civitatem *revertitur*, fingit eum nunquam
„captum adeoque nunquam ſervum fuiſſe. *d. §. 5.*
„*l. 5. §. 1. l 12.* §. 1. 6. 7. *l. 22. §. 2 ff. captiv.*

„Per legem Corneliam igitur jus civis capti in
„pendenti eſt; *d. l.* 22. §. 2. *&* 3. *d. l.* 12. §. 1. *d.*
„§. 5. & ab eventu dependet, an moriatur in capti-
„vitate, an revertatur. *L. 9. ff. de ſuis & leg. Ulp. tit.*
„10. §. 4. Utroque autem caſu ſervus non fuiſſe
„fingitur.

„XI. Per hanc fictionem legis Corneliæ hacte-
„nus reductum eſt jus naturæ, ut civis per injuriam
„captus, ſi revertitur, omnia jura recipiat, NB.
„quæ cum caperetur in civitate habuit, ita, ut & ipſe
„hæredem in ſua civitate habere, & ipſe hæredita-
„tes ſibi delatas acquirere poſſit, ac ſi captus nun-
„quam fuiſſet. *L. 18. ff. ad leg. Falc.*

„At manebat ille rigor juris Romani, illaque ini-
„quitas ratione actuum intermediorum, quos ut
„ſervus, adeoque durante captivitate, peregit:
„Cum enim fingatur nunquam ſervus fuiſſe, ne-
„ceſſario ſequitur etiam actus illos eadem fictione
„nunquam peractos fuiſſe: Hinc poſt legem Cor-
„neliam quoque teſtamentum apud hoſtes con-
„fectum nullum fuit. *l. 8. pr. teſtam.* nec valuit
„jure militari; *l. 10. ff. Teſt. milit.* etſi poſtea rever-
„ſus fuerit. *L. 9. ff. In juſt. teſt*: Natus ex capto pro
„ſpurio habebatur, ſi pater in captivitate morie-
„batur: etſi mater cum filio reverſa fuerit. *l 25. ff.*
„*captiv. l. 1. C. Capt. & poſtl.* Lex enim Cornelia ca-
„ptum non exiſtere fingit, i. e. eum, qua ſervum, pro
„nullo habet. Sed & diſpoſitiones medio tempore
„inter vivos factæ nullæ fuerunt. *Nov. Leon. 140.*

„Hanc iniquitatem Imperator Leo demum ſuſtu-
„lit, ſtatuitque captis facultatem de jure ſuo di-
„ſponendi denegandam non eſſe, ſed actus, quos
„durante captivitate perfecerunt, in civitate ſuæ
„pleniſſimum effectum juris habere debere; quod
„rationi naturali quam maxime convenit, quia
„ex judicio civitatis noſtræ injuria captus cenſe-
„tur, adeoque reverſus omnia jura recipit: Et Leo
„*in Nov.* 140. non immerito rigorem illum juris
„Romani contra bello captos improbat, *quaſi cul-*
„*pam commiſerint quod pro tribulibus* (i. e. mem-
„bris ejusdem tribus) *propugnando in captivitatis*
„*neceſſitatem pervenerint.*

„Adeoque per legem Corneliam & per Novel-
„lam Leonis jus naturæ reductum eſt, i. e. ſi res
„noſtra ab hoſte capta a noſtris recipitur, priſti-
„no domino reſtituenda eſt, & perſona capta, ac
„ad fines noſtræ civitatis reverſa, citra fictionem
„legis Corneliæ, omnia jura recipit, actusque capti
„durante captivitate geſti, ejusque diſpoſitiones,
„in ſua civitate pleniſſimum juris effectum habent.

„Atque

2. De voce poſtliminii rejicienda Servii ſententia, [g] qui partem ejus poſteriorem productionem putat eſſe verbi ſine ſignificatu: ſe-quendus [h] Scævola, qui junctum docebat eſſe verbum a * *poſt*, quod reditum notat, & *limine*. Nam *limen* & *limes* exitu & flexionis modo differunt, cum alioqui origine (veniunt enim [i] ab antiqua voce *limo*, quæ *transverſum* ſignificat) & primitiva notione idem ſint, ſicut materia & materies, pavus & pavo, [k] contagio & contages, cucumis & cucumer, quanquam uſu ſeriore factum eſt [l] ut *limen* magis ad privata, *limes* ad publica referretur. Sic veteres eliminare dicebant e finibus ejicere, & exilium [m] nominabant eliminium.

g Cicer. Topic. c. 8 & ibidem Boeth.

§. II.

1. [a] Eſt ergo poſtliminium jus quod naſcitur [b] ex reditu in limen,

„Atque hoc jus hodieque inter gentes Chriſtianas „obtinet.

„Hine jam apparet jus Romanum in genere „eum jure naturæ convenire, & JCtos rationem „juris poſtliminii in æquitate naturali poſuiſſe. *l.* „*19. pr. ff. capt. & poſtl.* Sed & porro ex ante di„ctis conſtat, quid Romano jure additum ſit juri „naturæ: & quidem CIRCA PERSONAS: (a) quod „bello capti etiam ex judicio civitatis Romanæ „pro ſervis, adeoque (b) omnis juris in ſua civita„te incapaces, & (c) pro mortuis habiti fuerint, „ac (d) reverſi non niſi per fictionem legis Corne„liæ priſtina jura receperint, (e) quod lex Corne„lia tantum reverſis in eodem bello ſuccurrat, „*l. 5. §. 1 captur.* non vero ſi in alio bello rever„tuntur, *dict. l. 5. §. 1. l. 12. pr. l. 17. capt. & poſtl.* (f) „Quod etiam poſt legem Corneliam omnes diſpoſi„tiones durante captivitate factæ effectu juris deſti„tuantur. *Nov. Leon.* 140.

„CIRCA RES quoque captas ſingularia quædam „jure Romano ſtatuta legimus: Non enim gau„dent poſtliminio arma amiſſa, veſtes, naves quæ „uſum in bello non habent, ut voluptuariæ &c. „*l. 2. §. 2. l. 3. captiv.* Hæ igitur res in præda „eſſe dicuntur, adeoque reverſæ priſtinis dominis „non reſtituuntur: Rationes juris Romani in ſe„quentibus exponemus.

g) (QUI PARTEM EJUS POSTERIOREM PRODUCTIONEM PUTAT ESSE VERBI:) Servius omnem ſignificationem pouit in verbo *poſt*: & *liminium* ait eſſe ſaltem productionem verbi; ut in vocibus *legitimum finitimum*, ubi itidem *timum* ſaltem eſt productio vocis abſque ſignificatu, & illud *tullium* in voce *meditullium*: *Vid. Cic. in Topicis: n. 8. oper. tom. 4. p. m. 398.*

„*h*) (SCÆVOLA:) Verba ejus apud Ciceronem „*d. l.* hæc ſunt: *Quæ a nobis alienata ſunt cum* „*ad hoſtem pervenerint, & ex ſuo tanquam* limine „*exierint, cum redierint ad idem* limen, *poſtlimi*„*nio dicuntur redire: Unde etiam* colliminium *di*„*citur apud Solinum, quaſi conjunctio ſeu coitio* „*limitum.*

*) (Grot.) (POST, QUOD REDITUM NOTAT:) Unde *Poſt-vorta Dea.* [quæ præerat partui mulierum. Vide AUL. GELL. *Noct. Attic.* Lib. XVI. Cap. 17. *J. B.*]

i) (Grot.) (AB ANTIQUA VOCE LIMO:) *Servius* ad XII. Æneidos, & *Donatus* ad illud Eunuchi (III. 5. 63.) *limis oculis.* Feſtus· *Limus, obliquus, id eſt, transverſus, unde & limina. Iſidorus* libro XV. c. 14 *limites appellati antiquo verbo transverſi nam transverſa omnia antiqui lima dicebant. a quo & limina oſtiorum, per quæ foris & intus itur: & limites, quod per eos foras in agros eatur.* In Gloſſario *limes* πλάγιος ὁδός.

ADDITIO.

„Limus etiam limis dicitur, Donatus ad illud „Terentii *Eun. act. 3. Scen. 8.* ad verba, ego „limis ſpectu: *Limis*, inquit, *ſi nominativus* „*ſingularis eſt, transverſus ſignificat. &c. Nam* „*limus eſt transverſus; unde limen quoque di*„*citur, quod ingredientibus exeuntibusque trans*„*verſum eſt*: Rejicit hanc etymologiam Salmaſius „*Obſerv. ad jus Attic. c. 26. p.* 568.

k) (Grot.) (CONTAGIO ET CONTAGES:) *Compages* & *compago*, quod ipſum olim fuit *compagen*, ut docet genitivus, & verbum inde deductum, ſicut & *ſanguis* fuit *ſanguen.*

l) (UT LIMEN MAGIS AD PRIVATA:) *Limen* enim de domo dicitur, Germanice die Schwelle vom Haus: *limes* vero de agris: Livius quoque *limitem civitatis* dixit.

m) (Grot.) (NOMINABANT ELIMINIUM:) Et *colliminium* in *Solino* (Cap. 15. vel 25.) eſt quod vulgo *collimitium.*

„*a*) (EST ERGO POSTLIMINIUM JUS QUOD NA„SCITUR EX REDITU:) Seu, uti JCtus illud deſcri„bit in *l. 19. pr. Capt. & poſtl. jus amiſſæ rei re*„*cuperandæ*: Quæ definitio verior eſt, quia datur „poſtliminium ſine reditu, & aliquando jus eſt

L. 5. §. 1. D. de capt. L. 19 § 3. ib.

men, id eſt fines publicos. Sic [c] Pomponius reverſum poſtliminio ait qui [d] intra præſidia noſtra eſſe cœpit. [e] Paulus cum in fines noſtros intraverit. Sed ex paritate rationis [f] conſenſus gentium rem eo perduxit, ut poſtliminium locum haberet etiam ſi quis homo, aut res ejus generis [g] in quo poſtliminium eſſe placuerat [h] perveniſſet ad amicos noſtros, ut loquitur dicto loco Pomponius, aut, ut Paulus exempli cauſa explicat, [i] ad regem ſocium vel amicum. Quibus in locis [k] amici aut ſocii intelligendi ſunt [l] non ſimpliciter quibuscum pax eſt, [m] ſed qui partes in bello easdem ſequuntur; ad quos qui venerunt, ut Paulus loquitur, [n] nomine publico tuti eſſe incipiunt. Nihil enim intereſſe, [o] homo aut res, ad hos, aut ad ſuos pervenerit.

Polyb. III. c. 24.

2. Apud eos vero qui amici ſunt, ſed non earundem partium, [p] bello capti ſtatum non mutant [q] niſi ex ſpeciali pacto; quomodo in ſecundo fœdere icto inter Romanos [r] & Carthaginenſes convenerat,

„rem amiſſam recuperandi, etſi extra noſtros limites nunquam fuerit. Nam duplex eſt poſtliminium: (1) quando perſona vel res noſtræ civitatis ab hoſte capitur, & intra ejus fines ſeu præſidia abducitur, eoque in hoſtis poteſtatem pervenit, ac poſtea intra limites noſtros redit. (2) quando civitas noſtra ab hoſte occupatur, poſtea vero, bello durante, a nobis vel ſociis noſtris recipitur: hoc caſu civitas priſtina jura, tum publica tum privata recipit, at non *reditu*.

b) (Grot.) (EX REDITU IN LIMEN:) Hinc ſumta translatione *poſtliminium eccleſiaſticæ pacis* dixit *Tertullianus* de pudicitia, (Cap. 15.)

„*c*) (POMPONIUS:) *L.* 14. §. 1. *ff. Capt. & poſtl.*

„*d*) (INTRA PRÆSIDIA:) Uti captus is demum dicitur qui intra præſidia noſtra deducitur *Vid. ſupra c. 6. §. 3.* Tunc enim demum in noſtra cuſtodia & poteſtate eſt.

„*e*) (PAULUS:) *L.* 19. *pr. ff. de capt. & poſtl.*

„*f*) (CONSENSUS GENTIUM REM EO PERDUXIT:) Imo id ex ipſo jure naturæ ſequitur: Nam ſi civis noſter, qui captus fuit, redit ad ſocios noſtros, omnia ſua priſtina jura ideo recipit, quia ſocius ſequitur noſtrum judicium, noſtramque defendit cauſam: adeoque ex judicio ſocii injuria captus cenſetur: Hinc Ælius Gallus apud *Feſtum Pomp. voce Poſtliminium: quæ nationes in opinione noſtra ſunt* cum his poſtliminium nobis eſſe, ait.

„*g*) (IN QUO POSTLIMINIUM ESSE PLACUERAT:) Dixi, reverſum ad ſocios noſtros recipere priſtina jura non ex placito gentium, ſed ex ipſa naturæ ratione.

„*h*) (PERVENISSET AD AMICOS NOSTROS:) Qui judicium noſtræ civitatis ſequuntur.

„*i*) (AD REGEM SOCIUM VEL AMICUM:) Recte Auctor ait exempli cauſa id additum; nam idem eſt ſi ad populum ſeu rem publicam ſociam redux factus fuerit.

k) (Grot.) (AMICI AUT SOCII INTELLIGENDI SUNT NON SIMPLICITER QUIBUSCUM PAX EST:) Ita ſenſiſſe Maroci & Feſæ regem apparet ex *Thuani* libro cxxx, in anno CIƆ IƆC III.

„*l*) (NON SIMPLICITER QUIBUSCUM PAX EST:) Hi enim medii dicuntur, & utriusque factum pro jure habent, ac judicium ſuum ſuſpendunt; indeque neutrum injuria facere aſſerunt.

„*m*) (SED QUI PARTES IN BELLO EASDEM SEQUUNTUR:) Adeoque qui injuria captum aſſerunt.

„*n*) (NOMINE PUBLICO TUTI ESSE INCIPIUNT:) Quod fit ſi intra eorum præſidia pervenerint.

„*o*) (HOMO AUT RES AD NOS AUT AD SUOS PERVENERIT:) Iuxta judicium enim & noſtræ civitatis & ſociorum, perſonæ hæ ac res injuria captæ cenſentur.

„*p*) (BELLO CAPTI STATUM NON MUTANT:) Dixi enim Medios, qui neutrius partem ſequuntur, utriusque factum pro jure habere; indeque ſequi debere illum ſtatum in quo perſona vel res conſtituta eſt cum intra limites mediorum pervenit: Si quis igitur eo pervenit ut ſervus, etiam pro ſervo habetur; ſi ut liber, manet liber. *Vid. infr. cap.* 17.

„*q*) (NISI EX SPECIALI PACTO, QUOMODO IN SECUNDO FOEDERE ICTO &c.) Apud *Polyb. l. 3. c.* 24. Adeoque non ex jure naturæ, ſed ex pacto Romanorum, amici a Carthaginenſibus capti libertatem recuperabant ſi ad Romanorum fines perveniebant: jure naturæ enim Romani, utpote medii, factum Carthaginenſium pro jure habere, adeoque captos pro jure captis habere debuiſſent.

„*r*)

venerat, ut qui a Carthaginenſibus capti e populis amicis Romanorum in portus Romanis ſubditos veniſſent, in libertatem vindicari poſſent: [r] utque Carthaginenſium amicis par jus eſſet. Ideo [s] qui Romanorum bello Punico ſecundo capti [t] in Græciam commercio *Plut. Flamin. pag. 376.377.* pervenerant, [u] jus ibi poſtliminii non habuerunt, quia Græci in eo bello [v] neutras ſecuti fuerant partes: [w] ac propterea opus fuit eos redimi ut liberarentur. Quin & apud Homerum non uno in loco videmus bello captos in locis pacatis venditos, ut Lycaonem Iliados Φ. Eurimeduſam Odyſſeæ H. *Verſ. 35. & ſeq. Verſ. 8. & ſeq.*

§. III.

Vetus Romanorum locutio receptos poſtliminio etiam homines liberos dicebat. *Poſtliminio receptum*, [a] (ita enim legendum eſt) *Feſt. Pomp. voce Poſtlimin.* *Gallus Ælius in libro primo ſignificationum quæ ad jus pertinent, ait eſſe eum, qui liber ex qua civitate in aliam civitatem abierat, in eandem civitatem redit, eo jure quod conſtitutum eſt de poſtliminiis. Item qui ſervus a nobis in hoſtium poteſtatem pervenit, poſtea ad nos, redit in ejus poteſtatem cujus antea fuit, jure poſtliminii. Equi & muli & navis* [b] *eadem ratio eſt in poſtliminii receptu* (ita tria hæc verba, [c] quæ delenda cenſet vir incomparabilis in Romani juris ſtudio [d] Jacobus Cujacius, levi mutatione retineri poſſe arbitror) *quæ ſervi: quæ genera rerum ab hoſtibus ad nos poſtliminio redeunt, eadem genera rerum* [e] *a nobis ad hoſtes redire poſſunt.* Sed poſteriores Romani Juris-

„*r*) (UTQUE CARTHAGINENSIUM AMICIS PAR „JUS ESSET:) Ut qui a Romanis capti e populis „amicis Carthaginenſium in portus Carthagini „ſubditos veniſſent, in libertatem vindicari poſ„ſent.

s) (Grot.) (QUI ROMANORUM BELLO PUNICO SECUNDO CAPTI IN GRÆCIAM COMMERCIO PERVENERANT, JUS IBI POSTLIMINII NON HABUERUNT:) *Valerius Maximus* lib. v, cap. II. n. 6. *Diodorus Siculus* excerpto legationum n. 3. Sic & Rhodii quos Athenienſium cives bello Philippi emerant, liberaliter Athenienſibus reddidere. *Polybius* excerpto legationum n. 3.

„*t*) (IN GRÆCIAM COMMERCIO PERVENERANT:) „i. e. quos Græci, qui medii erant, a Pœnis vi„ctoribus pretio emerant.

„*u*) (JUS IBI POSTLIMINII NON HABUERUNT:) „Nam cauſam a Pœnis habuerunt, ſane Romani „a Pœnis capti ſervi fuerunt cum ad fines Græ„corum pervenerunt: at pacati hunc ſtatum ſe„quuntur. *Vid. lit. w.*

„*v*) (NEUTRAS SECUTI FUERANT PARTES:) „Adeoque medii erant.

„*w*) (AC PROPTEREA:) Quia medii ſequuntur „ſtatum rei qui eſt dum pervenit ad eorum fines.

(AD §. III) Auctor hic ex JCtis Romanis probat, in perſonis æque ac rebus poſtliminio locum eſſe, & de utriſque olim dictum fuiſſe, *poſtliminio recipi:* poſterioribus autem demum temporibus uſitatam fuiſſe locutionem, ut perſonæ dicantur *poſtliminio reverti*, res autem *poſtliminio recipi*.

„*a*) (ITA ENIM LEGENDUM:) Sequitur id ex „ipſo contextu: Nam Feſtus ad vocem *poſtlimi„nium:* ſequentia notat: *receptum* (Scilicet poſt„liminio) *Gallus Ælius ait eſſe eum &c.*

„*b*) (EADEM RATIO EST IN POSTLIMINII RE„CEPTU QUÆ IN SERVIS:) In editione Gothufre„di verba hæc inveniuntur: *eadem ratio eſt poſtli„minium receptum eſt qua ſervi:* Ego potius lege„rem: *eadem ratio eſt poſtliminii receptus qua ſervi.*

„*c*) (QUÆ DELENDA CENSET:) Quod ſuper„vacua eſſe videantur.

„*d*) (JACOBUS CUJACIUS:) Salmaſius *pag. 580.* „putat Fulvium Urſinum id cenſuiſſe, non Cujaci„um: Atque id monet quoque Gronovius *in not.* „*b.* At Cujacius omnino verba vulgaris editionis „*poſtliminium receptum is &c.* tanquam ſuperva„cua delenda cenſet: *L. 11. Obs. c. 23. & in para„titl. ad Cod. l. 7. tit. 49. p. m. 197.*

„*e*) (A NOBIS AD HOSTES REDIRE POSSUNT:) „Quia

L. 14. D. de capt. & poſtl. rev. Juriſconſulti *f* diſcrete magis duas ſtatuerunt ſpecies poſtliminii, ut aut nos revertamur, ut aliquid recipiamus.

§. IV.

L. 12. D. eodem tit. d. l. poſtliminii. I. *a* Retinendum & illud Thryphonini, qui poſtliminii jus competere ait *b* in bello aut *c* in pace; *d* ſenſu paulo aliquo quam quo idem dixerat Pomponius. In pace poſtliminium, *e* niſi aliter convenerit, eſt *f* his qui non virtute bellica ſuperati, ſed fato ſuo deprehenſi

„Quia ex judicio civitatis hoſtilis injuria a nobis „capta cenſentur.

„*f*) (DISCRETE MAGIS DUAS STATUERUNT „SPECIES POSTLIMINII:) Equidem Pomponius in „*L. 14. pr. ff. capt. & poſtl.* & Tryphoninus in *l.* „*12. §. 1. & §. 18. in fin. Eod.* (Quorum ille ſub Com„modo, hic ſub Caracalla vixit.) ajunt perſonas *re*„*verti*, res *recipi*: at Paulus qui poſterior fuit, & „ſub Alexandro Severo ſcripſit, etiam de perſo„nis ait quod recipiantur. *l. 19. §. 12. ff. poſtl.* „Adeoque poſteriores quoque JCti indiſcrete per„ſonam mox *reverti* mox *recipi* poſtliminio dixe„re: Eodem modo uti & res poſtliminio *redire* „paſſim dicuntur. *l. 28. ff. capt. & poſtl.*

„*a*) (RETINENDUM & ILLUD TRYPHONINI:) „in *l. 12. pr. ff. de captiv.*

„*b*) (IN BELLO:) Si ſcl. durante bello virtute „bellica hoſtium poteſtati ſe eximit, & ad ſuam „civitatem redit. Quod adeo verum eſt, ut, ſi „capti illi per commercia ad pacatos veniunt ibi„que ſerviunt, tandem autem ad priſtinos lares „revertuntur, poſtliminio recipiantur. Et hoc „ſenſu admitti poteſt quod Gallus Ælius dixit, *et*„*iam cum fœderatis & liberis populis ac regibus* „*poſtliminium eſſe, ut cum hoſte*; quia pacatus ille, „qui cauſam ab hoſte habet, ſervum vel rem ac„quirit cum ſua qualitate & conditione, i. e, ſal„vo jure poſtliminii. *Vid. Grot. h. c. §. 18.*

„*c*) (IN PACE:) Regulariter jus poſtliminii „tantum obtinet inter eos inter quos bellum eſt, „non vero cum iis cum quibus pax eſt. Tres „autem excipiuntur caſus, ubi poſtliminii jus et„iam in pace obtinet.

I) Si in pace nihil de captis dictum eſt. Etſi enim bellum ipſum i. e. jus certandi per vim ſublatum ſit, circa damna tamen medio tempore data nihil transactum eſt: adeoque res & cives noſtros injuria captos, etiam pace facta, aſſerimus. Quoties igitur res & cives a pacatis ad ſuam civitatem revertuntur, poſtliminio gaudent, i. e. omnia priſtina jura etiam IN PACE recipiunt.

Idque jure Romano quoque ita ſtatutum eſt circa eos qui FATO capti & in ſervitutem redacti ſunt; & excipiuntur ſaltem BELLO capti. *l. 12. pr. ff. poſtl. rer.* Hi enim pace facta non recipiuntur poſtliminii jure, niſi ſpeciatim id in pace dictum ſit: Rationem affert Tryphoninus, *quia ſpem revertendi civibus in virtute bellica magis quam in pace Romani eſſe voluere*: quæ ratio ceſſat in fato captis.

II) Si cives noſtri, vel res noſtræ bello captæ, per commercia ad medios perveniunt, & ab his ad noſtram civitatem revertuntur: Hoc caſu poſtliminio etiam contra pacatos & fœderatos adeoque IN PACE locus eſt. Rationem explicavimus in nota præcedente.

III) Si cum aliqua gente nobis neque amicitia, neque hoſpitium, neque fœdus amicitiæ cauſa habemus, ſed ubi cives noſtri qui ad eos perveniunt ſervi fiunt, & quod ex noſtro ad eos pervenit illorum fit, &c. etſi bellum ipſis denunciatum non ſit. Cum tali gente PAX eſſe dicitur, quia hoſtes jure Romano non ſunt niſi quibus bellum decretum eſt. *lib. 24. ff. captiv.* Capti igitur a tali gente, ſi ad ſuam civitatem revertuntur poſtliminium habere in PACE dicuntur. *L. 5. §. 2. capt & poſtl.*

„*d*) (SENSU PAOLO ALIO QUAM QUO IDEM „DIXERAT POMPONIUS:) Imo non alio ſenſu „Pomponius id dixit, ſed alio uſus eſt exemplo.

„*e*) (NISI ALIUD CONVENERIT:) i. e. niſi in „pace dictum ſit, ne fato deprehenſi dimittantur, „tunc enim ceſſat poſtliminium, & civitas profu„gum domino vindicanti reſtituere tenetur.

f) (Grot.) (HIS QUI NON VIRTUTE BELLICA SUPERATI, SED FATO SUO DEPREHENSI SUNT:) Vide exemplum apud *Parutam* belli Cyprii lib. I

ADDITIO.

„Mirum videtur cur *bello captis* in pace non ſit „jus poſtliminii, niſi id in pactis erat comprehen„ſum; *fato autem captis* in pace ſit poſtlimini„um, niſi in pace dictum ſit, ne eſſet.

„Grotius rationem differentiæ hanc reddit, „quod capiens credi voluerit jus ſibi fuiſſe res ca„piendi: Si igitur pace facta res capta & reverſa „reciperetur contradicente capiente, novam inde „bellorum ſegetem oriturам eſſe putat: Un„de Auctor fingit gentes conſenſiſſe ut id „quod BELLO, i. e. in actu repugnandi, captum „eſt, quaſi ex juſta cauſa captum habeatur; ſimul„que permiſiſſe, ut unusquisque uſurparet quod „vellet credi jus eſſe.

„Hanc autem rationem ceſſare, ait, in FATO „deprehenſis & captis: Utramque enim partem „fatari eos innocentes, adeoque non ex juſta cau-

„ſa

prehenſi ſunt,ut qui cum bellum ſubito exarſit apud hoſtes reperiuntur. *g* Aliis autem captivis in pace poſtliminium non eſt *h* niſi id pactis erat comprehenſum *i* ut optime cum Tryphonini locum emendat

„ſa captus eſſe: pace igitur facta (interim enim
„detineri poſſe putat) dimittendos eſſe cenſet, ad-
„eoque reverſos jure poſtliminii omnia priſtina
„jura recipere ſtatuit.

„At nihil hic eſt quod rationi juris conveniat.
„Negamus enim (1) novam belli ſegetem nritu-
„ram eſſe ſi pace facta bello capti aufugiunt, ac
„priſtina jura in ſua civitate recipiunt. Trypho-
„ninus enim ſupponit de captis nihil in pace di-
„ctum, adeoque facultatem vi agendi quidem per
„pacem ſublatam, at de injuria privata & de dam-
„nis transactum non eſſe: hactenus igitur inju-
„ria manet, ſed vi ea vindicari nequit: ſi proinde
„ſine vi verſona aut res recipi poteſt, (uti ſit per
„poſtliminium,) ſalva pace poſtliminio gaudent;
„& ſi qui olim cepit bellum ideo inchoare vel-
„let, non jure ageret ſed injuria.

„Negamus (2) gentes in id conſenſiſſe ut bel-
„lo capti ex juſta cauſa videantur capti, & ut
„quisque belligerantium uſurpare poſſit in bello
„captus quod vellet credi jus eſſe; adeoque nega-
„mus gentes ex hoc capite reverſis in pace poſtli-
„minium ademiſſe. Nam (a) unde apparet gentes
„in id conſenſiſſe? quis gentibus jus dedit bellum
„gerentibus leges præſcribendi? fabula eſt quæ
„de jure gentium voluntario traduntur. (b) Ipſe
„Auctor periculoſum eſſe dixit pacatis ſe huic
„controverſiæ immiſcere: immiſcerent autem ſe,
„ſi civitatem quæ poſtliminio perſonas & res re-
„cipit injuria recipere ſtatueret. Sed & (c) Grotius
„ſupponit gentes conſenſiſſe *ut quisque uſurpare*
„*poſſit quod velit credi jus eſſe*, at is qui recipit in
„pace perſonas & res captas, vult credi ſe id jure
„facere poſſe, adeoque hujus cauſa itidem juſta
„eſſet.

„Denique & (3) negamus FATO deprehenſos
„innocentes eſſe, idque utriusque partis conſenſu
„conſtare; adeoque negamus eos ex hac ratione pace
„facta dimitti debere, atque reverſos jure poſtlimi-
„nii prima jura recipere: Nam (a) naturali jure
„fato capti æque ac bello capti ex judicio civita-
„tis capientis nocentes ſunt, quod naturæ rationi-
„bus probavi ſupra *c.7.§.2.* Hinc Tryphoninus eos
„ſervos fieri fatetur. *d.l.12.pr.* Cum vero (b) ex judi-
„cio noſtræ civitatis injuria capti dicantur, hæc
„vera ratio eſt cur reverſi poſtliminium habeant,
„jam enim valet judicium noſtræ civitatis:

„IV. Cur ergo Romani pace facta negant *bello*
„*captis* poſtliminium, ſi nihil de iis in pace di-
„ctum eſt; dent autem illis qui *fato* capti ſunt?
„Reſp. Rationem ſuppeditat Tryphoninus in *d. l.*
„*12.* quæ mere civilis eſt, & fundamentum habet
„in rigore diſciplinæ militaris. Alibi enim pro-
„bavimus, miſeram apud Romanos fuiſſe conditio-
„nem civium bello captorum. Captos enim pro ſer-
„vis, i. e. pro civiliter mortuis, qui omnis iuris in ca-
paces eſſent, habebant; tantumque in eos fuit odium,
„ut rariſſime in pace de captis mentionem fecerint,
„eoque declaraverint, ſe illos pro civibus amplius
„habere nolle; atque ex hac ratione reverſos in
„pace a poſtliminio excluſerunt: Hæc ratio quoque
„a Tryphonino allegatur: dum ex Servio refert
„*ideo id placuiſſe, quia ſpem revertendi civibus in*
„*virtute bellica magis quam in pace Romani eſſe*
„*voluerunt.*

„Tota hæc ratio ceſſat in *fato* deprehenſis, qui
„non bello capti ſunt, ſed cum ſubito exarſiſſet
„bellum, apud eos deprehenduntur ad quos tan-
„quam ad amicos pervenerunt: odium igitur, quo
„Romani *bello* captos proſequebantur, ad eos qui
„*fato* capti capti ſunt, non pertinebat.

„Supereſt ut paucis mentem Auctoris, obſcuram
„admodum, explicemus.

„*g*) (ALIIS AUTEM CAPTIVIS:) Qui ſcilicet non
„fato, ſed bello decertantes capti ſunt.

h) (Grot) (NISI ID PACTIS ERAT COMPREHENSUM:) Vide *Joſephum* antiquæ hiſtoriæ XIII, 2. *Polybius* pacta ponit comprehendentia ut captivi redderentur in pace Philippi, Ætolorum, cum exceptione tamen, & Antiochi, excerptis de legationibus 9, 28, 35. Eadem exempla habet *Livius*, & præterea pacis cum Nabide. (*Lib* XXXIV. *Cap.* 35.) Similia aliquot ſuppeditat *Zoſimus*. Ut ecce Probi pax cum Vandalis & Burgundis ſic inita: ἐφ' ᾧτε καὶ τὴν λείαν καὶ τὲς αἰχμαλώτες, ὃς ἔτυχον ἔχοντες ἀποδῦναι. *ut & prædam omnem & quoscunque habebant captivos redderent.* Lib. I. (c. 69.) Similem pacem narrat Juliani cum Germanis, (Lib. III. c. 4) item cum Quadis qui in Germania, libro III. (Cap. 7. Sed ibi nihil tale.) *Ammianus Marcellinus* libro XVII. de rege Alemanorum Suomario: *pacem genibus curvatus orabat. & eam cum conceſſione præteritorum ſub hac meruit lege, ut captivos redderet noſtros* (Cap. 10. p. 188) Mox de Sarmatis: *juſſi obtinere ſedes impavidi noſtros reddidere captivos.* (Cap. 12.) de alia rurſum Sarmatarum parte idem dicit. Apud *Zonaram* multa talia: inter cætera in rebus Michaëlis, qui filius Theophili, de Bulgaro loquens: τὲς αἰχμαλώτες ἐλευθερῶσαι συνέθετο. *promiſit captivis ſe daturum libertatem.* [Lib. XVI. Cap. 5. pag. 163. *Edit. Reg.* Idem eſt locus, qui in contextu paullo poſt latine aſſertur.] *Nicetas* libro II. (Cap. 3.) captivis omnibus libertatem ait datam, exceptis Corinthiis & Thebanis viris ac mulieribus. Interdum convenit ut reddantur captivi qui a republica poſſidentur, ut apud *Thucydidem* V. (cap. 18)

ADDITIO.

„Ut ſcl. bello capti poſtliminio gauderent.

„*i*) (UT OPTIME EUM THRYPHONII LOCUM

Sem l. 1. c. 7. emendat doctiſſimus Petrus Faber, [k] non improbante Cujacio; [l] nam hoc & ſubjecta ratio, [m] & oppoſitum membrum aperte evincunt. Tom. III. *Pacem fecerat captivis dimisſis*, [n] *ita enim convenerat*, inquit Zonoras. L. 20. D. de capt. Et [o] Pomponius [p] *ſi captivus, de quo in pace cantum fuerat ut rediret, ſua voluntate apud hoſtes manſit, non eſt ei poſtea poſtliminium.* L. 28. d. tit. [q] Paulus: [r] *Si in bello captus pace demum facta refugit, poſtliminio redit ad eum a quo priore bello captus erat:* [s] *ſi modo non convenerit in pace ut captivi redderentur.*

2. [t] Cauſam cur de his qui bellica virtute capti ſunt id placuerit ex Servio hanc affert Tryphoninus, *quia ſpem revertendi civibus in virtute bellica magis quam in pace Romani eſſe voluerunt*, nimirum, Lib. 22 c. 59. ut [u] Livius loquitur, ab antiquo [v] minime indulgens in captivos civitas. [x] Sed hæc ratio Romanorum propria non potuit conſtituere jus gentium: [y] potuit tamen inter cauſas eſſe cur Romani illud jus

[z] ab

„EMENDAT &c. FABER:) Ita autem corrigit legem 12. pr Poſtl. *In pace autem his qui bello capti erant, de quibus id* (pro nihil) *in pactis erat comprehenſum:* Ex hac ipſa igitur oppoſitione eorum qui *fato* & eorum qui *bello* capti ſunt, apparet correctionem neceſſariam eſſe: & eos in pace poſtliminio reverti qui *fato* capti ſunt, non qui *bello*. Ratio quoque a Jcto allegata correctionem firmat: Romana enim diſciplina non favet illis qui armati mortem ſervituti non prælerunt: Nam ex eadem ratione milites arma bello amiſſa poſtliminii jure non recipiunt. *l. 2. ff Captiv.*

„Tota hæc ratio ceſſat in iis qui non armati, nec tempore belli, ſed *fato* in poteſtatem hoſtium pervenerunt; his nihil imputari poteſt, nec armati capiuntur, adeoque eis etiam in pace revertendi facultas relicta eſt.

„k) (NON IMPROBANTE CUJACIO:) *L. 19. obſ. 17.*

„l) (NAM HOC ET SUBJECTA RATIO:) Ratio hæc allegatur, *quia ſpem revertendi civibus in virtute bellica magis quam in pace Romani eſſe eſſe voluerunt:* Ex hac igitur ratione mere civili poſtliminium non datur eis qui *vi bellica* capti ſunt.

„m) (ET OPPOSITUM MEMBRUM:) Verba legis hæc ſunt, *verum in pace qui pervenerunt ad alteros, ſi bellum ſubito exarſiſſet, eorum ſervi efficiuntur apud quos jam hoſtes ſuo fato deprehenduntur, quibus poſtliminium eſt tam in bello quam in pace.*

„n) (ITA ENIM CONVENERAT:) Si igitur de captivis nihil dictum fuiſſet, nec hoſtes eos dimiſſuri, nec reverſi poſtliminio gaviſuri fuiſſent.

„o) (POMPONIUS:) *L. 20 pr. ff. Capt.*

„p) (SI CAPTIVUS DE QUO IN PACE CAUTUM ERAT:) Patet ergo, captivum, ſi in pace cautum non fuiſſet ut rediret, priſtina jura recepturum non fuiſſe.

„q) (PAULUS:) *L. 28. ff. Capt.*

„r) (SI IN BELLO CAPTUS PACE DEMUM FACTA REFUGIT, POSTLIMINIO REDIT &c.) Caſus hujus legis huc non pertinet. Non enim ibi quæritur an civis noſter *bello* captus pace facta poſtliminium habeat? id enim negant leges: Sed an captus ex hoſte, (adeoque ſervus noſter) & pace facta reverſus ad ſuam civitatem, ſi poſtea alio bello capitur priſtino domino reſtituendus ſit? quod omnino affirmandum eſt, quia priori pace de damnis & injuriis nihil dictum eſt, adeoque ex judicio noſtræ civitatis ſervus ille injuris ſe ſe poteſtati domini eripuit, novo igitur bello captus non prædæ loco eſt, ſed jure poſtliminii priſtino domino reſtituitur.

„s) (SI MODO NON CONVENERIT IN PACE:) Si enim convenerit in priori pace ut captivi redderentur, captus novo bello non recipitur a priſtino domino, ſed cedit capienti jure prædæ.

„t) (CAUSA CUR DE HIS QUI BELLICA VIRTUTE CAPTI &c.) Rationem hujus differentiæ modo expoſuimus.

„u) (LIVIUS:) *Lib. 22. c. 61.* Conf. *infr. lib. 3. c. 21. §. 24.*

„v) (MINIME INDULGENS IN CAPTIVOS:) Adeo ut plerumque nec de captivis aliquid dicere in pace ſoliti fuerint.

„x) (SED NÆC RATIO ROMANORUM PROPRIA NON POTUIT CONSTITUERE JUS GENTIUM:) Nec Romani id pro jure Gentium venditarunt.

„y) (POTUIT TAMEN INTER CAUSAS ESSE CUR ROMANI &c.) Quo caſu Grotius non jus gentium verum ſed minus plenum conſtitui putat: Nos alibi diximus, male hæc jura a pluribus uſitata referri ad jus gentium, ſunt enim jura civilia cujusque civitatis.

„z) (AB ALIIS GENTIBUS:) Nam & apud Græcos, ſpeciatim apud Spartanos, ſimilia obtinuiſſe Ariſtoteles teſtatur. *Vid. infr. c. 21. §. 24.*

„aa)

[z] ab aliis gentibus introductum & ipſi amplecterentur. [aa] Verior hæc eſt ratio, [bb] quod reges aut populi qui bellum ſuſcipiunt credi volunt juſtas ſibi fuiſſe cauſas cur id facerent: contra autem injuriam facere eos qui adverſum ſe arma ferrent: quod cum utraque pars credi vellet, [cc] nec tutum eſſet pacem ſervare cupientibus huic ſe controverſiæ interponere, nihil melius facere potuerunt populi pacati quam [dd] ut id quod eveniſſet pro jure acciperent: [ee] atque ita captos in actu repugnandi haberent quaſi ex juſta cauſa captos.

3. [ff] At de his qui bello exorto deprehenſi erant dici idem non poterat, [gg] nam in illis nullum injuriæ conſilium fingi poterat. Tamen ad minuendas hoſtium vires [hh] retineri eos manente bello non iniquum videbatur: bello autem compoſito [ii] nihil obtendi poterat quo minus dimitterentur. [kk] Itaque conſenſum in hoc eſt, [ll] ut tales [mm] in pace ſemper libertatem obtinerent, ut confeſſione partium inno-

„*aa*) (VERIOR HÆC EST RATIO.) Hanc rationem Grotii expoſuimus & examinavimus ſupra „l. t. *f.*

„*bb*) (QUOD REGES AUT POPULI QUI BELLUM „SUSCIPIUNT CREDI VOLUNT JUSTAS SIBI FUISSE „CAUSAS:) Hoc non ſequitur ex eo quod bellum „gerentes id credi volunt, ſed ex ipſi naturæ ratione: „cum enim inter duas ſummas poteſtates, quarum „utraque contendit ſuam cauſam juſtam alterius „injuſtam eſſe, ſuperior non ſit qui de cauſæ ju„ſtitia cognoſcat, morali ratione de juſtitia cauſa „decidi nihil poteſt. Sed ſuſpendi ea debet donec „per ultimam victoriam, arbitrante Deo, lis de„cidatur.

„*cc*) (NEC TUTUM ESSET PACEM CUPIENTI„BUS HUIC SE CONTROVERSIÆ INTERPONERE:) „Imo nec naturali ratione id poſſunt, quia judi„cium eis in bellum gerentes non competit, & ſi „unius cauſam juſtam declararent, hoc ipſo po„ſterioris hoſtes fierent.

dd) (Grot.) (UT ID QUOD EVENISSET PRO JURE ACCIPERENT:) Vide *Priſcum* excerpto de legationibus 28. & *Bizarum* de bello Genuenſium in Venetos libro 11.

ADDITIO.

„i. e. judicium de juſtitia cauſæ ſuſpenderent, „& præſentem poſſeſſionem ſequerentur.

„*ee*) (ATQUE ITA CAPTOS IN ACTU REPU„GNANDI HABERENT QUASI EX JUSTA CAUSA „CAPTOS:) Atqui paulo ante dixit tutum non eſſe „pacatis huic controverſiæ ſe interponere, at ſe „ſe interponerent, ſi bello captos ex juſta cauſa „captos aſſererent, conſequenter declararent eum „qui poſtliminio eos recipit, injuria eos recipere.

„Demonſtravimus in præcedentibus, rationem, „cur Romani bello captis poſtliminium negave„rint, non in eo conſiſtere quod gentes eos quaſi „ex juſta cauſa captos habuerint, ſed quia Roma„ni in odium captorum eos ab hoc jure (contra „naturæ rationem) excluſos voluerunt.

„*ff*) (AT DE HIS QUI BELLO EXORTO DE„PREHENSI ERANT IDEM DICI NON POTERAT:) „Imo eadem ratio hactenos in fato captis militat; „ut ſcl. ab hoſte qui juſtam ſibi cauſam aſſerit capi „poſſint.

„*gg*) (NAM IN ILLIS NULLUM INJURIÆ CON„SILIUM FINGI POTERAT:) Imo idem injuriæ „conſilium in fato captis adeſt: Nam hi quoque „cauſam ſuæ civitatis ſequuntur, eamque defen„dunt & defendere tenentur, adeoque hoſtem in„juria agere contendunt: Unde Tryphoninus „recte aſſerit eum *ſervum* fieri *l. 12. pr. captiv.* at„que ideo eum poſtliminio gaudere *ibid.*

„*hh*) (RETINERE EOS MANENTE BELLO NON „INIQUUM VIDETUR:) Si innocentes, adeoque in„juria capti eſſent, nec retineri poſſent durante „bello. Verius igitur eſt eos ideo quia cauſam „ſuæ civitatis, adeoque cauſam ex judicio capien„tis injuſtam, defendunt pro hoſtibus haberi, in„deque in ſervitutem redigi poſſe.

„*ii*) (NIHIL OBTENDI POTEST QUO MINUS DI„MITTERENTUR:) Imo capiens allegare poteſt ſe „civem hoſtis ſui, qui ejus cauſam defendit, ce„piſſe.

„*kk*) (ITAQUE CONSENSUM IN HOC EST:) Scl. „a gentibus pacatis, adeoque jure gentium volun„tario: At fabulam eſſe quæ de tali jure produn„tur, alibi probavimus.

„*ll*) (UT TALES:) Scl. fato capti.

„*mm*) (IN PACE SEMPER LIBERTATEM OBTI„NERENT UT CONFESSIONE PARTIUM INNO„CENTES:) Diximus fato captos non magis eſſe „innocentes quam bello captos, eosque æque ac „hos ſervos factos, atque ipſis qua ſervis poſtlimi„nium

innocentes: [nn] in cæteros vero [oo] ut quisque uſurparet quod vellet credi jus eſſe, [pp] niſi quatenus pacta certi aliquid præſcriberent. Atque eandem ob cauſam [qq] nec ſervi, nec res bello captæ pace redduntur, niſi pactis expreſſum id ſit: [rr] quia victor credi vult jus ſibi fuiſſe iſta quærendi: [ss] cui contradicere, id vero fuerat bella ex bellis ſerere: [tt] ex quibus apparet ingenioſe non ex vero allatum illud apud Quintilianum pro Thebanis: Ideo captivos ſi in patriam ſuam re- (Inſt. Orat. 5, 10.) dierunt liberos eſſe [uu] quia bello parta non niſi eadem vi poſſideantur. [vv] Diximus de pace.

4. [ww] In bello redeunt poſtliminio homines qui antequam caperen-

„nium eſſe: Adeoque Tryphoninus eos non in eo diſtinguit a bello captis, quod fato capti nocentes non ſint, & quod ex conſenſu gentium quaſi ex non juſta cauſa capti habeantur, atque ideo poſtliminio gaudeant: ſed quia Romani vitio verterunt bello captis quod non in virtute bellica ſed in pace ſpem revertendi poſuerint, quæ ratio ceſſat in fato captis.

„nn) (IN CÆTEROS VERO:) i. e. in bello captos.

„oo) (UT QUISQUE USURPARET QUOD CREDI VELLET JUS ESSE:) Credi autem vult ſibi eſſe juſtam cauſam, alteri injuſtam: *vid. n. 1.* Unde concludit, ex gentium conſenſu bello captum ſi ad ſuos revertitur poſtliminium non habere: At diximus (a) talem gentium conſenſum non exiſtere: (b) jure naturæ etiam bello captum in pace poſtliminio gaudere: & (c) jure Romano demum in odium captivorum id mutatum eſſe.

„pp) (NISI QUATENUS PACTA CERTI ALIQUID PRÆSCRIBERENT:) i. e. niſi pace dictum ſit ut etiam bello captis poſtliminium eſſe debeat; at diximus id jure Romano demum ſtatutum eſſe; jure naturæ enim eis jus poſtliminii prodeſſe etiamſi nihil de illis in pace dictum ſit.

qq) (Grot.) (NEC SERVI:) Totilas Pelagio Diacono a Romanis ad ſe miſſo edicit ne de reddendis Siculorum ſervis verba faciat; dicens iniquum fore ut Romani [immo *Gothi*] commilites ſuos veteribus dominis dedant. Locus eſt *Procopii* Gothicorum III. *(Cap. 16.)*

„rr) (QUIA VICTOR CREDI VULT JUS SIBI FUISSE EA QUÆRENDI:) Atqui victus contrarium aſſerit, victores nimirum injuria cepiſſe; atque hoc judicium valet in civitate victi, ſi captus reverſus eſt.

„ss) (CUI CONTRADICERE, ID VERO FUERAT BELLA SERERE:) Senſus eſt, quod ſi civitas civem bello captum, de quo in pace nihil dictum eſt, pace facta reciperet, eoque contradiceret ei qui credi vult jus ſibi fuiſſe capiendi, bellum ex bello ſereretur. At in præcedentibus demonſtravimus, per pacem tantum de bello, & ne amplius vi agatur transigi, non vero de injuriis & damnis medio tempore datis: niſi id in ſpecie additum ſit pacto: Hoc poſito, ſponte ſequitur injuriam illam etiam pace facta ſubſiſtere; adeoque ſi absque vi perſona vel res capta ad nos pervenit poſtliminio locum eſſe, quia ex judicio noſtræ civitatis injuria capta cenſetur, quod judicium cum effectu jam valet.

„tt) (EX QUIBUS APPARET:) Ex ſuppoſito nimirum, quod bello capti ex conſenſu gentium poſtliminio non revertantur pace facta.

„uu) (QUIA BELLO PARTA NON NISI EADEM VI POSSIDEANTR:) Grotius enim ſupponit gentes in hoc conſenſiſſe ut quisque uſurparet quod vellet credi jus eſſe, cum igitur victor vult ſibi jus fuiſſe iſta quærendi, neque victo jus eſſet contradicendi, (ne bella ex bellis ſererentur,) inde concludit verum non eſſe quod Quintilianus ait *bella parta eadem vi poſſideri:* indeque captos, ſi in patriam redeunt, liberos eſſe negat; Ex placito enim illo gentium deſinere vi poſſeſſa putat ſi pace facta nihil de iis dictum, eoque cuique parti indultum ſit ut quisque uſurparet quod vellet credi jus eſſe.

„At (1) placitum illud gentium non agnoſcimus, & jus gentium non exiſtere alibi probavimus: figmentum igitur eſt gentibus placuiſſe ut fato capti & reverſi tanquam innocentes liberi eſſent, bello capti autem poſtliminio non gauderent: Nam (2) bello capti jure naturæ quoque poſtliminio gaudent ſi in pace de iis nihil dictum eſt, cujus rei rationem modo explicavi; & de hoc jure naturæ loquitur Quintilianus, licet enim de cauſa belli transactum ſit, injuria manet intuitu damnorum durante bello datorum, ſaltem ex judicio noſtræ civitatis: Adeoque vi quidem & armis reparatio injuriæ peti nequit, quia de vi transactum eſt; at ſi absque vi ea reparatio obtineri poteſt, uti poteſt per poſtliminium, & ingenioſe & ex vero aſſerit Quintilianus, reverſus liberos eſſe, quia hoſtis vi erepta non niſi eadem vi adeoque injuria poſſidebat. Quod vero (3) bello captis poſtliminium etiam pace facta denegatum fuerit, id meri juris civilis eſt, cujus rationem in præcedentibus explicavimus.

„vv) (DIXIMUS DE PACE:) Scilicet an & quatenus poſtliminium in pace obtineat.

ww)

perentur liberi fuerant: ^xx^ recipiuntur ſervi & alia quædam.

§. V.

^a^ Liber homo ita demum poſtliminio redit ^b^ ſi hoc animo ad ſuos venerit ut eorum res ſequeretur, ut a Tryphonino proditum eſt: nimirum quia ut quis ſervus liber fiat, ^c^ ſe debet, ut ita dicam, acquirere, quod non eſt niſi volentis: Cæterum ^d^ an vi bellica receptus ſit ab hoſtibus, ^e^ an dolo profugerit, nihil refert, ut a ^f^ Florentino notatum eſt. ^g^ Tantundem erit ſi ab hoſtibus ſponte ſit traditus. Quid ^h^ ſi ab hoſte venditus commercio, ut fit, ad ſuos pervenerit? Tractatur hæc controverſia ^i^ apud Senecam ^k^ in Olynthio quem Parrhaſius emerat, quærit enim cum decretum factum eſſet ab Athenienſibus ^l^ quo Olynthii juberentur liberi eſſe, hoc contineretur liberi ut fierent, an ut liberi judicarentur, ^m^ quorum hoc eſt verius.

D. l. in bello 12. §. manumittendo. 9. & l. poſtliminii 5. §. captivus. 3. D. de capt. L. nihil. D. de capt. L. cum non redemtum. 5. C. de poſtl rev.

§. VI.

ww) (Grot.) (IN BELLO REDEUNT POSTLIMINIO HOMINES, QUI ANTEQUAM CAPERENTUR LIBERI FUERANT:) *Julianus* oratione in malos Cynicos: *ὅτω μὲν ἂν εἶεν οἰκέται καὶ ἀπόσες τῶν αἰχμαλώτων λυτρέμεθα· καί τοι οἱ νόμοι τύτοις ἀποδεδώκασι τὴν ἐλευθερίαν σωθεῖσι καὶ οἴκαδε. hoc modo ſervi eſſent etiam quos bello captos liberamus: Atqui talibus ubi ad nos redierint libertatem adjudicant leges.* (Orat. VI. pag. 195, 196. *Edit. Spanhem.*)

ADDITIO.

„De poſtliminio perſonarum agitur §. *ſeq.*

„*xx*) (RECIPIUNTUR SERVI ET ALIA QUÆ„DAM:) Servi rerum numero habentur, de qui„bus §. 13. *ſeq.*

„*a*) (LIBER HOMO:) Bello ſcl. captus & durante „bello (ſecus ac in pace) reverſus. *Vid.* §. *præc.*

b) (SI HOC ANIMO AD SUOS VENERIT UT EORUM RES SEQUERETUR:) Non enim videtur rediiſſe qui redeundi animum non habuit, nec recipiſſe ſtatum ſuum priſtinum qui iterum receſſurus eſt: Eſt autem hæc res meri arbitrii, quia cuique privato liberum eſt de jure civis privato diſponere. *Vid diſp. noſtram de poſtl. Sect. 2. §. 27. propter l. 12. §. 9 l. 20. pr. ff. l. 19. in f. C. de capt. & poſtl.*

„*c*) (SE DEBET &c. ACQUIRERE:) i. e. ani„mum redeundi haberé debet.

d) (Grot.) (AN VI BELLICA RECEPTUS SIT AB HOSTIBUS:) Ut illi quos a Slavis captos liberavere Hunni, apud *Procopium* itidem Gotthicorum III. (Cap. 13. ubi non *Humi*, ſed *Heruli*.)

„*e*) (AN DOLO PROFUGERIT:) De jure fugien„di captivorum actum eſt *ſupra l. 3. c. 7.* §. 6.

„*f*) (FLORENTINO:) *L. 26. ff. de capt. & poſtl.*

„*g*) (TANTUMDEM ERIT SI AB HOSTE SPON„TE SIT TRADITUS:) Vel ſi ab hoſte manumiſ„ſus eſt: *d. l. 5* §. *3. captiv.*

h) (Grot.) (SI AB HOSTE VENDITUS COMMERCIO, UT FIT, AD SUOS PERVENERIT:) Ut eodem Procopii libro juvenis Chilbudius, *τὰ νῦν δὲ ἐπεὶ ἀφίκετο εἰς πάτρια ἤθη, ἐλεύθερος τὸ λοιπὸν κατάγε τον νόμον καὶ αὐτός ἔςαι· dicebat, ſe cum in patriam rediiſſet liberum ex jure in poſterum fore.* (Cap. 14.) At apud Turcas nullum olim fuiſſe captivis poſtliminium notat Leunclavius.

ADDITIO.

„Recte Auctor ait liberos fieri, quia emtor jus „ſaltem conditionale habet in ſervum, niſi poſtli„minio redierit. Idem eſt ſi ad ſocios pervenit, „quia horum quoque judicio injuria captus dici„tur, adeoque intra eorum fines reverſus priſti„na jura recipit. *Vid. ſequens exemplum*

i) (Grot.) APUD SENECAM:) Libro V., controverſia 34.

„*k*) (IN OLINTHIO QUEM PARRHASIUS EME„RAT:) Fictum hoc argumentum eſſe ait Schot„tus *in not. ad Sen. d. c. 34.*

„*l*) (QUO OLYNTHII JUBEBANTUR LIBERI ES„SE &c.) Quos Philippus ideo, quod fratres ex „noverca recepiſſet, exſcidit, *Juſt. l. 8. c. 3. Oroſ „l. 3. c. 12.* de quo bello late differit Schottus *in „not. ad d. c. 34.*

„*m*) (QUORUM HOC EST VERIUS:) Parrhaſius, „pictor Athenienſis, cum Philippus Olynthios ca„ptivos venderet, emit unum ex his ſenem, eum„que perduxit Athenas, (ubi decretum factum „erat ut Olynthii liberi eſſent,) eumque torſit, ac „ad ejus exemplar pinxit Promethea: Parrhaſius „ideo accuſatus ajebat ſervum ſuum fuiſſe, quem „belli jure captum emiſſet: Accuſator regerebat

 „Olyn-

§. VI.

1. Liber autem homo, poſtquam ad ſuos rediit [a] non ſe tantum ſibi acquirit, [b] ſed & res omnes quas habuerat apud populos pacatos, [c] ſive corporales, ſive incorporales. [d] Quin populi pacati, ſicut factum pro jure ſecuti erant in capto [e] ita & in liberato, [f] ut ſe æquos præbeant utrique parti. [g] Ergo dominium quod habuerat in res ejus is qui belli jure eum poſſidebat non erat ſine omni conditione: [h] ceſſare enim poterat ipſo invito, ſi captus qui fuerat ad ſuos perveniſſet. [i] Has ergo res [k] ſic ille perdit, quomodo hominem cujus erant acceſſio.

2. [l] Quid ſi tamen alienaſſet? an qui titulum habet ab eo qui belli jure eo tempore erat dominus, [m] tutus erit gentium jure, [n] an & hæc recuperabuntur? De his loquor quæ apud populum belli medium [o] exſtabant. Diſtinguendum videtur inter res quæ ejus ſunt generis [*] ut poſtliminio redeant, & [p] quæ extra id genus ſunt, [q] quod diſcrimen

„Olynthios fœdere junctos, quia cives Athenienſes eſſe, replicabat reus id demum decreto factum eſſe, quod in futurum ſaltem valeret non in præteritum. At opponebat Accuſator decreto illo non committi ut liberi fierent, ſed ut liberi judicarentur, i. e. ut tanquam fœderati & amici pro liberis non pro captis haberentur: quam ſententiam probat Auctor, quia captus, qui ad ſocii civitatem, revertitur jure poſtliminii omnia jura priſtina recipit.

„a) (NON SE TANTUM SIBI ACQUIRIT:) I. e. non tantum ipſe libertatem recipit.

„b) (SED ET RES OMNES QUAS HABUERAT APUD PACATOS &c.) Nam pacati utriusque factum pro jure habent: Quamdiu igitur captus fuit eum pro ſervo habent; eo liberato, (uti liberatur ſi intra ſuæ civitatis vel ſociorum fines redit) jura ei integra eſſe merito ſtatuunt.

„c) (SIVE CORPORALES SIVE INCORPORALES:) Excipiuntur autem ea quæ capiens durante captivitate exegit, quod alibi exemplis demonſtravimus.

„d) (QUIA POPULI PACATI SICUT FACTUM PRO JURE SECUTI ERANT IN CAPTO:) Dum eum qui in poteſtate hoſtis eſt pro ſervo, ac capientem pro ejus domino habuerunt.

„e) (ITA ET IN LIBERATO:) Dum enim nunc eum ex poteſtate hoſtium exiit, & ad ſuos reverſus eſt, pro libero homine habent.

„f) (UT SE ÆQUOS PRÆBEANT UTRIQUE PARTI:) Nam in eo conſiſtit officium mediorum. *Vid. infra cap.* 17.

„g) (ERGO DOMINIUM QUOD HABUERAT IN RES NON ERAT SINE OMNI CONDITIONE:) Acquiſitioni enim rei hoſtilis ſemper ineſt conditio, niſi poſtliminio redierit. *L.* 12. §. 1. *captiv. & poſtl.* Conf. infra. c. 16. §. 1.

„h) (CESSARE ENIM POTERAT IPSO INVITO, SI CAPTUS QUI FUERAT AD SUOS PERVENISSET:) Eadem igitur conditio, ſub qua capiens dominium acquiſivit, tranſit in emtorem.

„i) (HAS ERGO RES:) Scl. quas captus habuit apud populos pacatos.

„k) (SIC ILLE PERDIT, QUO MODO HOMINEM CUJUS ERANT ACCESSIO:) Si enim captus & reverſus deſiit eſſe ſervus, neceſſario etiam recipit res quæ tanquam ſervus, & quamdiu ſervus fuit amiſerat.

„l) (QUID SI TAMEN ALIENASSET:) Ponamus hoſtem vendidiſſe ſervum ei qui pacatus nobis eſt, vel vendidiſſe ædes capti in terris pacatorum ſitas, quæritur, ſi ſervus revertitur ad priſtinum ſtatum, an libertatem recipiat, & an ædes venditas in civitate pacata vindicare poſſit? Auctor affirmat, quia pacati non plus juris habent quam ipſe hoſtis, a quo res acceperunt. Illius autem juri conditio inerat, niſi poſtliminio res reciperetur.

„m) (TUTUS ERIT JURE GENTIUM:) Fruſtra de jure gentium quæritur cum tale non exiſtat, ſed quæritur an jure naturæ tutus ſit.

„n) (AN ET HÆC RECUPERABUNTUR:) Quod verius eſt.

„o) (EXSTABANT:) Adeoque in hoſtis poteſtate amplius non ſunt.

„*) (UT POSTLIMINIO REDEANT:) Jure naturæ omnia jura in priſtinum ſtatum reſtituuntur.

„p) (ET QUÆ EXTRA ID GENUS SUNT:) Plures enim res ſunt quæ poſtliminio carent ex jure civili.

„q) (QUOD DISCRIMEN JAM MOX EXPLICABIMUS:) *Vid. infr. §. IV. ſeq.*

„r)

diſcrimen jam mox explicabimus, *r* ut illa videantur alienata cum ſua cauſa & ſub conditione, *s* iſta vero *t* ſimpliciter. Alienata autem intelligo *u* etiam quæ donata *v* aut acceptilata ſunt,

§. VII.

a At ſicut ad poſtliminio redeuntem jura redeunt, *b* ita & jura in ipſum reſtituuntur, ac pro eo habentur, ut *c* Tryphoninus loquitur, *d* ac ſi nunquam ille hoſtium potitus fuiſſet. *L. 12. §. 6 l. 6. D. de capt.*

§. VIII.

Huic regulæ de liberis hominibus exceptionem hanc recte aſſcribit *a* Paulus: *b* *Poſtliminio carent qui armis victi hoſtibus ſe dederant*, nimirum quia pactiones cum hoſtibus factæ valent jure gentium, ut *d* alibi dicemus, *e* nec adverſus eas eſt poſtliminium. Ideo *L. 17. d. tit.*

„*r*) (UT ILLA VIDEANTUR ALIENATA CUM „SUA CAUSA ET CONDITIONE:) Dixit enim Au„ctor *num. præcedente*, capientem dominium in „res capti acquirere ſub conditione, *ni poſtliminio* „*recipiantur:* Si proinde capiens rem illam alienat, „& in pacatum transfert, hic non niſi ſub eadem „conditione acquirit.

„*s*) (ISTA VERO:) Quæ ſcil. non ſunt ejus ge„neris ut poſtliminio redeant.

„*t*) (SIMPLICITER:) His enim rebus alienatis „conditio talis non ineſt, quia poſtliminio ca„rent, adeoque alienatio pura eſt.

„*u*) (ETIAM QUÆ DONATA:) Uti Cæſar Dyr„rachinis donavit debitum. *Vide ſupra c. 8. §. f.*

„*v*) (AUT ACCEPTILATA SUNT:) Uti Alexan„der Theſſalis accepto tulit debitum quod The„banis debebant. *Vide d. c. 8. §. f. & infr. §. 9.* „*n. 1.*

„*a*) (AT SICUT AD POSTLIMINIO REDEUNTEM „JURA REDEUNT:) Nam reverſus omnia priſti„na jura recipit

b) (ITA ET JURA IN IPSUM:) Hoc eſt quod Ulpianus ait, *captivo reverſo ei & in eum omnia jura reſtituuntur.*

Hinc jam apparet quid in debitis capti juris ſit: Ubi diſtinguendum eſt, an captus creditor ſit, an debitor: Si captus CREDITOR eſt, i. e. Si ei debetur vel a cive noſtro, vel a pacato, vel ab ipſo hoſte, & hoſtis eum cogit ut cedat debito, vel illud remittat, debitor non liberatur, ſi apud nos vel ſocios noſtros conveniri poteſt. *Diſſ. noſtra de poſtlim. Sect. 5. §. 13. & 14.*

Si captus DEBITOR eſt, i. e. ſi debet civi noſtro, vel alii, & cogitur ſolvere fiſco hoſtili; vel ſi remittitur debitum ab hoſte, itidem non liberatur, ſed reſtitutus ſolvere debitum tenetur. *dict. Sect.* 3. §. 10. 11. 12 13 14.

Si hoſtis ipſum imperium occupat, nec credita nec debita mutare poteſt, niſi publica ſint. *ibid.* §. 15. §. 16 Pace facta, ſi nihil de nominibus dictum eſt, jus poſtliminii manet, niſi clauſula amneſtiæ adjecta fuerit. *dict. diſſ Sect. IV. & ſeq.*

Latius hæc explicavimus in ipſa diſputatione: cujus contenta vide ſupra §. 1. *propoſ. 9. pag.* 211.

ADDITIO.

„Noſtram ſententiam de nominibus, & quate„nus jus poſtliminii locum ibi habeat, expoſuimus „in *Diſſ. proœm. XII. §. 763.*

„*c*) (TRYPHONINUS:) *L. 12. §. 6. Captiv.*

„*d*) (AC SI NUNQUAM ILLE HOSTIUM POTITUS „FUISSET:) I. e. ac ſi nunquam in hoſtium pot„eſtate fuiſſet. Cæterum Papinianus quoque ea „phraſi utitur in *l. 11. Captiv.* Add. *Plaut. Captiv.* „*l. 1. 24 Gron h.*

„*a*) (PAULUS:) *L. 17 ff. Captiv.*

b) (POSTLIMINIO CARENT QUI ARMIS VICTI HOSTI SE DEDERANT:) Quia non per injuriam capti ſunt, ſed voluntate ſua ſe ſuaque hoſtis dominio ſubjiciunt: At hoc caſu jus quod magiſtratus in civem ſe ſe dedentem habet vi occupatum eſt, hoc igitur jus cive reverſo magiſtratus jure poſtliminii recipit. *dict. diſſ. Section. 1. §. 15 ſeq. Sect. 2. th.* 13. Vid. ſupra *§. 1. prop. 6. pag. 205.* ubi late hanc materiam tractavimus.

„*c*) (QUIA PACTIONES CUM HOSTE FACTÆ VA„LENT JURE GENTIUM:) Imo valent jure naturæ: „Is enim qui ſe dedit hoſti, declarat ſe velle apud „eum manere, eamque fidem hoſti dat, quam „proinde ſervare tenetur.

„*d*) (ALIBI:) *Vid. infra cap. 23.*

„*e*) (NEC ADVERSUS EAS EST POSTLIMINIUM:) „Quia non injuria ab hoſte detinetur, ſed volun„tate ſua: Sed nec magiſtratus jure poſtliminii jus „aliquod in civem recipit, quia nullum jus in ca„ptum, qui domicilium mutavit, habet.

Lib. 7 c. 18. Ideo Romani illi a Pœnis capti [f] apud Gellium: [g] *poſtliminium juſtum non eſſe ſibi, quoniam dejurio vincti forent.* [h] Unde & [i] induci-
L. 19. §. 1. D. de capt. arum tempore non eſſe poſtliminium recte a [k] Paulo notatum eſt. At hos qui [l] hoſtibus deduntur [m] ſine ulla ſcilicet pactione poſtlimi-
L. 4. d. tit. nio reverti reſpondit [n] Modeſtinus.

§. IX.

„*f*) (APUD GELLIUM:) *Lib. 7. c.* 18.

„*g*) (POSTLIMINIUM NON ESSE SIBI:) Quia „ea lege dimiſſi fuere ut redirent.

„*h*) (UNDE:) Quia adverſus pactiones poſtlimi„nium non eſt.

i) (INDUCIARUM TEMPORE:) Tenor enim induciarum eſt, ut omnia interim in eodem ſtatu maneant, & de injuria vi agi non poſſit: ſuſpenſum igitur interim eſt judicium de injuria in qua ſola fundatur poſtliminium, Adeoque durantibus induciis utraque pars quæ tenet quaſi mutuo conſenſu, adeoque jure tenere videtur. *dict. diſſ. Sect. 2. §. 33. Vid. ſupra.* §. 1. *propoſ.* 10. *pag. 220.*

„*k*) (PAULO:) In *l.* 9. §. 1. *capt. & poſtl.*

„*l*) (QUI HOSTIBUS DEDUNTUR &c. POSTLIMINIO „REVERTI:) Rex enim qui dedit ſubditum ſu„um, ſaltem jus publicum in civem dedit, non „jus privatum civis; Adeoque etſi jus recipiendi „ceſſet intuitu Principis, non tamen ceſſat ratione „civis, qui injuriam ſibi factam allegat.

„*m*) (SINE ULLA SCL. PACTIONE:) Nam ſi ci„vis conſentit ceſſat injuria.

„*n*) (MODESTINUS:) In *l. 4. pr. captio.*

(AD §. IX.) Quær. an civitates, provinciæ, vel integri populi ab hoſte occupati, & vi ſociorum liberati, poſtliminio gaudeant? Quod affirmandum putamus, nam ex judicio noſtro hoſtis injuria noſtram civitatem occupavit, merito igitur recipimus jus injuria nobis ereptum. Idque verum eſt etſi civitas nolit in poteſtatem prioris imperantis redire; quia ſinguli de ſuo quidem jure privato civitatis, non civitas de jure imperii diſponere poteſt. *Vid. dict. diſſ. Sect. 1. §. 26. ſeq. Hottom. qu. illuſtr.* 5.

ADDITIO.

„Quæſtionem hanc Auctor jam ſupra propoſuit „*lib. 2. c. 4. §. 14.* eamque repetit *infra. §. 12.* Id „autem quæritur, *an illi populi, qui liberi fuerunt,* „*priſtinam recipiant libertatem ſi vel ipſi ſe virtu*„*te bellica, vel ſocii eos eximunt hoſtili imperio?* „Grotius id affirmat, & duplicem addit exceptio„nem, (1) Si victor ex voluntate tacita populi jus „firmum accepit. *l. 2. c. 4. §. 14.* (2) Si ipſa mul„titudo, quæ corpus populi conſtituit, diſſoluta „fuerit. *h. c. §. 9. n. 1. & §. 12*

„Equidem regula illa indubie vera eſt, ſi po„pulus BELLO NONDUM FINITO ſua virtute, „vel ope ſociorum, hoſtili imperio eximitur: Non„dum enim victus videri poteſt quamdiu contro„verſia per ultimam victoriam deciſa non eſt; „non autem eſt deciſa ſi vel ipſe populus vel ejus „Rector ſpem revertendi retinent, uti ſi aliena auxi„lia quærunt, vel ſi ſocii cauſam populi defendunt, & „tandem populum hoſtili imperio eximunt: cujus „rei plurima exempla refert Grotius *h. §. 9. §. 10.* „*n. 3. §. 13. n. 1. & cap. 16. §. 4.*

„Idque obtinet etſi civitas diruta, & cives eje„cti aut venditi fuerint, (quicquid diſſentiat Gro„tius *h. §. 9. & l. 2. c. 4. §. 14.*) Bellum enim „finitum non eſt quamdiu ſpes eſt recipiendæ „libertatis, i. e. quamdiu ſocii cauſam illius popu„li defendunt, quod in Sagunto & Sutriis contigit, „*Grot. h. §. 9. n. 1. & d. c. 16. §. 4.* Neque alle„gari poteſt corpus periiſſe, quæ eſt ratio Grotii: „*h §. 9.* nondum enim periit quod adhuc defen„ditur, vel quærendo auxilia, vel per ſocios.

„Quæ hactenus dicta ſunt obtinent etſi popu„lus nolit redire ſub imperium Principis: *Vid.* „*lit. k.* & *§. 12.*

„Aliud dicendum SI BELLUM FINITUM EST, „i. e. ſi nec populus, nec Princeps amplius reſiſtunt, „nec ſocii cauſam populi defendunt: Tunc enim „imperium interiit, & populus alieno imperio ſub„jicitur. Si proinde talis populus vel Princeps „diſſolvere imperium velit, non recipit priſtina „jura, ſed ſubditi a victore tanquam rebelles, ſer„vique contumaces coerceri poſſunt: *Vid. Grot.* „*d. §. 14. & c. 22 §. 11. in fin.* vel, ſi jugum excu„tiunt, novus fiunt populus, novaque civitas.

„Adeo igitur non redintegratur populus, ut „ſi is qui olim ſocius fuit cauſamque populi con„tra uſurpatorem defendit, poſtea ex nova cauſa „cum eodem uſurpatore bello decertat, ac hunc „populum, olim ſocium, poteſtati ejus eripit, popu„lus ille non in veterem cauſam recidat, nec li„bertatem recuperet, ſed novo victori, olim ſo„cio, jure belli cedat. *Vid. Grot. infr. §. 12. Tum* „quia populus ille nunc partem imperii uſurpato„ris conſtituit, ejus cauſam defendit, ejusque ju„dicium ſequi tenetur: adeoque victori omnia in „eum, tanquam hoſtem, licent: *tum* quia popu„lus ille non amplius eſt idem populus cum quo „præſens victor olim ſocietatem contraxit, is „enim populus eſſe deſiit, adeoque ſocietas ſub„lata eſt. *Vid. Grot. l. 2. c. 16. §. 16. & 17.*

„Si victor ipſe civitatem bello devictam poſt „aliquod tempus libertati reſtituit, quæritur, an ea „jure poſtliminii priſtina jura recipiat? Merito „id negamus, nam civitas illa ſemel ſublata, & „jus imperii ei ademtum fuit, adeoque ſpecies ci„vitatis interiit: Quicquid igitur libertatis ex no„va gratia acquirit, novum jus eſt: Sed & tota „ratio poſtliminii hic ceſſat, non enim res reci-

„pitur

„pitur ab hoſte, ſed hoſtis ipſe juri ſuo præſenti
„renunciat: Neque civitas allegat ſe recipere jura
„injuria ſibi ablata, ſed fatetur ex gratia victoris
„libertatem ſibi dari.

„Recte igitur Grotius ait Thebanos (quibus
„ab Alexandro victis, & diruta civitate ſub coro-
„na venditis, a Caſſandro libertas data fuit) non
„potuiſſe antiquum debitum a Theſſalis petere,
„quibus Alexander debitum remiſerat; Thebano-
„rum enim civitas, & populus qui olim fuit in-
„teriit, & nova civitas conſtituta fuit ex gratia
„victoris.

„Denique gravis quæſtio examinanda ſupereſt:
„*Quid juris ſit circa actus victoris medii temporis?*
„*An ſcl. illi ſubſiſtant, ſi populus vel ejus caput ju-*
„*re poſtliminii priſtinam recipit libertatem:* Reſp.
„idem hic obtinet quod ſupra de actibus Tyranni
„diximus: Nimirum omnes actus victoris nullos,
„& ex civitatis liberatæ judicio (quod nunc, ea
„jure poſtliminii recepta, valet) injuria peractos
„videri. Excipe (1) ſi quis per actum illum lo-
„cupletior factus eſt cum jactura concivis: (2) ſi
„actus illi ſunt pars adminiſtrationis: (3) ſi victor
„debita exegit, adeoque jure prædæ ea quæſivit.
„*Vid. l. 1. c. 4. §. 15. pag. 364.*

„Hinc jam facile decidi poſſunt quæſtiones
„apud Neapolitanos diſceptatæ, poſtquam Ferdi-
„nandus a Gallis temporibus Caroli VIII. ejectus,
„regnum poſtliminio recepit.

„Ad *priorem* enim *exceptionem* pertinent ſequen-
„tia exempla: (a) Palamedes, capta a Gallis Neapoli,
„carceri incluſus promiſit 100. & fidejuſſorem dedit
„Archiepiſcopum, qui Palamedem ſolvendo illa
„100. liberavit: Gallis ejectis fidejuſſor petiit
„ſolutum; opponebat Palamedes vim Gallorum,
„& contendebat principalem promiſſionem nul-
„lam eſſe, adeoque & acceſſoriam. Senatus judi-
„cavit Palamedem teneri ad reſtitutionem ſoluti
„ſi fidejuſſor coactus ſolviſſet, non ſi ſponte:
„*Math. de Afflict. dec. Neap. 149. n. 3.* Nos utro-
„que caſu reum principalem teneri putamus, quia
„duo hic ſunt negotia, alterum quod inter Gal-
„los & Palamedem intercedit, & quod vitio non
„caret; alterum quod inter incarceratum & fide-
„juſſorem, & in utilitatem Palamedis geſtum eoque
„validum eſt, quia pro pecunia ſoluta nactus
„eſt libertatem: *Conf. Grot. l. 3. c. 19. §. 4.*
„Neque obſtat fidejuſſoris obligationem non va-
„lere, quia principalis nulla eſt. Reſp. Imo obli-
„gatio principalis valet; alibi enim dictum eſt, vim
„& metum non tollere conſenſum: *l. 21. §. 5. ff.*
quod met. c. adeoque accedere ei fidejuſſor poteſt.

„(b) Galli civem Neapolitanum carceri tradi-
„derunt, qui ut ſe liberaret rem ſuam vendidit, ac
„pretium Gallis ſolvit: Quæritur an fugatis Gallis
„rem ab emtore vindicare potuerit? Negatur, quia
„emtor bona fide emit, & pretium in utilitatem
„venditoris verſum eſt, nam liberatus eſt illa pe-
„cunia: Vid. tamen *Hyppol. in ſing. 306. & Conſil*
112. n. 20.

„*Secunda exceptionis* exempla ſequentia refert
„idem Matth. de Afflictis in deciſionibus Neapo-
„litanis.

„(a) Rex Ferdinandus omnes actus tempori-
„bus Gallorum geſtos nullos declaravit. *M. de*
„*Afflict. dec.* 55. Huic edicto convenienter credi-
„tor proceſſum, quem ſub uſurpatore inchoave-
„rat, novo dato libello redintegrat: Reus exige-
„bat expenſas prioris litis: Conſiliarii in diverſas
„ivere ſententias: *M. de Afflect. dec. 70.*

„Verior eſt ſententia eorum qui negabant ex-
„penſas reſtituendas eſſe, non enim temerarie litem
„priorem ſuſcepit: Jus ſuum perſequi etiam ſub
„Uſurpatoris imperio licitum eſt. Imo Uſurpa-
„tor tenetur jus reddere ſubditis, idque pars admi-
„niſtrationis eſt, fatente eodem Authore *dec. 77.*
„*n. 3.* Quod vero poſtea lis illa nulla declarata
„fuerit, id non ex vitio actoris, ſed ex lege Prin-
„cipis eſt qui poſtliminio imperium recepit: cum
„igitur actoris culpa non ſit, nec ad pœnam te-
„merarii litigii teneri potuit.

„(b) Judices Galli dederunt dilationem ad pro-
„bandum: probationes quoque producuntur, rege
„reſtituto quærebatur an probationes valerent?
„Ratio dubitandi videbatur, quod omnes actus
„Uſurpatoris, adeoque & illa dilatio conceſſa, nulla
„declarata fuerit, indeque nova dilatio jam peti
„debuiſſet: Sed recte decidit M. de Afflictis *dec.*
„55. probationes valerere, non ex ea ratione quam
„ipſe allegat, *quia valent probationes factæ etiam*
„*ſine dilatione data.* Sed quia actus Uſurpatoris
„valent ſi pars ſunt adminiſtrationis, hujus autem
„pars eſt jus reddere &c.

„(c) Dilatio ad probandum data fuit actori;
„ante decurſum termini Galli advenerunt, & actor
„fugam cum Ferdinando rege legitimo arripuit.
„Redux præcludebatur a judice inferiori, qui ratio-
„nem hanc afferebat, *quod licet ſtatus mutatus fue-*
„*rit, tamen ſemper fuerit miniſtrata juſtitia,* adeo-
„que oportuerit eum dilationem impetrare. *M. de*
„*Afflict. dec. 50 n. 3.* At dilatio ei merito in ſupe-
„riori Conſilio indulta fuit, quia jure poſtliminii
„res in eum ſtatum quo antea fuit reducitur. *d. l.*
„*n. 6.*

„(d) Hinc apparet etiam confeſſiones coram
„Uſurpatore factas valere: *Urſell. ad M. de Af-*
„*dec. 77. n. 3. Capyc. dec. Neap. 179* Et

„(e) Sententias a judiciis ordinariis latas vim
„juris habere: *Urſill. in addit. ad M. de Afflect.*
„*dec. 62. n. 1.* etſi diſſentiat ipſe M. *de Afflict.* at
„ex ſpeciali ratione, quia Ferdinandus omnes actus
„Caroli annullavit. *Id dec. 55.*

„*Tertiæ exceptionis* exemplum apud eundem
„Matthæum de afflictis occurrit: Cives nimirum
„Neapolitani multam regi legitimo debebant pe-
„cuniam; adveniente Gallo debitores juſſu fiſci
„Gallici ſolvunt debita: Poſtquam Ferdinandus
„recuperavit regnum, diem dixit debitoribus ut
„ſibi denuo eadem debita ſolverent, ſed merito
„liberati ſunt illi qui juſſu victoris ſolverunt, quia
„regis ejecti credita cedunt victori jure prædæ.
„*Math. de afflict. dec. 150. n. 32. Conf. ſupr §. 6.*
„*& Diſſ. proœm. XII. §. 766* niſi debitores in mo-
„ra fuerint Ferdinando ſolvendi. *ibid.* vel partem
„ſaltem victori ſolverint, etſi quietantia de tota
„ſumma data ſit. *ibid n. 34.*

„An debitores, qui victori id quod vel fiſco

§. IX.

1. Quod de ſingulis perſonis diximus, *a* idem & in populis locum habere arbitror; *b* ut qui liberi fuerunt ſuam recipiant libertatem, *c* ſi forte eos vis ſociorum eximat hoſtili imperio: *d* At ſi ipſa multitudo quæ civitatem conſtituerat diſſoluta ſit, *e* verius puto non eundem populum cenſeri, *f* nec poſtliminio res reſtitui ipſo gentium jure, quia populus, ut navis, *g* partium diſſolutione plane interit, *h* eo quod tota ejus natura in illa perpetua conjunctione conſiſtit. *i* Non ergo quæ fuerat Sagunti civitas eadem exſtitit cum veteribus cultoribus ea ſedes octavo poſt anno reſtituta eſt; *k* neque Thebæ cum jam Thebani in ſervitutem ab Alexandro veniſſent. Hinc apparet quod Theſſali Thebanis debuerant *l* non eſſe Thebanis poſtliminio reſtitutum: idque duplici de cauſa: *m* tum quod novus erat populus, *n* tum quod Alexander, quo tempore dominus

„vel privatis debebant ſolvunt, fugato hoſte denuo a crediteribus conveniri poſſiot, late diſputatur apud *Dec. conſ. 25. Pet. de Anch. conſ. 64. Bald. conſ. 228.* B. Parens rem decidit in *diſſ. de Poſtlim. Sect. 3. Add. ſupr. pag.* 211.

„*a*) (IDEM ET IN POPULIS LOCUM HABERE ARBITROR:) Si ſcilicet civitas vel regnum in hoſtis poteſtatem venit.

„*b*) (UT QUI LIBERI FUERUNT SUAM RECIPIANT LIBERTATEM:) Jure poſtliminii.

„*c*) (SI FORTE EOS VIS SOCIORUM EXIMAT HOSTILI IMPERIO:) Eodem ſcilicet bello: Nam ſi per ultimam victoriam civitas illa capta, & bellum finitum fuit, recepta a ſociis in alio bello non gaudet poſtliminio. *Vid. infra §. 12.*

„*d*) (AT SI IPSA MULTITUDO:) I. e. ſi civitas eſſe deſiit. *Vid. ſupra l. 2. c. 4. §. 14. l. 2. c. 22. §. 11.*

„*e*) (VERIUS EST NON EUNDEM POPULUM CENSERI:) Sed novum populum, novamque civitatem; quæ non ſuccedit in jura prioris civitatis, utpote extinctæ penitus.

„*f*) (NEC POSTLIMINIO RESTITUI IPSO GENTIUM JURE:) Eodem modo uti homo captus qui moritur apud hoſtes poſtliminio reſtitui nequit *l. 18. ff. capt. & poſtl §. 5. Inſt. Cuib. mod. patr.* Jus enim quod deſiit, non poteſt poſtliminio redire.

„*g*) (PARTIUM DISSOLUTIONE PLANE INTERIIT:) I. e. deſinit eſſe populus, ſpecie quippe populi ſublata: adeoque fruſtra de ejus reſtitution quæritur.

„*h*) (EO QUOD TOTA EJUS NATURA IN ILLA PERPETUA CONJUNCTIONE CONSISTAT: I. e. in animo illo tuendi jura univerſitatis ſuo arbitrio. *Vid. l. 2. c 9. §. 6.*

„*i*) (NON ERGO SAGUNTINI CIVITAS:) Quæ tota deſtructa civitas eſſe deſierat, ſublata igitur videbatur communitas juris, eoque ſpecies populi: Diſſentit Gronovius, nec deſiiſſe civitatem his probat rationibus: (1) quia veteribus cultoribus ſuperſtitibus poſt brevè tempus, Saguntinis octavo, *Vid. Liv. l. 21. c.* 14. & 15. Thebanis XX. anno, *Juſtin. l. 5. c. 4. Diod. Sic. l.* 17. *c.* 13. *Pluth. in Alex. c. 19. &* 20. ſalva lingua, legibus, moribus, inſtitutis; religionibus & ſacris, ordinibus & corporibus civitatis libertas reſtituta eſt. (2) ex judiciu ipſorum Saguntinorum apud *Liv. l.* 28. c. *39.* (3) quia alias Judæi, qui poſt 70. annos ex captivitate ſunt reverſi, non fuiſſet populus Iſraelitarum, cum tamen ſacra ſcriptora omnes pro eodem populo eos agnoſcat. Hinc (4) putat magis huc pertinere exempla Capuæ & Carthaginis, quarum illa, cum 150. hæc 100. annos in ruderibus jacuiſſent, a Julio Cæſare jura urbium, Romanis colonis attributis, recuperaruot.

„Sententia Gronovii intuitu civitatis Sagunti vera eſt, at rationes ejus non concludunt nam Saguntiorum civitas, ut ut diruta, non deſiit eſſe civitas, etſi enim bello occopata & diſtracta fuerit, non tamen ſpecies interiit, quia ope ſociorum Romanorum ſe defendebat, adeoque bellum finitum nondum erat: Sane Saguntum eodem bello & civitatem & libertatem recepit. *Liv. l. 38. c. 39.*

„Exemplum Thebæ diſſimile plane eſſe ſtatim probabimus: ſed & Judæi bello victi, & ex nova gratia reſtitui ſunt ab ipſo victore, adeoque nec hoc exemplum huc pertinet, uti nec exempla Capuæ & Carthaginis.

„*k*) (NEQUE THEBÆ:) Thebani non jure poſtliminii reſtituti, ſed a victore ex nova gratia priſtina libertate donati ſunt, adeoque hoc exemplum huc non pertinet. *Vid. ſupr. c. 8 §. 4. n. 2. c. 12. §. 8. n. 4.*

„*l*) (NON ESSE THEBANIS POSTLIMINIO RESTITUTUM:) Diximus enim Thebas interiiſſe, adeoque & jura ei inhærentia. Conf. *c. præced. §. fin.*

„*m*) (TUM QUOD NOVUS ERAT POPULUS:) Ex nova gratia victoris populus factus.

„*n*)

Digitized by Google

nus erat, hoc jus alienare potuerat & alienaverat; [o] & quia creditum non in eorum eſt numero quæ poſtliminio redeunt.

2. Ei [p] quod de civitate diximus haud multum diſſimile eſt [q] quod veteri illo Romano jure, quo diſſolubilia erant conjugia, [r] matrimonium non cenſebatur poſtliminio reſtitui, [s] ſed novo conſenſu redintegrari. L. 8. 14 §. 1. D. de capt.

§. X.

1. Et ex his quidem intelligi poteſt [a] quale ſit jure gentium poſtliminium in liberis hominibus. [b] Cæterum jure civili [c] id ipſum jus,

„n) (TUM QUOD ALEXANDER &c. HOC JUS „ALIENARE POTUERAT, ET ALIENAVERAT:) „Jure enim victoriæ omne jus civitatis Thebæ „in victorem tranſiit, qui proinde de ſuo jure disponere, i. e. debitum remittere potuit. *Vid.* „*ſupr §. 1. propoſ. 7. pag. 208.*

„o) (ET QUIA CREDITUM NON IN EORUM „EST NUMERO QUÆ POSTLIMINIO REDEUNT:) „Imo contrarium demonſtravimus in *Differt. pro-* „*œm. XII. §. 763.* Sane jus exigendi quod nobis „competit, ex judicio noſtræ civitatis injuria ablatum eſt, adeoque reſtituti omnia jura recipimus „etiam apud pacatos, uti ipſe Auctor alibi pro„bavit *Vid. ſupr. §. 6. n. 1.*

„p) (QUOD DE CIVITATE DIXIMUS:) Diſſo„luta civitate eundem populum non cenſeri, nec „eum poſtliminio reſtitui, diximus. *n. præced.*

q) (Grot.) (MATRIMONIUM NON CENSEBATUR POSTLIMINIO RESTITUI;) Aliter inter Chriſtianos. *Leo* Papa ad Nicetam Aquilegenſem epiſcopum: *ut ſicut in mancipiis vel agris, aut etiam in domibus ac poſſeſſionibus, in captivitatem ductis, poſtliminium reverſis de captivitate ſervatur, ita etiam & conjugia, ſi aliis juncti fuerint, reformentur.* Vide *Hincmarum* iu opuſculo de divortio Lotharii & Tetbergæ ad interrogationem XIII. & reſponſum *Stephani* Papæ cap. 19. in tomo. II. conciliorum Galliæ.

ADDITIO.

„Imo diſſimillimum eſt exemplum, nec ullibi „in jure Romano traditur matrimonium poſtli„minio carere; ſane captus & reverſus per poſtliminium omnia priſtina jura recipit, adeoque „nulla ratio dari poteſt cur jura matrimonii „excipiantur: Sed & eadem ratio hic obtinet quæ in „aliis juribus, nam injuria hoſtis matrimonium „interruptum fuit. *Vid. l. 19. pr. capt. & poſtl.*

„Neque obſtat *l. 14. §. 1. De Captiv.* ibi *Non* „*enim ut paterfamilias, ita uxor a marito recupe-* „*rari poteſt: ſed conſenſu demum redintegratur* „*matrimonium.* Conſ. *l. 8. ff. eod.* Reſp. Non „aſſeritur *uxorem a marito non recipi poſtliminio,* „ſed eam non recipi NB. NB, *uti paterfamilias* „*recipit filium:* pater enim recipit filium *etiam* „*invitum.* Maritus autem recipit uxorem *non niſi* „*volentem:* Diſſolvitur igitur matrimonium non „ob defectum juris poſtliminii, ſed quia uxor di„vortium facit. Unde pœnas diſſidii dat, *L. 8. ff.* „*captiv.* quod verum non eſſet, ſi maritus rever„ſus jura priſtina, i. e. jura matrimonii non reci„peret.

„Neque porro obſtat, quod captivitate matri„monium dirimatur; *L. 1. ff. de Divert L. 36. ff.* „*ſol matr.* nec ſubſiſtat etſi uxor velit. *L. 12. §. 4.* „*captiv.* Reſp. dirimitur matrimonium ſub con„ditione niſi poſtliminio redierit; adeoque ma„trimonium in ſuſpenſo eſt: Si revertitur maritus „nunquam ſervus fuiſſe videtur, adeoque redinte„gratur matrimonium: ſi non redit, uxor ex mo„mento captivitatis vidua fuiſſe videtur.

„Hunc eventum igitur exſpectare uxor tenetur, „adeo ut, ſi de vita capti mariti conſtet, uxor ad „ſecunda convolare vota nequeat: & ſi de vita du„bitetur elapſo demum quinquennio alii nubere „poſſit: atque hactenus jura nuptiarum retinere di„citur in *L. 6. ff. de divort.* Si his neglectis ad ſe„cunda vota properat, pœnas diſſidii dare tene„tur *Vid. lit. ſeq. s.* certiſſimo indicio, poſtliminio „redintegrari matrimonium.

„r) (QUO DISSOLUBILIA ERANT CONJUGIA:) „Nam in eo ſimilitudinem cum civitate diſſo„luta conſtituit.

„s) (SED NOVI CONSENSU REDINTEGRARI:) „At ſi uxor non vult conſentire non dirimitur „matrimonium ob defectum poſtliminii, ſed ob „divortium: quod autem impune non facit. *L.* „*4. ff. capt. & poſtl. Nov. 22. c. 7.*

„a) (QUALE SIT JURE GENTIUM POSTLIMINI„UM IN LIBERIS HOMINIBUS:) Jus poſtliminii „ab ipſa natura eſſe diximus, non ex jure genti„um voluntario; quale non datur.

„b) (CÆTERUM JURE CIVILI:) Auctor hic re„cenſet differentias inter jus civile & jus gentium „circa materiam poſtliminii; nam jus gentium „voluntarium, additis exceptionibus aut conditio„nibus, jure civili reſtringi poſſe ait. At duo hic „notanda ſunt: (1) jus gentium non dari, adeoque „fruſtra quæri quomodo a jure civili differat.

jus, [d] quod ea attinet quæ intra civitatem aguntur, & [e] adſtringi additis exceptionibus [f] aut conditionibus, [g] & produci ad alia commoda poteſt. Sic [h] jure civili Romano de numero eorum qui poſtliminio redeunt exempti ſunt transfugæ: [i] etiam filii familias, [k] in quos patri videtur ſalva eſſe debuiſſe poteſtas illa patria [l] quæ propria erat Quiritium. Sed hoc ideo placuiſſe ait [m] Paulus, quia [n] diſciplina caſtrorum antiquior fuit parentibus Romanis quam caritas liberorum: cui congruit quod [o] de Manlio ait Cicero, ſuo dolore ſanciviſſe eam militaris imperii diſciplinam, ut ſaluti proſpiceret civium, [p] qua intelligebat contineri ſuam: ipſique naturæ & patrio amori [q] prælatum ab eo jus majeſtatis.

d l. 19. § 4 & §. 7. eod. tit.

De finib. l. c. 7. 10.

2. Detrahit & hoc aliquid de jure poſtliminii, quod legibus Atticis primum, [r] deinde Romanis conſtitutum eſt, ut qui redemptus

Dem. in Nicoſtratum. p. 724. B.

„(2) Jus civili in pauciſſimis jura naturæ circa „poſtliminium mutaſſe. *Vid. ſupr pag.* 221.

„c) (ID IPSUM JUS:) Scilicet jus gentium vo„luntarium.

„d) (QUOD EA ATTINET QUÆ INTRA CIVI„TATEM AGUNTUR:) I. e. quod ad jura civium „attinet; non vero quatenus jura illa extraneis „communia ſunt, quia leges civiles extraneos non „obligant.

„e) (ANSTRINGI ADDITIS EXCEPTIONIBUS:) Ita „enim ait jure Romano excipi transfugas *n. b.*

„f) (AUT CONDITIONIBUS:) Quo refert, quod „apud Romanus qui redemtus eſt ab hoſte redemto„ri ſervire teneatur, donec pretium reſtituerit. *n.* 2.

„g) (ET PRODUCI AD ALIA COMMODA:) Quo „refert, quod omnes res omniaque jura capti perinde „habeantur ac ſi nunquam captus fuiſſet: quod „uſucapta, vel non utendo finita, remediis juris „conceſſis recipiat *n. 3. &c.*

„h) (JURE CIVILI ROMANO &c. EXEMTI SUNT „TRANSFUGÆ:) Imo id ſequitur ex ipſa ratione „naturali, & ex natura juris poſtliminii: utpote „quod non obtinet niſi civis noſter injuria hoſtis „capiatur, non vero ſi civis ultro ad hoſtes pro„fugit. *d. diſp. Sect. 3. §. 24.* Unde etiam amneſtia „pace ſtipulata ad transfugas non pertinet. *d. diſp.* „*Sect. 3. §. 24.*

„i) (ETIAM FILII FAMILIAS:) Scilicet ſi trans„fugæ ſunt: Quia qui ad hoſtes deficiunt amit„tunt civitatem; *l. 5. §. 1. cap. min.* jura igitur quæ „ex ſuo delicto amiſerunt, recipere poſtliminio „non poſſunt.

„k) (IN QUOS PATRI VIDETUR SALVA ESSE „DEBUISSE POTESTAS ILLA PATRIA:) Adeoque „etſi ipſe filius poſtliminio non gaudeat, æquita„ti tamen naturali conveniens eſſe videtur, ut ſal„tem jus patriæ poteſtatis jure poſtliminii reſtitu„atur. Reſp. (1) Pater non amiſit jus ſuum inju„ria hoſtis, ſed injuria filii, qui ſua voluntate ad „hoſtes transfugit, adeoque tota ratio poſtliminii „ceſſat. Jus autem in filium ideo non recipit, „quia hoſtis loco habetur *l. 19. §. 4. captiv.* adeo„que pater ſic eum amiſit uti patria. *d. l. §. 7.* Utro„que autem modo jura patriæ poteſtatis etiam „intuitu patris exſtinguebantur. *§. 3. Inſt. Quib. mod.* „*patr.* Sed & transfuga in pœnam amittebat civi„tatem, *d. l. 5.* adeoque & ex eo capite deſinit „eſſe in poteſtate patris. *§. 1. Inſt. Quib. mod. patr.* „*l. 17. ff. pœn.*

„l) (QUÆ PROPRIA ERAT QUIRITIUM:) §. 2. „*Inſt. d patr. pot.*

„m) (PAULUS:) *L. 19. §. 7. ff. capt & poſtl.*

„n) (DISCIPLINA CASTRORUM ANTIQUIOR FU„IT:) Imo Paulus præterea rationem naturalem „allegat, nimirum, *quia pater ſic illum amiſit ſicut* „*patria:* diximus enim filium transfugam, hoſtem „eſſe, eoque mortis reum. Quantum apud Roma„nos valuerit diſciplina militaris patet ex *Salluſt.* „*Catil. Flor. l. 1. c. 14. Liv. §. 7. Quintil. d. 3. p.* „*m. 38. Teſm. h.*

„o) (DE MANLIO:) Qui filium, contra edictum „extra ordinem pugnantem, ſecuri feriri juſſit, „*præpoſita ſalute publica, ingenitæ liberorum cari*„*tati. Liv. l. 8. c. 7.*

„p) (QUA INTELLIGEBAT CONTINERI SUAM:) „Sine qua nec ſe ſalvum fore putabat. *Gron. h.*

„q) (PRÆLATUM AB EO JUS MAJESTATIS:) „Uti & econtrario liberi patriam parentibus præ„ferre debent: hinc alibi dictum eſt, liberos reve„rentiam debere parentibus, exceptis cauſis impe„rii *l. 2. c. 26. §. 3. n. 2.*

„r) (DEINDE ROMANIS CONSTITUTUTUM EST, „UT QUI REDEMTUS EST AB HOSTIBUS REDEM„TORI SERVIAT:) Auctor putat hac lege aliquid „detrahi juri gentium, jurique poſtliminii, quia re„demtus non plene liber ſit, ſed ſervire cogitur: „quod verum non eſt. Nam ita redemtus plenis„ſime liber eſt, & omnia priſtina jura recipit, „quia ex judicio noſtræ civitatis injuria captus aſ„ſeritur, atque hinc ſervus non eſt. *l. 2. §. 1. d.* „*poſtlim.* At quia libertatem meo pretio conſecu„tus eſt, ideo reſtituere mihi pretium etiam natu-

„tus

ptus eſt ab hoſtibus redemptori [s] ſerviat donec pretium reddiderit. Sed hoc ipſum [t] favore libertatis introductum apparet, ne adempta ſpe recuperandæ pecuniæ multi in hoſtium manu relinquerentur. [u] Et illa ipſa ſervitus iisdem Romanis legibus multis modis mitigatur, & poſtrema lege Juſtiniani [v] finitur operis quinquennii: [w] morte quoque redempti jus repetendæ pecuniæ exſtinguitur; ſicut & [x] contracto inter redimentem & redemptum matrimonio remiſſum cenſetur: & [y] redemptæ mulieris proſtitutione amittitur, [z] multaque alia jure Romano in favorem redimentium & in pœnam proximorum, qui ſuos non redimunt, conſtituta ſunt.

L. ult. C. de poſtl. *L. ſi patre, 15. D. De capt. & poſtl.* *L. ſi is qui te, 13 C. de poſtl.* *L. fœdiſſimæ. 7. eod. tit.*

3. [aa] Rurſum auctum eſt poſtliminii jus lege civili, eo [bb] quod non ea tantum quæ in poſtliminio ſunt jure gentium, [cc] ſed res omnes, jura omnia perinde habentur ac ſi is qui rediit nunquam hoſtium potitus eſſet: quod & [dd] jure Attico obtinuit. Nam, ut apud Dionem Pruſæenſem oratione xv. legimus, quidam Calliæ ſe filium dicens captum in clade ad Acanthum, & ſerviiſſe in Thracia, cum Athenas poſtliminio rediiſſet, hæreditatem Calliæ a poſſeſſoribus petiit, [ee] nec aliud quæſitum eſt in judicio quam an is revera Calliæ eſſet filius. Idem narrat, [ff] Meſſenios cum longo tempore ſerviiſſent, tandem

Pag. 239. B. G. *Pag. 242. D.*

„rali jure tenetur, *l. 6. C. poſtl.* &, quoad exſolva„tur, in cauſam pignoris conſtituti merito ſervi„les operas præſtat. *L. 2. C. Eod. Conſ. §. ſeq.*

s) (Grot.) (SERVIAT DONEC PRETIUM REDDIDERIT:) Idem cap. 34. edicto *Caroli Calvi* Piſtis.

„*t*) (FAVORE LIBERTATIS INTRODUCTUM APPARET:) Imo id ex ipſo jure naturæ ſequitur. „Nam meo pretio libertatem, i. e. jus in res & „operas ſuas recuperavit: Hactenus ergo plus ſuo „habet, & locupletior factus eſt ex re mea, inde„que mihi id reſarcire tenetur; & ſi alio modo „non poteſt, præſtando operas liberare ſe tene„tur, quia alia tunc ſatisfaciendi ratio non eſt.

„*u*) (ET ILLA IPSA SERVITUS &c. MULTIS „MODIS MITIGATUR:) Dixi plane non eſſe ſer„vum, etſi operas ſerviles præſtet.

„*v*) (FINITUR OPERIS QUINQUENNII:) Ab ini„tio triennium ſtatutum fuiſſe ait Harmenopulus „*l. 1. tit. ult. §. 33.* Juſtinianus quinquennium de„finivit *L. f. C. Capt. & poſtl.* Apud Ebræos præfi„xum eſt ſexennium. *Exod.* 21. 2. *Deut.* 15. 12.

„*w*) (MORTE QUOQUE REDEMTI JUS REPETEN„DÆ PECUNIÆ EXSTINGUITUR:) Dum enim mo„ritur, quaſi jure pignoris ſublato, nactum poſtli„minium, & ſine obligatione debiti obiiſſe, ait „Ulpianus in *l. 15. ff. Capt. & poſtl.* adeo ut filius „ab eo relictus ſuus patri defuncto exiſtat *d. l. 15.* „Unde nec mulieris redemtæ & enixæ liberi ſunt „pignoris loco. *l. 8. C. Eod.*

„*x*) (CONTRACTO &c. MATRIMONIO REMISSUM „CENSETUR:) *Vid. l. 13. C. poſtl.* quia uxor „omnium jurium mariti particeps eſt.

y) (REDEMTÆ MULIERIS PROSTITUTIONE AMIT„TITUR:) *Vid. l. 7. C. poſtl.* Hoc meri juris civilis eſt.

„*z*) (MULTAQUE ALIA:) Vid. *lib. 20. ff. Sol. „matr. l. 21. C. de SS. Ecleſ. Nov. 7. c. 8. N. 115. „c. 3. §. 13.*

„*aa*) (RURSUM AUCTUM EST POSTLIMINII JUS „LEGE CIVILI:) Imo ipſo jure naturæ captus & „reverſus omnes res, omniaque jura recipit, quia „judicio civitatis noſtræ injuria capta cenſentur.

„*bb*) (QUOD NON EA TANTUM QUÆ IN POST„LIMINIO SUNT JURE GENTIUM:) Diximus jus „gentium non exiſtere, ſed jus poſtliminii eſſe „ab ipſa natura: jure naturæ autem æque ac jure „civili omnes res, omniaque jura nobis ab hoſte „erepta, poſtliminio gaudere demonſtrabimus *in„fra §. 13 ſeq.* & pauca ſaltem jure Romano excipi.

„*cc*) (SED RES OMNES. JURA OMNIA:) „Id non demum jure civili ſtatutum eſt, ſed ipſa „ratione naturali captus & reverſus omnes res „omniaque jura recipit. Vid. *ſupr §. 1 lit. e. pag.* 221. „Conf. *l. 5. §. 1. l. 22. §. 1. ff. Captiv. §. 5. Q. M. p. p. s.*

„*dd*) (JURE ATTICO:) I. e. apud Athenienſes.

„*ee*) (NEC ALIUD QUÆSITUM EST IN JUDICIO:) „I. e. Non quærebatur an reverſus jura reciperet: „nam id extra omne dubium erat.

„*ff*) (MESSENIOS CUM LONGO TEMPORE SER„VIISSENT TANDEM ET LIBERTATEM ET RE„GIONEM RECEPISSE:) Gronovius miratur cur „Auctor his populis concedat poſtliminium, cum „Saguntis & Thebanis id negaverit §pho præce„denti,

L. ab hoſtibus. 18. C de poſtliminio. *L. 1. §. 1. D. quib. ex cauſ. maj.*

tandem & libertatem & regionem recepiſſe. Imo & quæ [gg] per uſucapionem [hh] aut liberationem ex bonis ſubtracta, [ii] vel non utendo finita eſſe videbantur, [kk] actione reſciſſoria reſtituuntur: nam in edicto de majoribus in integrum reſtituendis, [ll] is comprehenditur qui in hoſtium eſt poteſtate. Et hoc quidem [mm] venit ex jure Romano antiquo.

4. At [nn] lex Cornelia etiam hæredibus conſuluit eorum qui capti apud hoſtes deceſſiſſent: [oo] bona eorum conſervans, perinde, quaſi qui non redit jam eo tempore quo captus eſt deceſſiſſet. [pp] Quæ jura civilia ſi tollas, haud dubie ſtatim ut quis ab hoſtibus captus eſſet [qq] bona ejus futura fuiſſent occupantium, [rr] quia qui apud hoſtes eſt, pro

„denti. *Verba ejus hæc ſunt:* Meſſenios poſtliminio vult patriam & libertatem recepiſſe. Hi „poſt primum eum Spartanis bellum Ithome deſtructo Olymp. 14. (Candaule apud Lydos, Salmanaſſare in Chaldæis regnante,) diſſipati per „Arcadiam, Argos, Syciona, Cleuſina, quum capti & remanentes omnia ſervitutis mala, ut Juſtinus annos 80, ut Pauſanias 39, perpeſſi eſſent, ductore Ariſtomene ſe liberarunt: Secundo „bello, expugnata Ira, Olymp. 29. (Ardye Gygis „F. in Lydis, Tullo hoſtilio Romæ regnante) „rurſus qui effugere nequierant in Illotas reducti; „qui evaſerunt: utrorumque poſteri poſt 200. annos Olymp. 77. Paullo poſt expeditionem Xerxis in Græciam, cum terræ motos omnem fere „Spartam evertiſſet, ac 20000 hominum exanimaſſet, tertium bellum excitarunt, quo poſt decennium inferiores in Siciliam, Africam, Naupactum, Acarnaniæ aliasque regiones ſparſi, vacuam „& vaſtam Meſſanen reliquerunt, donec poſt annos fere 100. Olymp. 103, proximo poſt Leuctricam cladem anno, Epaminandas urbem inſtauraverit convocatis undique veterum cultorum „poſteris. *Pauſ. 4. 241. & 268. Liv. 32. 22.* Quod ſi „poſtliminium his concedit, quanto minus id Saguntinis & Thebanis negari debuit? *Hucusque Gron.*

„Si dicendum quod res eſt, fruſtra hic de jure „poſtliminii quæritur: Civitas hæc non bello recepta, ſed ex mera gratia a populo victore priſtinæ libertati poſt 70. annorum ſervitutem „reſtituta eſt: adeoque eadem hic ratio quæ in „Thebanis obtinet: Hæc igitur civitas ſemel exſtincta „non priſtina jura recepit, ſed novam conſtituit „civitatem, novusque exiſtit populus: Conf. *ſupr. „l. 2. c. 9. §. 7.*

„gg) (PER USUCAPIONEM:) Si quis rem capti „bona fide & juſto titulo a non domino acquiſivit „& longo tempore poſſedit.

„hh) (AUT LIBERATIONEM:) Si v. g. debitor „per acceptilationem vel a filio capti, vel a engnatis, (quibus bona interim conceſſa ſunt *Vid. l. 3. „C. poſtl. l 15. ff. Ex quib. cauſ. maj.*) factam liberatus eſt.

„ii) (VEL NON UTENDO:) Uſusfructus non „utendo intra tempus 10. aut 20 annorum amittitur. *§. 3. Inſt. de Uſufr. Gron. h.*

„kk) (ACTIONE RESCISSORIA RESTITUUNTUR:) „Reverſus rem reſciſſa uſucapione petere poteſt, „i. e. ita petere, ut dicat poſſeſſorem uſu non cepiſſe, & ob id ſuam rem eſſe. *§. 6. Inſt. de act. „Conf. l. 18. C. poſtl. & d. l. 15.* Etſi igitur lege „civili jus capti propter uſucapionem exſtinctum „ſit, tamen eadem lex ſuccurrit capto, eum reſtituendo in integrum: ex æquitate illa naturali, „quod injuria captus ſit, & hæc injuria ei obeſſe „non debeat.

„ll) (IS COMPREHENDITUR QUI IN HOSTIUM „EST POTESTATE:) Adeoque hæc abſentia eſt juſta reſtitutionis cauſa: *L. 1. §. 1. ex quib. cauſ. „maj. l. 11. l. 12. l. 14. l. 15. ff. Eod.* & per id tempus quo captus eſt jus læſum corrigitur, ne obſit „vel proſit quod evenerit *l. 1. pr eod.*

„mm) (VENIT EX JURE ROMANO ANTIQUO:) „Quo auctum eſſe jus Gentium Auctor putat: At „demonſtravimus id ex æquitate naturali fluere.

„nn) (LEX CORNELIA ETIAM HÆREDIBUS CONSULUIT:) Adeoque hactenus quoque jus gentium „auctum eſſe per jus civile putat: Sed potius dicendum legem Corneliam reſtituiſſe jus naturæ, „uti ſupra §. 1. lit. *e.* demonſtravimus. Nam ante „legem Corneliam bona captorum, contra rationem naturæ, & odio captivorum, fiſco cedebant, *Vid. lit. rr.* Lex Cornelia demum & hereditatem & hæredes fecit. *L. 18. pr. ff. ad L. Falc.*

„oo) (BONA EORUM CONSERVANS, PERINDE „QUASI &C. EO TEMPORE QUO CAPTUS EST DECESSISSET:) Prætor enim legem Romanam, (qua „cives noſtri ab hoſte capti etiam in noſtra civitate pro ſervis habebantur,) mutare non potuit, „adeoque per fictionem ſupponit eos nunquam „ſervos fuiſſe. *Vid. ſupr. lit. e.*

„pp) (QUÆ JURA CIVILIA SI TOLLAS:) Rectius „jus Prætorium ſi tollas: Nam ſi lex Cornelia non „conſervaret bona captis eorumque hæredibus, vigore juris civilis veteris bona ceſſura fuiſſent fiſco.

qq) (Grot.) (BONA EJUS FUTURA FUISSENT OCCUPANTIUM:) Vide *legem Wiſigothicam* lib. V, tit. IV. c. 15.

ADDI-

pro nullo habetur. Quod ſi qui captus fuerat rediret, [ss] nihil reciperet præter ea quæ jure gentium poſtliminium habent. [tt] Quod vero captivorum bona fiſco cedunt ſi hæres nullus ſit, [uu] ex jure Speciali eſt Romano. Vidimus [vv] de his qui redeunt: [ww] videamus de his quæ recipiuntur. *L. 31. D. de jure fiſc. l. 22. §. 1. D. de capt.*

§. XI.

I. [a] Inter hæc ſunt primum [b] ſervi & ancillæ, [c] etiam ſæpe alienati, [d] etiam ab hoſte manumiſſi: [e] quia hoſtium jure manumiſſio obeſſe civi noſtro ſervi domino non potuit: ut bene notat [f] Tryphonius. Sed ut ſervus recipiatur, neceſſe eſt [g] ut aut revera habeatur *L. in bello, 12. §. manumittendo 9. D. de Capt.*

ADDITIO.

„Cum enim captus ex hypotheſi veteris juris „Romani ſervus factus fuerit, adeoque nec parentes, „nec liberos, nec agnatos habere crederetur, bona ejus „tanquam res nullius cedere debebant occupanti, „vel ex more Romano jure bonorum vacantium „fiſco. *L. 31. ff. jur. fiſc.*

„*rr*) (QUIA QUI APUD HOSTES EST PRO NULLO HABETUR:) Vid. *l. 32. R. J. l. 7. pr ff. Falſ.* „i. e. pro non exiſtente, & pro civiliter mortuo: „*l. 209. R. J. l. 59. pr. Cond. dem.* adeoque bona „ejus pro vacantibus habentur, atque ideo fiſco ce„dunt *l. 31. J. fiſci.* Hoc jus Civile, apud veteres „Romanos receptum, mutavit Prætor Cornelius „Sylla.

„*ss*) (NIHIL RECIPERET PRÆTER EA QUÆ „JURE GENTIUM POSTLIMINIUM HABENT:) Sæ„pius diximus jus gentium non dari, adeoque fru„ſtra quæri quid jure gentium poſtliminio redeat.

„Ex præcedentibus repetandum eſt, legem Cor„neliam per modum fictionis ſuppoſuiſſe cives „noſtros ab hoſte captos nunquam ſervos fuiſſe, „atque Prætorem ex hoc capite, ſive moriantur „ſive revertantur, ipſis eorumque hæredibus omnia „jura ſuæ civitatis conſervare. *vid. §. 1. lit. c.*

„At diximus ſimul ibidem, Prætorem circa „actus intermedios ſervi nihil mutaſſe, adeoque „hos actus, etiam poſt legem Corneliam, nullos „manſiſſe: & Imperatorem Leonem demum con„ſtituiſſe, ut diſpoſitiones a capto factæ in ſua ci„vitate effectum juris habeant, *Nov. Leon* 140. „Quo ipſo jus naturæ circa poſtliminium pleniſſi„me reductum eſt.

„*tt*) (QUOD VERO CAPTIVORUM BONA &c. „FISCO CEDANT:) Non vero occupantibus.

„*uu*) (EX JURE SPECIALI EST ROMANO:) „Quod bona vacantia fiſco tribuit. *l. 31. ff. jur. fiſcr.*

„*vv*) (DE HIS QUI REDEUNT:) I. e. de perſo„nis quas *reverti* Auctor ait. *Vid. § 3.*

„*ww*) (VIDEAMUS DE HIS QUI RECIPIUNTUR:) „i. e. de rebus: has enim *recipi* dixit *d. §. 3.*

„*a*) (INTER HÆC:) Quæ recipiuntur.

„*b*) (SERVI ET ANCILLÆ:) Cum enim ipſa „perſona ſervorum, omniaque eorum jura, res, „ipſæque actiones in noſtra fiat poteſtate, RERUM „nomine veniunt.

c) (Grot) (ETIAM SÆPE ALIENATI:) At edicto Theuderici ita conſtitutum eſt: *ſervi aut coloni ab hoſtibus capti & reverſi domino reſtituantur, ſi non ſunt ante ab altero vendentibus hoſtibus in commercio comparati.* (Cap. 148.) Vide & *Caſſiodorum* III, 43. At *lege Wiſigothica* mancipium bello receptum domino redditur, is qui recepit, tertiam partem accipit juſti pretii. Si ab hoſtibus venditum receptum fuerit, redit ad dominum pretio reddito & melioramentis. lib. v, tit. IV, 21.

ADDITIO.

„I. e. etiamſi non amplius ſint in hoſtili pot„eſtate, ſed alterius qui ab hoſte emit; nam emit „captum cum ſua qualitate, i. e. ſalvo jure poſt„liminii.

d) (Grot) (ETIAM AB HOSTE MANUMISSI:) Ut a Mithridate, qui retracti in ſervitutem. *Appianus* Mithridatico, (pag. 211. *Ed. H. Steph.*)

ADDITIO.

„Adeo ut receptus non habeatur pro libertino, „ſed pro ſervo; quia ex judicio noſtræ civitatis in„juria domino ereptus eſt, adeoque ab hoſte ma„numitti non potuit.

„*e*) (QUIA HOSTIUM JURE MANUMISSIO:) Sen„ſus eſt, quod hoſtis noſtræ civitati ejuſque juri „præjudicium facere nequeat.

„*f*) (TRYPHONINUS:) *L. 12. §. 9. ff. capt. & „poſtl.*

„*g*) (UT AUT REVERA HABEATUR A VETE„RI DOMINO:) Civis igitur captus ſtatim poſtli„minio redit ubi ad præſidia noſtra revertitur. „*l. 19 pr. & §. 3. de Capt. & poſtl.*

„At ſervi noſtri ab hoſte capti nondum poſtli„minio recepti videntur ſi intra fines noſtros rede„unt, ſed tunc demum ſi in poteſtatem domini „recipiuntur: *l. ſ. ff. capt. & poſtl.* quamdiu enim „ſervus ille animum non habet redeundi in pot-

Digitized by Google

beatur a vetere domino, *h* aut haberi facile poſſit. Quare cum in rebus aliis *i* ſufficiat eas intra fines eſſe perductas, *k* ad poſtliminii jus in ſervo id non erit ſatis *l* niſi & cognoſcatur; nam qui in
L.ult.D. de capt. urbe Roma eſt ita ut lateat, *m* nondum receptus Paulo videtur. Ac ſicut *n* hac in parte a rebus in inanimis diſtat ſervus, *o* ita viciſſim a libero homine *p* in eo diſtat, quod ut poſtliminio recipiatur non requiritur ut animo res noſtras ſequendi venerit. Id enim in eo requiritur qui ſe recepturus eſt, non in eo qui ab altero ſit recipi-
d.l.12. §.9.eod. endus, &, ut Sabinus ſcripſit, *de ſua cuique civitate cuique conſtituendi facultas libera eſt, non de dominii jure.*

2. Non excepit * ab hoc gentium jure *q* ſervos transfugas lex Romana. Nam & in his *r* dominus priſtinum jus recipit, ut *s* Pau-
d.l.19. §.5.eod. lus nos docet: *t* ne contrarium jus non tam ipſi injurioſum ſit qui ſervus ſemper permanet, quam domino damnoſum. Generaliter
l.12.C. de poſtl. *u* de ſervis qui virtute militum recuperantur dictum eſt ab Imperatoribus illud, *v* quod ad res omnes male a nonnullis trahitur, *Receptos*

„eſtatem domini, non poteſt dici in domini cuſtodiam rediiſſe. *Dict. l. f.* Conf. *l. 26. ff. Eod.*

„*h*) (AUT HABERI FACILE POSSIT:) Imo etſi haberi facile poſſit, nondum tamen eſt in prioris domini poteſtate *l. fin. ff. captiv. & poſtl.*

„*i*) (SUFFICIAT EAS INTRA FINES ESSE PERDUCTAS:) Quia tunc ſunt in cuſtodia publica. *l.* 19. *§.* 3. *ff. poſtl.*

„*k*) (AD POSTLIMINII JUS IN SERVO ID NON ERIT SATIS:) Servus enim qui non habet animum revertendi, adeoque latet, nondum eſt in poteſtate domini prioris; adeoque receptus dici nequit.

„*l*) (NISI ET COGNOSCATUR:) Rectius, niſi in poteſtate domini prioris conſtituatur.

„*m*) (NONDUM RECEPTUS PAULO VIDETUR:) Quia nondum habetur a vero domino. *l. f. ff. capt. & poſtl.*

„*n*) (HAC IN PARTE A REBUS INANIMIS DISTAT &c.) Res enim receptæ videntur ſtatim ac intra præſidia noſtra revertuntur: Servi autem non niſi animum habeant revertendi in poteſtatem domini, etſi in priſtina degat civitate.

„*o*) (ITA VICISSIM AB HOMINE LIBERO IN EO DISTAT:) Liber homo non niſi volens utitur poſtliminio: vid. ſupra §. 5. At ſervus etiam invitus recipitur: Nam ille habet liberam facultatem de jure ſuo domicilii diſponendi, hic vero jus domino quæſitum auferre ſua voluntate nequit

„*p*) (IN EO REQUIRITUR QUI SE RECEPTURUS EST:) Rectius ita: requiritur id in eo in cujus libertate eſt reverti velit an non: non vero in eo cujus voluntas ab alio dependet, & qui in aliena poteſtate eſt, in quam reverti etiam invitus tenetur. Atque hoc eſt quod Sabinus in *l.* 12. §. 9. *capt. & poſtl.* ait; de ſuo jure civitatis cuique ſtatuendi liberum eſſe, non vero de jure dominii, utpote quod alterius eſt.

„*) (AB HOC GENTIUM JURE:) Tale non dari ſæpius diximus.

„*q*) (SERVOS TRANSFUGAS:) Liber homo transfuga non recipit poſtliminio priſtina jura, quia non injuria hoſtis captus eſt, ſed ſua voluntate domicilium mutavit, & hoſtis factus eſt, in quem, ſi recipitur, omnia quæ in hoſtem licent.

„Secus in ſervo transfuga: Hic enim fuga ſua jus domino quæſitum aufert, adeoque receptus ei reſtitui jure poſtliminii debet, *l.* 19. *§.* 5. *ff. capt. & poſtl.*

„*r*) (DOMINUS PRISTINUM JUS RECIPIT:) Quia hoc ei fuga ſervi auferri nequit.

„*s*) (PAULUS:) *d. l.* 19. §. 5

„*t*) (NE CONTRARIUM JUS NON TAM IPSI INJURIOSUM SIT &c.) Rationis a Paulo allegatæ ſenſus hic eſt; quod injuria non fiat ſervo, qui ex judicio noſtræ civitatis ſemper ſervus permanet: cum econtrario, ſi ex judicio civitatis noſtræ dominus jus ſuum non reciperet, jus domino damnoſum ſtatueretur.

„*u*) (DE SERVIS QUI VIRTUTE MILITUM RECUPERANTUR:) Servi igitur noſtri ab hoſte capti, & poſtea militum noſtrorum virtute recepti, non prædæ loco militibus cedunt: quia milites ea quæ injuria nobis ablata ſunt, recuperare & jura noſtra tueri tenentur. *l.* 12. *C. de poſtlim.*

„*v*) (QUOD AD RES OMNES MALE A QUIBUSDAM TRAHITUR:) Imo eadem eſt ubi ubique ratio: nam milites rerum noſtrarum dominium defendere, non vero ſibi quærere debent, niſi lege aliud ſtatutum ſit.

„*w*)

ptos eos non captos judicare debemus, & militem noſtrum defenſorem eorum decet eſſe, non dominum.

3. [w] Qui ab hoſtibus redempti ſunt ſervi protinus Romano jure fiunt redimentis, ſed [x] oblato demum pretio poſtliminio recipi intelliguntur. [y] Verum hæc ſubtilius explicare juris civilis interpretum eſt. Nam & [z] poſterioribus legibus mutata ſunt nonnulla: & quo ſervi capti [aa] ad reditum invitarentur, propoſita libertas his quibus membrum ruptum eſſet ſtatim, cæteris poſt quinquennium, ut videre eſt in legibus militaribus a [bb] Rufo collectis.

§. XII.

[a] Illa quæſtio magis ad nos pertinet, [b] an & populi qui ſubjecti alieno

„w) (QUI AB HOSTIBUS REDEMTI SUNT SERVI, PROTINUS &c. FIUNT REDIMENTIS:) Non jure ſervitutis, ſed pignoris. *l.* 2. §. 1. *C. poſtlim.*

„x) (OBLATO DEMUM PRETIO POSTLIMINIO RECIPI INTELLIGUNTUR:) Adeoque ingenuitati non reſtituuntur redemti, niſi pignoris vinculo ſublato; *l.* 2. *l.* 6. *l.* 17. *c. Jur. poſtl.* ſive per donationem, *d. l.* 2. ſive per remiſſionem, *l.* 11. *Eod.* ſive nuptias cum redemto contraheodo. *l.* 13, *Eod.* Non tamen manent ſervi: *d. l.* 2. hinc nuptiæ cum redemta contrahuntur, *d. l.* 13. hæreditates interim delatas ſibi acquirit, *l.* 15. *c. Eod.* Et ſi redimens vel nolit accipere precium, vel accepto pretio nolit redemtum ingenuitati reſtituere, actio contra eum datur. *l.* 6. *C. Eod.* Denique, ſi lytron redemto remittitur non fit libertus, ſed eſt ingenuus. *d. l.* 11.

„Si redemtus non habeat unde precium redemtionis ſolvat, trienoii vel quinquennii operis eum liberari diximus ſupra §. 10.

„y) (VERUM HÆC SUBTILIUS EXPLICARE JURIS CIVILIS INTERPRETUM EST:) Jus naturæ cum jure civili in genere convenit: nam utroque jure redemtus ſtatim liber fit, at quia æquitati naturali convenit ut redimens pretium recipiat, & ut redemtus, qui precio alieno libertatem recuperavit, debito hoc ſe liberet, merito redemtor operis redemti, ſi aliud nihil in bonis habeat, uti, ac ex iis ſatisfactionem ſibi quærere poteſt: id enim tantundem eſt: Adeoque redemtus non eſt in ſervitute ſed pignoris vinculo tenetur, indeque cum effectu poſtliminium non obtinet niſi vinculo illo ſoluto, unde ex communis utilitatis ratione id deducit Imperator in *l.* 6. *C. poſtl.*

„z) (POSTERIORIBUS LEGIBUS MUTATA SUNT NONNULLA:) Quo pertinet, ut, ſi pretium ſolvero non poſſit, præſtitis per triennium operis libertati priſtinæ reſtituatur.

„aa) (AD REDITUM INVITARENTUR:) Eodem modo uti hodie deſerentibus militam remiſſio pœnæ promitti ſolet.

„bb) (RUFI COLLECTIS:) Libellus inſcribitur: *Leges Navales Rhodiorum, militares, Ruſtica, Juſtiniani.* opera Sim. Schardii Baſil. 1561. *Vid. Gron. h.*

„a) (ILLA QUÆSTIO MAGIS AD NOS PERTINET:) Nimirum quæſtio de ſervitute publica populorum: In præcedenti enim §. egit de ſervis privatis, eamque materiam magis ad ſubtilitates juris civilis pertinere dixit. *n. fin.*

„b) (AN ET POPULI QUI ALIENO IMPERIO SUBJECTI FUERUNT IN VETEREM CAUSAM RECIDANT:) Paſſim hanc quæſtionem propoſuit Grotius in hoc opere: *Primo* enim in *l.* 2 *c.* 4. §. 14. quæſivit, *an liber populus bello victus recipiat libertatem priſtinam ſi ſua virtute ſe liberat*: eamque quæſtionem affirmative decidit, quia quod *vi* partum eſt imperium vi diſſolvi poſſe putat, niſi capiens ex voluntate populi ſaltem tacita jus acquirat. *ibid.* n. 1. Sed & ſine vi populum priſtinam libertatem aliquando recipere ait, per tacitam victoris derelictionem; nam longam regis patientiam ſufficere poſſe ad pariendam libertatem. *ibid. n.* 2.

„*Secundo* ſupra §. 9. quæſivit, *an liber populus victus priſtinam recipiat libertatem ſi vis ſociorum eum eximit hoſtili imperio:* Ubi diſtinguit Auctor, an populus diſſolutos ſit, an non: priori caſu verius putat non eundem populum cenſeri, nec ei poſtliminium eſſe, quia corpus plane interiit, indeque nec Sagunti civitatem, octo poſt excidium annis, nec Thebas XX. ab excidio annis reſtitutas, priſtina jura recepiſſe.

„*Tertio* quærit hoc §. *An populi qui ſubjecti alieno imperio fuerunt, in veterem cauſam recidant, ſi vel ab eo cujus imperium fuerat, vel a ſociis hoſti eripiuntur?* Auctor diſtinguit duos hos caſus, & priori caſu populum redire ſub prioris principis imperium docet, poſteriori autem caſu idem obtinere ait quod in ſervis: qui priſtino domino reſtituuntur etiam inviti. h. c. 9. § 11. n. 1. niſi ſociali fœdere aliud dictum ſit, ut ſcl. populus ille cedat ſocio. *d.* §. 12.

alieno imperio fuerunt in veterem cauſam recidant: [c] quod tractari poteſt ſi non is cujus imperium fuerat, [d] ſed ſociorum aliquis eos hoſti eripuiſſet. [e] Puto hic idem dicendum quod in ſervis, [f] niſi ſociali fœdere aliter convenerit.

§. XIII.

1. Inter res primum occurrunt [a] agri, qui in poſtliminio ſunt. *Verum eſt*, ait [b] Pomponius, *expulſis hoſtibus ex agris quos ceperint dominia eorum ad priores dominos redire.* Expulſi autem hoſtes intelligi debent, * ex quo aperte eo accedere amplius non poſſunt, ut [c] alibi explicavimus. Sic Æginam inſulam Athenienſibus ereptam [d] veteribus dominis Lacedænionii reddiderunt. Agros ex Gothis & Vandalis recuperatos veterum poſſeſſorum hæredibus reddiderunt [e] Juſtinianus, aliique imperatores; [f] non admiſſis adverſus dominos præſcriptionibus illis quas Romanæ leges induxerant.

2. Quod

L. ſi ca. pivus. 20 §. verum eſt. 1. D. de capt. Strabo libro 7. pag. 376. Nov. 36. Nov. Valent. de epiſc. Jud. Proc. 1. de bell. Vand. Cuj. obſ. 10, 12.

„Noſtram ſententiam expoſuimus ſupra §. 9.

„c) (QUOD TRACTARI POTEST, SI NON IS CUJUS IMPERIUM FUERAT, EOS HOSTI ERIPUISSET:) Scl. durante eadem belli cauſa: nam ſi is „qui imperium ante habuit; eundem populum in „alio bello hoſti eripit, negamus populum in ve„terem cauſam recidere.

„d) (SED SOCIORUM ALIQUIS:) Sic Ariarates, „Cappadociæ rex, conſilio Demetrii regis Syriæ „ejusque viribus regno pulſus, a Senatu Romano re„ſtitutus eſt. *Liv. epit. lib. 47.* Ariobarzanes a L. „Cornelio Sylla in regnum Cappadociæ reductus „eſt. *Liv. epit. l. 70.* Ita Saguntii a Romanis libe„rati & reſtituti ſunt. *Vid. ſupr.* §. 9.

„e) (PUTO HIC IDEM DICENDUM QUOD IN SERVIS:) Qui priſtino domino reſtitui debent, et„iam inviti: Pari ratione populus a ſociis rece„ptus in priſtinam cauſam recidit, etiam invitus: „& hactenus argumentum a ſervo recepto ad popu„lum receptum valet.

„Bene autem notandum eſt, hæc vera eſſe ſi „populus ille *eodem bello* & ex eadem cauſa a ſo„ciis liberatur: Si enim *bello finito* ex alia cauſa „populus ille ab his qui olim ſocii fuere, capitur: „populus ille non in priſtinam recidit cauſam, ſed „capienti jure victoriæ acquiritur.

„f) (NISI SOCIALI FOEDERE ALITER CONVENERIT:) Si inter ſocios pactum interceſſit, ne „populus qui alieno imperio ſubjectus eſt, ſi ope „ſociorum liberatur, recidat in priſtinam cau„ſam, ceſſat poſtliminium.

(AD §. XIII) Quærit Auctor, quæ nam res poſtliminio recipiantur? & diſtinguit inter res mobiles ac immobiles, & has ſolas poſtliminio recipi ait: At demonſtravimus, jure naturæ & Romano etiam res mobiles priſtino domino reſtitui debere. *Vid.* §. 14. *ſeq.*

„a) (AGRI:) Quo pertinent urbes, provinciæ „vi hoſtili ereptæ &c.

„b) (POMPONIUS:) *l. 20. §. 1. ff. capt. & poſtl.*

„*) (EX QUO APERTE EO ACCEDERE AMPLIUS NON POSSUNT:) Rectius ex quo ager in no„ſtra eſt poteſtate, adeo ut licet hoſtis armatus „ingredi poſſit, id ei non impune liceat.

„c) (ALIBI:) *Vid. c. 6 §. 4 & ſupra §. 2.*

d) (Grot.) (VETERIBUS DOMINIS:) Nempe qui partium Lacedæmoniarum fuerant. Confer quæ ſupra cap. VI. §. 7.

„e) (JUSTINIANUS:) Apud *Procop. l. 1. bell „Vand. & Nov. XXXV.*

f) (Grot.) (NON ADMISSIS ADVERSUS DOMINOS PRÆSCRIPTIONIBUS ILLIS:) Idque ex lege Honorii: qui quanquam relicta Vandalis Hiſpania, tamendum eam retinerent Vandali, præſcriptionem tricenariam dominis nocere noluerat, meminit *Procopius* Vandalicorum 1. (*Cap.* 3) *Valentinianus* in novella lege de epiſcopali judicio: *triennali temporum definitione concludi ea præcepimus, quæ perpetuis aut infinitis ſæculis ſervabantur: exceptis Afrorum negotiis, qui ſe probaverint neceſſitatem Vandalicam pertuliſſe: ut de illorum cauſa illa tempora præfixo tricennio ſubtrahantur, qua claruerit ſub hoſtilitate conſumta.* In *concilio Hiſpalenſi* relato in cauſam XVI, quæſtione III, c. 13. *ſicut per legem mundialem his quos barbarica ſeveritas captiva neceſſitate transvexit, poſtliminio revertentibus redditur antiqua poſſeſſio.* convenit c. ex tranſmiſſa. *de præſcriptionibus.* vide & *Cujacium* ad titulum C. de præſcriptione XXX. annorum.

ADDITIO.

„Auctor non inſpexit Novellam XXXVI, quam „tamen in margine allegat: ibi enim erepta a „Vandalis

2. Quod de agris jus eſt, idem eſſe arbitror de [g] omni jure quod ſolo adhæret. Nam & loca capta ab hoſtibus quæ religioſa vel ſacra fuerant, ſi ab hac calamitate fuerint liberata, quaſi quodam poſtliminio reverſa [h] priſtino ſtatui reſtitui ſcripſit Pomponius: quicum convenit illud Ciceronis in Verrina de Signis, de Diana Segeſtana: *P. Africani virtute* [i] *religionem ſimul cum loco recuperavit;* & Marcianus cum poſtliminii jure [k] comparat jus illud quo ſolum ædificio occupatum eo collapſo [l] littori redditur: [m] Quare & uſumfructum agri recepti reſtitui dicendum erit, [n] ad exemplum ejus quod de agro inundato Pomponius reſpondit. Sic Hiſpanis lege cautum eſt, ut Comitatus & aliæ juriſdictiones hæreditariæ [o] poſtliminio redeant, majores [p] omnino; minores, [q] ſi intra quadriennium a receptione vindicentur; niſi quod arcem bello amiſſam & quomodocunque recuperatam [r] retinendi jus rex habet.

L. cum loca. 36. D. de religioſis.
IV 35. L. in tantum. 6. de diviſ. rer.
L. ſi ager. 26. D. quibus mod. uſusfr. amit.
Reg. Conſt. lib. X. tit. 29. p. 2.

§. XIV.

1. [a] De mobilibus generalis in contrarium regula eſt, * ut poſtliminio

„Vandalis veterum poſſeſſorum hæredes usque ad „tertium gradum vindicare quidem poſſunt intra „quinquennium ab illa conſtitutione, at ſpeciatim „excipitur legitima præſcriptio: præſens igitur „poſſeſſor tueri ſe poteſt præſcriptione 30. annorum. *Goth. ad d. Nov. lit. k.*

„*g*) (DE OMNI JURE QUOD SOLO ADHÆRET:) „De uſufructu nimirum, ſervitute, hypotheca &c.

„*h*) (PRISTINO STATUI RESTITUI SCRIPSIT „POMPONIUS:) In *l. 36. ff. Relig.* Ratio hæc eſt, „quod res ſacræ ex judicio noſtræ civitatis injuria ablatæ ſint, adeoque receptæ reſtituuntur cum „ſua qualitate.

„*i*) (RELIGIONEM SIMUL CUM LOCO:) Captus „enim locus deſierat eſſe religioſus, *d. l. 36.*

„*k*) (COMPARAT JUS ILLUD:) *Vid. l. 6. pr. ff.* „*Rer. Div.* JCtus jus illud, *quo ſolum ædificio oc*„*cupatum eo collapſo littori poſtliminio redditur,* „*non comparat cum poſtliminii jure de quo hic agi*„*tur:* Nam hoc toto cœlo a priori differt: *Poſte*„*rius* ſupponit rem injuria nobis ereptam & receptam eſſe: *prius* ſupponit ædificium jure in littore poſitum & poſtea collapſum: Adeoque in „eo ſolo conveniunt, quod utroque caſu jus aliquod „antiquum reſtituatur: ita ut *poſteriori* caſu dominus recuperet rem injuria ereptam, *priori* ca„ſu littus iterum fiat nullius *quaſi poſtliminio.* Senſu igitur maxime improprio hoc caſu *poſtlimi*„*nium* accipitur, uti ſæpius in jure noſtro accipi „ſolet. *Add. lit. n.*

„*l*) (LITTORI REDDITUR:) I. e. fit nullius: „uti fuit ante occupationem.

„*m*) (QUARE ET USUMFRUCTUM AGRI RE„CEPTI RESTITUI DICENDUM EST:) Nam omnia „jura hoſtis, quippe injuria ablata, domino reſti„tuuntur.

„*n*) (AD EXEMPLUM EJUS QUOD DE AGRO „INUNDATO POMPONIUS RESPONDET:) Si enim „ager inundatus poſtea uno impetu deſeritur, non „tantum jus priſtini domini, ſed & fructuarii red„integratur. *L. 23. l. 24. ff. Quib. mod. us. am.* „At exemplum hoc huc non quadrat, quia plane „diverſa ratio eſt. Jure enim poſtliminii uſusfru„ctus ideo reſtituitur fructuario, quia hunc quo„que injuria ei ab hoſte ablatum aſſerimus; *l. 19.* „*pr. captiv.* uſusfructus autem agri inundati priſti„no poſſeſſori reſtituitur, quia jus prioris poſſeſſo„ris per inundationem non perit: adeoque fru„ctuarius uſumfructum recipit, non quia injuria „ablatus fuit, ſed quia uſusfructus nunquam ejus „fuiſſe deſiit: Rationem juris naturalis expoſui„mus in *Diſſert. proœm XII. §. 275. n. 11.*

„*o*) (POSTLIMINIO REDEANT:) I. e. priſtinis „dominis reſtituantur.

„*p*) (OMNINO:) I. e. ſemper.

„*q*) (SI INTRA QUADRIENNIUM A RECEPTIO„NE VINDICENTUR:) Tempus certum ideo præ„ſcriptum eſt, ne dominia perpetuo maneant in „incerto.

„*r*) (ET QUOMODOCUNQUE RECUPERATAM:) „Sive vi, ſive fraude, ſive alio modo.

„*s*) (RETINENDI JUS REX HABET:) Forte in „pœnam poſſeſſoris, quod non melius eam de„fenderit.

„*a*) (DE MOBILIBUS GENERALIS IN CONTRA„RIUM REGULA EST:) In immobilibus igitur „Grotius obtinere ait poſtliminium, non in mo„bilibus. Nos in utriſque poſtliminium obtinere „ſtatuimus.

liminio non redeant, [b] ſed in præda ſint: [c] ut hæc opponit Labeo. Quare & commercio parata, [d] ubicunque reperiuntur, manent ejus qui emit: [e] nec apud pacatos reperta [f] aut intra fines perducta vindicandi jus eſt veteri domino. Sed ab hac regula videmus olim [g] excepta, quæ in bello uſum habent: [h] quod ideo placuiſſe gentibus

„*Jure naturæ* dubium id non eſt, quia eadem
„in mobilibus militat ratio quæ in immobilibus:
„Ideo enim res immobiles, ſi ab hoſte captæ &
„a noſtris receptæ ſunt, poſtliminio gaudent, quia
„ex judicio noſtræ civitatis injuria nobis ereptæ
„ſunt. At res mobiles eadem injuria nobis eripi-
„untur. Idque etiam de rebus pacatorum captis &
„a nobis receptis verum eſſe ex hiſtoria Abrahami
„apparet, qui res Sodomorum ex hoſte receptas do-
„minis reſtituit. *Vid. Grot. l. 3. c. 16. §. 3. n. 2.*

„Sane *Jure Romano* hæc ratio allegatur in caſu
„ubi civis noſtræ civitatis captus, poſtea revertitur:
„de hoc enim caſu Paulus ait naturali æquitate
„introductum eſſe *ut qui per injuriam ab extra-
„neis detinebatur, is ubi in fines ſuos rediiſſet pri-
„ſtinum jus ſuum reciperet. l. 19. pr. ff. captiv.*
„At diximus eandem rationem obtinere in rebus
„mobilibus.

„Hinc idem Paulus definit poſtliminium, quod
„ſit *jus* REI *amiſſæ recipiendæ ab extraneo, & in
„ſtatum priſtinum reſtituendæ &c. conſtitutum.* quæ
„definitio generalis eſt, & ad omnes RES pertinet.

„Sane res quæ apud hoſtes ſunt legari poſſe ait
„JCtus in *l. 9. Legat.* I. additque rationem, quia ſpe
„poſtliminii ſuſtinetur: Sed & legibus Romanis
„cautum eſt ut res ab hoſte captæ in diviſionem
„hæreditatis venire poſſint, præſtita cautione, ſi
„poſtliminio non redierint: *L. 22. §. 5 l. 23. ff.
„Fam. ercisc.* Quæ leges abſurdæ forent ſi res mo-
„biles poſtliminio non reciperentur.

„De ſervis (qui rerum nomine veniunt) con-
„ſtat, quod, ſi ab hoſte capti a noſtris virtute mi-
„litum recipiuntur, priſtino domino reſtitui debe-
„ant, *L. 4. l. 19. §. fin. l. 30. ff. captiv. l. 10. l. 12.
„C poſtl.* Ratio quæ allegatur generalis eſt, & æque
„ad alias res mobiles pertinet. *Receptos enim,*
„ajunt Imperatores, *non captos judicare debemus,
„& militem defenſorem eorum eſſe decet non domi-
„num. d. l. 12.*

„Confirmantur prædicta exemplo Romanæ gen-
„tis, quæ prædam publico edicto, citatis domi
„nis, per aliquot dies exponere ſolebat, ut domini
„res ſuas noſſe & recipere poſſint, apud *Grot. l. 3.
„c. 16. §. 3. ibque not.* Idque moribus quoque fieri
„ſolere docet B. Par. *in Diſſ. de poſtl Sect.* §:
„& Danæus *in Aphor. pol. p. m. 294.* ubi addit,
„*alias nos prædones noſtrorum ſubditorum & ſo-
„ciorum futuros.*

„Equidem jus Romanum quaſdam res ab hoc
„poſtliminii jure excipit, nimirum *naves quæ in
„bello uſum non habent*, item *arma, veſtes &c.*
„At hæ exceptiones firmant regulam in caſibus non
„exceptis, earumque rationem ſpecialem ſtatim
„explicabimus.

„Neque *obſtat l. 28. ff. capt. & poſtl.* ubi res
„quæ prædæ cedunt, non habent poſtliminium:
„capta autem ab hoſte cedunt prædæ *L. 5. §. 5. A.
„R. D.* Reſp. capta ab hoſte, adeoque res hoſtiles,
„prædæ omnino cedunt, res autem noſtræ, ex ho-
„ſte receptæ, non videntur captæ, *l. 12. C. poſtl.* Sed
„pro non captis cenſentur; *Grot. l. 3. c. 16. §. 1.*
„adeoque nec pro præda haberi poſſunt.

„a) (UT POSTLIMINIO NON REDEANT:) Ad-
„eoque priſtinis dominis non reſtituantur.

„b) (SED IN PRÆDA SINT:) I. e. cedant capi-
„enti.

„c) (UT HÆC OPPONIT LABEO:) In *l. 28. ff.
„captiv.*: Equidem verum eſt aliud eſſe poſtlimi-
„nio redire, aliud in præda eſſe; contradictio-
„nem enim inferret rem priſtino domino reſtitui
„debere, & eam cedere debere occupanti: At ne-
„gamus res noſtras mobiles ab hoſte captas, & a no-
„ſtris receptas, jure Rom. in præda eſſe, niſi in caſibus
„exceptis: nimirum in navibus luſoriis, in armis,
„& veſtibus militum, in bonis transfugarum. &c.

„d) (UBICUNQUE REPERIUNTUR MANENT EJUS
„QUI EMIT:) Cum ſatis probatum ſit, & jure na
„turæ & jure Romano res mobiles poſtlimi-
„nio recipi, ſponte ſequitur, tutas non eſſe ſi
„quæ commercio parata ad alios perveniunt, quia
„emtor rem emit cum ſua qualitate, adeoque cum
„poſtliminii onere.

„e) (NEC APUD PACATOS REPERTA:) Quia
„nondum poſtliminio recepta eſt quæ apud paca-
„tos ſeu medios reperitur.

„f) (AUT INTRA FINES PERDUCTA:) Si res
„noſtra ad fines noſtros perducitur veteri domino
„omnino rem vindicandi jus eſt.

„g) (EXCEPTA, QUÆ IN BELLO USUM HABENT:)
„Nullibi hoc in jure Romano traditur: Diximus
„enim eo jure omnes res mobiles & immobiles
„poſtliminio gaudere, i. e. priſtinis dominis re-
„ſtitui debere. Sive uſum in bello habeant ſive
„non habeant: Sane ancillas poſtliminio recipi
„a priſtino domino notorii juris eſt, *l. 12. C. poſtl.*
„illæ autem uſum in bello non habent: e contra-
„rio arma & veſtes uſum in bello habent, nec ta-
„men poſtliminio recipiuntur. *l. 2. §. 2. l. 3. ff.
„captiv.*

„Error Auctoris inde oriri videtur, quia Mar-
„cellus *navibus longis atque onerariis* NB. PRO-
„PTER BELLI uſum *poſtliminium* tribuit, *non vero
„piſcatoriis & luſoriis.*: unde Auctor in genere con-
„dit, in omnibus rebus quæ uſum in bello non
„habent poſtliminium non eſſe: At falſa eſt con-
„ſequentia: Nam de ſolis *navibus* quæritur an illæ
„poſtliminium habeant, & in his *navibus* diſtin-
„guitur an uſum in bello habeant an non; & le-
„ges

bus videtur, *i* ut recuperandi ſpes ad ea comparanda alacriores homines redderet; plurimarum enim civitatum inſtituta eo tempore *k* ad rem bellicam referebantur; *l* quare facile in hoc conſenſum eſt. *m* Uſum autem in bello hæc habere cenſentur quæ *n* modo ex Gallo Ælio attulimus, ſed quæ diſtinctius expoſita exſtant tum apud *o* Ciceronem in Topicis, tum apud *p* Modeſtinum. *q* Naves ſcilicet longæ atque onerariæ; *r* non item luſoriæ, aut actuariæ voluptatis cauſa paratæ: *s* muli, *t* ſed clitellarii: equi *u* & equæ, ſed freni patientes. *v* Et hæ res ſunt quas & legari recte voluerunt Romani, *w* & in præſtationes familiæ hercifcundæ venire.

Cap. 8. L. 2. & 4. D. de capt.

L. id, quod apud hoſtes. 3. D de leg. 1.

L. item Labeo. 22. cum l. ſeq. D. fam. herc.

2. *x* Arma & veſtis uſum quidem in bello habent, ſed poſtliminio

„ges Romanæ noluerunt poſtliminii jura tribuere „poſterioribus, quia naves luſoriæ impedimento „magis ſunt: Hoc igitur jus ſpeciale & civile eſt, „nec ultra naves extendi debet.

„*h*) (QUOD IDEO PLACUISSE GENTIBUS VIDETUR:) Imo id tantum placuit Romanis in navibus piſcatoriis & luſoriis quæ uſum in bello non „habent.

„*i*) (UT RECUPERANDI SPES AD EA COMPARANDA ALACRIORES HOMINES REDDERET:) De „navibus ideo id placuiſſe vidimus ne claſſes numero navium luſoriarum augeatur, & in prælιis navalibus impedimento ſint.

„*k*) (AD REM BELICAM REFEREBANTUR:) At „aliam rationem diſciplinæ militaris fuiſſe diximus.

„*l*) (QUARE FACILE IN HOC CONSENSUM „EST.) Fabulam de communi conſenſu gentium, „indeque ſequente jure, paſſim refutavimus.

„*m*) (USUM AUTEM IN BELLO HÆC HABERE „CENSENTUR:) Nun inveſtigandum eſt in res quæ „uſum in bello habere poſſunt: Nam regulariter omnes res ibi uſum habent, ſane ad id ut res „poſtliminio redeant præciſe opus non eſt ut ad „pugnandum pertineant, ſed ſufficit ſi conſilio „vel alio modo uſui eſſe poſſint. Vid. *l.* 19. *§. ff.* „*captiv.* Videndum ergo ſaltem eſt quæ nam ſpeciatim a Romanis exceptæ ſunt.

„*n*) (MODO EX GALLO ÆLIO &c.) *Vid. ſupra* „*§. 3.*

„*o*) (CICERONEM IN TOPICIS:) Operum *tom.* „*1. pag. m. 398. A.* Exempla hic ſaltem affert rerum quæ poſtliminio recipiuntur; at alias res non „excludit. *Vid. ſeq. lit. ee.*

„*p*) (MODESTINUM:) Nihil apud Modeſtinum „in allegata *l. 4. ff. captiv.* traditur de rebus quæ „uſum in bello non habent, ſed Marcellus in *l.* „*2. Eod.* earum mentionem facit.

„*q*) (NAVES SCL. LONGÆ ATQUE ONERARIÆ:) „Illis milites vehebantur, his belli apparatus. *Gron.* „*h.* & *Meimbon. de fabrica Trirem. apud Grav.* „*Tom. 4. pag. 571. lit. B.*

„*r*) (NON ITEM LUSORIÆ AUT ACTUARIÆ:) „Gronovius duo luſoriarum & actuariarum genera „fuiſſe in not. ad hoc §. docet. Aliæ enim *luſoria* „*in ripis* omnium terminantium imperium (ut „erant Danubius, Rhenus, Euphrates) excubabant *L. 4. c. off. jud. mil. l. 4. c. off. Mag. offici* „in his utpote bellicis fuit, ſine dubio poſtliminium. At vocabantur & *luſoria privatorum*, qui„bus illi voluptatis cauſa huc illuc vectabantur, ut „loquitur Petronius *c.* 61 de quibus Seneca 7. *Be*„*nef. 20.* & meminit *Auctor 3. 1. 5. Actuaria* „omnes quæ remis agebantur, quarum etiam quæ„dam bellis adhibitæ *Liv. 30. 43. Cæſar 5. de Gall.* „*Meimbon. d. l. lit. H* & in his poſtliminium fuit, „non in eis quæ voluptatis cauſa aut alios ad uſus „erant paratæ. *Salmas ad jus Att. & Ro. c. 26. p.* „*740.*

„*s*) (MULI:) In legibus Romanis nihil de mu„lis dicitur, ſed Feſtus & Cicero eorum meminerunt.

„*t*) (SED CLITELLARII:) Qui clitellis onera „portant, non qui carpento junguntur: ſunt autem „clitellæ ſtratum quod imponitur aſinis & mulis „ad onera commodius portanda. Eundem uſum „habent equites Sagittarii. *Gron. h.* ſed de hac „quoque diſtinctione legibus Romanis altum eſt „ſilentium. Imo nec Ælius Gallus nec Feſtus de „clitellis aliquid addunt, ſed Cicero earum mentionem facit.

„*u*) (ET EQUÆ, SED FRENI PATIENTES:) *L.* „*2. ff. captiv.* Cicero quoque idem tradit, at Fe„ſtus & Ælius Gallus, quod de freno additur, omittunt.

„*v*) (ET HÆ RES SUNT QUAS ET LEGARI „RECTE VOLUERUNT ROMANI:) Leges Romanæ „in genere ſtatuunt de rebus quæ apud hoſtes ſunt „legatum valere: *L. 9. ff. leg. 1.* propter ſpem „poſtliminii, adeoque fruſtra Auctor id reſtrin„git ad eas ſaltem res quæ uſum in bello habent.

„*w*) (ET IN PRÆSTATIONES FAMILIÆ ERCISCUNDÆ:) Dividi nimirum inter hæredes poſſunt „res quæ apud hoſtes ſunt, *l. 22. §. 5 l. 23. ff. Fam.* „*Erc* ſub cautione ſi poſtliminio non redierint: „hæc igitur diſpoſitio itidem generalis eſt, nec re„ſtringi ſalva ratione ad res quæ in bello uſum „habent poteſt.

„*x*) (ARMA ET VESTIS USUM QUIDEM IN BEL-

nio non redibant, [y] quia minime favorabiles erant qui in bello arma aut veſtem amitterent [z] imo id flagitii loco habebatur, ut paſſim in hiſtoriis apparet. Atque in hoc notantur [aa] arma ab equo diſtare, quod equus ſine culpa equitis proripere ſe potuit. Et [bb] hoc quidem rerum mobilium diſcrimen videtur uſum habuiſſe in occidente, etiam ſub Gothis, ad Boëtii usque tempora: [cc] is enim Ciceronis Topica explicans ita videtur de hoc jure loqui, quaſi quod ad eum diem vim ſuam obtineret.

§. XV.

[a] At poſterioribus temporibus, ſi non ante, ſublata videtur hæc differentia. [b] Paſſim enim tradunt morum periti res mobiles poſtliminio non redire, & [c] id de navibus conſtitutum multis in locis videmus.

Bart. in l. Si quid bello D. de capt. Ang. & Salic. in l. ab hoſtibus C. de capt. Conſt. Gall. l. 20. tit. 13. art. 24. & Conſul. maris c. 287.

§. XVI.

Eæ vero res quæ intra præſidia perductæ nondum ſunt, quanquam ab hoſtibus occupatæ, [a] ideó poſtliminii non egent, quia dominum

„LO HABENT, SED POSTLIMINIO NON REDIBANT:) Certiſſimo indicio non in genere verum eſſe, omnia ea redire poſtliminio quæ in bello uſum habent, ſed id ſpeciatim ſaltem in navibus ſtatutum eſſe.

„y) (QUIA MINIME FAVORABILE ERANT:) Apud Romanos milites ex propriis arma & veſtes procurabant, adeoque in pœnam amiſſorum armorum poſtliminium negabatur. *L. 2. §. 2. l. 13. ff. & capt.* Sed id intelligendum puto de his qui profugi arma abjecerunt. *Vid. lit. ſeq. aa.* adeoque qui ex fuga recepti poſtliminio arma vindicant.

„z) (IMO ID FLAGITII LOCO HABEBATUR:) *Vid. l. 3. §. 13. ff. Re milit. Franc. Patric. de re militari part. XI. Sect. 4. & 5. Juſtin. l. 6. c. 8. Ælian 10. var. 13.*

„aa) (ARMA AB EQUO DISTARE, QUOD EQUUS SINE CULPA EQUITIS PRORIPERE SE POTUIT) Ratio hæc additur in *L. 2. §. 1. capt. & poſtl.* adeoque equi ſemper poſtliminio recipiuntur: Sed eadem ratio etiam in veſtibus & armis obtinet, quibus miles etiam ſine culpa privari potuit: Quid ſi enim ſaucius poſt prælium exuatur armis? Crederem igitur hoc ſaltem intelligendum eſſe de illis qui profugi arma vel veſtem abjecerunt. *Vid. lit. y.*

„bb) (HOC &c. VERUM DISCRIMEN VIDETUR USUM HABUISSE IN OCCIDENTE:) Ut ſcl. ea ſaltem poſtliminio gaudeant quæ uſum in bello habent, non alia: Sed ex allegato Boëtio id non probatur, imo contrarium apparet ex iis quæ dicta ſunt ſupra *lit. g.*

„cc) (IS ENIM CICERONIS TOPICA EXPLICANTIS ITA VIDETUR DE HOC JURE LOQUI:) Cicero non omnia quæ poſtliminio recipiuntur recenſet, ſed exempla ſaltem quædam allegat: Sane debita & credita poſtliminio recipi extra dubium eſt, neque tamen ea a Cicerone allegantur.

„a) (AT POSTERIORIBUS TEMPORIBUS &c. SUBLATA VIDETUR HÆC DIFFERENTIA:) Imo hodieque jus naturæ obtinet, & omnis res, etiam mobiles, poſtliminium habent, niſi legibus civitatis aliud ſtatutum ſit: quod fieri hodie ſæpius videmus ad animandum ſubditos qui ſpe prædæ armare ſuis ſumtibus naves ſolent, & qui *Caapers* vulgo vocantur.

„b) (PASSIM ENIM TRADUNT MORUM PERITI RES MOBILES POSTLIMINIO NON REDIRE:) Atque ita in Auditorio Pariſienſi ſumma judicatum refert Auctor infra §. 19. Exempla in contrarium attulimus ſupra §. 15. *lit.* Conf. *B. Par. diſſ. de poſtlim. Sect. 2. § 6. ſeq.*

c) (Grot.) (ID DE NAVIBUS CONSTITUTUM MULTIS IN LOCIS VIDEMUS:) *Deciſio Genuenſis* centeſima prima.

ADDITIO.

„Rationem allegavimus lit. *g.*

„a) (IDEO POSTLIMINIO NON EGENT, QUIA DOMINIUM NONDUM MUTARUNT EX GENTIUM JURE:) Dic, *jure naturæ* mutatum nondum eſſe dominium, (jus gentium enim non agnoſcimus) quia quamdiu ſpes eſt rei recuperandæ ſubſiſtit prius dominium: Spes autem illa manet quamdiu

minum nondum mutarunt ex gentium jure. Et quæ piratæ aut latrones nobis eripuerunt non opus habent poſtliminio, ut [b] Ulpianus & [c] Javolenus reſponderunt; [d] quia jus gentium illis non conceſſit ut jus dominii mutare poſſint: quo innixi Athenienſibus Haloneſum quam ipſis prædones, [e] prædonibus Philippus eripuerat, [f] ut redditas a Philippo non ut donatas volebant accipere. Itaque res ab illis captæ [g] ubicunque reperiuntur vindicari poſſunt, niſi quod ex naturali jure [h] alibi cenſuimus, ei qui ſuo ſumptu poſſeſſionem rei adeptus eſt [i] tantum eſſe reddendum [k] quantum dominus ipſe ad rem recuperandam libenter impenſurus fuerat.

L. hoſtes. & 24. & l. latrones. 27. D. de capt. Vide & L. poſtlim. 19. §. a piratis. 2. eod. tit. *Demoſth de Haloneſo. pag 30. A.* *Sup. l. 2. c. 10. §. 9.*

§. XVII.

[a] Poteſt tamen lege civili aliud conſtitui: ſicuti [b] lege Hiſpanica naves a piratis captæ eorum fiunt qui eas eripiunt piratis: neque enim iniquum eſt ut privata res publicæ utilitati cedat, præſertim

Lib. 31. tit. 29. c. 2. Covar. ad c. peccatum part. 2. §. 2. n. 8.

„diu non pervenit ad hoſtilia præſidia. Vid. ſupra „... 2. §. 13. & *cap.* 6. § 4.

„*b*) (ULPIANUS:) In *l. 24. ff. capt. & poſtl.*

„*c*) (JAVOLENUS:) In *l. 27. ff. Capt. & poſtl.* „idem ſentit Paulus in l. 19. §. 1. ff. Eod.

„*d*) (QUIA JUS GENTIUM ILLIS NON CONCESSIT UT JUS DOMINII MUTARE POSSINT:) Quæ „ratio! Unde quæſo probari poterit gentes con„veniſſe ut capta in bello jus poſtliminii obtinerent, „non vero capta a piratis?

„Differentia naturalis hæc eſt, quod in bello, „quod inter duas ſummas poteſtates geritur, de „cauſæ juſtitia conſtare non poſſit, indeque cujus„que partis judicium in ſua civitate valeat: Quia „ſuperior non eſt qui de jure vel injuria cognoſca„re poſſit: quando igitur capta ab hoſte intra ejus „præſidia perveniunt, dominium rei mutatur, & „ex judicio civitatis hoſtilis res illæ jure captæ „cenſentur.

„Aliud eſt in piratis, qui judicio ſuperioris ſub„ſunt, vel injuria ſe ei eximunt: Hi ſemper inju„ria agunt, adeoque nec aſſerere poſſunt jure ſe „agere, nec judicium eorum uſlibi valere poteſt. „*Vid. ſupra* §. 1. *propoſ. 7. pr.*

e) (Grot.) (PRÆDONIBUS PHILIPPUS ERIPUERAT:) Vide ipſam Philippi epiſtolam inter opera *Demoſthenis*, (pag. 63. A. B.)

„*f*) (UT REDDITAS A PHILIPPO:) Haloneſi „verba apud Demoſthenem hæc ſunt: *Se inſulam* „*hanc latronibus ereptam occupaſſe, æquum eſſe igi*„*tur ut ea tua ſit: Neque vero difficile eſt hanc ra*„*tionem cum æqua non ſit ei extorquere. Omnes* „*enim latrones aliena loca occupant, eaque muni*„*unt, ut inde alios infeſtent. Quod ſi quis latro*„*nes ultus fuerit, & ſuperarit: non ſane pro*„*banda dicat. ſi videri velit, ea quæ illi per inju*„*riam aliis erepta temere, ſua fieri. Nam ſi hæc* „*concedetis, quid prohibet, ſi quem vel Atticæ lo*„*cum, vel Lemni vel Imbri, vel Scyri prædones in*„*vaſerint, & aliqui eosdem armis expulerint quia* „*ſtatim is quoque locus, in quo prædones fuerant,* „*quum veſter ſit, illorum fiat qui latrones depule*„*rint?*

„*g*) (UBICUNQUE REPERIUNTUR VINDICARI „POSSUNT:) Quia dominus manſit, non enim ca„ptæ, ſed ſurreptæ ſunt.

„*h*) (ALIBI CENSUIMUS:) *L. 2. c. 10. §. 9.*

„*i*) (TANTUM ESSE REDDENDUM:) Hoc non „tantum locum habet in receptis a piratis, ſed & „in receptis a vero hoſte: quod exemplis & judica„tis probat *B. Parens in diſſ. de poſtl.* §. *2.* §. *6.* „Conſ. *ſupra* §. *10. n. 2.*

„*k*) (QUANTUM DOMINUS IPSE AD REM RE„CUPERANDAM LIBENTER IMPENSURUS FUERAT:) „Imo ſaltem in quod actu impendit is qui ſuo „ſumtu recepit; nam in id ſaltem locupletior fie„ret dominus: Neque enim recipiens ultra hos „ſumtus jus aliquod in re a prædone ſurrepta ſibi „arrogare poteſt. Conf. *Frantzk. l. 12. Reſol. 9.* „*Carpz. p. 4. c. 35. def. 8. & ſupra l. 3. c. 10. in* „*fin.*

„*a*) (POTEST TAMEN LEGE CIVILI ALIUD „STATUI:) Ut etiam ſurrepta a piratis ſi recipiun„tur prædæ loco ſint. Nam ob utilitatem publi„cam jura ſubditis natura quæſita auferri, adeoque „& ea quæ a piratis recipiuntur eripientibus relinqui „poſſunt.

b) (Grot.) (LEGE HISPANICA NAVES A PIRATIS CAPTÆ EORUM FIUNT, QUI EAS ERIPIUNT PIRATIS:) Idem apud Venetos. Patet ex literis *Fraxinii Canæi* tomo 1.

„*c*) (SED LEX TALIS NON OBSTAT EXTERIS:) „Hiſpani enim ſuis ſubditis tales leges ferre poſ„ſunt; at extranei, quorum bona a piratis capiun„tur, eis non obligantur: adeoque illi ubicunque

tim in tanta recuperandi difficultate. [c] Sed lex talis non obſtabit exteris, quo minus res ſuas vindicent.

§. XVIII.

1. Illud magis mirandum quod teſtantur [a] Romanæ leges, poſtliminii jus locum habuiſſe [b] non tantum inter hoſtes, [c] ſed & inter Romanos & populos externos. Sed [d] alibi diximus [e] reliquias has eſſe ſæculi Nomadum, [f] quo ſenſum naturalis ſocietatis, quæ eſt inter homines, mores exſurdaverant. Itaque apud gentes [g] etiam quæ bellum publicum non gererent, [h] erat quædam belli inter privatos quaſi ipſis moribus indicti licentia: [i] ac ne ea licentia ad interficiendos homines proſiliret, placuit captivitatis jura inter eos introduci, [k] cui conſequens fuit ut & poſtliminio locus eſſet, [l] aliter quam

Lib. 2. c. 15. §. 5.

„rem ſibi injuria ablatam invenirint, reſtitutis expenſis, eam vindicare poterunt.

„*a*) (ROMANÆ LEGES:) *L. 5. §. 2. ff. capt.*

„*b*) (NON TANTUM INTER HOSTES:) Hoſtes „jure Romano dicuntur quibus populus Romanus „bellum publice decrevit. *l. 24. ff. capt. & poſtl.*

„*c*) (SED ET INTER ROMANOS ET POPULOS „EXTEROS:) Sed quales exteros? *Cum quibus nec „amicitia, nec hoſpitium, nec fœdus amicitiæ cauſa „factum habemus:* adeoque *ubi id quod ex noſtro „ad eos pervenit, illorum fit, & liber homo noſter „ab eis captus ſervus fit, & eorum. d. l. 24.* Cum „tali ergo gente, ex hypotheſi Romanorum, bel„lum quidem non eſt, quia non eſt publice de„cretum, at eadem quæ in bello ratio hic obti„net: Gens illa ſuperiorem non habet, ſi prin„de jure ſe agere aſſerit, valet ejus judicium in ſua „civitate: indeque cum ea gente poſtliminii jura „obtinent. *d. l. 24.* Atque hoc definitur poſtlimi„nium, quod ſit jus amiſſæ rei recipiendæ *ab ex„traneo*, inter nos ac *liberos populos* conſtitutum, „ſive *bello* id amiſimus, NB. *ſive citra bellum.*

„Aliud igitur dicendum de illis gentibus ex„ternis *quæ apud nos & libertatem ſuam & do„minium rerum ſuarum æque ac apud ſe retinent, „& eadem apud eos nobis contingunt:* Cum his „enim poſtliminio opus non eſſe diſerte traditur „in *l. 7. pr. captiv.* Etſi enim hæ gentes externæ „ſint, ſunt tamen amicæ, i. e. cives noſtri & res „quæ ad eas perveniunt non capiuntur, ſed tutæ „ſunt, adeoque nulla de poſtliminio quæſtio eſſe „poteſt.

„*d*) (ALIBI:) Vide *l. 2. c. 15. §. 5. l. 1. c. 2. §. „5. n. 4. l. 2. c. 2. §. 2. n. 2. in f.*

„*e*) (RELIQUIAS HAS ESSE SECULI NOMADUM:) „Tale ſeculum nunquam exſtitiſſe allegatis locis „notavimus. Simulque diximus, pauciſſimas ſal„tem gentes, inprimis quæ maris littora inhabi„tabant, injurias tales peregiſſe, atque ideo jure „talionis omnia in eas, quæ in veros hoſtes, li„cuiſſe.

„*f*) (QUO SENSUM NATURALIS SOCIETATIS, „QUÆ INTER HOMINES EST, MORES EXSURDAVE„RUNT:) Societatem communem hominum non „dari alibi demonſtravimus. Mores igitur ſen„ſum ſocietatis, quæ non eſt, exſurdare non po„tuerunt.

„*g*) (ETIAM QUÆ BELLUM PUBLICUM NON „GERERENT:) Adeoque quibus bellum publice „indictum non eſt, nec ubi armis diſceptatur.

„*h*) (ERAT QUÆDAM BELLI INTER PRIVATOS „QUASI IPSIS MORIBUS INDICTI LICENTIA:) Ra„tione naturali verum bellum hic eſt, non inter pri„vatos ſed inter duas gentes; non moribus tacite, „ſed ipſo jure naturæ indictum, jure nimirum tali„onis. Quod enim gens in ſe probat, in alia im„probare nequit.

„*i*) (NE EA LICENTIA AD INTERFICIENDOS „HOMINES PROSILIRET PLACUIT CAPTIVITATIS „JURA INTRODUCI:) Fabulam de placito genti„um toties jam refutavimus. Vidimus in tales gen„tes piratas omnia licere quæ in hoſtem, adeo„que verum non eſt captivitatem ſaltem ex placi„to gentium ideo introductam eſſe *ne licentia illa „ad interficiendos homines proſiliret.* Nam jure „naturæ in tales gentes quæ cives noſtros ſervos „faciunt, eoque jus vitæ & necis ſibi in eos arro„gant, res eorum rapiunt, &c. tanquam in præ„dones & fures ſævire licet, adeoque in capienti„um arbitrio eſt an captos interficere, an ſervare „eos, i. e. ſervos facere velint.

„*k*) (CUI CONSEQUENS FUIT UT ET POSTLIMI„NIO LOCUS ESSET:) Quia, ex hypotheſi Auctoris, „ex placito gentium captivitas introducta eſt ad „evitandum majus malum: Vera ratio naturæ eſt, „quod ex judicio noſtræ civitatis cives noſtri a gen„te quæ ſuperiorem non habet, adeoque judicem „non agnoſcit, injuria capti, & res noſtræ injuria „nobis ereptæ cenſeantur: quod judicium cum ef„fectu valet ex eo momento quo cives noſtri & „res ad noſtrum limen redeunt.

„*l*) (ALITER QUAM CUM LATRONIBUS AC PI„RATIS

quam cum latronibus ac piratis, [m] quia illa vis rem producebat ad æquas pactiones, quæ a latronibus & piratis contemni ſolent.

2. Juris olim controverſi videtur fuiſſe, [n] an qui apud nos ſerviunt ex populo fœderato ſi domum reveniſſent poſtliminio redeant? Ita enim hanc quæſtionem proponit Cicero primo de Oratore. [o] Et Gallus quidem Ælius ſic ait: [p] *Cum populis liberis & cum fœderatis, & cum regibus poſtliminium nobis eſt ita ut cum hoſtibus.* [q] Contra Proculus: *Non dubito quin fœderati & liberi nobis externi ſunt: [r] non inter nos atque eos poſtliminium eſſe.*

3. [s] Ego arbitror diſtinguendum inter fœdera, ut ſi qua eſſent quæ belli duntaxat publici componendi aut cavendi cauſa eſſent inita, [t] ea nec captivitati in poſterum, nec poſtliminio obſtarent; at [u] ſi qua id continerent ut tuti eſſent publico nomine qui ab his ad illos ve-

Apud Feſtum, voce Poſtlim. L. non dubito, 7. princ. D. de captiv. poſt

„RATIS:) Perſonæ enim & res a latronibus captæ abſque poſtliminio ipſo jure redeunt. *l. 5. l. 19. §. 2. ff. capt.* idem dicendum de captis bello civili. *L. 21. ff. captiv.*

„*m*) (QUIA ILLA VIS REM PRODUCEBAT AD ÆQUAS PACTIONES, QUÆ A LATRONIBUS &c. CONTEMNI SOLENT:) Frivola hæc eſt ratio: gentes quæ bellum cum humano genere gerunt, æquas conditinnes æque contemnere ſolent ac prædones privati, neque animum habent amicitiam, nedum æquis pactionibus, conciliandi. Veram rationem differentiæ *§. praeced.* explicavimus. Prædones ſemper injuria agunt, adeoque ſi aſſerunt ſe jure agere judicium eorum ipſa naturæ jure nullum eſt, cum ſuperiorem habeant, vel habere debeant, cujus judicio ſe ſubmittere tenentur.

„*n*) (AN QUI APUD NOS SERVIUNT EX POPULO FOEDERATO SI DOMUM REVENISSENT POSTLIMINIO REDEANT:) Ponamus Græciæ civem, a Germanis captum, ad Romanos (amicos Græcorum) per commercia perveniſſe, ibique ſerviiſſe, quæritur, ſi ſervus ille ſeſe liberaſſet & ad Græciæ civitates profugiſſet, an dominus eum vindicare poſſit, an vero ſervus jure poſtliminii priſtina jura recipiat: Prius videtur affirmandum, quia cum hoſte ſaltem poſtliminium eſt, non vero cum fœderatis. At poſterius verius eſt: Servus enim ad Romanos pervenit cum ſua cauſa, & ſub conditione *niſi poſtliminio redierit:* quod optime ita explicat ipſe Grotius *ſupra §. 6. n. 2.*

o) (ET GALLUS QUIDEM ÆLIUS SIC AIT:) apud *Feſtum de Verb. ſign. voc. poſtliminium.*

„*p*) (CUM POPULIS LIBERIS ET CUM FOEDERATIS, POSTLIMINIUM NOBIS EST UT CUM HOSTIBUS:) Feſtus hæc verba deſumſit ex libro Galli Ælii *de ſignificationibus*: Qui varias ſignificationes vocis *poſtliminii* exponens, ait poſtliminio receptum eſſe (1) *eum qui liber ex civitate in aliam civitatem abierat, & in eandem civitatem redit, eo jure quod conſtitutum eſt de poſtliminio. &c.* (2) *item qui ſervus a nobis in hoſtium poteſtatem pervenit, poſtea ad nos, redit in ejus poteſtatem cuius antea fuit jure poſtliminii &c.* & tum addit (3) *cum populis liberis & cum foederatis & cum regibus poſtliminium nobis eſt ut cum hoſtibus.*

„Ex his Apparet Ælium Gallum ratiooem *juris poſtliminii* non intellexiſſe, quia id jus etiam ei tribuit, *qui liber ex civitate in aliam civitatem abierat, & in eandem civitatem redit,* quod rationi juris repugnat: ſi proinde Ælius hoc ſenſu aſſerit *cum liberis & fœderatis populis ac regibus poſtliminium nobis eſſe ut cum hoſtibus,* vehementer errat: & merito Proculus hanc ſententiam rejicit, atque inter nos & foederatos ac liberos non opus eſſe poſtliminio contendit: *quia & illi apud nos libertatem & dominium rerum retinent, & nobis eadem apud eos contingunt. L. 7. ff. captiv.* Si vero poſteriora illa Feſti verba ad quæſtionem a Cicerone propoſitam referri debent (quod vel exinde conjecturari licet, tum quia ex eodem Cicerone apparet de tali caſu olim quæſitum fuiſſe, tum quia opponit *foederatos* eis qui *Socii* ſunt *vid. infr. lit. y.* vera eſt ſententia Galli Ælii, nec tunc ei repugnat Proculus qui de plane alio caſu loquitur. *Vid. lit. r.*

„*q*) (CONTRA PROCULUS *L. 7. pr. ff. poſtl.*

„*r*) (NON INTER NOS ATQUE EOS POSTLIMINIUM ESSE:) Proculus oppugnate videtur primum ab Gallo Ælio propoſitum caſum, *quod ille poſtliminio recipiatur qui liber ex una civitate in aliam abierat, & in eandem civitatem rediit,* & recte oppugnat: ſi vero ad quæſtionem a Ciceroне propoſitam referri ejus ſententia deberet, male oppugnaret: nam in caſu a Cicerone propoſito omnioo jus poſtliminii etiam cum fœderatis obtioet.

„*s*) (EGO ARBITROR DISTINGUENDUM INTER FOEDERA &c.) Hæc diſtinctio nulla fundatur ratione, imo rationi repugnat.

„*t*) (EA NEC CAPTIVITATI IN POSTERUM NEC

veniſſent, ut tunc, captivitate ſublata, ceſſaret & poſtliminium. *v* Et hoc mihi indicare videtur Pomponius cum ait: *Si cum gente aliqua neque amicitiam, neque hoſpitium, neque foedus amicitiæ cauſa factum habemus, hi hoſtes quidem non ſunt: quod autem ex noſtro ad eos pervenit illorum fit, & liber homo noſter ab eis captus ſervus fit & eorum: Idemque eſt ſi ab illis ad nos aliquid perveniat: Hoc quoque igitur caſu poſtliminium datum eſt.* *w* Cum dixit fœdus amicitiæ cauſa, oſtendit & alia eſſe poſſe fœdera quibus nec hoſpitii nec amicitiæ jus inſit. *x* Proculus quoque eos a ſe populos fœderatos intelligi qui amicitiam aut hoſpitium tutum promiſiſſent, ſatis ſignificat cum ſubjicit: *Etenim quid inter nos atque eos poſtliminii opus eſt, cum & illi apud nos & libertatem ſuam, & dominium rerum ſuarum æque atque apud ſe retineant, & eadem nobis apud eos contingant?* Quare quod apud Gallum Ælium ſequitur, *y* *quæ nationes in ditione noſtra ſunt, cum his*

D. l. poſtliminii§. in pace. 2.

„POSTLIMINIO OBSTARENT:) Si bellum publicum per fœdus componitur contradictio eſt perſonas hinc inde capi, i. e. in ſervitutem redigi, eoque interfici poſſe: Effectus pacis eſt, ut omnis decertatio per vim ceſſet, hoſtes enim amplius non ſunt: non autem capere licet niſi hoſtem: adeoque in hujusmodi perſonis tantum abeſt ut poſtliminium locum habeat, ut earum libertas vi pacis poſtulari poſſit, &, ſi alter neget, nova inde belli cauſa oriatur. Sane nullum exemplum hujusmodi fœderis afferri poterit.

„u) (SI QUA ID CONTINERENT UT TUTI ESSENT PUBLICO NOMINE, QUI AB HIS AD ILLOS VENISSENT &c. UT TUNC SUBLATA CAPTIVITATE, CESSARET ET POSTLIMINIUM:) Imo etſi nihil in fœdere de publica ſecuritate dictum ſit, ex ipſa natura pacis ceſſat jus capiendi adeoque & poſtliminium.

„v) (ET HOC MIHI INDICARE VIDETUR POMPONIUS:) Pomponius non loquitur de caſu ubi bellum foedere finitum, eoque amicitia contracta eſt; ſed econtrario de populo *cum quo nec amicitiam, nec hoſpitium, nec foedus habemus*; adeoque potius ex hoc loco apparet, cum ea gente cum qua nobis *amicitia* & *foedus amicitiæ* eſt (uti eſt cum bellum pace finitur) & capiendi jus & poſtliminium ceſſare.

„w) (CUM DIXIT FOEDUS AMICITIÆ CAUSA, OSTENDIT ET ALIA POSSE ESSE FOEDERA QUIBUS NEC HOSPITII NEC AMICITIÆ JUS INEST:) Adeoque quibus nec jus capiendi in poſterum, nec poſtliminium obſtaret. At mera hæc eſt cavillatio: *Foedus amicitiæ* hic non opponitur *foederi ſine amicitia*, tale enim monſtrum non datur: ſed nudæ *amicitiæ*. Aliud enim eſt *amicitia* aliud *foedus amicitiæ*. *Amicitiam* Romani habebant cum omnibus populis cum quibus ipſis commercium fuit: cujus effectus referente Pomponio eſt, *ut Romani apud illos, & illi apud Romanos tuti eſſent*, adeoque ubi nec captivitati nec poſtliminio locus erat. At Foedus amicitiæ ſupponebat arctiorem conjunctionem; certæ adhibebantur ſolennitates, Feciales mittebantur addito patre patrato, *Vid. ſupr. l. 2. c. 15. §. 3. n. 1.* paciscentes juramento ſe obſtringebant, hoſtia necabatur. &c. *Feſtus*, voce, *foedus*, *Alex. ab alex. Gen. dier. Sect. 3.*

„Xenophon de Ageſilao ait. *Achais Argitim vos* AMICOS, SIBI CONFOEDERATOS FECIT. *Vid. Schilt. de hoſpit. p. m. 132.* & Cicero civitates *foederatas* diſtinguit ab illis quæ *ſine foedere amica* erant: In Sicilia enim duas ait fuiſſe civitates *foederatas*, quinque *ſine foedere* immunes ac liberas fuiſſe, Romanis tamen *amicas: Orat. in Verrem. 8. p. m. 167.* Syphax per legatos expetebat *amicitiam* Romanorum, nullo oblato *foedere*. *Liv. l. 27 c. 4.* Ita Romani legatos ad Ptolomæum & Cleopatram miſerunt ad commemorandam renovandamque amicitiam. *Liv. d. c. 4. conf. Id. l. 37. c. 3. & 4.* Tiberius Ptolomæo dona miſit, eumque ſocium & *amicum* Romanorum eſſe voluit. *Tacit Ann. l. 4. c. 26.*

„x) (PROCULUS QUOQUE EOS A SE POPULOS FOEDERATOS INTELLIGI QUI AMICITIAM AUT HOSPITIUM TUTUM PROMISISSENT:) Proculus non loquitur de foederatis qui *amicitiam* aut *hoſpitium* promiſerant, de eo nec verbum exſtat. Eo ipſo enim dum foederatus eſt, eſt amicus, adeoque captivitates, eoque & poſtliminium ceſſat.

„y) (QUÆ NATIONES IN DITIONE NOSTRA SUNT &c. UT RECTE LEGIT CUJACIUS:) Male Cujacius pro *opinione* legit *ditione*: Recte igitur Gallus Ælius ait, *cum nationibus quæ in opinione noſtra* (i. e. ſocii nobis) *ſunt, cum his poſtliminium non eſſe*, quod ex ipſa ratione naturali ſequitur, quia is qui ad *ſocios* revertitur, apud eos jam liber eſt, adeoque non demum liber fit ſi ad noſtros limites pervenit: Quod ſecus eſt ſi civis

„noſter

bis poſtliminium non eſt, ut recte legit Cujacius, [z] hoc additamento *Obſ. l.*
ſupplendum erit, nec cum his quibuſcum fœdus amicitiæ cauſa ha- *c. 23.*
bemus.

§. XIX.

1. At noſtris temporibus, [a] non inter Chriſtianos tantum ſed *Bod lib.*
& [b] apud pleroſque Mahumetiſtas, [c] jus ut captivitatis extra bel- *1, de rep. c. 7.*
lum [d] ita & poſtliminii evanuit, [e] ſublata utriusque neceſſitate ob
reſtitutam vim ejus cognationis quam inter homines natura eſſe voluit.

2. Habere tamen locum poterit [f] vetus illud jus gentium [g] ſi res ſit cum gente tam barbara, ut ſine indictione aut cauſa omnes externos & res eorum hoſtiliter tractare pro jure habeat. Atque eam in partem dum hæc ſcribo judicatum eſt in ſummo Auditorio Pariſienſi, Cœtus principe Nicolao Verdunio: bona quæ Francorum civium fuerant ab Algerienſibus, populo prædationibus maritimis in omnes alios graſſari ſolito, [h] capta belli jure mutaſſe dominum: [i] ac proinde

„noſter ab hoſte captus ad *amicos & fœderatos* „pervenit, & ibi ſervit, hic enim non niſi ad no„ſtros limites revertatur libertatem recipit: adeo„que hactenus cum fœderatis quoque poſtlimini„um obtinet.

„z) (HOC ADDITAMENTO SUPPLENDUM ERIT: „NEC CUM HIS QUIBUS CUM FOEDUS AMICITIÆ „CAUSA HABEMUS:) Imo omne fœdus quo bel„lum finitur ſupponit amicitiam, & amicitiæ cauſa „fit: adeoque excludit capturam eoque & poſtli„minium.

„a) (NON INTER CHRISTIANOS:) Adeoque ſi „Chriſtianus a Chriſtiano capitur liber manet. „*Vid. l. 3. c. 7. §. 9. n. 1.*

„b) (APUD PLEROSQUE MAHUMETISTAS:) Vi„de *ſupra c. 7. §. 9. n. 2.*

„c) (JUS UT CAPTIVITATIS EXTRA BELLUM:) „Jus capiendi res & perſonas extraneorum nec „apud Romanos, nec apud alias gentes unquam „obtinuit, niſi bello: Paucis ſaltem populis exce„ptis, qui contra naturam extra bellum commu„nis amicitiæ regulas violare, ac exterorum res & „perſonas capere ſolebant, quales hodieque ſunt „Algerienſes &c.

„d) (ITA ET POSTLIMINIUM:) Adeoque ho„die *extra bellum* jus poſtliminii ceſſare putat: at „diximus & apud Romanos id juris fuiſſe, niſi in „caſu ſpeciali ubi amicitia nulla fuit cum extraneis, „i. e. ubi extranei res & perſonas civium noſtro„rum extra bellum capiebant: Ipſe Auctor n. „ſeq. fatetur, hoc caſu hodieque poſtliminio lo„cum eſſe.

„e) (SUBLATA UTRIUSQUE NECESSITATE OB „RESTITUTAM VIM EJUS COGNATIONIS:) Author „ſupponit Gentes Seculo Nomadum *extra bellum* „promiſcue prædam egiſſe, adeoque ſenſum ſo„cietatis naturalis exuiſſe, indeque res & perſonas „externas cepiſſe; quæ proinde reverſæ merito pri„ſtina jura recipiebant. Inter Chriſtianos autem, „& alias gentes, reſtitutam eſſe fingit vim cogna„tionis humanæ, &c. atque ideo & captivitatem „& poſtliminium extra bellum exoleviſſe: At di„ctum ſæpius eſt (1) non dari ſocietatem humani „generis; adeoque (2) verum non eſſe ſenſum ejus „excidiſſe hominibus. Dixi (3) gentes nunquam pro„miſcue latrocinia exercuiſſe; ſed perſonas & res no„ſtros apud alias gentes ipſa naturæ ratione tutas eſſe, „& ſic fruſtra de captivitate & poſtliminio quæri. „Si tamen gentes quædam adeo feroces fuerunt „ut cum iis nulla fuerit amicitia, i. e. ſi perſonas & „res noſtras promiſcue ceperunt, cum illis æque „poſtliminium *extra bellum* olim obtinuit. *Vid. n. 2.*

„f) (VETUS ILLUD JUS GENTIUM:) Scilicet „jus capiendi extra bellum eos cum quibus de cau„ſa belli quidem transactum, ſed ſpeciatim fœdus „amicitiæ non eſt initum. At tale jus nunquam „extitiſſe vidimus.

„g) (SI RES SIT CUM GENTE TAM BARBA„RA:) Cum qua nec amicitiam, nec hoſpitium, nec „fœdus amicitiæ cauſa habemus. *l. 5. §. 2. Capt.* „*& poſtl.*

„Etſi enim tales gentes jure Romano hoſtes non „ſint, (quia bellum publice decretum non eſt,) „ſunt tamen naturali ratione hoſtes, cives noſtros „interficiunt, & capiunt ſine cauſa &c. Si pro„inde ab his gentibus capti ſervi efficiuntur, ſponte „ſequitur reverſos priſtina jura recipere, adeoque „in his extra bellum captis poſtliminiin locum eſſe, „quia injuria captos aſſerimus a gente quæ ſupe„riorem non habet, adeoque cum qua de jure „contendere niſi bello non poſſumus.

„h) (CAPTA BELLI JURE MUTASSE DOMINIUM:) „Nam Algerienſes ſumma gaudent poteſtate, pro„miſcue omnes Chriſtianos hoſtis loco habent,

proinde cum recepta ab aliis eſſent, facta eorum qui recepiſſent. In eadem cognitione & hoc judicatum eſt quod modo diximus, [k] naves hodie inter ea non eſſe quæ poſtliminio recipiuntur.

Caput X.

Monita de his quæ fiunt in bello injuſto.

I. *Quo ſenſu pudor vetare dicatur, quod lex permittit:*
II. *Aptatum hoc ad ea quæ jure gentium permiſſa diximus.*
III. *Interna juſtitia injuſtum eſſe, quod ex bello injuſto fit.*
IV. *Qui hinc, & quatenus ad reſtitutionem obligentur.*
V. *An res capta bello injuſto reddenda ſint ab eo qui cepit.*
VI. *An & ab eo, qui detinet.*

§. I.

1. Legenda mihi retro veſtigia, [a] & eripienda bellum gerentibus pene omnia quæ largitus videri poſſum, [b] nec tamen largitus
Lib. 3. c. 4. ſum; nam cum primum [c] hanc juris gentium partem explicare ſum aggreſſus, [d] teſtatus ſum juris eſſe, aut licere multa dici eo quod impune

„ac vim ipſis inferunt, captoſque ſervos faciunt: „His igitur ſervis, ſi revertuntur, poſtliminium eſt; „& res, ſi recipiuntur, priſtino cedunt domino: Errat igitur Auctor, dum tradit §. 14. & 15. veteri jure „gentium ita dominium mutatum eſſe in rebus mobilibus, ut res civium noſtrorum recepta cedat capienti: Contrarium enim probavimus *dict. loc.* „Cæterum apud Hiſpanos quod a *privatis piratis* „captum recipitur non domino reſtitui, ſed eripienti acquiri, diximus *ſupra* §. 17.

„*i*) (AC PROINDE CUM RECEPTA AB ALIIS ESSENT FACTA EORUM QUI RECEPISSENT:) Imo tale „jus vetus gentium nunquam obtinuit: Sane res, etiam mobiles, ex judicio noſtræ civitatis injuria nobis ablatas dicimus, adeoque dominium eatenus non „mutatum eſt: Hoc autem judicium cum effectu valet ubi res intra fines noſtros redit: Sane milites „noſtri qui rem recipiunt defendere noſtra debent, non ſibi acquirere. Cæterum legibus civilibus lex talis ſtatui poteſt ſubditis, quod & in „Gallia & in Hiſpania factum vidimus.

„*k*) (NAVES HODIE INTER EA NON ESSE:) „Vide ſupra §. 15. ubi diximus id meri juris civilis eſſe.

„(AD §. I.) Ex compendio Syſtematis Grotiani, quod ſupra *L. 3. c. 1. §. 1. lit. f.* expoſuimus, „repetendum eſt, Auctorem in quæſtione *quid* „*quantumque in bello liceat?* diſtinguere inter id „quod *jure naturæ ſociali*, & id quod *jure gentium* voluntario licet: *L. 3. c. 1. §. 1. & h. c. 10. §. 1.*

„Poſtquam licentiam *juris gentium* octo præcedentibus capitibus expoſuit, jam retro legit veſtigia, & bellum gerentibus omnia eripit quæ „ipſi ex jure gentium largitus eſt: i. e, temperat „illud jus gentium, non tantum ex præceptis *juris* „*naturæ* ſtricte ſic dicti, ſeu *ſocialis*; ſed etiam ex „*jure naturæ laxiori ſenſu ſumto*, ſeu virtutum „præceptis; & denique ex eo quod *laudabile &* „*utile* eſt. *h. c. 10.* §. *1.*

„Equidem non moramur diſtinctionem juris „naturæ in *ſociale* & *laxius:* nec differentiam „quam Auctor conſtituit inter id quod juris laxioris, i. e. debitum, & quod ſaltem honeſtum eſt. „Utramque enim examinavimus in *Diſſert. proœm.* „*I. & II.* Sufficit quod Auctor per *jus ſociale* intelligat jus illud naturæ quod totum humanum „genus obligat; & per *jus naturæ laxius* præcepta virtutum: Id ſaltem hic notamus, *jus gentium voluntarium* non dari, adeoque fruſtra de „ejus licentia, & de temperamentis circa illam licentiam quæri.

„Cæterum quid *jure naturæ* in bellis liceat, tum „ex principiis Auctoris, tum ex noſtris explicavimus ſupra *c. 1.* §. 1. *lit. f.* tum ſpeciatim demonſtravimus in ſingulis capitibus præcedentibus, „adeoque iis immorari opus non eſt: Sed paucis „ſaltem exponemus ea temperamenta quæ Auctor „tum *ex virtutum præceptis*, tum *ex debito honeſtatis*, tum ex *utilitatis* rationibus affert, & quæ „omnino legi merentur.

„*a*) (ET ERIPIENDA BELLUM GERENTIBUS PENE OMNIA QUÆ LARGITUS VIDERI POSSUM. &c.) „Scilicet ex ficto illo jure gentium.

„*b*) (NEC TAMEN LARGITUS SUM:) Scl. juxta „juſtitiam internam, ſeu jus naturæ ſociale.

„*c*) (HANC JURIS GENTIUM PARTEM:) Quid „ſcilicet in bello liceat.

„*d*) (TESTATUS SUM JURIS ESSE, AUT LICERE „MULTA DICI EO QUOD IMPUNE FIANT:) Vide „ſupra *l. 3. c. 4. §. 2. Conf. l. 1. c. 2. §. 7. l. 2. c. 5. §. 28.*

„*e*)

pune fiant, partim etiam [e] quod judicia coactiva ſuam illis auctoritatem accommodent, [f] quæ tamen aut exorbitent a recti regula, [g] ſive illa in jure ſtricte dicto, [h] ſive in aliarum virtutum præcepto poſita eſt, [i] aut certe omittantur ſanctius & cum majori apud bonos laude.

2. [k] In Troadibus Senecæ dicenti Pyrrho:

> [l] *Lex nulla capto parcit, aut pœnam impedit,*

Regerit Agamemnon,

> *Quod non vetat lex, hoc vetat fieri pudor.*

Quo in loco pudor [m] non tam hominum & famæ quam æqui & boni, aut certe ejus quod æquius meliusque eſt, reſpectum ſignificat. Sic in Juſtinianeis [n] Inſtitutionibus legimus: *Fideicommiſſa appellata ſunt* [o] *quia nullo vinculo juris, ſed tantum pudore eorum qui rogabantur, continebantur*, Apud Patrem [p] Quintilianum: *Non aliter ſalvo pudore ad ſponſorem venit creditor quam ſi recipere a debitore non poſſit.* Atque eo ſenſu ſæpe videas [q] juſtitiam cum pudore conjungi.

De Fideicomm. hered. §. 1. Declam. 273.

> *Nondum Juſtitiam facinus mortale fugarat:*
> *Ultima de ſuperis illa reliquit humum,*
> *Proque metu populum ſine vi* [r] *Pudor ipſe regebat.*

Ovid. Faſt. 1. 248. & ſeq.

Heſio-

„e) (QUOD JUDICIA COACTIVA SUAM ILLIS „AUTORITATEM ACCOMODENT:) Nam ſupra do„cuit unamquamque gentem judiciis coactivis hoc „jus defendere teneri. *l. 3. c. 7. §. 6. n. 1. 2. 6. 7. &* „*§. 7. c. 6. §. 2. c. 4. §. 2. in fin. c. 9. §. 2. c. 16. §. 3.* „*L. 2. c. 1. §. 1. n. 3. c. 23. §. 13. n. 3.*

„f) (QUÆ TAMEN AUT EXORBITENT A RE„CTI REGULA:) Vide late *Diſſ. proœm IV. §. 20.* „*& 21.*

„g) (SIVE ILLA IN JURE STRICTE DICTO:) „Quod ſociale vocat. *Vid. proleg. § 8. & l. 1. c. 1.* „*§. 5.*

„h) (SIVE IN ALIARUM VIRTUTUM PRÆCE„PTO POSITA EST:) Quam partem juris aptitudi„nem vocat Auctor, ſeu jus naturæ laxius. *Vid.* „*proleg. §. 9. & l. 1. c. 1. §. 7.*

„i) (AUT CERTE OMITTUNTUR SANCTIUS:) „Nam *jus naturæ laxiori ſenſu ſumtum*, (quod „*debitum* inferre ſit,) diſtinguit ab eo quod ſaltem „laudabile eſt. *Diſſ proœm. XII. §. 9.* Ita occidere „innocentem jure neceſſariæ defenſionis licet, at „juxta Auctorem ſanctius omittitur. *l. 2. c. 1. §. 8.* „*& 9.* Evitandæ alapæ cauſa alium occidere licet, „at laudabilius eſt pati. *d. c. 1. §. 10.* Alia exem„pla ex Auctore cumulavimus *in Diſſ. proœm. II.* „*§. 9.*

„k) (IN TROADIBUS SENECÆ:) *v. 333.*

„l) (LEX NULLA CAPTO PARCIT:) Auctor „putat intelligi hic legem juris gentium, quæ im„punitatem ſaltem concedit. At verius eſt loqui „Pyrrhum de lege naturæ, & Agamemnonem op„ponere ei præcepta virtutum. *Vid. l. 3. c. 4. §. 2.*

„m) (NON TAM HOMINUM ET FAMÆ QUAM „ÆQUI ET BONI &c, RESPECTUM SIGNIFICAT:) „Imo pudor ibi ſaltem ſignificat id quod lau„dabilius eſt; nam jure naturæ dubium non eſt „captum interfici poſſe: Bene Lactantius hanc dif„ferentiam obſervavit *de vera ſapientia c. 24.* ubi „ſuaſor eſt, *ut imponat* (de doctore perfecto loqui„tur) *hominibus parendi neceſſitatem non vi aliqua,* „*ſed pudore, & tamen libertatem relinquat, ut &* „*præmium conſtitutum ſit parentibus.*

„n) (INSTITUTIONIBUS:) *§. 1. Inſt. de fideic. hær.*

„o) (QUÆ NULLO VINCULO JURIS SED TAN„TUM PUDORE:) Adeoque Imperator *juri* hic oppo„nit id quod *pudori* convenit, i. e. virtuti: de qua „in præſenti materia plane non quæritur.

„p) (QUINTILIANUM:) *Declam 273.*

„q) (JUSTITIAM CUM PUDORE CONJUNGI:) „Imo non conjunguntur quaſi eadem ſint, ſed „quia ipſa juſtitia, quatenus in conſtanti & perpe„tua voluntate conſiſtit, virtus eſt; ſi nimirum id „quod juſtitia exigit non metu pœnæ, ſed ex pu„dore, i. e. ultro, & perfectionis amore agitur.

„r) (PUDOR IPSE:) Non metus pœnæ, ſed ſola „reverentia recti.

„s)

Operibus, v. 192,193. Heſiodus:

Δίκη δ᾽ ἐν χερσὶ καὶ αἰδὼς
Οὐκ ἔςαι, βλάψει δ᾽ ὁ κακὸς τὸν ἀρείονα φῶτα.
—— [s] *nusquam Pudor: aurea nusquam*
Juſtitia; inſultant pravi melioribus ultro.

Pag. 943. E. Tom. II. Ed. H. Steph. Plato libro XII. de legibus: παρθένος γὰρ αἰδῶς Δίκη λέγεταί τε καὶ ὄντως εἴρεται. Emendem πάρεδρος: ut ſenſus ſit: [t] *Comes Pudoris Juſtitia vocatur, & merito quidem.* Nam & alibi idem Plato ſic loquitur: Protagora. p. 322. C. Tom. I. θεὸς δείσας περὶ τῷ γένει ἀνθρώπων μὴ ἀπόλοιτο πᾶν, δωρᾶται ἀνθρώποις αἰδῶ τε καὶ δίκην, ἵν᾽ εἶεν πόλεων κοσμοί τε καὶ δεσμοὶ φιλίας συναγωγοί: *Deus metuens ne plane interiret genus humanum dedit hominibus* [u] *Juſtitiam ac Pudorem, ornamenta civitatum, & ad amicitiam colligandam vincula:* & Plutarchus ſimili modo δίκην vocat ἔνοικον αἰδῶς. *Juſtitiam pudoris cohabitatricem,* [v] qui & alibi jungit αἰδῶ & δικαιοσύνην. Apud Ad ineruditum Princip. p. 781. B. Tom. II. [w] Dionyſium Halicarnaſſenſem ſimul nominantur αἰδώς, κόσμος καὶ δίκη, *pudor, decorum, & honeſtum.* Sic & αἰδῶ & ἐπιείκειαν copulat Joſephus Vita Theſei, pag. 3. C. Tom. I. *Pudorem & Æquitatem.* Paulus quoque [x] Juriſconſultus conjungit naturale jus & pudorem. [y] Cicero autem inter juſtitiam & verecundiam ita fines regit, ut juſtitiæ partes ſtatuat non violare homines, [z] verecundiæ non offendere,

Lib. 6 c. 36. Lib. 13. antiq. c. 19. (Cap. XI §. 3. divis. Hudſ.) L. 14. §. 2. D. de ritu nupt. Off. I. 28. Lib. I. de ira, c. 27.

3. Cum eo quem [aa] ex Seneca adduximus verſu bene convenit [bb] dictum ejusdem in ſcriptis philoſophicis. [cc] *Quam anguſta innocentia*

„s) (NUSQUAM PUDOR AUREA NUSQUAM JUSTITIA:) Diverſum ergo aliquid eſt pudor a „juſtitia.

„t) (COMES PUDORIS:) Vel potius adſeſſrix. „*Vid. Grou b.* quia, uti dictum eſt, ipſa juſtitia qua„tenus in animo conſiſtit virtus eſt.

„u) (JUSTITIAM AC PUDOREM:) Intelligit vir„tutem cujus ſemina omnino æque a natura ſunt „ac ipſa juſtitia: utraque colligatur amicitia, ſed „diverſo modo: *juſtitia,* metu pœnæ; *virtute* ſeu „pudore, perfectionis amore.

„v) (QUI ET ALIBI JUNGIT: &c.) Pudorem „& æquitatem, ſcilicet quæ ex perfectione oritur.

„w) (DIONYSIUM:) Sed hæc tria toto cœlo „differunt a juſtitia.

„x) (JURISCONSULTUS CONJONGIT NATURALE JUS ET PUDOREM:) Paulus in *l. 14. §. 2. de* „*ritu nupt.* loquitur de pudore qui negotio gene„rationis ineſt, adeoque ex ipſo jure naturæ ori„tur: Alio igitur ſenſu *pudor* hic ſumitur.

„y) (CICERO:) *L. 1. off. c. 28.*

„z) (VERECUNDIÆ NON OFFENDERE:) Cicero „non loquitur de offenſione quæ fit ablatione ju„ris alieni, & quæ ipſo naturæ jure probibita eſt, „taſſe eodem Cicerone *d. l. 1. c. 9.* Sed de offen„ſione quæ fit ex neglectu decori. Nam Au„ctor ille partem tractat honeſtatis, *in qua* „*verecundia, temperantia & modeſtia cernitur,* „*idque voce decori contineri* ait. *dict. l. 1. cap.* „*27. pr.* Unde decorum definit *d. cap. 27. fin.* „*ubi moderatio & temperantia apparet,* & in *cap.* „*28.* pergit, *hoc decorum quod in vita elucet move*„*re approbationem eorum quibus cum vivitur, or*„*dine & conſtantia & moderatione dictorum omni*„*um atque factorum:* Indeque tandem eodem *c.* „28. concludit *verecundiæ partes eſſe non offendere:* „(i. e. decorum obſervare, non indignum ſe red„dere approbatione cordatorum virorum:) unde „etiam ſtatim addit, *in quo maxime perſpicitur* „*vis decori.*

„aa) (EX SENECA:) *Troadibus v. 333.*

„bb) (DICTUM EJUSDEM:) *L. 1. de ira c. 27.*

cc) (Grot.) (QUAM ANGUSTA INNOCENTIA EST AD LEGEM BONUM ESSE:) Idem *Seneca* de Beneficiis V, 21. *Multa legem non habent nec actionem, ad quæ conſuetudo vitæ humanæ, legi omni valentior, dat aditum.* *Quintilianus* inſtitutionum oratoriarum lib. III. c. 6. *Sunt enim quædam non laudabilia natura, ſed lege conceſſa, ut in XII. tabulis, debitoris corpus inter creditores dividi licuit, quam legem mos publicus repudiavit.* *Cicero* de officiis libro III. *Aliter leges, aliter philoſophi*

centia eſt ad legem bonum eſſe? [dd] *Quanto latius officiorum patet quam juris regula? quam multa pietas, bumanitas, liberalitas, juſtitia, fides exigunt:* [ee] *quæ omnia extra publicas tabulas ſunt.* Ubi vides [ff] jus a juſtitia diſtingui, [gg] quia jus accipit id quod in judiciis externis viget. [hh] Idem id alibi explicat egregie exemplo juris herilis in ſer- *Lib. 1. de Clem. c. 18.* vos. *In mancipio cogitandum eſt non quantum illud impune pati poſſit;* [ii] *ſed quantum tibi permittat æqui bonique natura, quæ parcere etiam captivis & pretio paratis jubet.* Deinde: [kk] *Cum in ſervum omnia liceant, eſt aliquid* [ll] *quod in hominem licere commune jus animantium vetet;* quo in loco notanda iterum vocis *licere* diverſa acceptio, [mm] altera exterior, altera interior.

§. II.

1. [a] Eundem habet ſenſum illa Marcelli in Senatu Romano di- *Liv. l. 26. c. 31.* ſtinctio: *non quid ego fecerim in disquiſitionem venit, quem quicquid in hoſtibus feci jus belli defendit, ſed quid iſti pati debuerint:* ex æquo & bono ſcilicet. [b] Idem diſcrimen Ariſtoteles innuit diſputans an *Pol. 1. c. 6.* juſta dicenda ſit quæ ex bello oritur ſervitus: ὅλως δ' ἀντεχόμενοί τινες, ὡς οἴονται δικαίȣ τινὸς (ὁ γὰρ νόμος δίκαιόν τι) τὴν κατὰ πόλεμον δȣλείαν τιθέασι δίκαιαν. ὅλως δ' οὐκ φασί. τὴν γὰρ ἀρχὴν ἐνδέχεται μὴ δικαίαν εἶναι πολέμων: *Quidam reſpicientes juſti aliquid* ([c] *nam & lex juſtum quid eſt*) *juſtum*

phi tollunt aſtutias: leges, quatenus manu tenere poſſunt: philoſophi, quatenus ratione & intelligentia. (Cap. 17.)

,,dd) (QUANTO LATIUS OFFICIORUM PATET
,,QUAM JURIS REGULA:) Differentias late expoſui-
,,mus in *Differt. proœm. X. Poſit. XV.*

,,ee) (QUÆ OMNIA EXTRA PUBLICAS TABU-
,,LAS SUNT:) I. e. quæ actionem ex legum tabu-
,,lis non habent; adeoque citra metum pœnæ
,,omitti poſſunt. *Gron. h.*

,,ff) (JUS A JUSTITIA DISTINGUI:) Quatenus
,,ſcl. juſtitia virtus eſt, i. e. quatenus conſiſtit in
,,conſtante atque perpetua voluntate.

,,gg) (QUIA JUS ACCIPIT ID QUOD IN EX-
,,TERNIS JUDICIIS VIGET:) Imo Seneca eo ſenſu
,,*juris regulas* non intelligit. Nam etiam apud De-
,,um juſtus eſt qui ſuum cuique tribuit, etſi non
,,amore virtutis juſtitiam operetur, ſane pœnæ
,,non ſubjacet, qui ſuum cuique tribuit; ſed præ-
,,mium non meretur.

,,hh) (IDEM ID ALIBI:) *Lib. 1. de clem. c. 18.*

,,ii) (SED QUANTUM TIBI PERMITTIT ÆQUI
,,BONIQUE NATURA:) Pietas nimirum, humani-
,,tas &c.

,,kk) (CUM IN SERVUM OMNIA LICEANT:)
,,Scl. jure naturæ.

,,ll) (QUOD IN HOMINEM LICERE COMMUNE
,,JUS ANIMANTIUM VETET:) Ratio ſcl. humani-
,,tatis.

,,mm) (ALTERA EXTERIOR ALTERA INTERI-
,,OR:) Rectius altera juris, altera virtutis.

,,a) (EUNDEM HABET SENSUM ILLA MARCEL-
,,LI IN SENATU ROMANO DISTINCTIO:) Imo
,,plane alius diſtinctionis illius ſenſus eſt: Nam
,,Marcellus non quod *jure hoſtis* licet opponit, ei
,,quod *æquum & bonum* eſt, ſed diſtinguit du-
,,plicem quæſtionem, (1) an id quod fecit in ho-
,,ſtem fieri potuerit: & hoc affirmat: (2) an Syra-
,,cuſani hoſtes fuerint, adeoque an hoſtilia pati
,,debuerint? & hoc ſolum in diſquiſitionem venire
,,ait? *Liv. l. 26. c. 31.*

,,b) (IDEM DISCRIMEN INNUIT:) Rationem,
,,cur ſervitus etiam ex injuſto bello juſta dicatur,
,,alibi expoſuimus: quia ſcl. uterque litigantium
,,cauſam ſuam juſtam ait, nec judex eſt qui de
,,juſtitia cauſæ cognoſcere poſſit; ſuſpenſa igitur
,,interim eſt quæſtio de jure, usque dum bello per
,,ultimam victoriam finito appareat cujus cauſa in-
,,juſta fuerit; Tunc enim demum conſtat victum
,,omnia injuria egiſſe, adeoque ſervitutem quoque
,,ex bello juſtam non eſſe. Servitus igitur ex bello
,,injuſto nunquam juſta fuit, etſi ex conditione na-
,,turæ humanæ certitudo durante bello ſuſpenſa
,,fuerit.

c) (Grot.) (NAM ET LEX JUSTUM QUID EST:)
Seneca ad Helviam c. 6. *alii armis ſibi jus in aliena terra fecerunt.* Pugnare videntur *jus* & *ali-*
,,*ena*.

juſtum eſſe ajunt ſervitutem ex bello: at omnino juſtam eſſe negant, quando accidere poteſt ut injuſta fuerit bellandi cauſa. Simile eſt il-
Lib. 3. c. 66. lud Thucydidis in Thebanorum oratione: ὓς ἐν χερσὶν ἀπεκτείνατε ὐχ ὁμοίως ἀλγῦμεν. κατὰ νόμον γὰρ δή τινα ἔπασχον: *de his quos in conflictu occidiſtis non adeo querimur,* [d] *accidit enim hoc illis jure quodammodo.*

2. Sic & ipſi [e] Juriſconſulti Romani, quod ſæpe jus captivita-
L. 19 pr. D. de capt. tis vocant [f] alibi injuriam appellant, [g] & æquitati opponunt natu-
rali; & Seneca ſervi nomen ex injuria natum, [i] id quod ſæpe acci-
Epi. 31. dit reſpiciens. Apud [k] Livium quoque Itali retinentes ea quæ Sy-
Lib. 29. c. 1. racuſanis bello ademerant, pertinaces [l] ad obtinendum injuriam
Orat. appellantur. Dion Pruſæenſis cum dixiſſet bello captos, ſi ad ſuos
15. pag. 240. A. rediiſſent libertatem recipere, addit, ὡς ἀδίκως δυλεύοντας, *ut qui* [m] *per injuriam in ſervitute fuiſſent.*

3. [n] Lactantius de Philoſophis loquens: *Cum de officiis ad rem*
Inſt. Div. 6, 6. *militarem pertinentibus diſputant, neque ad juſtitiam, neque ad veram virtu-*

cna. Sed concilianda, ut docet hic textus. Repete quæ ſupra hoc libro cap. IV. §. 2.

,,*d*) (ACCIDIT ENIM HOC ILLIS JURE QUO- ,,DAMMODO:) Quia ex judicio civitatis hoſtilis ,,juſtam ſibi belli fuiſſe cauſam opinabantur: quod ,,cum Thebani ex ſuæ civitatis judicio negarent, ,,ideo *quodammodo* ſaltem jure id illis contigiſſe ,,ajebant.

,,*e*) (JURISCONSULTI ROMANI QUOD SÆPE ,,JUS CAPTIVITATIS VOCANT:) Poſtquam enim ,,Gajus in *L. 1. pr. ff. A. R. D.* præmiſit *Quarun- ,,dam rerum dominium nos nanciſci jure gentium, ,,quod ratione naturali inter omnes homines pera- ,,que obſervatur, & quod cum ipſo genere humano ,,proditum eſt,* ita pergit *l. 5. §. 7. Eod. Item quæ ,,ex hoſtibus capiuntur jure gentium ſtatim capien- ,,tium fiunt* & l. 7. pr. Eod. *Adeo ut & liberi ho- ,,mines in ſervitutem deducantur:* Sed & alibi ſer- ,,vos jure gentium fieri JCti aſſerunt. *l. 4. §. 1. l. 5. §. ,,1. ff. de ſtatu hom. L. 1. §. 1. de his qui ſui vel ,,al. §. 3. ſeq. jur perſ. pr. ff. de libertis.*

,,*f*) (ALIBI INJURIAM APPELLANT:) Romani ,,JCti nullibi jus ſervitutis appellant injuriam ra- ,,tione eorum quos ipſi capiunt: Sed tantum ,,quatenus hoſtes cives Romanos in captivitatem ,,abducunt: hos enim injuria capi ex judicio ſuæ ,,civitatis contendunt; atque ideo reverſis poſtli- ,,minium concedunt. *L. 19. §. 1. ff. capt. & poſtl.* ,,Verum igitur non eſt, JCtos jus captivitatis op- ,,ponere æquitati naturali, niſi intuitu hoſtis cives ,,noſtros capientis.

,,*g*) (ET ÆQUITATI OPPONUNT NATURALI:) ,,Diximus JCtos Romanos jus captivitatis injuri- ,,am appellare intuitu hoſtis: nam intuitu eorum ,,quos ipſi capiunt, tantum abeſt ut injuria captos ,,exiſtiment, ut potius acquiſitionem hanc juri na- ,,turæ tribuant quod cum ipſo genere humano ,,originem cepit. *l. 1. pr. junct. §. 7. A. R. D. ,,lit. e.*

,,*h*) (SENECA:) *ep. 31.* Seneca, Stoicus, ſapientem ,,injuria affici non poſſe (Ep. 88. & de conſtant. ,,c. 15. & 16.) indeque injurias injuriis repenſare ho- ,,neſtum non eſſe tradit *de conſt. d. c. 16.* His prin- ,,cipiis poſitis verum eſt bella juſta non dari, & ,,capi perſonas non poſſe, ceſſante quippe injuria: ,,& hactenus recte, at philoſophice concludit, *Ser- ,,vi nomen ex injuria ortum eſſe.* Cæterum animum ,,rectum bonumque æque in eum ac in equitem ,,Romanum cadere poſſe. *Epiſt. 31.*

,,*i*) (ID QUOD SÆPE ACCIDIT RESPICIENS:) ,,Imo in genere loquitur: at quo modo id intel- ,,ligendum ſit modo explicavimus

,,*k*) (LIVIUM:) *L. 29. c. 1.*

,,*l*) (AD OBTINENDAM INJURIAM:) Ad reti- ,,nenda & non reddenda quæ per vim parum pro- ,,batam quæſiviſſent. *Gron. h.* Injuria autem non ,,in eo conſiſtebat quod bello cepiſſent, ſed quod ,,a Senatu reſtitutio conceſſa & tamen ablata eſſent; ,,adeoque ut tueretur fidem publicam ſuas res Sy- ,,racuſanis reſtituit. *Liv. d. l.*

,,*m*) (PER INJURIAM:) Scilicet hoſtis, utpote ,,qui ex judicio noſtræ civitatis injuria bellum ge- ,,rit: *Vid. l. 19. pr. capt.* at ratione eorum qui a ,,noſtra civitate capiuntur jure ſervos fieri certum ,,eſt, quia ex judicio noſtræ civitatis juſte bellum geritur. *Vid. l. 1. pr. junct. l. 7. pr. A. R. D.*

n) (Grot.) (LACTANTIUS:) *Auguſtinus* vero epiſtola V. quæ eſt ad Marcellinum: (Ep. 138. §. 14. Edit. Benedictin.) *ac per hoc ſi terrena iſta reſpublica Chriſtiana præcepta cuſtodiat, etiam ipſa bella ſine benevolentia non gerentur.* Idem de diverſis eccleſiæ obſervationibus: *apud veros Dei cultores etiam ipſa bella pacata ſunt.* (Ulti-

mum

virtutem accommodatur illa omnis oratio, [o] *ſed ad hanc vitam moremque civilem.* Idem mox a Romanis ait [p] legitime illatas injurias.

§. III.

Primum ergo dicimus, [a] ſi belli cauſa injuſta ſit, [b] etiamſi bellum ſolenni modo ſuſceptum ſit, injuſtos eſſe [c] interna injuſtitia omnes actus qui inde naſcuntur: ita ut [d] qui ſcientes tales actus operantur, [e] aut ad eos cooperantur, habendi ſint in eorum numero [f] qui ad regnum cœleſte ſine pœnitentia pervenire non poſſunt: 1 Cor. 6, 10.
Vera autem pœnitentia, ſi tempus & copia ſuppetat, omnino requirit [g] ut is qui damnum dedit, ſive interficiendo, ſive res corrumpendo, ſive prædas agendo, id ipſum reſarciat. Ideo Deus [h] negat grata ſibi eſſe jejunia eorum qui non jure captos detinebant: & Ninivitis rex indicens [i] juſtitium præcipit [k] ut rapina manus vacuefaciant: Jon. 3, 8.

mum locum habet Auctor a *Gratiano, Cauſ. 23, Quæſt. 1. c. 6.* neque enim alibi reperitur, quod ſciam. *J. B.*)

„*o*) (SED AD HANC VITAM MOREMQUE CIVI„LEM:) Lactantius opponit quod juris eſt ei quod „ex abuſu inter gentes fieri ſolet.

„*p*) (LEGITIME ILLATAS INJURIAS:) Injuria „ibi pro damno ſumitur, quod legitime illatum „ait.

„*a*) (SI BELLI CAUSA INJUSTA SIT, ETIAMSI „BELLUM SOLENNI MODO SUSCEPTUM SIT, INJU„STOS ESSE INTERNA JUSTITIA OMNES ACTUS:) „Syſtema Auctoris expoſui *in diſſ. proœm IX. §.* „62. Simulque §. 168. demonſtravi quo ſenſu bel„lum utrinque juſtum dici ſoleat: Diximus duran„te bello neutram partem bellum juſtum vel inju„ſtum aſſerere poſſe, quia inter gentes bellum ge„rentes, uterque juſtitiam cauſæ ſibi vindicat, &, „cum judex non ſit qui inter eos cognoſcat, ex „rei natura ſuſpenſa eſt quæſtio de jure vel inju„ria donec Deus, arbiter præliorum, per ultimam „victoriam de juſtitia cauſæ decidat.

„Unde apparet non demum ex jure aliquo gen„tium, nec in ficto aliquo bello ſolenni obtinere, „*ut bellum gerere liceat ſive juſta cauſa ſit ſive non,* „ſed id ex ipſa ratione naturæ ſequi.

„*b*) (ETIAMSI BELLUM SOLENNI MODO SUS„CEPTUM SIT:) I. e. etſi inter duas ſummas pot„eſtates geratur, idque indictum ſit. *Vid. diſſert.* „*proœm. IX. §. 63.*

„*c*) (INTERNA INJUSTITIA:) I. e. jure naturæ „quod in foro poli obtinet.

„*d*) (QUI SCIENTES TALES ACTUS OPERAN„TUR:) At partes bellum gerentes nunquam con„veniunt ſe injuria agere, adeoque ſemper ſuſpen„ſa eſt quæſtio de jure & de injuria.

„*e*) (AUT AD EOS COOPERANTUR:) Uti ſocii, „milites, & ſubditi.

„*f*) (QUI AD REGNUM COELESTE SINE POENI„TENTIA VENIRE NON POSSUNT:) Quod omni„no verum eſt ſi vel ſciunt cauſam injuſtam eſſe, „vel ſaltem dubitant, at dixi bellum gerentes nun„quam id fateri, adeoque certitudinem moralem „haberi non poſſe.

g) (Grot.) (UT IS QUI DAMNUM DEDIT, SIVE RES CORRUMPENDO, SIVE PRÆDAS AGENDO, ID IPSUM RESARCIAT:) Num. V, 6. 7. *Hieronymus* ad Ruſticum: *nec differtur ultionis ſententia, ſi non reddantur univerſa.* [Nil ibi tale apud *Hieronym.*] *Auguſtinus* in epiſtola ad Macedonium, quæ eſt LIV. (Ep. 153. §. 20. *Edit. Benedictin.*) *Si res aliena, propter quam peccatum eſt, reddi poſſit, & non redditur, pœnitentia non agitur, ſed ſimulatur.* Retulit *Gratianus* in cauſam XIV, quæſtione VI. C. I.

ADDITIO.

„Si quis injuriam ſciens infert, certum eſt eum „in conſcientia teneri ad reſtituendum, quia plus „ſuo vel habet, vel agit, & alii aliquid abeſt. At „ſi negat ſe injuria agere nec judicem habeat, „belli eventus exſpectandus, interim vero juſtitia „cauſæ in ſuſpenſo eſt.

h) (Grot.) (NEGAT GRATA SIBI ESSE JEJUNIA EORUM, QUI NON JURE CAPTOS DETINEBANT:) Locus eſt illuſtris *Eſaiæ* LVIII, 5. & 7. habes eum græce apud *Juſtinum Martyrem* in colloquio cum Tryphone. (Pag. 233. *Ed. Sylburg.*)

ADDITIO.

„Imo locus Eſaiæ non agit de his qui injuria „capti detinentur, ſed de Judæis creditoribus, qui „pignus ſumſere a fratribus, eosque in vinculis „detinent; & horum creditorum jejunia non gra„ta ſibi eſſe Deus ait, niſi pignus remittant. *Eſai* „*c. 58. v. 6. junct. Ezech. c. 18. v. 7.*

„*i*) (JUSTITIUM:) I. e. vacationem ab omni „opera ac negotio obſecrationis cauſa. Vid. *Gron. h.*

„*k*) (UT RAPINA MANUS VACUEFACIANT:)

„Recte

faciant; [l] naturæ ductu agnoſcens ſine tali reſtitutione pœnitentiam fictam & inanem fore. Atque ita videmus ſentire [m] non Judæos tantum & Chriſtianos, ſed & [n] Mahumetiſtas.

Libro præceptorum legis præcepta jubente 16.

§. IV.

Silv. in verbo bellum p. 1. n. 10. 11. & 12. Covar. d. §. 11. n. 8 & Leſſ. lib 2. c. 13. dub. 4. Adde l. 21. §. 9 D. de furtis.

[a] Ad reſtitutionem autem tenentur, ſecundum ea quæ generaliter a nobis [b] alibi explicata ſunt, [c] belli auctores, ſive poteſtatis jure, [d] ſive conſilio, [e] de his ſcilicet omnibus quæ bellum conſequi ſolent: [f] etiam de inſolitis [g] ſi quid tale juſſerunt aut ſuaſerunt, [h] aut cum impedire poſſent non impedierunt. [i] Sic & duces tenentur de his quæ ſuo ductu facta ſunt: [k] & milites [l] in ſolidum omnes qui ad actum aliquem communem, puta urbis incendium, concurrerunt: [m] in actibus dividuis pro damno quisque [n] cujus ipſe cauſa unica, [o] aut certe inter cauſas fuit.

§. V.

Silv. d. loco num. 10.

1. Neque admittendam putem exceptionem quam nonnulli adferunt [a] de his qui aliis operam navant, [b] ſi modo in ipſis aliquid hæreat

„Recte ſed ad rapinam non pertinet jus capiendi „res vel perſonas hoſtium. *Vid. Jonæ c. 3. v. 7.* „*& 8.*

„*l*) (NATURÆ DUCTU AGNOSCENS:) Naturæ „enim regula eſt ſuum cuique reſtituendum eſſe, „nec ante aut injuriam aut peccatum tolli.

m) (Grot.) (NON JUDÆOS TANTUM:) Vide canones pœnitentiales *Moſis Maimonidæ* cap. 11, §. 2. Et *Moſem de Kotzi* præcepto jubente XVI.

n) (Grot.) (MAHUMETISTAS:) Vide *Leunclavium* Turcicorum V. & XVII.

„*a*)(AD RESTITUTIONEM AUTEM TENENTUR:) „Hoc verum eſt ſi quis fatetur vel convictus eſt „ſe juſtam belli cauſam non habere: Sed quid ſi „talem ſibi aſſerat? Jure naturæ nihil reſtituendum eſt, niſi alter victus ſit.

„*b*) (ALIBI:) Sic enim ſocios & ſubditos, imo „milites quoque teneri ad reſtitutionem damnorum & ſumtuum, quin pro ratione injuſtitiæ ad „pœnam quoque, dixit Auctor *ſupra c. 1 §. 3.* „*Add. infra c. 18. §. 6.* Unde eum qui bello in„juſto promiſſum exigit jure naturæ ſeu interno „id nec petere nec retinere poſſe ait. Vid. *infra c.* „*19. §. 11. n. 2.* At dictum ſæpius eſt, ſuper„vacuam hanc eſſe quæſtionem durante bello, ſi „uterque credit vel aſſerit ſe juſtam habere cau„ſam.

„*c*) (BELLI AUCTORES, SIVE POTESTATIS JU„RE &c.) Qui bellum geri juſſerunt.

„*d*) (SIVE CONSILIO:) Sine quo alter bellum „injuſtum inchoaturus non fuiſſet. *Vid. l. 2. c.* „*17. §1*

„*e*) (DE HIS SCILICET OMNIBUS QUÆ BELLUM „CONSEQUI SOLENT:) Qui enim cauſam dat in„juriæ, cauſa ſimul eſt omnium malorum quæ ex „illa injuria ſequi poſſunt: de quo late ſupra *l. 2.* „*c. 17. §. 12.* ubi exemplis rem illuſtravit Auctor.

„*f*) (ETIAM DE INSOLITIS:) Si extra bellum „non contigiſſent.

„*g*) (SI QUID TALE JUSSERUNT AUT SUASE„RUNT:) Nam cauſa ſunt injuriæ.

„*h*) (AUT CUM IMPEDIRE POSSENT NON IM„PEDIERUNT:) Imo ſufficit in genere eos fuiſſe „Auctores belli, tunc enim tenentur de caſibus etiam „inſolitis, etſi eos nec juſſerint nec ſuaſerint, quia „ſequelæ ſunt belli cujus Auctores ſunt.

„Ceterum ſupra jam diximus, regulam illam, „*quod is qui impedire crimen poteſt, nec prohibet,* „*obligetur*, ita generaliter ſumtam veram non „eſſe, ſed tantum ſi prohibere & *poteſt* & *tene*„*tur*.

„*i*) (SIC ET DUCES TENENTUR:) Nam & hi „cauſa ſunt injuriæ dum injuriam defendunt.

„*k*) (ET MILITES:) *Vid. infr. c. 18. §. 6.*

„*l*) (IN SOLIDUM OMNES QUI AD ACTUM A„LIQUEM COMMUNEM:) Quia unus actus eſt & „unum delictum pro quo ſinguli in ſolidum te„nentur.

„*m*) (IN ACTIBUS DIVIDUIS:) Tunc enim duo „diverſi ſunt actus, duoque delicta, quorum ſingula „ſuos tenent auctores. Sic v. g. ſi ſubditus jura „cum hoſte communia violat, non populus inde „tenetur niſi approbet, ſed auctor hujus læſionis.

„*n*) (CUJUS IPSE CAUSA UNICA:) Reliqui „enim injuriæ hujus cauſa non ſunt.

„*o*) (AUT CERTE INTER CAUSAS FUIT:) Cum „forte de aliis non conſtet.

„*a*) (DE HIS QUI ALIIS OPERAM NAVANT:) „Quatenus

hæreat culpæ: [c] ad reſtitutionem enim ſine dolo culpa ſufficit. [d] Sunt qui videntur exiſtimare res bello captas, etiamſi juſta belli *Vasq. lib. 1.* cauſa non adfuerit, reddendas non eſſe, eo quod bellantes inter ſe *controv. ill. c. 9. n.* cum bellum inierunt iſta capientibus donaſſe intelligantur. [e] Sed *17. Molin. diſp.* nemo ſuum jactare temere præſumitur, [f] & bellum per ſe longe ab- *118. §. ult vero.* eſt a contractuum natura. Ut vero pacati populi certi quid haberent quod ſequerentur, * nec bello implicarentur inviti, [g] ſufficiebat introductio externi de quo diximus dominii, [h] quod cum interna obligatione reſtitutionis poteſt conſiſtere. [i] Atque id illi ipſi auctores videntur ſtatuere in jure captivitatis perſonarum. Ideo Samnites apud Livium, *res hoſtium in præda captas, quæ belli jure* *Lib. IX.* *noſtræ videbantur, remiſimus.* [k] Videbantur ait, quia injuſtum id *c. 1.* bellum fuerat ut jam ante agnoverant Samnites. *Lib. 8. c. 39.*

2. [l] Non diſſimile eſt, [m] quod ex contractu ſine dolo inito cui ineſt *Vide ſupra l. 2. c. 12.*

„Quateous hi teneantur late explicavimus *ſupra* „*l. 2. c. 26. §. 2. ſeq.*

„*b*) (SI MODO IN IPSIS ALIQUID HÆREAT „CULPÆ:) Atqui ſemper aliquid culpæ adhæret „tum ſubditis, tum militibus, tum ſociis, quia „cauſam defendunt quæ hoſtis judieio injuſta eſt.

„*c*) (AD RESTITUTIONEM ENIM SINE DOLO „CULPA SUFFICIT:) Sufficit enim quod facto ejus „illicito alteri aliquid abſit. *Vid. l. 2. c. 17. §. 20.* „*n. 2.*

„*d*) (SUNT QUI VIDENTUR EXISTIMARE:) In„epta & omni ratione careos hæc eſt opinio quam „Vasquius *Controv. ill. l. 1. c. 9. n. 17.* late defen„dit, tacite enim ait conſentire videri bellum ge„rentes io amiſſiooem libertatis, bonorum &c. „iodeque nihil tam ratum eſſe natura quam vo„luntatem domini reio ſuam in hoſtem traosferre „volentis.

„*e*) (SED NEMO SUUM JACTARE TEMERE PRÆ„SUMITUR:) Vera ratio eſt quod jus noſtrum in „alterum non transferatur oiſi voluntate noſtra „ſatis declarata: At tantum ab eſt bello taleoi vo„luntatem declarari ut potius ideo ſuſcipiatur, ut jura „noſtra defendamus contra injuriam alienam: Sa„ne utarque ait alterum injuria agere & capere, „& hoc principio nititur jus poſtliminii: Si au„tem uterque tacite conſenſiſſet in amiſſionem „poſtlimioio res recipi noo poſſet.

„*f*) (ET BELLUM PER SE LONGE ABEST A „CONTRACTUUM NATURA:) Omne enim jus io „contractibus oritur ex diſpoſitione partium, quæ „jus in alterum transferunt ſua voluntate; at jus „capiendi belli non ex voluntate oritur ſed ex „injuria, de qua reparaoda læſus agit etiam invito „altero.

„*) (NEC BELLO IMPLICARENTUR INVITI:) „Uti implicarentur, ſi de jure ioter duos populos „pronoociare vellent. Vid. *ſupr. c. 9. §. 4. n. 2.* „*& c. 4. §. 4.*

„*g*) (SUFFICIEBAT INTRODUCTIO EXTERNI DE „QUO DIXIMUS DOMINII:) Syſtema Grotii & quo „ſenſu externum dominium introductum exiſtimet „explicavimus initio h. cap. Simulque demonſtra„vimus id merum eſſe figmentum.

„*h*) (QUOD CUM INTERNA OBLIGATIONE RE„STITUTIONIS POTEST CONSISTERE:) Etſi enim „gentes eum qui injuria res hoſtis ſui capit, in „poſſeſſione & domioio exteroo defendere tene„antur, id tamen non impedire putat quo minus „is qui cepit conſcientiæ ductu reſtituere tenea„tur: Nos diximus eum qui juſtam cauſam ſibi „eſſe putat, capere poſſe res hoſtis, at quæſtio„nem de juſtitia vel injuſtitia cauſæ in ſuſpen„ſo eſſe.

„*i*) (ATQUE ID ILLI IPSI AUCTORES VIDEN„TUR STATUERE IN JURE CAPTIVITATIS PERSO„NARUM:) Seoſus eſt, quod, etſi gentes domi„nium externum in rebus captis cooceſſeriot eis, „qui ex injuſta cauſa bellum gerunt, iidem au„ctores juris gentium teſteotur capta reſtitui de„bere ex jure interoo.

„*k*) (VIDEBANTUR AIT, QUIA INJUSTUM ID „BELLUM FUERAT:) Auctor igitur putat Samnites „non fuiſſe obligatos ad reſtituendum res captas, quarum domioium externum jure gentium acqui„ſiverant, ſed ductu conſcientiæ id feciſſe. At „cum tale jus gentium taleque dominium exter„num ounquam a geotibus introductum fuerit, „dicendum potius eſt, Samnites nullo jure capta re„tioere potuiſſe, quia injuria capta fuiſſe fateban„tur. *Vid. Liv l. 8. c. 39. & l. 9. c. 1.*

„*l*) (NON DISSIMILE EST:) Imo hoc plaoe huc „non quadrat, nam & verum non eſt jure geoti„um voluntario demum ex pacto inæquali jus ori„ri: neque coocedi debet eum qui plus æquo ſibi „ſtipulatus eſt, ad æqualitatem rem reducere de„bere: *Vid. l. 2. c. 12. §. 8.*

„*m*) (QUOD EX CONTRACTU SINE DOLO INI-

ineſt inæqualitas, jure gentium naſcitur facultas quædam cogendi eum qui contraxit ad implenda pacta: *n* nec eo tamen minus qui plus æquo ſtipulatus eſt rem ad æqualitatem reducere ex probi ac pii hominis officio tenetur.

§. VI.

1. Sed & qui damnum ipſe non dedit, aut ſine omni culpa dedit, *a* ſed rem bello injuſto captam ab alio penes ſe habet, tenetur eam reddere, quia cur alter ea carere debeat *b* nulla cauſa ſubeſt naturaliter juſta, *c* non conſenſus ipſius, *d* non malum meritum, *e* non
Lib. 6. c. 5. compenſatio. Non aliena ab hac re hiſtoria eſt, apud Valerium Maximum: *Populus*, inquit, *Romanus cum P. Claudius Camerinos ductu atque auſpiciis ſuis captos ſub haſta vendidiſſet, etſi ærarium pecunia, fines agris auctos animadvertebat, tamen f quia parum liquida fide id geſtum ab imperatore videbatur, maxima cura conquiſitos re-*
Liv. lib. 38. c. 39. *demit & prædia reſtituit.* *g* Similiter Phocenſibus Romanorum decreto reddita libertas *h* etiam illa publica & qui erepti erant agri.
Liv. lib. 42. c. 8. Et poſtea *i* Ligures qui a M. Pompilio venditi fuerant *k* reddito emto-

„TO JURE GENTIUM NASCITUR FACULTAS QUÆ„DAM COGENDI:) Auctor ait jure naturæ ex nullo contractu cui ineſt inæqualitas jus oriri *Vid. l. 2. c. 12. §. 8* Jure gentium autem voluntario „id mutatum eſſe. *d. c. 12. §. 26.* Quod refutavi„mus allegatis locis. nam jure naturæ omnis di„ſpoſitio de re, licet maxime inæqualis ſit, jus „tribuit, neque jure gentium (quale non datur) „hactenus aliquid mutatum eſt.

„*n*) (NEC EO TAMEN MINUS QUI PLUS ÆQUO „STIPULATUS EST REM AD ÆQUALITATEM RE„DUCERE &c. TENETUR:) Imo jure naturæ pro„ut quisque de re ſua diſponit ita jus eſt, licet nul„la inter rem & pretium ſit æqualitas. *d. c. 12. §. 12. & 26.*

„*a*) (SED REM BELLO INJUSTO CAPTAM AB „ALIO PENES SE HABET TENETUR EAM REDDE„RE:) Scilicet juxta internam juſtitiam, nam jure „illo gentium externo non tantum is qui bello in„juſto capit, ſed & is qui cauſam ab eo habet, de„fendi in poſſeſſione ex hypotheſi Auctoris debet. „*Vid. ſupr. c. 6. §. 2.*

„*b*) (NULLA CAUSA SUBEST NATURALITER „JUSTA:) Secus igitur ſi capiens juſtam ſibi eſſe „cauſam aſſerat: Tunc enim is qui cauſam a ca„piente habet, ejus jure nititur.

„*c*) (NON CONSENSUS IPSIUS:) Opinionem „enim Vasquii, quod partes litigantes ſibi invicem „ea quæ ceperent donaſſe cenſeantur, exploſimus „§. *praced.*

„*d*) (NON MALUM MERITUM:) Quaſi res in „pœnam ipſi auferri potuerit.

„*e*) (NON COMPENSATIO:) Si ſcl. poſſeſſor vi„ciſſim aliquid debet ei cujus res capta fuit.

„*f*) (QUIA PARUM LIQUIDA FIDE ID GE„STUM AB IMPERATORE VIDERATUR:) Cum po„pulus fateatur injuſtum fuiſſe bellum ſimul fate„tur injuria omnia capta eſſe, adeoque jure ea di„mittere tenebantur.

*) (Grot.) (CONQUISITOS REDEMIT, ET PRÆDIA RESTITUIT:) Antonius Tyrios coegit reddere, quæ Judæorum tenebant. Homines ab eis venditos juſſit liberari bona dominis reddi. *Joſephus* XIV. antiquæ hiſtoriæ, (Cap. 12. §. 5 *diviſ. Hudſon.*) Macrinus Parthis reddidit captivos & prædam, quod cauſa non fuiſſet, cur Romani pacem rumperent. *Herodianus* libro IV. in fine. Mahumetes Turca liberari juſſit eos, qui fuerant in oppido Sanctæ Mariæ in Achaia. *Calcocondylas* libro IX.

„*g*) (SIMILITER PHOCENSIBUS &c. REDDITA „LIBERTAS:) Æmilius id non fecit ex conſcientia „injuſti belli, cauſa enim ejus juſtiſſima fuit, quia „ob ſeditionem Phocææ ortam oppugnabantur „*Liv. l. 37 c. 9. & c. 22.* Sed ex ratione politica „& in pœnam militum quia invito duce in eos „ſævitum ſuit *d. l. 37. c. 32.* Idque populus Ro„manus poſtea confirmavit. *Liv. l 38. c. 39.*

„*h*) (ETIAM ILLA PUBLICA:) Non tantum er„go ſingulis civibus & libertas & bona ſeu jura „privata reddita, ſed & præterea tota civitas ſuis „legibus ſuoque juri publico reſtituta fuit.

i) (Grot.) (LIGURES:) Vide excerpta Peireſciana *Diodori Siculi.* (Pag. 298.)

„*k*) (REDDITO EMTORIBUS PRETIO RESTITU„TI SUNT IN LIBERTATEM:) Imo nec in hos cau„ſa belli injuſta fuit: Ligures enim rebellarunt, „*Liv. l. 41. c. 17.* & in Romanos captos ſævierunt *c. 18.*

emtoribus pretio reſtitui ſunt in libertatem, bona quoque reddi curata. [l] Idem de Abderitis decrevit Senatus, addita cauſa, quod injuſtum bellum illatum iis eſſet. *Idem, 43, 6.*

2. Poterit tamen, ſiquid ſumtus aut operæ impendit is qui rem tenet, [m] deducere tantum quantum domino valebat adipiſci deſperatam poſſeſſionem, ſecundum ea [n] quæ alibi explicata ſunt. Quod ſi rei poſſeſſor culpæ exſors eam conſumſerit aut alienaverit, [o] non tenebitur niſi in quantum cenſeri poteſt locupletior factus.

CAPUT XI.

Temperamentum circa jus interficiendi in bello juſto.

I. *In bello juſto actus quoſdam interna juſtitia carere, quod exponitur:*

II. *Interfici qui poſſint ſecundum juſtitiam internam.*

III. *Ob infortunium neminem recte interfici, ut qui coacti partes ſequuntur:*

IV. *Nec ob culpam mediam inter infortunium & dolum: cujus natura explicatur.*

V. *Diſtinguendos auctores belli ab his qui ſequuntur.*

VI. *In ipſis auctoribus diſtinguendas cauſas probabiles ab improbabilibus.*

VII. *Etiam mortem meritis hoſtibus, ſæpe pœnam recte condonari.*

VIII. *Cavendum quantum fieri poteſt ne innocentes, etiam præter propoſitum occidantur.*

IX. *Pueris ſemper parcendum; fœminis niſi quid gravius admiſerint, & ſenibus.*

X. *Parcendum & his qui ſacra aut literas tantum curant:*

XI. *Et agricolis:*

XII. *Et mercatoribus ac ſimilibus:*

XIII. *Et captis:*

XIV. *Recipiendos qui dedere ſe volunt, ſub æquis conditionibus.*

XV. *Parcendum & his qui ſine conditione ſe dediderunt.*

XVI. *Hæc ita vera niſi grave delictum anteceſſerit: quod quomodo accipiendum.*

XVII. *Delinquentibus ob multitudinem recte parci.*

XVIII. *Non occidendos obſides, niſi ipſi deliquerint.*

XIX. *Abſtinendum ab omni dimicatione inutili.*

§. I.

„c. 18. adeoque bello petiti & victi ſunt, indeque „merito perfidiæ pœnam tulerunt. Quod vero con„ſul, cum ſe dediſſent, ipſos & eorum bona ſub „haſta vendiderit, id merito ſenatui atrox viſum „fuit, quia id in conſulto ſenatu facere non potu„it: Unde decreto ſenatus reſtituti ſunt, non ex „neceſſitate juris ſed pariter ex ratione politica. „*Liv. l. 42. c. 8. & 9.*

„l) (IDEM DE ABDERITIS DECREVIT SENATUS:) „Dilatio petita circa imperata non fuit juſta ex„cidii cauſa: adeoque ſenatus ipſe declarabat bel„lum injuſtum fuiſſe. verba Livii *l.* 43. c. 4. hæc „ſunt *flentes* (Abderitæ legati) *ante curiam que„rentesque oppidum ſuum ab Hortenſio oppugna„tum ac direptum eſſe, cauſam excidii fuiſſe urbi, „quod cum centum millia denarium & tritici 50000 „modium imperaret ſpatium petierunt quo de ea „re & ad Hoſtilium conſulem & Romam mitterent „legatos, vix dum ad conſulem ſe perveniſſe & au„diſſe oppidum expugnatum, Principes ſecuri per„cuſſos ſub corona cæteros veniiſſe indigna ſenatui „viſa &c. & legati duo ad reſtituendos in liberta„tem Abderitas miſſi, iisdem mandatum ut & Hoſtilio „conſuli & Hortenſio Prætori nunciarent ſenatum „Abderitis injuſtum bellum illatum, conquirique „omnes qui in ſervitute ſint, & reſtitui in liberta„tem, æquum cenſere.*

„m) (DEDUCERE TANTUM QUANTUM DOMINO „VALEBAT ADIPISCI DESPERATAM POSSESSIO„NEM:) Quia recuperat poſſeſſionem ſumtibus „alienis ſine quibus recuperaturus rem non fuiſſet, „locupletior igitur fieret ex re aliena.

„n) (QUÆ ALIBI:) *L. 2. c. 10. §. 9. l. 3. c. 9.* „§. 16.

„o) (NON TENEBITUR NISI IN QUANTUM „CENSERI POTEST LOCUPLETIOR FACTUS:) Si „quis proinde rem ab hoſte injoſto emtam do„naverit alii, vel caſu perdiderit, ex hypotheſi „Auctoris non tenetur reſtituere, quia tenetur ſal„tem ut poſſeſſor rei alienæ quæ obligatio ceſſat, „ubi poſſidere deſiit. Secus ſi eam rem vendidit „vel in uſus ſuos alio modo vertit, tunc enim „poſſidet jus alienum, ultra ſuum habet quod ei „cujus eſt reſtitui debet. Vide late ſupra *l.* 2. *c.* 10. „§. 9.

§. I.

1. SEd [a] nec in bello juſto admittendum eſt quod dicitur,

Lucanus, Pharſ. l. 349.

[b] *Omnia dat qui juſta negat.*

Melius Cicero: [c] *Sunt quædam officia etiam adverſus eos ſervanda à quibus injuriam acceperis.* [d] *Eſt enim ulciſcendi & puniendi modus.* [e] Idem laudat vetera Romanorum tempora, [f] cum exitus bellorum erant aut mites, aut neceſſarii. Crudeles vocat Seneca qui *punien-di*

Off. 1. c. 2. — Off. 2 8. — 2. de Clem. c. 4.

„§. 9. Quod facile concedimus ſi ex ipſa confeſ-„ſione capientis injuria rem captam eſſe apparet „Secus ſi capiens aſſerit ſe jure cepiſſe.

„(An §. 1.) Grotius ſupra cap. 4. aſſeruit jure „gentium ſtatutum eſſe (1) ut etiam is qui inju-„ſtam cauſam fovet occidere hoſtem impune poſ-„ſit (2) ut etiam interficere eum liceat ultra ne-„ceſſitatem & ultra modum pœnæ *l.* 3. *c.* 4. §. 3. „atque ex hoc demum jure (3) putat ſubditos (*d.* „*c.* 4. §. 3.) etiam in ſolo pacati inventos, (*c.* 8. „§. 8.) omnesque qui in hoſtili territorio ſunt. „(*c.* 4 §. 6. & 7.) infantes & fœminas (*c.* 4. §. 9) „deditos (*c.* 4 §. 12. & 13) captivos (§. 10.) ac „denique obſides (*c.* 4. §. 14.) jure interfici poſſe: „(4) Effectum autem juris hujus indefinite læden-„di, ſaltem in impunitate conſiſtere ait (*d. c.* 4. „§. 2.) ita ut ob eam cauſam in alieno forte ter-„ritorio deprehenſus tanquam homicida puniri, „aot ideo ei bellum ab aliis gentibus ioferri noo „poſſit (*d. c.* 4. §. 3.)

„Hanc licentiam occidendi hoſtem jure genti-„um nimium extenſam eſſe putat indeque eam „temperat, tum ex jure naturæ ſociali, tum ex „jure naturæ laxiori, tum ex honeſtatis præceptis „tum ex utilitatis rationibus.

„Atque hinc (1) etiam in bello juſto actus quos-„dam juſtitia interna carere poſſe ait. *h. c.* §. 1. „uti ſi quis per inſomnium, vel coactus alteri „hoſtis fit: *ibid.* §. 2. §. 3. §. 4. Si Auctores bel-„li non diſcernuntur ab eis qui eos ſequuntur: „*ibid.* §. 5. Unde ſuadet ut io ipſis auctoribus diſtin-„guaotur cauſæ probabiles ab improbabilibus: *ibid.* „§. 6. & ut mortem meritis pœna aliquando condone-„tur *ibid.* §. 6. Porro ait parcendum eſſe innoenti-„bus ut pueris, fœminis, eis qui ſacra aut literas „ſaltem curant, ſenibus, agricolis, mercatoribus, „captis, deditis, obſidibus. *ibid.* §. 7. *usque ad* „§. *19.* Denique ob multitudinem delinquentibus „recte parci *ibid.* §. 17. & ab omni inutili dimi-„catione abſtinendum eſſe. §. 19.

„Nos toties jam demonſtravimus jus gentium „voluntarium non dari, nedum tale quod in bello „ſolenni effectus quosdam juris externos quoad „impunitatem producat: Diximus porro, in bello „omnia licere quæ ad defenſiooem & reparatio-„nem juris noſtri pertinent, indeque quemlibet „hoſtem occidi poſſe citra ullam proportiooem „debiti, idque etiam ad captos, ad ſubditos, ad „fœminas, ad ſenes &c. ipſa naturæ ratione ex-„tendi &c. Reliqua ſingulis locis notabimus.

„*a*)(NEC IN JUSTO BELLO:) Nam in injuſto „bello omnes actus illicitos eſſe dixit ſupra *l.* 3. *c.* „1. §. *Vid. c. præced.* §. 1.

„*b*) (OMNIA DAT QUI JUSTA NEGAT:) I. e. dum „injuriam reparare recuſat, dat licentiam adhiben-„di omnia media ad juris reparatiooem neceſſaria.

„*c*) (SUNT QUÆDAN OFFICIA ETIAM ADVER-„SUS EOS SERVANDA A QUIBUS INJURIAM AC-„CEPERIS:) Ex hypotheſi enim Auctoris remanet „nobis cum hoſtibus ſocietas quam natura inge-„neravit. *Vid. ſupr. l.* 3. *c.* 19. §. 1. *n.* 1. *l.* 2. *c.* 17. „§. 19. *l.* 3. *c.* 21. §. 1.

d) (Grot.) (EST ENIM ULCISCENDI ET PUNI-ENDI MODUS:) Vide quæ ſupra Lib. II, cap. XX. §. 2. & 28. & loca *Auguſtini* de Chriſtianorum io ipſis bellis benevolentia, quæ modo produximus. *Ariſtoteles* politicorum V, cap. 6. narrat aſperiores æquo pœnas exactas Thebis & Heracleæ, *ςαϭιωτικῶς*, factionis ſtudio. Et *Thucydides* III. Τιμωρίας μείζας, ἐ μέχρι τῦ δικαίȣ· *pœnas juſto majores.* (Cap. 82.) Tacitus III Annalium: *Pompejus gravior remediis, quam delicta erant.* (Cap. 28) Idem eodem libro (*Cap.* 24.) Auguſtum culpat, quod in puniendis adulteriis clementiam majorum ſuasque ipſe leges egreſſus ſit. Juvenalis (*Sat.* X. verſ. 314, & *ſeqq.*)

exigit autem
Interdum ille dolor plus quam lex ulla dolori
Conceſſit.

Quintilianus: *non niſi ab ultimo parricidio exigitur pœna trans hominem.* [Id eſt, a cadavere. *Declamat.* VI. Cap. 10. p. 137. *Edit. Burm.*] M. Antoninus Imperator, referente *Vulcatio* vita Caſſii, (Cap. 11.) *ad ſenatum ſcribam, ne aut proſcriptio gravior ſit aut pœna crudelior. Auſonius* [Cupid. crucif. *verſ.* 93. 94.]

vindictaque major
Crimine viſa ſua eſt.

Ammianus libro XXVI. *ſævitum eſt in multos acrius quam errata flagitaverant vel delicta.* (Cap. 10.) Similis eſt apud Agathiam locus libro III. [Lib IV. Cap. 6.]

ADDITIO.

„In infinitum ultio licita eſt, donec alter jus „noſtrum reparaverit: *l.* 2. *c.* 20. §. 2. & §. 28.

„*e*) (IDEM:) *Off. l.* 2. *c.* 8.

„*f*) (CUM BELLORUM EXITUS ERANT AUT „MITES AUT NECESSARII:) I. e. aut condona-„bant aut ob graves ſaltem cauſas ſæviebant. Ideo „laudaotur ab ipſis Carthaginenſibus apud *Appian.* „*de*

Digitized by Google

di cauſam habent, [g] modum non habent. Ariſtides Leuctrica prima: ἔςι γὰρ, ἔςι καὶ ἀμυνομένους ἀμέτρως ἀδικεῖν. κἄν τις οἷς τὰς τιμωρίας ἀναπληροῖ, πρὸς τ' ἀδικήματα τούτοις ὑπερβῇ δεύτερος, ἄρχει πάλιν: *Poſſunt ſane, poſ-* Pag. 94. Tom II. *ſunt etiam qui ſe vindicant* [*] *injuſti eſſe, ſi modum excedant. Nam & qui in puniendo progreditur ad id quod iniquum eſt,* [b] *ſecundus eſt injuriæ auctor.* Sic, Ovidio judice, rex quidam De Ponto, I. Eleg. 8. 19. 20.

cæde nocentum
Se nimis ulciſcens exſtitit ipſe nocens.

2. Platæenſes in Iſocratea oratione quærunt: εἰ δίκαιόν ἐςιν ὑπὲρ Pag. 298 B Ed. H. Steph. τηλικούτων ἐγκλημάτων οὕτως ἀνόμους καὶ δεινὰς ποιεῖσθαι τὰς τιμωρίας: *an æquum ſit* [i] *ob tantilla peccata tam graves & iniquas pœnas exigere?* Idem ille Ariſtides ſecunda pro pace: μὴ τοίνυν ἀνθ' ὅτων αὐτοὺς τιμωρήσεσθε, Pag. 77. A Tom. σκοπεῖτε, ἀλλ' οὕςινας ὄντας καὶ τίνες ὄντες αὐτοὶ καὶ τὸ μέτρον τῆς τιμωρίας: *non hoc tantum reſpicite quas ob cauſas, pœnas ſitis exacturi, ſed &* [k] *qui ſint de quibus ſumenda ſit pœna,* [l] *qui nos ipſi,* [m] *& quis juſtus pœnarum modus.* Laudatur Propertio Minos:

Victor erat quamvis, [n] *æquus in hoſte fuit.*

Sed & Ovidio:

Leges captis juſtiſſimus auctor.
Hoſtibus impoſuit.

§. II.

[a] Quando autem juſta ſit interfectio (inde enim nobis incipiendum eſt) in bello juſto ſecundum juſtitiam internam, quando non ſit, [b] ex iis intelligi poteſt quæ capite primo hujus libri a nobis explicata ſunt. Interfici enim aliquem contingit ex propoſito, aut ci- Vid. de jure belli n. 36. & 43. tra

„*de bell. pun. c. 49.* Conf. *Cic. in off. l. 1. c. 11. &* „*4. ad Heren.* 16. contraria exempla Vide *ſupra* „*l. 3. c. 11. §. 7. n. 3.*

„*g*) (MODUM NON HABENT:) Qui ultra talio„nis fines puniunt.

„*) (INJUSTI ESSE SI MODUM EXCEDANT:) „At nunquam excedunt modum quamdiu alter „reparationi juris noſtri reſiſtit.

„*b*) (SECUNDUS EST INJURIÆ AUCTOR:) I. e. „ipſe excedendo injuriam novam infert.

„*i*) (OB TANTILLA PECCATA TAM GRAVES:) „Pœna enim non major poteſt eſſe delicto, & omnis „pœna abſolvitur tantundem patiendo.

„*k*) (QUI SINT DE QUIBUS POENA SUMEN„DA:) An minores, an imbecilles &c. *Vid. l. 2.* „*c. 20. §. . & ſeq.*

„*l*) (QUI NOS IPSI:) An ex dignitate noſtra „ſit diſſimulare:) Cæſar *apud Salluſt. c. 51.*

„*m*) (ET QUIS JUSTUS POENARUM MODOS:) „Ne ultra meritum puniatur.

„*n*) (ÆQUUS IN HOSTE FUIT:) De Minoe „*vide §. 24. proleg.* de clementia in victos pleni„us agetur *infra c. 15. §. 2. ſeq.* de clementia in „delinquentes egimus *l. 2. c. 20. §. 49. & 50.*

„*a*) (QUANDO JUSTA SIT INTERFECTIO IN „BELLO JUSTO SECUNDUM JUSTITIAM INTER„NAM:) I. e. Secundum jus naturæ: Nam ſupra „egit de juſta interfectione ſecundum *jus genti„um voluntarium*, quod in bello ſolenni ſaltem „obtinere dixit, & cujus effectus eſt ut etiam ex „cauſa injuſta, ultra modum pœnæ & debiti, in„terfectio licita ſit, ſed NB. ſaltem quoad *impu„nitatem* ne ſcilicet apud alias gentes tanquam „homicida puniri poſſit.

„*b*) (EX IIS INTELLIGI POTEST QUÆ CAPITE „PRIMO HUJUS LIBRI A NOBIS EXPLICATA SUNT:) „Nimirum dixit Deum vitam nobis largitum eſſe; „quæ igitur ad hunc finem neceſſaria ſunt ea con„ceſſa

tra propoſitum. [c] Ex propoſito juſte interfici nemo poteſt, niſi aut in pœnam juſtam, [d] aut quatenus abſque eo vitam & res noſtras tueri non poſſumus: quamquam illud ipſum ob res caducas hominem occidere, etiamſi [e] a juſtitia ſtricte dicta non abeat, * a caritatis tamen lege diſcedit. Pœna vero juſta ut ſit, [f] opus eſt ut ipſe qui interficitur deliquerit, [g] & quidem tantum quod apud æquum judicem mortis ſupplicio poſſit vindicari; qua de re eo nunc minus differemus, quia quicquid ejus ſciri oportet [h] ſatis explicatum arbitramur capite de pœnis.

§. III.

1. [a] Supra cum de ſupplicibus ageremus (ſunt autem [b] ut in pace & in bello ſupplices) [c] diſcrevimus ἀτύχημα καὶ ἀδίκημα, *infortunium & injuriam.* Gylippus, eo [d] quem ibi citare cœpimus Dio-
Biblioth. dori Siculi loco, quærit, [e] utra in claſſe Athenienſes poni debeant,
13.29 infortunatorum an injuſtorum: & [f] pro infortunatis habendos negat qui ultro nulla laceſſiti injuria Syracuſanis bellum intuliſſent: unde infert cum ſponte bellum ſuſceperint, [g] ferenda quo-

„ceſſa nobis videri, ſi proinde vitam aliter ſervare „non poſſim licere mihi vi qualicunque arcere „eum qui eam impetit *L. 3. c. 1. §. 2. n. 1.* Idem „quoque eſſe ait, ſi aliter rem meam repetere „vel iojuriam mihi illatam vindicare non poſſum „*d. §. 2. n. 1. & 2.* at ſaltem intra juſtum qui de„bito & peccato reſpondet modum *d. n. 2.* quod „examinavimus *ibidem.*

„c) (EX PROPOSITO INTERFICI JUSTE NEMO „POTEST NISI AUT IN POENAM JUSTAM:) Ubi „enim juſta eſt punitio, ibi etiam juſta eſt vis „omnis ſine qua ad pœnam veoiri non poteſt, & „omne quod pœnæ pars eſt, ut ioterfectio, *Vid.* „*d. c. 1. §. 2. n. 2.*

„d) (AUT QUATENUS ABSQUE EO VITAM ET „RES NOSTRAS TUERI NON POSSUMUS) Adeo„que ex ſola neceſſitate defenſionis juris noſtri. „Nam conceſſo jure omnia ea conceſſa videntur „ſine quibus jus noſtrum haberi nequit *d. c. 1. §. 2.* „*n. 1.*

„e) (A JUSTITIA STRICTE DICTA:) Quæ fa„cultatem agendi in ſolo ſocietatis reſpectu ſigni„ficat *d. c. 1. §. 2. n. 1.* & juſtitiæ laxiori opponi„tur. Utramque ſignificationem rejecimus *in Diſ-* „*ſert. proœm.* 1. & 2.

„*) (A CARITATIS TAMEN LEGE DISCEDIT:) „Intelligit jus naturæ laxius quod caritatis præ„cepta continet: Nos allegato loco jus tale laxi„us non dari, neque ex caritate jus aliquod aut „neceſſitatem oriri diximus, etſi perfectius & lau„dabilius ſit leges caritatis ſequi *l. 2. c. 1. §. 11.* „& 13. ubi ex profeſſo de hac materia egimus.

„f) (OPUS EST UT IPSE QUI INTERFICITUR „DELIQUERIT:) Sive committendo, ſive auxilium „ferendo, ſive approbando vim ex quo poſteriori „capite ſubditi quoque tenentur.

„g) (ET QUIDEM TANTUM QUOD APUD ÆQUUM „JUDICEM MORTIS SUPPLICIO POSSIT VINDICARI:) „Hoc eſt quod *d. c. 1. n. 2.* dixit intra juſtum & „qui peccato reſpondeat modum quod examinavi„mus ſupra *c.* §.

„h) (SATIS EXPLICATUM ARBITRAMUR CAPI„TE DE POENIS:) Regula generalis eſt, quod „hoſtis, qui injuriam nobis intulit, tantundem „pati debeat, & quod in infinitum omnia liceant „ſine quibus reparatio injuriæ obtineri nequit.

„a) (SUPRA CUM DE SUPPLICIBUS AGEREMUS:) „*L. 2. c. 21. §. 5.*

„b) (UT IN PACE ITA ET IN BELLO:) Quo „& aſyla pertinent *d. c. 21. §. 5.*

„c) (DISCREVIMUS INFORTUNIUM ET INJURI„AM:) Diximus *d. §. 5.* contra injuriam quæ ex „propoſito infertur aſyla non prodeſſe: ſub in„fortunio autem certo modo culpam quoque con„tineri.

„d) (QUEM IBI:) *d. c. 21. §. 5.* ubi Gylippus „Laco ſupplicum jura explicat.

„e) (UTRA IN CLASSE:) Utro numero aut lo„co haberi. *Gron. b.*

„f) (PRO INFORTUNATIS HABENDOS NEGAT:) „Quia ex propoſito injuriam intulere.

„g) (FERENDA QUOQUE AB IPSIS BELLI MA„LA:) Quorum ipſi cauſa ſunt, dum reparationem „iojuriæ vel negant vel differunt.

h)

quoque ab ipſis belli mala. Infortunatorum exemplum ſunt illi [b] qui non hoſtili animo apud hoſtes ſunt, [i] quales Athenienſes temporibus Mithridaticis, de quibus ſic loquitur Vellejus Paterculus: *Si quis hoc rebellandi tempus quo Athenæ oppugnatæ a Sulla ſunt, imputat Athenienſibus, nimium veri vetuſtatisque ignarus eſt; adeo enim certa Athenienſium in Romanos fides fuit, ut ſemper & in omni re quicquid ſincera fide gereretur id Romani Atticâ fieri prædicarent. Cæterum tum oppreſſi Mithridatis armis homines miſerimæ conditionis; cum* [k] *ab inimicis tenerentur, oppugnabantur* [l] *ab amicis, & animos extra mœnia, corpora neceſſitati ſervientes intra muros habebant;* quæ pars poſtrema ex [m] Livio ſumta videri poteſt, apud quem Indibilis Hiſpanus corpus duntaxat ſuum apud Carthaginenſes, [n] animum apud Romanos ait fuiſſe.

Lib. 12. *c.* 23. *Lib.* 27. *c.* 17.

2. *Nimirum,* ut ait Cicero, *omnes quorum in alterius manu vita poſita eſt, ſæpius cogitant quid poſſit is cujus in ditione ac poteſtate ſunt,* [o] *quam quid debeat facere.* Idem pro Ligario: *Tertium eſt tempus, quo poſt adventum Vari in Africa reſtitit: quod* [p] *ſi eſt criminoſum, neceſſitatis crimen eſt, non voluntatis.* Atque hoc ſecutus eſt Julianus in cauſa Aquilejenſium, teſte Ammiano, qui cum paucorum ſupplicium narraſſet adjicit, *Reſidui omnes* [q] *abierunt innoxii, quos in certaminum rabiem* [r] *neceſſitas egerat, non voluntas.* Ad Thucydidis locum de Corcyrenſium captivis venditis vetus commentator: τὸ ἥμερον τῦ ἑλληνικῦ τρόπυ δηλοῖ, καὶ ὡς ἀπηνὲς μετὰ μάχην τὺς ἑαλωκότας θανατῦν, ἄλλως τε καὶ δύλυς τὺς μὴ μετὰ γνώμην οἰκείαν πολεμῦντας *Oſtendit*

Pro Quintio cap. 2. *Lib.* 21. *cap.* 12.

„*b*) (QUI NON HOSTILI ANIMO APUD HOSTES „SUNT:) Quo etiam refert eos qui exoriente ſu„bito bello fato apud hoſtes deprehenduntur. *Vid.* „*ſupr. l.* 3. *c.* 7. §. 3. Verum diximus hos tan„quam ſubditos, & qui factum principis defende„re tenentur, innocentes non eſſe.

„*i*) (QUALES ATHENIENSES:) Quos Mithrida„tes vi oppreſſit, adeoque qui pro rebellibus ha„beri non poterant. *Vellej. pat. l.* 2. *c.*

„*k*) (AB INIMICIS TENERENTUR:) Ariſtione „tyranno & præſidio quod ei Mithridates dederat.

„*l*) (AB AMICIS:) L. Cornelio Sulla & Roma„nis *Gron. h.*

„*m*) (LIVIO:) *l.* 26. *c. Add. l.* 27. *c.* 17.

„*n*) (ANIMUM APUD ROMANOS:) Quia corpo„ra neceſſitati ſerviebant.

„*o*) (QUAM QUID DEBEAT FACERE:) Eoque „magis ea quæ jubet exequi juſto illo metu inlu„cti ſolent.

„*p*) (SI EST CRIMINOSUM:) Si poteſt accuſari „tanquam in eo culpam admiſerit Ligarius. *Vid.* „*Gron. h.*

„*q*) (ABIERUNT INNOXII:) I. e. impunes.

r) (Grot) (NECESSITAS EGERAT NON VOLUNTAS:) Addit mox: *id enim æquitate penſata ſtatuerat placabilis Imperator & clemens. Thucydides* libro III. (Cap. 39.) in oratione Cleonis: οἵτινες ὑπὸ τῶν πολεμίων ἀναγκασθέντες ἀπέστησαν, συγγνώμην ἔχω· *ignoſco illis, qui defecerunt a nobis, cogente hoſte.* Contemplatio extremæ neceſſitatis hæc dicitur *Paulo* ſententiarum V tit. 1. §. 1. certe enim, ut *Syneſius* ait, ἰσχυρὸν ἀνάγκη πρᾶγμα, καὶ βίαιον· *res eſt valida ac violenta neceſſitas. Juvenalis* de Calaguritanis, (*Sat* XV, 103.)

Quisnam hominum veniam dare, quisve Deorum
Viribus abnueret dira atque immania paſſis?

Vide de famis neceſſitate *Caſſiodorum* IX, 13. Pertinax de Læto & aliis: *paruerunt inviti Commodo: ſed ubi habuerunt facultatem, quid ſemper voluerint, oſtenderunt.* (CAPITOLIN. Cap. 5.) Caſſius Clemens apud Xiphilinum in rebus Severi: ἐγὼ ὔτε σε ὔτε Νίγρον ἠπιςάμην· καταλειφθεὶς δὲ δὴ ὑν

dit clementiam dignam Græcorum ingeniis: [s] *durum enim poſt pugnam captos occidere, ſervos præſertim,* [t] *qui non ſua voluntate bellum ge-*
Pag. 299 A. *runt.* Platæenſes [u] in dicta oratione apud Iſocratem: οὐ γὰρ ἑκόντες
Ibid. C. ἀλλ᾽ ἀναγκασθέντες αὐτοῖς ἐδουλεύομεν: *non volentes ſed coacti illis* (Lacedæmoniis) *ſervivimus.* Idem de Græcis aliis: τοῖς σώμασι μὲν ἐκείνοις ἀκολουθεῖν ἠναγκάζοντο, ταῖς δὲ εὐνοίαις μεθ᾽ ὑμῶν ἦσαν *illorum* (Lacedæmonio-
Lib. 9. cap. 17. rum) *partes corpore ſequi cogebantur, animo vobiſcum erant.* Herodotus de Phocenſibus dixerat: ἐμήδιζον οὐχ ἑκόντες, ἀλλ᾽ ὑπ᾽ ἀναγκαίης: *Medorum partes ſequebantur, non ſponte ſed vi neceſſitatis.* Zeldis,
Lib. 1. c. 18. ut Arrianus narrat, pepercit Alexander, ὅτι πρὸς βίαν ἔγνωσαν συστρατεῦσαι τοῖς βαρβάροις, *quod coacti fuiſſent in partibus barbarorum.* Nicolaus Syracuſanus apud Diodorum in oratione pro captivis: οἱ σύμ-
Lib. 13. cap. 27. μαχοι τῇ τῶν κρατούντων ὑπεροχῇ βιασθέντες, ἠναγκάσθησαν συστρατεύειν. διόπερ εἰ τοὺς ἐξ ἐπιβουλῆς ἀδικήσαντας δίκαιόν ἐστι τιμωρεῖσθαι, τοὺς ἀκουσίως ἁμαρτάνοντας προσῆκον ἂν εἴη συγγνώμης ἀξιοῦν: *Socii vi imperantium adacti ſunt militare; quare ſicut par eſt eos puniri, qui data opera injuriam inferunt: ita æquum eſt ignoſci his qui præter voluntatem ſuam peccant.* Sic &
Lib. 25. cap. 29. apud [v] Livium Syracuſani Romanis ſe purgantes ajunt, [w] ſe metu ac fraude turbatis pacem oppreſſam. [x] Similem ob cauſam Antigo-
Juſtinus lib. 28 cap. 4. nus bellum ſe cum Cleomene non cum Spartanis habuiſſe dicebat.

§. IV.

ἐν τῇ ἐκείνου μερίδι, τὸ παρὸν ἀναγκαίως ἐθεράπευσα, οὐχ ὡς σοὶ πολεμήσων, ἀλλ᾽ ὡς Ἰουλιανὸν καταλύσων· *ego neque te neque Nigrum noveram, ſed in parte, quam ille obtinebat, relictus, feci quod neceſſe erat, præſenti parui, non tibi bellum volens inferre, ſed Julianum depellere.* (Pag. 299. *Ed. Rob. Steph.*) Aurelianus Antiochiam ingreſſus, ubi multi Zenobiæ partes ſecuti fuerant, edictum propoſuit, [referente Zosimo, Lib. 1. Cap. 51. *Edit. Cellar.*] τῷ ἀκουσίῳ καὶ ἀναγκαίῳ πλέον ἢ προαιρέσει τὰ συμβάντα ἀνατιθείς· *magis ad neceſſitatem impoſitam invitis quam ad voluntatem, quæ acta erant referens.* Beliſarius apud *Procopium* Vandalicorum 1. Λίβυας γὰρ ἅπαντας γενέσθαι ὑπὸ Βανδίλοις οὔτι ἐθελουσίως· *Afros enim omnes ſub Vandalis fuiſſe invitos.* (Cap. 20.) Apud eundem Gotthicorum III, (*Cap.* 7.) Totilas Neapolitanis ait, ſcire eos ſub hoſtibus fuiſſe invitos. *Nicetas* autem, aut continuator ſcriptæ ab eo hiſtoriæ, de Henrico loquens fratre Balduini: τὸ ἐνοικοῦν οὐδὲν εἰς σφαγὴν, ὡς εἰ ποίμνιον ἦν καὶ βουκόλιον, ἀλλ᾽ οὐ χριστώνυμον τὸ κτεινόμενον, καὶ βίᾳ μᾶλλον ἢ πειθοῖ τοῖς Βλάχοις ὑποκύψαν, μηδὲ προσχωρῆσαν ἑκουσιότητι· *qui urbem incolebant eos juſſit interfici, quaſi armentum aut grex eſſent, non Chriſtiani homines qui interficerentur, præſertim tales, qui Blachis non verborum ſuaſu, ſed vi ſuccubuerant, neque ſponte eis paruerant.*

„s) (DURUM ENIM POST PUGNAM CAPTOS „EXCIDERE:) Imo ex ratione juris naturæ durum „id non eſſe ſupra demonſtravimus.

„t) (QUI NON SUA VOLUNTATE:) Quicquid „ſit injuriam alienam & quidem eorum qui cives „noſtros occidunt defendunt: ideoque capti „merito pœnas luunt.

„u) (IN DICTA ORATIONE:) *Vid. ſupr.* §. 1. *n.* 2

„v) (LIVIUM:) *L.* 25 *c.* 30.

„w) (SE METU AC FRAUDE TURBATIS PACEM OPPRESSAM:) Senſus eſt, pacem compoſitam non a Syracuſanis, ſed a tyranni ſatellitibus, „fraude ac metu oppreſſis civibus, turbatam eſſe. „*Liv. d. l.*

„x) (SIMILEM OB CAUSAM ANTIGONUS:) Caſus hic ad exempla infortunatorum referri ne„quit: Lacedæmonii non oppreſſi fuere fraude ac „metu Cleomenis nec coacti aut metu turbati An„tigono reſtiterunt, ſed pro libertate ſua & ſalu„te bellum cum Antigono geſſerunt *Juſtin. l.* 28. „*c.* 4. Ex mera igitur generoſitate non ex defe„ctu juris hic prohibuit milites ab eorum direpti„one, ac miſeratus fortunam tantæ urbis veniam „his qui ſuperfuerunt dedit: Atque hoc ſenſu An„tigonus ait ſe cum Cleomene non cum Sparta„nis bellum habuiſſe. *Juſt. d. l.*

§. IV.

1. Sed notandum eſt, [a] inter plenam injuriam & merum infortunium medium ſæpe aliquid intercedere, quod ex utroque quaſi conflatum ſit, ita ut actio [b] neque mere ſcientis & volentis, [c] neque mere aut ignorantis, aut inviti dici poſſit.

2. Ariſtoteles huic generi nomen poſuit ἁμάρτημα: Latine [d] culpam aliquam liceat dicere. Sic enim [e] ille Moralium libro quinto capite decimo: *Eorum quæ ſponte facimus, alia facimus [f] deliberato, alia [g] non deliberato. Deliberato fieri dicuntur quæ præeunte conſultatione quadam animi fiunt, quæ vero aliter, indeliberato. Cum ergo damni datio tribus modis in hominum ſocietate contingat, [h] ea quæ ab ignorantia procedit infortunium dicitur, ut ſi quis egerit quippiam non in quem exiſtimabat, aut quod non putabat, aut non quo putabat modo, aut non tali fine: ut ſi quis ſe ferire non hoc inſtrumento, non hunc hominem, aut non hujus rei cauſa credidit, ſed evenit quod ipſe non propoſuerat ſibi: puta vellicare voluit non vulnerare, aut non hunc, non hoc modo: [i] Ergo ſi ita præter id quod expectari potuit damnum detur, erit infortunium. At [k] ſi ita ut exſpectari ac prævideri aliquo modo potuerit, ſed non improbo animo, culpa erit aliqua, nam culpæ affinis eſt qui in ſe habet agendi principium: qui vero extra, infelix. At quoties quis id quod facit, [l] ſciens facit, non tamen deliberato; fatendum eſt adeſſe injuriam: ut quæ facere homines ſolent per iracundiam & perturbationes ſimiles aut naturales, aut neceſſarias; nam qui ira commoti lædunt & culpam admittunt, ab injuria non vacant: [m] neque tamen injuſti aut improbi dicuntur: at ſi-quis*

„a) (INTER PLENAM INJORIAM ET MERUM „INFORTUNIUM MEDIUM SÆPE ALIQUID INTER„CEOERE:) Si oioiirum actus neque dolo neque „mero caſu, ſed culpa accidit.

„Alibi diximus culpam eſſe caſum non provi„ſum qui provideri debuit: *l. 5. §. f. l. 6. l. 8. §. „1. ad leg. Aquil:* Atque hoc referri poſſunt omnia „quæ Ariſtoteles late & confuſe hic tractat: cum „quo tamen io eo nobis noo convenit, quod exi„ſtimat eos qui per iracundiam delioquiot, inju„ſtos aut improbos non eſſe quia ſcicotes quidem „faciunt at noo deliberato: *Vid L. 2. c. 20. §. 31.*

„b) (NEQHO MERE SCIENTIS ET VOLENTIS:) „Quia non providit, adeoque propoſitum deficit.

„c) (NEQUE MERE AUT IGNORANTIS AOT IN„VITI:) Quia providere potuit, & debuit.

„d) (CULPAM:) Non veram iojuriam ſeu de„lictum: At alibi probavimus etiam culpam jure „naturæ delictum eſſe.

„e) (ILLE:) Ariſtoteles. *Mor. l. 5. c. 10.*

„f) (OELIBERATO:) I. e. cum propoſito.

„g) (NON OELIBERATO:) Non animo ea faci„endi. Equidem impetus ille animi, furor ille ira„cundiæ, noo omnem deliberationem excludit, „ſed plenariam ſaltem judicandi libertatem iiope„dit, atque ideo pœoa mitigari ſolet.

„h) (EA QUÆ AB IGNORANTIA PROCEOIT „INFORTUNIUM DICITUR:) Rectius caſus.

„i) (ERGO SI ITA PRÆTER IO QUOO EXSPE„CTARI POTUIT OAMNUM OETUR ERIT INFOR„TUNIUM:) Nou enim injuria aut delictum eſt, „quia provideri non potuit.

„k) (SI ITA UT EXSFECTARI AC PRÆVIOERI „ALIQUO MOOO POTUERIT SED NON IMPROBO „ANIMO:) Uti ſi ſaltem vulnerare voluerit, & ci„tra propoſitum occidit: At alibi diximus tunc „ex vero delicto teneri quia verum hic propoſi„tum eſt cum ſciat vulnera ad menſuram non dari.

„l) (SCIENS FACIT NON TAMEN OELIBERA„TO:) Imo & tunc verum delictum eſſe diximus „*l. 2. c. 20. §. 31.* etſi ira ad id moveatur.

„m) (NEQUE TAMEN INJUSTI AUT IMPROBI DI-

quis [n] *idem conſulto admittat, is vero improbus & injuſtus recte nominabitur.*

3. *Merito igitur quæ per iram fiunt cenſentur* [o] *non ex proviſo fieri,* [p] *non enim incipit is qui ex ira quid facit,* [q] *ſed is qui iram provocavit: atque eo fit ut ſæpe in judiciis rerum ejusmodi* [r] *non facti ſed legitima fiat quæſtio, naſcitur enim ira ex eo* [s] *quod quis injurioſe factum exiſtimat. Non ergo ſicut in contractibus an hoc factum ſit diſputant: ibi enim, niſi quæ interceſſerit oblivio, omnino altera partium improba eſt, quæ fidem non implet: ſed an juſte factum ſit quod factum eſt exquiri velint. At qui prior ſtruxit inſidias, nihil ignorans fecit: quare non mirum ſi alter ſibi injuriam factam putat, alter non putat. Eſt tamen ut & qui tali ex cauſa lædit injuſtus cenſeri debeat, ſi nempe æqualitatis aut proportionis normam excedat, quod reponitur. Sic juſtus eſt qui deliberato juſte agit: alioqui juſte agere poteſt aliquis ſponte tantum, non & deliberato.*

4. *Cæterum eorum quæ non ſponte fiunt alia venia digna ſunt, alia minus.* [t] *Venia digna, quæ non ab ignorantibus modo, ſed & ob ignorantiam fiunt. At ſi qua ab ignorantibus admittuntur, nec tamen per ignorantiam, ſed tali animi morbo qui communes humanæ naturæ fines excedat, non digna ſunt quibus ignoſcas.* Locum ſane egregium & uſus maximi integrum Latine poſui, quia minus recte verti, ideoque nec ſatis intelligi ſolet.

5. Michael Epheſius eum locum interpretans ejus [u] quod exſpectari
VII. Nic. II. non potuit exemplum ponit, in eo qui fores aperiens patrem læſit, aut [v] in loco ſolitario jaculando ſe exercens aliquem vulneravit

vit

„DICUNTUR:) Injuſti omnino ſunt quia culpa ſua „jus alterius læduot.

„n) (IDEM CONSULTO:) Non ſubito animi „motu impulſus *Gron. h.* ſed diximus culpam ad„eoque delictum hic ſubeſſe, etſi ob iracundi„am pœna mitigari ſoleat.

„o) (NON EX PROVISO FIERI:) Non animo „deliberato.

„p) (NON ENIM INCIPIT IS QUI EX IRA „QUID FACIT:) Imo factum ipſum incepit ab eo „qui iracundia motus agit, ſed plena deliberatio „non adeſt

„q) (SED IS QUI IRAM PROVOCAVIT:) I. e. „qui Auctor eſt rixæ.

„r) (NON FACTI SED LEGITIMA FIAT QUÆ„STIO:) Quis nimirum ſit auctor rixæ.

„s) (QUOD QUIS INJURIOSE FACTUM EXISTI„MAT:) Eoque jus ſibi datum contra offendendi „*Gron. h.* Quod verum eſt, at hæc offenſio ſit „cum propoſito, quo ipſo omnia ſequentia ex „Ariſtotele adducta ſponte ſua corruunt.

t) (Grot.) (VENIA DIGNA, QUÆ NON AB IGNORANTIBUS MODO, SED ET OB IGNORANTIAM FIUNT:) *Dionyſius Halicarnaſſenſis* libro I. (Cap. 58) ἅπαν συγγνώμης ἄξιον τὸ ἀκέσιον· *quod non ſponte fit omne dignum venia. Procopius* Gotthicorum III. ὅσοι μὲν ἀδικοῦσι τοὺς πέλας, ἢ προλαβούσης ἀγνοίας ἢ λήθης ἐπιγινομένης τινὸς, τούτους ἄξιον τοὺς τὰ δεινὰ πεπονθότας ξυγγνώμονας εἶναι· *qui aliis moleſti ſunt, ſive quod occupaverit eos ignorantia, ſive quod oblivio ſupervenerit aliqua, his etiam ipſos qui mala ſunt paſſi, æquum eſt veniam dare.* (Cap. 9)

„u) (QUOD EXSPECTARI NON POTUIT:) Ad„eoque quod merus caſus eſt.

„v) (IN LOCO SOLITARIO:) *Vid. §. 4. Inſt.* „*ad l. Aquil.*

„w)

vit. Ejus quod prævideri potuit, ſed ſine dolo, [w] in eo qui jaculatus eſt in via publica. Idem ſcriptor neceſſitatis exemplum ponit in eo [x] qui fame aut ſiti adigitur ut quid faciat: [y] perturbationum naturalium, in amore, dolore, metu. Per ignorantiam fieri ait, ubi factum ignoratur [z] ut ſi quis mulierem neſciat nuptam. [aa] Ab ignorante non per ignorantiam, ubi jus ignoratur. [bb] Jus autem ignorari interdum excuſabiliter, interdum inexcuſabiliter: [cc] quæ cum Juriſconſultorum dictis optime congruunt. Eſt ejusdem Ariſtotelis locus huic non diſſimilis libro de arte oratoria: *Æquitas imperat, ne pari loco habeamus injurias & culpas, neque item culpas & infortunia; infortunia autem ſiunt, quæ nec provideri potuerunt nec improbo animo admittuntur: culpæ quæ provideri potuerant non tamen improbo animo fiunt: injuriæ, quæ & deſtinato & animo improbo.* [dd] Tria hæc notarunt veteres, & in illo Homeri verſu de Achille Iliados poſtremo:

c D. & C. de juris & facti ign.
e Lib. 1. c. 13.
Verſ. 157. 186.

Οὔτε γάρ ἐστ' ἄφρων, οὔτ' ἄσκοπος, οὔτ' ἀλιτήμων.

Non ignara illi, male provida, nec mala mens eſt.

6. Similis eſt diviſio apud Marcianum: *delinquitur aut propoſito, aut impetu,* [ee] *aut caſu; propoſito delinquunt latrones qui*

L. 11. 2 D. de pœnis

,,w) (IN EO QUI JACULATUS EST IN VIA PUBLICA:) Quia providere potuit & debuit alium ,,inde lædi poſſe.

,,x) (QUI FAME AUT SITI ADIGITUR:) Imo ,,neceſſitatem jus non dare aut alii rem eripiendi ,,aut alium lædendi alibi diximus.

,,y) (PERTURBATIONEM NATURALIUM:) Imo ,,propoſitum hic ſubeſt, licet neceſſitas vel dolor ,,&c. aliquatenus propoſitum excuſet.

,,z) (UT SI QUIS MULIEREM NESCIT NUPTAM:) ,,Tunc adulterium cum ea non committit, quia ,,propoſitum deficit ſed actus nullus eſt.

,,aa) (AB IGNORANTE NON PER IGNORANTIAM UBI JUS IGNORATUR:) Quia conſulendo ,,peritiores id ſcire potuit & debuit.

,,bb) (JUS AUTEM IGNORARI INTERDUM EXCUSABILITER INTERDUM INEXCUSABILITER:) ,,Fruſtra hæc inter gentes tractantur quia his nunquam jus naturæ ignorare licet: adeoque de ſo- ,,lo jure civili id verum eſt.

,,cc) (QUÆ CUM JURISCONSULTORUM DICTIS:) ,,An & quatenus error juris noceat jure Romano ,,*Vid. tot tit. ff. & c. de juris & fact.. ignor. Jus ,,meum controv. Eod. tit. Barbos, l. 16. c. 66. n. 1.*

,,dd) (TRIA HÆC:) Caſum, culpam, & dolum.

,,ee) (AUT CASU:) Celeberrimus Struvius ludibrio habuit B. parentem quod hic aſſeruerit, ,,actionem aliquam eſſe malam & tamen agentem ,,non male agere: Liceat hanc controverſiam ,,ipſis B. parentis verbis ex *Vol. 1. Diſſ. f. 142.* huc ,,tranſcribere.

,,Inter præmiſſa notavi primo: Quod evenire ,,poſſit, ut actio alienjus ſit mala, nec tamen is ,,male agat, uti ſi quis v. g. in venatione inſcius ,,& mere fortuito homicidium committit. *diſſ.* ,,2. §. 8.

,,Opponis. *At quis non videt hac manifeſtam ,,implicare contradictionem: Actio namque mala ,,dicitur ratione mala agentis, & qua actio contrariatur legibus, neceſſe eſt ratione agentis contra ,,leges mala dicatur.* Vel non inſpexiſti vel diſſimulaſti *l. 11 §. pen. Pœn.* quam allegaveram: ill ,,enim in terminis idem aſſerit JCtus: *Delinquitur,* inquit, *aut propoſito, aut impetu, aut NB. ,,caſu,* & quoad caſum idem, quod ego exemplum affert; pergit enim: *caſu cum in venando ,,telum in feram miſſum hominem interfecit.* En ,,hic delictum dicitur ille actus, quo quis mero ,,caſu in venatione hominem occidit, & certum ,,tamen eſt eum non *delinquere* ſeu *male agere,* ,,*per text. expr. in § 4. leg. Aquil.* caſus enim fortuitos nemo præſtat *l. 6. C. pign. act.* junct. *l.* 23. ,,*V. O. l. 23. in f. R. J.* &c. nec quisquam teneatur, qui nudo caſu citra ullam culpam hominem ,,occidit per *§. 3. leg. Aquil. l. 9. §. ult. eod* venatio enim tunc jure gentium erat licita per §. 12. ,,*Rer. Div. l. 1 §. 1. l. 3. l. 5. A. R. D.* Cum ergo ,,in ea nihil fuerit culpæ & occiſio ſolo caſu contigerit; conſtat occiſorem nihil male egiſſe, & ,,tamen ipſe actus dicitur delictum *in d. l.* Numquid ergo in lege quoque ſtatues manifeſtam eſſe ,,contradictionem?

 Scil.

ff qui factionem habent: impetu autem, cum per ebrietatem ad manus aut ad ferrum venitur: Caſu vero, cum in venando telum in feram miſſum hominem interfecit. Duo illa quæ præpoſito & impetu fiunt, hunc in modum diſtinguit Cicero: *Sed in omni injuſtitia permultum intereſt, gg utrum perturbatione aliqua animi, quæ plerumque brevis eſt & ad tempus, an conſulto & cogitato fiat injuria hh Leviora enim ſunt quæ repentino aliquo motu accidunt, quam ea quæ meditata & præparata inferuntur* ii Philo autem in legum ſpecialium explicatione ſic ait: ἡμίεργον τὴν πρᾶξιν ἔιναι τῆς διανοίας μὴ προκατεσχημένης ἐκ μακρῦ τοῖς

De off. 1.c.8

μιας-

„Scil. in eo falleris Vir Ampl. quod putas actionem malam dici ratione male agentis. Nam „ad plenam malitiam & perfectum delictum duo „concurrere debent malum actus, ut ſcil. actus „ſit lege prohibitus & malum agentis, quod conſiſtit in animo & perverſo propoſito ſeu inclinatione ad talem actum *Coll. 2. §. 5.* Hæc duo „igitur inter ſe omnino ſunt diſtincta, & aliud „eſt malum actus, quod in læſione legibus prohibita, aliud malum agentis, quod conſiſtit in malitia animi & propoſiti & alterum ſine altero eſſe „poteſt, licet utrumque ad plenam malitiam ac „delictum concurrat.

„En hujus rei veritatem in *l. 40. §. pen. furt:* „Si quis enim rem aufert furandi quidem animo, „ſed domino volente, eſt quidem in agente malitia animi, propoſitum ſcil. furandi; ipſe tamen „actus neque furtum eſt, neque ullum aliud delictum, quia nemini invito aliquid auſertur *d. l.* „*46. §. pen. Furt. §. 8. eod* volenti autem nulla „ſit injuria *l. 9. §. 1. Aq. plur. l. 34. C. transact.* „*l. 145. R. J.* En aliud, ſi quis aufert furandi animo rem derelictam, animus furandi in agente „malus eſt, ipſe actus tamen furtum aut aliud delictum non eſt, quia nemini aliquid auſertur, cum ſit res nullius *l. 43 §. 5. Furt.* Item ſi „quis furandi animo conclave intravit, dummodo „ſine vi, propoſitum quidem furandi malum eſt, „etſi nullus furti actus ſubſequatur *l. 21. §. 7. eod.* „*arg. l. 5. pr. injur.*

„Vice verſa: ſi quis invito domino rem auferat, cum putet eum conſenſurum, eſt malum „aliquod in actu, quia invito domino jus ſuum „aufertur, quod lege prohibitum eſt; non tamen „in agente, quia putavit dominum conſenſurum, „& ſic abfuit malum propoſitum *l. 46. §. propen.* „*l. 76. pr. Furt. §. 7. eod.* Idem eſt ſi quis in venatione hominem caſu occiderit, juxta §. 2.

„Et quid multis ſi verum eſt, quod in l. 1. §. 2. Sicar: homicidium fieri poſſe, nec tamen eſſe „pro homicida; verb: *qui hominem occidit, abſolvi poſſe* & contra homicidium ſine homicidio: „verb: *qui hominem non occidit, pro homicida* „*damnandus.* Illud, ſcil. ſi abſit propoſiti malitia verb. *ſi non occidendi animo hoc admiſit*, hoc „ſi adſit: verb: *ſi vulneravit, ut occidat.*

„Et denique in caſu *l. pen. Adult.* violatum eſt „matrimonium, quod adhuc ſubſiſtebat; eſt ergo „hic actus lege prohibitus; non tamen, qui mulierem duxit, adulter eſt, quia neſcivit repudium jure nullum eſſe, adeoque abſuit animus delinquendi; d. l. pen. Neque vero quicquam ad „rem reſpondes, quod ſaltem ſit adulterium ratione mulieris ſcientis. Etſi enim, quod mulier „vitium repudii ſciverit *d. l.* plane non dicatur; „adeoque hoc quoque gratis a te fingatur; quinimo mulier multo minus intellexiſſe videatur jus „& vitium ex lege quam mas; tamen hoc quoque „quod fingis poſito, id ſaltem ſequitur, quod mulier ſi ſcivit, etiam perfectum adulterium commiſerit, quia & malum actus & animus concurrunt; in viro autem, qui ignoravit, idem quidem eſt malum actus, at in agente animus abeſt „*per. §. 2. & 3.*

„Inſtas ſi malus eſt actus, quando quis caſu hominem occidit, idem quoque erit, ſi tegula ex „ædibus cadens occidit hominem. Nihil minus. „Leges actibus hominum poſitæ ſunt, non lapidum: homo lege prohibitus eſt hominem occidere, non tegula; adeoque prohibitio legis, in qua „conſiſtit malum actus, *per §. 3.* non ineſt actui lapidis ſed actui hominis, etſi animus male agendi in „eo non ſit. Denique diximus malum actus humani inde eſſe, quia concurrit cum animo ad perfectum delictum §. 3. non autem concurrit actus „lapidis, non magis quam actus naturæ, quæ morte naturali hominem tollit

„*ff*) (QUI FACTIONEN HABENT:) Qui coierunt conjuratione facta:) *Gron. h.*

gg) (Grot.) (UTRUM PERTURBATIONE ALIQUA ANIMI, QUÆ PLERUMQUE BREVIS EST ET AD TEMPUS, AN CONSULTO ET COGITATO FIAT INJURIA:) *Seneca* de Ira 1, 16. *Dimittit ſæpe, ſi intelligit non ex alto venire nequitiam, ſed ſummo quod ajunt, animo inhærere.* Deinde: *nonnunquam magna ſcelera levius quam minora compeſcit, ſi illa lapſu, non crudelitate commiſſa ſunt, his ineſt latens & aperta & inveterata calliditas.* Idem *delictum in duobus non eodem modo afficiet, ſi alter per negligentiam admiſit, alter curavit, ut nocens eſſet.*

„*hh*) (LEVIORA ENIM SUNT:) De quo vide „*l. c. 20. §.*

ii) (Grot.) (PHILO:) Lib. II. ſpecialium legum (*Pag.*

μιάσμασι; kk *dimidiatum eſſe facinus, ubi non anteceſſit longa animi deliberatio.*

7. Cujus generis ea præcipue ſunt, ll quæ neceſſitas ſi non defendit tamen excuſat. Nam ut Demoſthenes ait in Ariſtocratem, Pag. 449. B.
αἱ ἀναγκαῖαι χρεῖαι τὸ τί πρακτέον ἢ μὴ λογισμοὺς ἀναιροῦσιν ἅπαντας. ὥς' οὐ πάνυ ταῦτα ἀκριβολογεῖσθαι δεῖ τὸν δικαίως ἐξετάζοντα: *Neceſſitatis impulſus anferunt dijudicationem de eo quod agendum vel non agendum eſt: quare non nimis rigide expendenda hæc ſunt ab æquis rerum arbitris.* Qui ſenſus etiam latius ab eodem exprimitur in oratione de falſo teſti- Pag. 616. B.
monio adverſus Stephanum. Thucydides libro quarto: πᾶν δὲ εἰκὸς Cap. 98.
εἶναι τῷ πολέμῳ καὶ δεινῷ τινι κατειργόμενον ξύγγνωμόν τι γίγνεσθαι καὶ πρὸς τοῦ Θεοῦ. καὶ γὰρ τῶν ἀκουσίων ἁμαρτημάτων καταφυγὴν εἶναι τοὺς βωμούς, παρανομίαν τε ἐπὶ τοῖς μὴ ἀνάγκῃ κακοῖς ὀνομασθῆναι, καὶ οὐκ ἐπὶ τοῖς ἀπὸ τῶν ξυμφορῶν τι τολμήσασι: *Credibile eſſe* mm *apud Deum quoque paratam eſſe veniam his qui bello aut qua ſimili neceſſitate tracti aliquid admittunt; nam & Deorum altaria perfugium patere culpis non voluntariis: & injuſtitiam iis aſcribi qui ultro mali ſunt, non his quos ad audendum res extremæ impellunt.* Cerites apud Livium ad Romanos, nn *Ne* Lib. VII. c. 20.
appellarent conſilium, quæ vis ac neceſſitas appellanda eſſet. oo Juſtinus: *Factum Phocenſium, tametſi omnes execrarentur propter ſacri-* Lib. VIII
legium, plus tamen invidiæ Thebanis, a quibus ad hanc neceſſitatem c. 1.
com-

(*Pag.* 791. *B. Ed. Pariſ.*)

„*kk*) (DIMIDIATUM:) Dimidia parte defectum, „*Gron. h.*

ll) (Grot.) (QUÆ NECESSITAS, SI NON DEFENDIT, TAMEN EXCUSAT:) Adde quæ ſupra lib. II. cap. XX. §. 29. & hoc capite ſupra. §. 3. Samii apud Thucydidem libro III. Alcidæ Lacedæmonio, cum captivos Chios occideret, hæc dicunt: οὐ καλῶς τὴν Ἑλλάδα ἐλευθεροῦν αὐτόν, εἰ ἄνδρας διέφθειρεν, οὔτε χεῖρας ἀνταιρομένους, οὔτε πολεμίους, Ἀθηναίων δὲ ὑπ' ἀνάγκης ξυμμάχους· *Non recte eum ſe dicere veniſſe ad liberandam Græciam, qui homines interficeret nec manibus ipſi contrarios, nec animo infeſtos, Athenienſium quidem ſocios, ſed neceſſitate adactos.* (Cap. 32.) *Chryſoſtomus* de Providentia v. καὶ ἐχθροὶ μὲν καὶ πολέμιοι τοῖς αὐτῶν πολεμίοις ἴσασι συγγινώσκειν, ὅταν ἄκοντες καὶ μὴ βουλόμενοι πράττωσί τι τῶν χαλεπωτάτων αὐτοῖς· *norunt & inimici inimicis & hoſtes hoſtibus ignoſcere, ubi inviti ac contra voluntatem aliquid in ipſos quamvis grave patrant.* (Tom. VI. pag. 877. *Ed. Savil.*) Miſimiani apud *Agathiam* III. γένος πλεῖστα προηδικημένον, οὕτω τε ἐληλυθὸς εἰς τὸ ἀντιδρᾶσαι, βαρβάρῳ καὶ τοῦτε ἀνοίᾳ, οὐ μὲν παντάπασί γε φειδοῦς καὶ συγγνώμης ἀνάξιον ἔφασκον εἶναι· *cum plurimas perpeſſi injurias ita traſi eſſent ad talionem barbaro ſane impetu, attamen non omnino indignos ſe quibus ignoſceretur, parceretur que.* [Lib. IV. Cap. 6.]

ADDITIO.

„Neceſſitatem jus non tribuere alibi dictum eſt „vide *indicem*, voce *Neceſſitas.*

mm) (Grot.) (APUD DEUM QUOQUE PARATAM ESSE VENIAM:) *Deuteronomii* XXII, 26. *Moſes Maimonides* Ductore dubitantium III, 41.

ADDITIO.

„Supra *L. 2. c. 4.* §. 7 *n. 1.* Auctoris ſententiam, „quaſi etiam Dei leges tacitam exceptionem ſummæ neceſſitatis habeant, refutavimus: Locus „autem Thucydidis non loquitur de qualibet ne„ceſſitate, ſed quæ ex injuria alterius oritur, ad„eoque de neceſſitate defendendi juris; talis neceſ„ſitas autem non ſaltem veniam meretur, ſed & „juſta eſt.

„*nn*) (NE APPELLARENT CONSILIUM:) I. e. „ultro cum intentione & deliberata voluntate.

„*oo*) (JUSTINUS:) *L. 8. c. 1.* ipſi tamen Pho„cenſes ideo a ſcelere non erant immunes, Atque „hinc dux eorum Philomelus ſacrilegii pœnas im-

„pio

compulſi fuerant, quam ipſis intulit. Sic Iſocrate judice, qui *pp* ſalutis cauſa prædatur, ἔχει πρόσχημα τῆς ἀδικίας τὴν ἀνάγκην, *habet neceſſitatem injuriæ velamentum.* (*Tom. II. p. 145. C.*) Ariſtides Leuctrica ſecunda: αἱ δυσκολίαι τῶν καιρῶν ἀπολογίας ἐνδιδόασι τοῖς ἀφεστηκόσιν: *qq difficilia tempora excuſationem aliquam dant deſciſcentibus.* De Meſſeniis accuſatis quod ab Athenis exſules non recepiſſent ita Philoſtratus: (*Vit. Sophiſt. Lib II. C. 15. §. 2. pag. 596 Ed. Olear.*) ἡ ἀπολογία κατὰ συγγνώμην ἵσταται, τὸν Ἀλέξανδρον προϊσχομένων καὶ τὸν ἐκείνου φόβον οὗ μηδὲ ἡ ἄλλη Ἑλλὰς ἀπείρως εἶχε: *Cauſa ipſorum in deprecatione poſita eſt, obtendens facto Alexandrum, & metum ab ipſo quem nulla non pars Græciæ experta eſſet.* Talis & ille apud Ariſtotelem (*Ethic Nic. VII. 11.*) ἡμιπονηρὸς καὶ οὐκ ἄδικος οὐ γὰρ ἐπίβουλος: *ſemipravus, non injuſtus; rr neque enim inſidiator.* Diſcrimina hæc ad argumenti noſtri uſum ſic aptat Themiſtius, in laudibus Valentis Imperatoris: (*Orat. IX. pag. 209. Ed. Petav.*) καὶ διέκρινας τὸ ἀδίκημα καὶ ἁμάρτημα, καὶ ἀτύχημα. καὶ γὰρ εἰ μὴ τὰ Πλάτωνος ἀποστοματίζεις, μηδὲ τὰ Ἀριστοτέλους μεταχειρίζῃ, ἀλλά τά γε ἐκείνοις δοκοῦντα τοῖς ἔργοις βεβαιοῖς. οὐ γὰρ τῆς ἴσης τιμωρίας ἀξίους ᾠήθης τούς τε ἐξ ἀρχῆς βουλεύσαντας τὴν ἐπανάστασιν, καὶ τοὺς ὑπὸ τῶν ὅπλων παρασυρέντας, καὶ τοὺς ἤδη τῷ δοκοῦντι κρατεῖν ὑποκύψαντας, ἀλλὰ τῶν μὲν κατέγνως, τοὺς δὲ ἐμέμψω, τοῖς δὲ συνήλγησας: *ss Diſtinxiſti inter injuriam & culpam & infortunium. tt Quanquam nec Platonis verba ediſcis, nec Ariſtotelem tractas, ipſorum tamen placita facto exſequeris. Non enim pari pœna dignos exiſtimaſti qui ab initio bellum ſuaſerant, & qui poſtea abrepti ſunt armorum impetu, & qui ſuccubuerunt ei qui jam rerum potiri videbatur. Sed illos damnaſti, hos caſtigaſti, poſtremos miſeratus es.*

8.

„pio ſanguine luiſſe dicitur. *Idem Conf. Diod ſic. l. 16. „c. 31.* & *Pauſanias in Phocicis* ubi in fuga præ„cipitem ſe e rupe dediſſe refert.

„*pp*) (SALUTIS CAUSA PRÆDATUR:) v. g fa„mis & ſitis cauſa. *Vid. §. præced.*

„*qq*) (DIFFICILIA TEMPORA EXCUSATIONEM „ALIQUAM DANT:) Ad pœnæ mitigationem: at „propoſitum adeſt.

rr) (Grot.) (NEQUE ENIM INSIDIATOR:) Mitylenæorum cauſam hac parte onerat Cleon apud *Thucyd.* III. ἄκοντες μὲν γὰρ οὐκ ἔβλαψαν, εἰδότες δὲ ἐπεβούλευσαν· ξύγγνωμον δέ ἐστι τὸ ἀκούσιον· *non inviti nobis nocuere, ſed de induſtria fecere inſidias. Id vero demum ignoſci dignum eſt, quod præter voluntatem fit.* (Cap. 40.) Philo libro de conſtituendo principe: διακρίνει δ', ὁπότε πρὸς ἄμυναν ἴοι, τοὺς ἐπιβούλους ζῶντας καὶ τοὐναντίον· τὸ γὰρ κατὰ πάντα καὶ τῶν ἐλάχιστα ἢ μηδὲν ἡμαρτηκότων φονᾷν, ἀνημέρου καὶ ἀτιθάσσου ψυχῆς· *ſi ad ultionem veniendum ſit, noverit diſcernere inter eos, qui vitam agant inſidiatricem, & eos, qui longe alterius ſunt animi. In omnes enim, etiam qui minima aut nihil deliquerunt, graſſari cædibus animi eſt immanſueti ac feri.* (Pag. 734. B.)

ss) (Grot.) (DISTINXISTI INTER INJURIAM ET CULPAM ET INFORTUNIUM:) *Seneca* naturalium II, 44. ubi de fulminibus: *voluerunt admonere eos, quibus adverſus peccata hominum fulminandum eſt, non eodem modo omnia eſſe percutienda: quædam frangi debere, quædam elidi & diſtringi, quædam admoneri.*

tt) (Grot.) (QUANQUAM NEC PLATONIS VERBA EDISCIS, NEC ARISTOTELEM TRACTAS, IPSORUM TAMEN PLACITA FACTO EXSEQUERIS:) Talis Trajanus inter principes Romanos egregius: παιδείας μὲν ἀκριβοῦς, ὅση ἐν λόγοις, οὐ μετέσχε, τό γε μὲν ἔργον αὐτῆς καὶ ἠπίστατο καὶ ἐποίει· *illius exacta eruditionis in verbis poſita compos non erat, rem tamen ejus & norat & implebat.* Xiphilinus. (pag. 230. *Ed. Rob. Steph.*) De Marco Aurelio *Herodianus*: μόνος τε βασιλέων φιλοσοφίαν οὐ λόγοις, οὐδὲ δογμάτων γνώσεσι, σεμνῷ δ' ἤθει καὶ βίῳ σώφρονι ἐπιστώσατο *ſolus principum ſapientiam non verbis aut dogmatum cognitione ſed moribus gravibus & vita temperata oſtendebat.*

(Lib.

8. [uu] Idem alibi adoleſcentem Imperatorem vult diſcere, τὶ διενήνοχεν ἀτύχημα καὶ ἁμάρτημα καὶ ἀδίκημα. καὶ ὅτι προσήκει τὸν βασιλέα, τὸ μὲν οἰκτείρειν, τὸ δὲ ἐπανορθῦν, μόνον δὲ τὸ ἔσχατον τιμωρεῖσθαι: *quid diſtet infortunium, culpæ aliquid, & injuria: & quomodo regem deceat iſtius miſereri, hanc corrigere, poſtremam vero ſolam ultione proſequi.* Sic apud Joſephum Titus unum criminis ducem punit μέχρις ἔργυ *reipſa*, multitudinem μέχρι λόγυ *ſola verborum increpatione.* [vv] Mera infortunia nec pœnas merentur, [ww] nec ad reſtitutionem damni obligant. [xx] Injuſtæ actiones ad utrumque. [yy] Culpa media [zz] ut reſtitutioni obnoxia eſt, [α] ita pœnam ſæpe non meretur, [β] præſertim capitalem. Ad hoc illud pertinet Valerii Flacci: *Orat. X. p. 259* *Lib. V. belli Jud. c. 13 Lat. VI 6 pag 912. B.*

At [γ] quibus invito maduerunt ſanguine dextræ,
[δ] Si ſors ſæva premat miſeros, ſed proxima culpæ;
[ε] Hos variis mens ipſa modis agit, & ſua carpunt
Facta viros reſides.

§. V.

Quod monet [a] Themiſtius [b] diſtinguendos qui auctores belli fuerunt ab his qui alios ducentes ſecuti ſunt, ejus paſſim exempla in hiſtoriis extant. Narrat Herodotus Græcos pœnas ſumpſiſſe de his qui Thebanis ad Medos deficiendi auctores fuerant. Sic Ardeæ principes ſecuri percuſſi, narrante Livio. Eodem auctore, Valerius Levinus, *Agrigento capto,* [c] *qui capita rerum erant virgis cæ-* *Calliop. ſeu Lib. IX. c. 85.* *Lib. IV. c. 10.* *Lib. XXVI. c. 40.*

(Lib. 1. c. 2. n. 6. *Ed. Boecler.*) De Macrino *Xiphilinus*: τά τε νόμιμα ἐχ ὕτως ἀκριβῶς ἠπίςατο, ὡς πιςῶς μετεχειρίζετο· *leges non tam norat exacte, quam fideliter exequebatur.* (Pag. 342.) Da noſtro ſæculo, Deus, vel tales principes.

„uu) (IDEM:) Themiſtius.

„vv) (MERA INFORTUNIA NEC POENAS MERENTUR:). Quia animus delioquendi ceſſat.

„ww) (NEC AD RESTITUTIONEM DAMNI OBLIGAT:). Quia res quæ caſu perit, perit ſuo do„mino.

„xx) (INJUSTÆ ACTIONES AD UTRUMQUE:) „Et ad reſtitutionem damni injuria dati, quia dolo „alterius alii aliquid abeſt: & ad patiendum tan„tundem quantum malitia meretur.

„yy) (CULPA MEDIA:) Scilicet inter infortuni„um & injuriam.

„zz) (UT RESTITUTIONI OBNOXIA EST:) Quia „dum providere potuit, & non providit, cauſa „eſt damni dati.

„α) (ITA POENAM SÆPE NON MERETUR:) „Nam propoſitum ſeu malitia deficit, at jure natu„ræ etiam ob culpam pœnas dari alibi probavi„mus.

„β) (PRÆSERTIM CAPITALEM:) Jure divino „pœnas quoque capitales ob culpam graviorem „ſtatutas legimus; idem quoque jure civili obtinet: „*Vid. Differt. proœm. XII.*

„γ) (QUIBUS INVITO:) Qui occiderunt impru„dentes.

„δ) (SI SORS SÆVA PREMAT MISEROS:) Si „culpa lata occiderunt:

„ε) (HOS VARIIS MENS IPSA MODIS:) Cum „enim imprudentia occiderint, adeoque provide„re potuerunt, conſcientiæ tormenta patiuntur.

„a) (THEMISTIUS:) In laudibus Valentis Impe„ratoris §. *praced. n. 7.*

b) (Grot) (DISTINGUENDOS QUI AUCTORES BELLI FUERUNT:) Vide *Gailum* lib. 2. de pace publica, cap. 9. n. 18.

ADDITIO.

„Idem fecit Titus. *Vid. §. praced. n. 8.* Adde „*Liv. l. 8. c. 20. l. 28. c. 29. l. 29. c. 3. Juſtin. 11.* „*c. 4. Curt. 6. 6. Appian. bell. Hiſp. n. 274 Thu*„*cyd. l. 3. Froſſard p. m. 105. Teſm. b.*

„c). (QUI CAPITA RERUM:) Qui rem publicam „in manu habuerunt. οἱ ἐν τέλει *Gron. b.*

[*Ibid. c. 16.*] *cæſos ſecuri percusſit: cæteros prædamque vendidit.* Idem [d] alibi *Atella Calaſiaque in deditionem acceptæ: ibi quoque in eos qui capita* [*Lib. VIII. c. 20.*] *rerum erant animadverſum.* Rurſum alibi, *quoniam defectionis auctores meritas pœnas a Diis immortalibus & a vobis habent P. C. quid placet de innoxia multitudine fieri? Tandem ignotum eſt illis, & ci-* [*Lib. XXVIII. c. 25.*] *vitas data;* nimirum, [e] ut idem ibi loquitur, *ut unde orta culpa* [*Supplic. verſ. 878. & ſeqq.*] *eſſet ibi pœna conſiſteret.* Laudatur apud Euripidem Eteoclus Argivus, quia

Culpam ferebat ſemper illo judice
Reus ipſe: non urbs patria, [f] quæ paſſim mali
Rectoris ergo ſuſtinet calumniam.

[*Lib. III. c. 36.*] Et Athenienſes, ut Thucydides narrat, pœnituit decreti adverſus Mitylenæos, πόλιν ὅλην διαφθεῖραι μᾶλλον ἢ οὐ τοὺς αἰτίους, *ut totam civitatem potius quam ſolos defectionis auctores interficerent.* Narratur & [*Fragm. e Lib. XXI. Ecl. 10.*] Diodoro Demetrius captis Thebis, decem ſolos interfeciſſe auctores defectionis.

§. VI.

[*Vid. de jure bellin. 59.*] 1. Sed in ipſis quoque belli auctoribus diſtinguendæ cauſæ: ſunt enim quædam non juſtæ quidem [a] ſed tamen tales ut non im- [*Lib. II. c. 17.*] probis poſſint imponere. Scriptor ad Herennium deprecationis cauſam æquiſſimam hanc ponit, ſi quis quæ peccavit non odio neque crudelitate ſed officio & recto ſtudio commotus fecerit. Sapi- [*Lib II. de Clem. c. 7.*] ens Senecæ, *hoſtes dimittet ſalvos, aliquando etiam laudatos, ſi honeſtis cauſis pro fide, pro fœdere, pro libertate in bellum accincti ſint.* [*Lib. VII c. 20.*] Apud [b] Livium [c] petunt errori veniam Cærites quod fuerint auxi- [*Appian. Syriac. pag. 98. Ed. H. Steph.*] lio conſanguineis. [d] Phocenſibus, [e] Chalcidenſibus & aliis qui ex fœdere Antiochum juverant data a Romanis venia. Ariſtides Leuctrica ſecunda Thebanos qui Lacedæmoniorum ductum contra Athe- [*Tom. II. pag. 135.*] nienſes ſecuti erant ait: κοινωνεῖν μὲν οὐ δικαίου πράγματος, δικαίῳ δὲ ἑτέρῳ περιστέλλειν τὴν μέμψιν, τῷ πιστοὺς εἶναι τοῖς ἡγουμένοις: *in partem quidem ve-*

niſſe

„d) (ALIBI:) *L. 8. c. 20.*

„e) (UT IDEM:) *L. 28. c. 26.*

„f) (QUÆ PASSIM MALI:) Quæ perperam in„famari ſolet ob improbum principem: *Gron. h.*

„a) (SED TAMEN TALES UT NON IMPROBIS „POSSINT IMPONERE:) I. e. ut juſtos quoque & „probos fallere poſſint: uti ſi pro cognatis pro „ſociis &c bellum ſuſcipiunt.

„b) (LIVIUM:) *L. 7. c. 19. & 20.*

c) (Grot.) (PETUNT ERRORI VENIAM:) *Ignoſci debere interdum armis ſuperato rectori juſtum quid ſit ignoranti* Ex *Iſocrate* transſcripſit *Ammianus* in librum xxx. (Cap. 8.)

„d) (PHOCENSIBUS:) Quos Romani ſuis legi„bus reſtituerunt victo Philippo *Liv. l. 33. c. 18.* „Cum vero defeciſſent *Liv. l. 37. c. 9.* expugnati „a Romanis *l. 37. c. 32.* ſed finito bello denuo „ſuis legibus reſtituti ſunt. *Liv. l. 38. c. 39.*

„e) (CHALCIDENSIBUS:) Chalcidenſes ſocii Ro„manorum Eubœam inſulam tenentes victo Phi„lippo itidem libertati priſtinæ reſtituti ſunt. *Liv.* „*l. 33. c. 18.* imminente poſtea cum Antiocho bel„lo præſidium receperunt Romanum. *Liv. l. 35.* „*c. 38.* At defecerint poſtea ad Antiochum cum

„exer-

niſſe injuſtæ actionis, ſed quam juſto aliquo velarent, fide in Principes ſui fœderis.

2. Cicero de Officiis primo conſervandos eos dicit, f qui non Cap. 11.
crudeles in bello non immanes fuerunt: tum bella g quibus imperii gloria propoſita eſt h minus acerbe gerenda eſſe. Sic Ptolemæus rex Demetrio ſignificat, οὐ περὶ πάντων ἅμα, περὶ δόξης δὲ καὶ ἀρχῆς πολεμητέον αὐτοῖς: *Non de rebus omnibus, ſed de imperio & gloria inter ipſos certamen eſſe.* Plutarch in Demetr. p.891.A. Severus i apud Herodianum: *Cum bellum adverſus Nigrum geſſimus non ita ſane ſpecioſas inimicitiarum cauſas habebamus; nam poſitum in medio Principatum atque adhuc in diſceptatione verſantem pari ambitu uterque noſtrum ad ſe trahebat.* Lib. III. c. 6.

3. Sæpe habet locum quod de bello Cæſaris & Pompeji eſt apud Ciceronem: k *Erat obſcuritas quædam: erat certamen inter clariſſimos duces: multi dubitabant quid optimum eſſet.* Orat. pro Marc. c. 10. Et quod idem alibi: *etſi aliqua culpa tenemur erroris humani, a ſcelere certe liberati ſumus.* Ibid c. 5. Plane ut apud Thucydidem dicuntur venia digna l quæ fiunt μὴ μετὰ κακίας, δόξης δὲ μᾶλλον ἁμαρτίᾳ. Lib. I. c. 32. De Dejotaro m idem ille Cicero: *non ille odio tui progreſſus, ſed errore communi lapſus eſt.* Orat. pro Dejot. c. 3. Salluſtius in hiſtoriis: *Cætera multitudo, vulgi more magis quam judicio, poſt alius alium quaſi prudentiorem ſecuti.* Fragm. 6. 34. Quod de bellis civilibus Brutus ſcripſerat, putem non male ad pleraque bella alia referri poſſe: n *acrius eſſe prohibenda quam in ſuperatos iracundiam exercendam.* Orat. I. ad Cæſ. de Rep. ordin. Cic. ad Brut. Ep. 2.

§. VII.

1. Etiam a ubi juſtitia hoc non exigit, ſæpe tamen convenit bonitati, * convenit modeſtiæ, convenit animo excelſo. *Ignoſcendo auxi-*

„exercitu adventantem. *Liv. l. 35. c. f.* Victo „Antiocho omnes civitates quæ partium ejus fuere „adeoque & Chalcis, Eumeni vectigal pendere juſſæ, & Chalcidenſium duces Eubulida & „Philo dediti ſunt. *Liv. l. 38. c. 38.*

„f) (QUI NON CRUDELES:) Qui non odio neque crudelitate commoti fecerunt.

„g) (QUIBUS IMPERII GLORIA PROPOSITA EST:) „Si præterea alia cauſa non accedit talia bella injuſta eſſe diximus *Vid. ſupr. l. 2. c. 22. §. 17.*

„h) (MINUS ACERBE:) Non ſæviendo in victos *Gron. h.*

i) (Grot.) (APUD HERODIANUM:) Verba Græca hæc ſunt:) καὶ Νίγρῳ μὲν πολεμοῦντες οὐχ οὕτως εὐλόγους εἴχομεν αἰτίας ἔχθρας, ὡς ἀναγκαίας· οὐ γὰρ παρ' ἡμῖν προϋπάρχουσαν ἀρχὴν ὑφαρπάζων ἐμεμίσητο, ἐν μέσῳ δὲ ἐρριμμένην καὶ ἀμφήρι- ξυνῆσαν, ἑκάτερος ἡμῶν ἐξ ἰσοτίμου φιλοτιμίας εἰς αὐτὸν ἀνθεῖλκεν optime.

„k) (ERAT OBSCURITAS QUÆDAM:) Incertum „& obſcurum utra cauſa eſſet juſtior.

„l) (QUÆ FIUNT:) Non per malitiam ſed nimio gloriæ ſtudio. *Gron. h.*

„m) (IDEM ILLE CICERO:) *Pro Dejot. c. 3.*

n) (Grot.) (ACRIUS ESSE PROHIBENDA, QUAM IN SUPERATOS IRACUNDIAM EXERCENDAM:). *Bembus IX.*

„(AD § VII.) Auctor ait generoſius eſſe etiam „Auctoribus belli, ſcilicet regibus & ducibus parcere, „idque hic late exemplis probat. Add. *Appian. bell. „Syr. n. 112. & late loca congeſta a Teſmaro h.*

„a) (UBI JUSTITIA HOC NON EXIGIT:) Ubi „etiam jure in victos ſævire licet.

*) (Grot.) (CONVENIT MODESTIÆ:) Rex Theu-

Fragm. 1.13. Ann. 12. 20. De Clem. 1. cap. 5.

auxiſſe populi Romani magnitudinem ait Salluſtius. Taciti eſt: *quanta pervicacia in hoſtem: tanta beneficentia adverſus ſupplices utendum.* At Seneca: *Ferarum, nec generoſarum quidem,* [b] *permordere & urgere abjectos. Elephantes leoneſque tranſeunt* [c] *quæ impulerunt.* Sæpe opportunum eſt illud Maronis,

Non hic victoria Teucrum
Vertitur, aut [d] *anima una dabit diſcrimina tanta.*

Cap. 16.

2. Eſt in eam rem inſignis locus in libro quarto [e] ad Herennium: *Bene majores noſtri hoc comparaveruut, ut neminem regem quem armis cepiſſent vita privarent. Quid ita? quia, quam nobis facultatem fortuna dediſſet, iniquum erat in eorum ſupplicio conſumere quos eadem fortuna paulo ante in ampliſſimo ſtatu collocarat. Quid quod exercitum contra duxit? deſino meminiſſe. Quid ita? Quia viri fortis eſt, qui de victoria contendant eos hoſtes putare: qui victi ſunt, eos homines judicare; ut poſſit bellum fortitudo minuere, pacem humanitas augere. At ille ſi viciſſet, num idem feciſſet? Quid igitur ei parcis? quia talem ſtultitiam contemnere non imitari conſuevi.* Si de Romanis hoc accipias (incertum enim hoc, cum & peregrinis & fictis argumentis utatur is ſcriptor) adverſa fronte pugnat cum eo quod habemus in [f] panegyrico qui dictus eſt Conſtantino Conſtantii filio: *Cautior licet ſit qui devinctos habet per veniam perduelles, fortior tamen eſt qui calcat iratos. Renovaſti Imperator veterem illam Romani Imperii fiduciam, quæ de captis hoſtium ducibus vindictam morte ſumebat. Tunc enim captivi reges cum a portis uſque ad forum triumphantium currus honeſtaſſent, ſimulatque in Capitolium currum flectere cœperat Imperator, abrepti in carcerem necabantur, unus pro ſe ipſo Paulo qui ſedentem ſe acceperat deprecante* [g] lege: *unus Perſeus ipſo Paulo qui dedentem ſe acceperat deprecante) legem illius ſeveritatis evaſit: cæteri in vinculis* [h] *luce privati aliis regibus dedere documentum, ut mallent amicitiam colere Romanorum quam exaſpe-*

Eumenii Paneg. 6. c. 10 Ed. Coll.

Vide Plut. Paulo Æmilio. pag. 274.

Theudericus apud *Caſſiodorum* 11, 41. *illa mihi feliciter bella provenerunt, quæ moderato fine peracta ſunt, is enim vincit aſſidue, qui novit omnia temperare.*

„*b*) (PERMORDERE ET URGERE ABJECTOS:) „Perſiſtere in mordendo jam jacentes & impotes „repugnandi *Gron. h.*

„*c*) (QUÆ IMPULERUNT:) I. e. proſtraverunt. „*Gron. h.*

„*d*) (ANIMA UNA:) Unius cædes momentum „faciet. *Gron. h.*

„*e*) (AD HERENNIUM:) *C. 16.*

„*f*) (PANEGYRICO:) Qui nonus eſt in ordine „& adſcribitur Eumenio *c. 10. Gron. h.*

„*g*) (LEGE:) Gruterus in edit. anno 1606. id „jam obſervavit. *Gron. h.*

h) (Grot.) (LUCE PRIVATI ALIIS REGIBUS DEDERE DOCUMENTUM:) Nolim reduci hunc morem; tamen & Joſua reges captos interfecit. *Joſephus* antiquæ hiſtoriæ v, 1. & de Soſſio *Dion:* Ἀντίγονον ἐμαστίγωσε σταυρῷ προσδήσας· *Antigonum virgis cecidit alligatum cruci.* Pag. 463. D. Sed provide addit, ὃ μηδεὶς ἄλλος βασιλεὺς ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων ἐπεπόνθει· *quod nemo regum a Romanis victoribus pertulerat.* Eſt eadem hiſtoria apud *Joſephum* libro xv. (Cap. 1.) De Maximiano

aſperare juſtitiam. [i] Sed & hic nimis laxe. Dicit quidem Joſephus idem de ſeveritate Romanorum in hiſtoria interfecti Simonis Barjoræ: ſed [k] de ducibus loquitur qualis [l] Pontius Samnis, non de his quibus regium eſſet nomen. Verborum ſenſus Latine ſic habet: *Finis triumphi erat, poſtquam ad Capitolium Iovis ædem erat perventum: nam ibi exſpectare imperatores mos antiquus patriæ jubebat, donec nuntiata eſſet mors hoſtium ducis. Is erat Simon Ioræ filius, qui inter captivos in triumpho ducebatur: is tum injecto laqueo in* [m] *forum trahitur, verberantibus inſuper ipſum cuſtodibus. Nam eo in loco mos eſt Romanis ſuppliciam ſumere de damnatis ob noxas capitales. Hic ubi vitam finiiſſe nuntiatus eſt, ſecuta ſunt fauſta omnia, deinde ſacrificia.* Idem ferme dicit Cicero Verrina de Suppliciis. *Bell. Jud. Lib. VII. Cap. 5. §. 6 diviſ. Hudſ.* *Cap. 26. 27.*

3. De ducibus paſſim exempla exſtant: de regibus aliqua, ut [n] de Ariſtonico [o] Jugurtha, [p] Artabasdo: ſed tamen præter [q] Perſea [r] Syphax, [s] Gentius, [t] Juba, & Cæſarum tempore [u] Caractacus, atque alii tale ſupplicium evaſerunt, ut appareat [v] & belli cauſas & gerendi modum ſpectata a Romanis, quos tamen [w] æquo aſpe-

no' Herculio. [Immo de *Conſtantino* J. B.] *Eutropius* libro x. c. 2. *caſis Francis atque Alemannis, captisque eorum regibus, quos etiam beſtiis, cum magnificum ſpectaculum muneris paraſſet, objecit.* De rege Alemannorum patibulo ſuffixo vide *Ammianum* xxvii. (Cap. 2.) Theuderichus rex Wiſigotthorum Athioulfum Suevorum in Hiſpania regem capite plectit, memorante *Jornande* hiſtoria Gotthica. (*Cap. 44.*) Nimirum hæc documenta ſunt regibus ad modeſtiam, & ut cogitent, ſe quoque ſubjectos, ſi Deo ita viſum, humanis vicibus, &, quod in ſimili periculo a Solone dictum meminerat Crœſus, de felicitate hominis ante mortem non judicandum.

„i) (SED ET HIC NIMIS LAXE:) Adulatur Con„ſtantino qui duos Francorum reges ſed barbaros „& inconditos, quales tum erant Franci, beſtiis „objecit: Cœterum ne unum quidem exemplum „juſti regis poſt victoriam interfecti Romanis ex„probrari poteſt. *Gron. h.* etſi jure id facere po„tuerint.

„k) (DE DUCIBUS:) Vide *Paralipomena Demſte*„*ri ad Roſini Antiq. l. 10. c. 29. in f.*

„l) (PONTIUS:) Regum enim nomen pro„miſcue ſæpius ſumi vidimus *l. 1. c. 3. §. 10. n. 1.*

„m) (FORUM:) Intelligit Tullianum *Salluſt.* „*lat. 55. Gron. h.*

n) (Grot.) (DE ARISTONICO:) Vide *Appianum* Mitæridatico in fine. (*Pag. 253. Ed. H. Steph.* ubi de *Ariſtobulo & Tigrane*, quos *Pompejus* triumphans capite plecti juſſit.)

ADDITIO.

„Hic non erat verus rex, ſed Eumenis ſpurius „ex cithariſtria Epheſia: & cum ab Attulo III. „ejusdem Eumenis legitimo in teſtamento, quo „populum Romanum hæredem inſtituerat, præ„teritus eſſet, regnum Pergamenum invaſerat & „ſuſtinebat invidiam Licinii Craſſi conſulis capti „& occiſi. *Juſtin. 36. 4. Gron. h.*

„o) (JUGURTA:) Hic & ipſe ſpurius fratribus „legitimis Adherbale & Hiempſale, Maſſiva „que cognato Romæ, dum fide publica ibi mora„tur per ſummum ſcelus occiſis, legatis & exer„citu & primoribus e Senatu pecunia corruptis, ex„ercitu quoque ſub jugum miſſo, miſericordiam „omnem perdiderat *Flor. 3. 1. Gron. h.*

„p) (ARTABARDO:) Non Romæ, neque ex „auctoritate ſenatus, ſed Alexandriæ & M. An„tonii ſcelus appellat *Tacitus 3. ann. 3. Gron. h.*

„q) (PERSEA:) Macedonum regem.

r) (Grot.) (SYPHAX:) Variant de eo hiſtorici multi tradunt eum prope Romam ante triumphum deceſſiſſe: *Polybius* in triumpho ductum: (Lib. XVI. Cap. 12.) *Appianus*, dum de eo deliberatur, morbo obiiſſe. (*Pag. 15. Ed. H. Steph.*)

„s) (GENTIUS:) Illyrici rex.

„t) (JUBA:) Numidiæ rex.

„u) (CARACTATOS:) Britanniæ regulus *Tac. a.* „*on. 26.*

„v) (ET BELLI CAUSAS ET GERENDI MODUM „SPECTATA A ROMANIS:) I. e. ſæviiſſe Roma„nos ſaltem in eos qui ſine cauſa bellum intule„runt vel qui durante bello inſolentes in Roma„nos fuere

„w) (ÆQUO ASPERIORES FUISSE IN VICTO„RIA:) Non niſi in una Corintho *Cic. de off. l. 2. c. 1.*

aſperiores in victoria fuiſſe Cicero atque alii agnoſcunt. Itaque M. *Excerpt a Lib. 21.* Æmilius Paulus apud Diodorum Siculum non male in Perſei cauſa Romanos Senatores monet, εἰ μὴ τὸν ἀνθρώπινον φόβον εὐλαβοῦνται, τήνγε τοὺς ὑπερηφανῶς ταῖς ἐξουσίαις χρωμένους μετερχομένην Νέμεσιν αἰδεῖσθαι: *Si humani nihil metuerent, at divinam vindictam timerent, iis imminentem qui victoria inſolentius utuntur.* Et [x] Plutarchus notat bellis inter Græcos ipſos etiam hoſtes regibus Lacedæmoniis manus abſtinuiſſe reverentia dignitatis.

4. Hoſtis ergo qui non id quod humanæ leges permittunt, ſed quod ſui eſt officii, [y] quod fas & pium eſt volet reſpicere, parcet etiam [z] hoſtili ſanguini: neminique mortem irrogabit [aa] niſi quo mortem [bb] mortive ſimile quid evitet, [cc] aut ob peccata perſonæ propriæ quæ ad capitalem menſuram devenerint. [dd] Et tamen quibusdam id meritis aut omnem, aut mortis pœnam condonabit [ee] ſive huma- *Lib. 17. 38.* nitatis intuitu, [ff] ſive ob alias probabiles cauſas. Egregie idem quem dixi Diodorus Siculus: αἱ τῶν πόλεων πολιορκίαι καὶ παρατάξεις καὶ τὰ ἄλλα τὰ κατὰ τὸν πόλεμον προτερήματα τὰ πλείονα δία τύχην ἢ δι ἀρετὴν ἐπιτυγχάνεται. ὁ δὲ ἐν ταῖς ἐξουσίαις εἰς τοὺς ἐπταικότας ἔλεος μεριζόμενος διὰ μόνης τῆς φρονήσεως γίνεται: *Urbium expugnationes, ſecunda prælia, & ſi quid aliud in bello proſperum, ſæpe fortunæ magis quam virtuti debentur. At in ſummo imperio victis miſericordiam impartiri ſolius providentiæ opus eſt.* Apud Curtium legimus: *Alexander quanquam belli auctoribus poterat iraſci, tamen omnibus venia data.*

§.VIII.

„c. . quem tamen ad deſtruendam gravem habu„ere cauſam, violatos legatos, *Juſtin. 34. 1. 2.* „*Gron. b.*

x) (Grot.) (PLUTARCHUS NOTAT:) Agide. (Pag. 304. D.)

„y) (QUOD FAS ET PIUM EST VOLET RESPI„CERE PARCET:) Etiam

„z) (HOSTILI SANGUINI:) Hoſtem occidere „non leges demum humanæ ſed & divinæ, per„mittunt.

„aa) (NISI QUO MORTEM MORTIVE SIMILE „QUID EVITET:) Idem in bello privato obtinere „dixit ſupra *l. 2. c. 1. §. 3.*

„bb) (MORTIVE SIMILE:) Scilicet pro cooſer„vatione membri, pudicitiæ, rei noſtræ: nam ex „his quoque cauſis bellum privatum licitum eſſe „dixit: *d. c. 1. §. 6 7. 10 & 11.* adeo ut nec cari„tas lege divina & humana ſepoſita obſtet. *d.* §. „*11.* At lege Evangelii res etiam majoris momen„ti deſeri potius qua bellum ideo inchoari debere „dixit *d. c. 1. §. 13.*

„cc) (AUT OB PECCATA PERSONÆ PROPRIA „QUÆ AD CAPITALEM MENSURAM DEFENERINT:) „Atqui omoes hoſtium ſubditi, qui factum prin„cipis defeodunt, ejusque judicium ſequuntur, „morte digni ſunt.

„dd) (ET TAMEN QUIBUSDAM ID MERITIS „AUT OMNEM AUT MORTIS POENAM CONDO„NABIT:) Virtutis ac generoſitatis id eſt non ju„ris.

„ee) (SIVE HUMANITATIS INTUITU:) Adeo„que ex perfectionis regulis.

„ff) (SIVE OB ALIAS PROBABILES CAUSAS:) „Ob periculum quod nobis & noſtris incumbit, „*l. 2. c. 23. §. 6. & c. 24. §. 4.* ob metum majo„rum incommodorum *d. c. 24. §. 1. & §. 10. c.* „*25. §. 9. n. 3. L. 3. c. 3. §. 6. n. 3.* ob dubium exi„tum, *d. c. 24 §. 7.* Si nulla ſpes ſingularis utili„tatis inde redundet *d. c. 24. §. 4. & 8.* Sed hæc „omnia ad regulas prudentiæ non juris pertinent.

a)

§. VIII.

De nece autem eorum, qui caſu non deſtinato occiduntur, [a] tenendum quod ſupra diximus, ſi non juſtitiæ, [b] miſericordiæ tamen eſſe [c] non niſi magnis & ad multorum ſalutem perventuris cauſis tale quid aggredi, unde innocentibus imminere pernities poſſit. Idem nobiscum ſenſit [d] Polybius, qui libro V. ſic loquitur: οὐ γὰρ ἐπ' ἀπωλείᾳ δεῖ καὶ ἀφανισμῷ τοῖς ἀγνώμοσι πολεμεῖν τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας, ἀλλ' ἐπὶ διορθώσει καὶ μεταθέσει τῶν ἡμαρτημένων, οὐδὲ συναναιρεῖν τὰ μηδὲν ἀδικοῦντα τοῖς ἠδικηκόσιν, ἀλλὰ συσσώζειν καὶ συνεξαιρεῖσθαι τοῖς ἀναιτίοις (male editur ἐναντίοις) τοὺς δοκοῦντας ἀδικεῖν: *Bonorum virorum eſt etiam cum minus probis non internecinum gerere bellum; ſed hactenus ut delicta ſarciantur atque emendentur: neque inſontes cum ſontibus una pœna involvere, ſed inſontium cauſa etiam ſontibus parcere.* Cap. 2.

§. IX.

1. His cognitis, de his quæ magis ſpecialia ſunt non difficilis erit definitio. [a] *Puerum ætas excuſet, fœminam ſexus*, ait Seneca [b] libris

„a) (TENENDUM QUOD SUPRA DIXIMUS:) *L.* „*3. c. 1.* §. *4. n. 1.* Nimirum ad jus agendi multa „conſequi indirecte, & extra agentis propoſitum, „ad quæ per ſe jus non eſſet. Unde concludit „Auctor dicto loco domum piratis plenam tor„mentis peti poſſe, etiamſi infantes aliique inno„centes ibi reperiantur.

„b) (MISERICORDIÆ TAMEN ESSE:) Adeoque „juſtitiæ laxioris *Vide d. c. 1.* §. *4. n. 2.*

„c) (NON NISI MAGNIS ET AD MULTORUM „SALUTEM PERVENTURIS CAUSIS TALE QUID „AGGREDI:) *D. c. 1.* §. *4. n. 2.* Imo jure naturæ „ſufficit quod quis jus ſuum privatum aliter repa„rare non poſſit: Nam omnis culpa tunc eſt in „latronibus qui reparationi juris reſiſtunt: At ge„neroſius eſt dimittere nocentes, ne innocentes „violentur.

„d) (POLYBIUS:) Idem ait Seneca *l. 4. benef.* „*28. Satius eſt prodeſſe etiam malis propter bonos,* „*quam bonis deeſſe propter malos.*

(„AD §. IX.) Auctor quærit, *an etiam fœminas* „*& infantes occidere in bello liceat:* Equidem ju„re gentium voluntario id permiſſum eſſe in bel„lo ſolenni aſſerit Auctor ſupra *l. 3. c. 4.* §. *3.* „*& 9.* at juxta juſtitiam internam iis parcendum „eſſe contendit *h.* §. Nos dicimus etiam fœmi„nas occidi jure belli poſſe, quia illæ quoque fa„ctum principis ſui approbant, ejusque partes ſe„qui tenentur, & ex familiæ, in qua ſunt, bonis „ea quæ ad perniciem hoſtis pertinent contribu„unt: De infantibus res altioris indaginis eſt: tu„tior eſt ſententia eorum, qui infantes occidi non „poſſe aſſerunt. *d. c. 4.* §. *3. & 9.* Aliud obtinet „(1) ſi aliter jus noſtrum reparari non poſſit. *Vid.* „*l. 3. c. 1.* §. *4.* (2) Si Deus id jubeat. *d. l. 3. c. 1.* „§. *4. n. 3. cap. 4.* §. *9. & h.* §. *9.* an (3) jure „talionis? *Vid. l. 3. c. 4* §. *13.*

a) (Grot.) (PUERUM ÆTAS EXCUSET, FEMINAM SEXUS:) *Plinius* hiſtoriæ naturalis libro VIII, cap. 16. *Leo ubi ſævit, in viros prius quam in fœminas fremit, in infantes non niſi magna fame. Horatii* libro IV, Ode VI. de Achille, (*verſ.* 17, & ſeqq.)

Neſcios fari pueros Achivum
Ureret flammis, etiam latentes
Matris in alvo.

Ita Scholiaſtes: *Dolenter declamat in ſævitiam Achillis, qui, ſi per Apollinem vivere licuiſſet, adeo ſævus erat, ut nec infantibus nec in utero geſtantibus pepercisſet. Philo* de principis conſtitutione, (pag. 734.) παρθένοι δὲ καὶ γυναῖκες μεθείσθωσαν. *dimittantur autem virgines & mulieres:* cauſam reddit, τὸ προσθήκην ἀνδρῶν πόλεμον κατασκευασάντων ποιεῖσθαι γυναῖκας, *ἀνήμερον virorum, qui bella fabricant, acceſſionem facere mulieres, immire.* Idem de ſpecialibus legibus II. πρὸς μὲν γὰρ τοὺς τελείους μυρίας προφάσεις εὐλόγοι προσκρουμάτων τε καὶ διαφορῶν· τοῖς δὲ κομιδῇ νηπίοις ἄρτι παρεληλυθόσιν εἰς φῶς καὶ τὸν ἀνθρώπινον βίον, οὐδ' ἐπιψεύσασθαι κατηγορίαν ἀνακαίτοις οὖσιν ἐνδέχεται· *nam in juſtæ ætatis homines mille ſpecioſi obtentus reperiri poſſunt diſcordiarum ac ſimultatum. At in infantes, qui modo in lucem vitamque humanam venere, ne calumnia quidem quod dicat habet, ut plane innocentes.* (Pag. 795. E) *Joſephus* antiquæ hiſtoriæ libro IX de Manaemo, (cap. 11.) μηδὲ νηπίων φειδόμενος, ὠμότητος ὑπερβολὴν οὐ καταλείπων οὐδ'

ἀγριό-

Deut. [b] libris quibus iræ iraſcitur. Deus ipſe in bellis Hebræorum etiam
20, 14. poſt pacem oblatam & repudiatam [c] parci vult fœminis & infantibus, [d] extra paucas gentes ſpeciali jure exceptas, adverſus quas quod erat bellum [e] non erat hominum ſed Dei, atque ita appellatur. Et
Num 31. cum mulieres Madianitidas vellet occidi ob proprium ipſarum cri-
18. men, [f] excepit virgines intactas. Imo cum Ninivitis ob graviſſi-
Jon. 4. ma peccata internecionem ſevere admodum minatus eſſet, retrahi
11. ſe paſſus eſt [g] miſeratione multorum millium ejus ætatis quæ honeſti
De Ira & inhoneſti diſcrimina ignorat: Cui ſimilis eſt apud Senecam ſen-
2. c. 9. Pharſal. tentia: *Num quis iraſcitur pueris quorum ætas nondum novit* [h] *re-*
2, 108. *rum diſcrimina?* Et apud [i] Lucanum:

Crimine quo parvi cædem potuere mereri?

[k] Si hæc Deus fecit ac ſtatuit, qui quoſvis homines cujuſcumque ſexus aut ætatis ſine ulla cauſa non injuſte poteſt occidere, utpote vitæ dator ac dominus, quid homines facere æquum eſt [l] quibus ille

ωμότητ@-. ὁ γὰρ ἐδὲ τῶν ἀλλοφύλων τινὰς συγγνωςὸν δραθῆναι μενομένες ὑποχειρίες, ταῦτα τὲς ὁμοφύλες ἔτως εἰργάσατο· *Ne infantibus quidem parcens nihil fecit reliquum ad crudelitatem, aut feritatem potius. Quæ enim veniam non merebantur, ſi in externos bello victos eſſent edita, ea fecit in populares ſuos.* [Auctor heic tacite legit verſu 4. *δραθῆναι pro διαθῆναι*, quod erat in Editione Genev. & mutatum eſt in *διαθεῖναι* ex MSS. in Edit. Hudſon. *Cap.* XI. §. I. *J. B.*] Idem *Joſephus* Judam Maccabæum narrat Boſra & Emphrone captis, interfeciſſe *πᾶν τὸ ἄῤῥεν καὶ μάχεσθαι δυνάμενον· quicquid virilis ſexus & pugnæ idoneum erat.* [Ant. Jud. *Lib.* XII. Cap. 8. §. 5. *diviſ. Hudſon.* ubi tamen hoc tantum legitur: Καὶ πᾶν ὅσον ἄῤῥεν ἦν ἐν αὐτῇ κτείνας &c. *J. B.*] Et alibi pœnam, quam Alexander Thracides dictus de Judæorum pueris & mulieribus ſumſerat, vocat ὑπὲρ ἄνθρωπον δίκην *ultionem ultra hominum morem.* Antiq. Jud. XIII. Cap. 14. §. 2.) *Agathias* libro III. *ἐπειδὴ δ' ὅμως ἐχ ὅσιον καὶ εἰς αὐτὰ δὴ τὰ νεογνὰ βρέφη καὶ τῶν τοῖς γονεῦσι τετολμημένων ἐδὲν ἐπιςάμενα παροινεῖν ἔτω καὶ ἀφυβρίζειν, ἔνεγν αὐτοῖς ἐδὲ ἀποινὶ τῦτο ἡμάρτησαν· quando quidem vero pium non erat in recens natos infantes paternorum facinorum inſcios ita ſævire atque inſanire, ideo hæc ipſis non impune abiere.* (Lib. IV. Cap. 6.) *Nicetas*, aut qui hiſtoriam ejus produxit ad tempora Henrici regis, de Scythis agens, qui Athiram ceperant: *ἀλλ' ἐδὲ τὰ ὑπομαςίδια τῶν παίδων τῦ κακῦ ἐφάνη ἀνώτερα, ἀλλ' ἀπεθερίσθη καὶ ταῦτα κατὰ χλόην καὶ ἄνθ@- εὐμάραντον, ὑπὸ τῶν ἐλέω ἀναλώτων ἐκείνων ἀνδρῶν, καὶ μηδαμῶς εἰδότων ὡς ἀδικεῖ τὴν φύσιν καὶ θεσμὸν ἀθετεῖ τὸν ἀνθρώπινον, ὁ περαιτέρω τῆς νίκης καὶ τῦ κρατεῖν τῶν ἐναντίων θυμῷ χρώμεν@-· ne infantes quidem lactentes adhuc mali exſortes fuere, ſed & hi velut in herba demeſſi ſunt, aut velut flos emarcuere, facto hominum miſericordia intactorum, neque ſcientium injuriam ab eo fieri naturæ ac fas hominum violari, qui ultra, quam ut hoſtes vincat aut ſubigat, extendit iram.* (In *Balduin.* Cap. 9.) Adde quæ *Beda* habet libro II, cap. 20. de Cadwallæ feritate: & Helvetiorum bonam legem apud *Simlerum*, (Lib. II. pag. 302. *Edit. Elzevir.*) & Eliſabethæ reginæ pia mandata apud *Camdenum* in anno CIƆ IƆXCVI.

„*b*) (LIBRIS QUIBUS IRÆ IRASCITUR:) Quibus de ira vitanda ſcripſit.

„*c*) (PARCI VULT FOEMINIS ET INFANTIBUS:) *Deut.* 20. *v.* 14.

„*d*) (EXTRA PAUCAS GENTES SPECIALI JURE EXEMTAS:) Quas damnatas vocant quæ nimirum intra fines promiſſæ poſſeſſionis continebantur „*d. Deut c.* 20. *v.* 15. & 16.

„*e*) (NON ERAT HOMINUM SED DEI &c.) „Qui ſuo jure gentes expellere ac vitam adimere „potuit. Vide *Indicem*, voce *jus Dei in homines.*

„*f*) (EXCEPIT VIRGINES INTACTAS:) Nam „eas quæ deceperunt filios Iſrael, eoſque prævaricari fecerunt, i. e. quæ noverunt viros in coitu, „ob crimen commiſſum jugulari juſſit. *Num.* 31. „*v.* 16. 17. & 19.

„*g*) (MISERATIONE MULTORUM MILLIUM:) „Qui neſciunt quid ſit inter dextram & ſiniſtram „ſuam: *Jon. c.* 4. *v.* 11.

„*h*) (RERUM DISCRIMINA:) I. e. quid juſtum „quid injuſtum ſit, adeoque uti delicti ita & pœnæ ſunt incapaces.

„*i*) (LUCANUM:) *L.* 2. *v.* 108.

„*k*) (SI HÆC DEUS FECIT AC STATUIT:) „Auctor argumento a majori probat, homines „abſtinere a cæde fœminarum & infantium debere, quia ipſe Deus eis abſtinere juſſit, Auctor „vitæ & necis.

„*l*)

ille nullum jus tribuit in homines, quod non ad hominum ſalutem ac ſocietatem conſervandam eſſet neceſſarium?

2. Accedit primum de pueris judicium eorum populorum ac [Vid. de jure bell. 1 n. 36.] temporum [m] quibus fas maxime valuit. *Arma habemus* (ait apud Livium Camillus) *non adverſus eam ætatem cui etiam captis urbibus* [Lib. 5. c. 27.] *parcitur, ſed adverſus armatos*. Addit hoc eſſe [n] inter belli jura, naturalia ſcilicet. Plutarchus de eadem re agens, *Sunt*, inquit, *apud* [Vita Camilli. p. 134.] *bonos etiam belli quædam leges*. Ubi nota illud [o] apud bonos, ut hoc jus ab eo quod in moribus & impunitate poſitum eſt diſcrimines. Sic Florus negat aliter fieri potuiſſe [p] ſalva integritate. Apud [Lib. 1.] [q] Livium alio loco eſt: *a qua ætate etiam hoſtes irati abſtinerent*. [Lib. 24. c. 26.] Et alibi: *usque ad infantium cædem ira crudelis pervenit*. [Lib. 28. c. 20.]

3. Quod autem in pueris rationis uſum non adeptis [r] ſemper, [s] id in fœminis plerumque obtinet, id eſt [t] niſi aliquid peculiariter vindicandum admiſerint, [u] aut virilia officia & ipſæ uſurpent. Eſt enim, ut Statius loquitur, *ſexus rudis inſciusque ferri*. Neroni hoſtem vocanti Octaviam in Tragœdia reponit præfectus, [Silvar. 1. 6. 53.]

—— [v] *Fœmina hoc nomen capit?*

Alexander apud [w] Curtium: *Cum captivis & fœminis gerere bellum* [Lib. 4. c. 11.] *non ſoleo: armatus ſit oportet quem oderim*. Grypus apud [x] Justinum: *a nullo unquam majorum ſuorum inter tot domeſtica & externa bella poſt victoriam in fœminas ſævitum, quas ſexus ipſe & periculis* [Lib. 39. c. 3.]

„l) (QUIBUS ILLE NULLUM JUS TRIBUIT IN „HOMINES QUOD NON AD HOMINUM SALUTEM „AC SOCIETATEM CONSERVANDUM ESSET NE„CESSARIUM:) Homo ergo hominem non perde„re ſed conſervare debet: at id non ex jure hu„manæ ſocietatis oritur, utpote qualis non exiſtit, „ſed ſequitur ex eo jure naturæ quo quisque ſal„tem jus in ſuas res actiones & corpus, non alte„rius habet.

„m) (QUIBUS FAS MAXIME VALUIT:):) I. e. „jus naturæ, vide *indicem*, voce *fas*. Ubi boni „fuere mores & valuit recti obſervantia: *Tac. 3. „ann 26.*

„n) (INTER BELLI JURA, NATURALIA SCILI„CET:) Nam ex hypotheſi Auctoris jura gentium „voluntaria plura permiſere *l. 3. c. 4. §. 3. & 9.* „At ſæpius jam dictum eſt tale jus gentium non „dari.

„o) (APUD BONOS, UT JUS HOC AB EO QUOD „IN MORIBUS ET IMPUNITATE POSITUM EST, „DISCRIMINES:) Quaſi Plutarchus hic opponat „juſtitiam internam juſtitiæ externæ, quam Au„ctor in bello ſolenni obtinere ſtatuit ad impuni„tatis effectum: Verius eſt Plutarchum opponere „uſum juris naturæ, abuſui quarundam gentium „barbararum.

„p) (SALVA INTEGRITATE:) Scilicet conſci„entiæ ac animi.

„q) (LIVIUM:) *L. 5. c. 27.*

„r) (SEMPER:) Sive aliquid peculiariter vindi„candum admiſerint ſive non, ſive virilia officia „uſurpent ſive non quia judicium adeoque delin„quendi animus deficit.

„s) (ID IN FOEMINIS PLERUMQUE:) Loqui„tur de fœminis rationis uſum adeptis, nam eo „deficiente non magis quam pueri teneri poſſunt.

„t) (NISI ALIQUID PECULIARITER VINDICAN„DUM:) Virgilius ait Etſi nullum memorabile no„men fœminea in pœna eſt, nec habet victoria „laudem exſtinxiſſe nefas tamen, & ſumſiſſe me„rentum laudabor pœnas. *Vid. Teſm b.*

„u) (AUT VIRILIA OFFICIA ET IPSÆ USUR„PENT:) Uti ſi arma ſumſerint. Cujus rei exem„pla ſunt apud *Liv. l. 28. c. 19. Thuan l. 31. p 631. „ſeq. l. 49. p. 1017. l. 18. p.* 367. *l. 22. p. 441. l. „33. p. 666. l. 46. p.* 938. *Teſm. b.*

v) (Grot.) (FEMINA HOC NOMEN CAPIT:) Ideo Tucca & Varus delendos cenſuere in ſecunda Æneide verſus, ubi deliberat Æneas, an Helenam occidat. [A verſu 567. an 588.]

„w) (CURTIUM:) *L. 4. c. 11.*

„x) (JUSTINUM:) *L. 39. c. 3.*

lis bellorum & ſævitiæ victorum eximat. Apud Tacitum alius: *neque adverſus fœminas, ſed palam adverſus armatos bellum ſe tractare.*

Lib. 9. c. 2. 4. Valerius Maximus *y* Munatii Flacci in infantes & fœminas efferatam vocat crudelitatem, & auditu etiam intolerabilem. Apud Lib. 13 c. 57. Diodorum Carthaginenſes Selinunte narrantur interfeciſſe feras, fœminas, infantes, ἠδεμίαν συμπάθειαν λαμβάνοντες, *ſine humanitatis* Lib. 14. c. 54. *affectu.* Et alibi hoc ipſum ὠμότητα *crudelitatem vocat.* Latinus Paneg. Theod. c. 29. Pacatus de fœminis: *ſexus cui bella parcunt.* Simile Papinii *z* de ſenibus pronunciatum:

Theb. 5, 258.

Nullis violabilis armis
Turba ſenes.

§. X.

Vid. d. loco. 1. *a* Idem ſtatuendum univerſaliter de maribus *b* quorum vitæ genus ab armis abhorret. *c Jure belli in armatos repugnantesque* Lib. 21. c. 23. *cædes,* ut ait *d* Livius, id eſt, *e* eo jure quod naturæ congruit. Sic Ant. 12. c. 3. §. 1. Joſephus æquum ait ut in pugna pœnas dent qui arma ceperunt, inſontibus non nocendum. Liv. lib. 5. c. 21. *f* Camillus Vejis expugnatis edixit ut ab inermi abſtineretur. *g* In hac claſſe primum ponendi ſunt hi qui ſacra curant; nam *h* ut hi ab armis abſtinerent mos ab antiquo fuit gentium omnium: *i* atque ideo viciſſim vi in illos temperabatur. Sic Philiſthæi hoſtes Judæorum non nocebant *k* collegio Prophetarum

„*y*) (MUNATII FLACCI:) Qui erat a partibus „Pompeji, & mœnibus Attingicenſium in Hiſpaniæ incluſus a Cæſare fœminas & liberos eorum „quos ſtudioſiores Cæſaris ſenſerat in conſpectu „parentum & maritorum trucidavit. *Val. Max.* „*l. 9. c. 2. §. 4.*

„*z*) (DE SENIBUS:) At hi conſiliis ſuis ac bo„nis tuentur cauſam principis ſui, eoque repara„tioni juris noſtri reſiſtunt: *L. 19. in fin. ff. captiv.* „Unde jure naturæ occidi poſſunt: adeoque id „non demum ex jure gentium voluntario licet, „uti putat Auctor *l. 3. c. 4. §. 9. n. 2.*

„(AD §. X.) Quæritur *an in ſacerdotes, Mona„chos, & literatos, quorum vita genus ab armis* „*abhorret, jure belli ſævire liceat?* Affirmatur etſi „enim ipſi non lædant, tamen ſequuntur partes „eorum qui lædunt, conſiliis ſuis & bonis eos ad„juvant, eoque reparationi juris noſtri reſiſtunt, „*l. 19. §. fin. ff. captiv.* Idque multo magis verum „eſt in caſibus ubi etiam in fœminas & infantes „ſævire licere diximus.

„*a*) (IDEM STATUENDUM:) Scilicet ut ubique „iojuria occidi nequeant.

„*b*) (QUORUM VITÆ GENUS AB ARMIS AB„HORRET:) Uti ſacerdotes, Monachi, literati, „agricolæ &c.

„*c*) (JURE BELLI IN ARMATOS REPUGNAN„TESQUE CÆDES EDUNTUR:) Ubi Livius opponit „hanc ſtragem, fœdæ trucidationi quæ in urbe fie„bat, ubi turbam fœminarum puerumque imbel„lem & inermem occidebant.

„*d*) (LIVIUS:) *L.* 28. c. 23.

„*e*) (EO JURE QUOD NATURÆ CONGRUIT:) „Quo vim vi repellere licet.

„*f*) (CAMILLUS:) *Apud. Liv. l. 5.* Add. *Curt.* „*l. 4. c.* 11. *Senec benef. l. 5. c. 16. Liv. l. 5. c. 27.* „*L. 4. c.* 19. *& 59. l. 6. c.* 3. *l. 6. c.* 10.

„*g*) (IN HAC CLASSE:) Eorum ſcilicet quo„rum vitæ genus ab armis abhorret.

„*h*) (UT HI AB ARMIS ABSTINERENT MOS AB „ANTIQUO FUIT GENTIUM OMNIUM:) Vid. Quin„til decl. 304. *Sacerdotium pacis res eſt.* & mox „*Sacerdos caſtra vindico: diſce tu vindicare tem„pla.*

„*i*) (ATQUE IDEO VICISSIM VI IN ILLOS TEM„PERABATUR:) Imo ſacerdotes hortantur & mo„nent ſubditos ut bellum gerant, quin olim eorum „demum conſilio bella ſuſcipiebantur: adeoque „illi quoque reparationi juris noſtri reſiſtunt, eo„que occidi tanquam hoſtes poſſunt.

k) (Grot.) (COLLEGIO PROPHETARUM:) Hyrcanus Hieroſolyma obſidens victimas ad templum miſit,

rum quod erat Gabæ, ut videre eſt 1 Sam. x, 5. & 10. Et ſic ad alium locum, [l] ubi ſimile erat collegium tanquam ſepoſitum ab omni armorum injuria cum Samuele confugit David, 1 Sam, xix, 18. Cretenſes, narrat Plutarchus, cum bellis inteſtinis colliderentur omnem noxam abſtinuiſſe [m] a ſacerdotibus, & iis quos humandis mortuis præpoſitos [n] *κατακαύτας* vocabant. Huc & [o] proverbium illud Græcum pertinet, ὐδὲ πυρφόρος ὑπελείφθε. [p] Notat Strabo, olim cum tota Græcia armis ferveret, Eleos, utpote [q] Jovi ſacros, [r] & eorum hoſpites [s] in alta pace vixiſſe. *Quæſt. Gr. 21. pag. 296. B.* *Lib. 8. pag. 358. Ed. Pariſ.*

2. Sacerdotibus merito hac in parte æquantur qui vitæ genus ſimile elegerunt, [t] ut monachi & [u] converſi id eſt pœnitentes, quibus proinde æque ut ſacerdotibus parci volunt canones naturalem æquitatem ſecuti. [v] Addas his merito eos qui ſtudiis literarum honeſtis & humano generi utilibus operam navant. *C. 2. de treuga & pace.*

§. XI.

Deinde [a] agricolas, quos & [b] canones aſſcribunt. [c] Diodorus Siculus de Indis cum laude refert: ἀμφότεροι γὰρ οἱ πολεμοῦντες ἀλλήλȣς μὲν ἀποκτείνȣσιν ἐν ταῖς μάχαις, τȣ̀ς δὲ περὶ τὴν γεωργίαν ὄντας ἐῶσιν ἀβλαβεῖς, ὡς κοινȣ̀ς ὄντας ἁπάντων εὐεργέτας: *In prœliis quidem hoſtes alii alios interficiunt: at agricolas relinquunt intactos tanquam in commune utiles.* *Biblioth. lib. 2, c. 36.*

miſit, narrantibus Hebræis. Sic & Gotthi laudantur *Procopio* Gothicorum II, (*Cap.* 4.) qui ſacerdotibus Petri & Pauli extra Romam pepercerunt. Vide additamentum *Caroli Magni* ad *legem Bajoariorum*, (num. 2.) & *legem Langobardicam* libro I, tit. XI. 14.

„l) (UBI SIMILE ERAT COLLEGIUM:) In Na„goth. *1. Sam. 19. v. 18. ſeq.*

m) (Grot.) (A SACERDOTIBUS:) *Servius* ad VII. Æneidos: *nam cum defendebat a bello, ſi non ætas, ſaltem religio ſacerdotis.* [Agitur ibi tantum de immunitate Sacerdotum a militia. *J. B.*]
„Hi enim utrique ſacri erant, & neutrius par„tes ſequebantur.

„n) (Κατακαύτας:) a *κατακαίω* exuro.

„o) (PROVERBIUM ILLUD GRÆCUM:) Neque „vates relictus eſt.

p) (Grot.) (NOTAT STRABO:) Et *Polybius* libro IV, (Cap. 73.) & *Diodorus Siculus* in excerptis Peireſianis. Pag. 225.) Pari modo & qui ad Olympia, Pythia, Nemea, Iſthmia certatum ibant, habebant belli tempore *ἀσφάλειαν καὶ ἄδειαν*, *tutelam ac ſecuritatem.* Docent *Thucydides* libro V, & VIII. & *Plutarchus* Arato. (*pag.* 9040. B.)

„q) (JOVI SACROS:) Propter Olympia quæ Pi„ſæ in Elide Jovis honori celabrabantur. *Polyb. 4.* „*73. Gron. b.*

„r) (ET EORUM HOSPITES:) Peregrinos qui „morarentur in finibus illorum. *Gron. b.*

„s) (IN ALTA PACE VIXISSE:) Quia ſacerdo„tes neutrius ſequebantur partes in hoc bello in„teſtino, & ſacra utrique communia erant.

„t) (UT MONACHI:) Eadem ratio hic obtinet „quæ in ſacerdotibus; nam hi quoque ſequuntur „alterius partes: adeoque hoſtium loco haberi „poſſunt.

„u) (CONVERSI, i. e. POENITENTES:) Primus „gradus vitæ monaſticæ: unde poſtea fiunt pro„feſſi. *Rittersh. ad Salv. p. 126 Cord. adv. ſacr. 40. 28.*

„v) (ADDAS HIS MERITO EOS QUI STUDIIS:) „*Sen. ep. 14.* hæ literæ apud mediocriter maiora „quoque inſularum loco ſunt. *Gron. b.* At hi „quoque ſequi partes hoſtis tenentur atque con„tribuendo ex bonis vel conſilio ſaltem, repara„tioni juris noſtri reſiſtunt.

„a) (AGRICOLAS:) Imo hi & partes hoſtis ſe„quuntur & opibus ſuis hoſtem juvant, adeoque „merito hoſtium loco haberi poſſunt.

„b) (CANONES:) *In Capitulo 2. X. de Treuga* „*& pace Vid l. ſeq. §. 4. n. f.*

„c) (DIODORUS SICULUS:) Sed hoc ſaltem in „bellis inteſtinis verum eſſe ait. *Arrian. de reb.* „*Ind. p. 531.*

Quæſt. Græc. p. 296. B. *les.* De antiquis Corinthiis & Megarenſibus Plutarchus: τὺς γεωργοῦντας ὐδεὶς ἠδίκει τὸ παράπαν: *nemo agricolas ullo afficiebat malo.* [d] Et Xen. de Cyri inſt. ſ. c. 4. §. 12. Cyrus regi Aſſyriorum nuntiari juſſit: ὅτι ἕτοιμος εἴη ἐᾷν τὺς ἐργαζομένυς τὴν γῆν καὶ μὴ ἀδικεῖν: *paratum ſe eos qui agros colerent illæſos indemnesque ſinere.* [e] De Beliſario Suidas: εἰς δὲ τὺς ἀγροίκυς τοσαύτῃ Φειδοῖ τε καὶ προνοίᾳ ἐχρῆτο, ὥςε βιασθῆναι μὲν αὐτὺς ὐδὲν πώποτε ςρατηγοῦντος Βελισαρίυ τετύχηκεν: *agricolis ita parcebat, ac tantam pro illis curam gerebat, ut eo duce nulli unquam eorum vis illata fuerit.*

Voce Βελισάριος. Ex Procop. De Bell. Gotth. 3. 1.

§. XII.

[a] Addit canon [b] mercatores, quod non tantum de his [c] qui temporariam in hoſtico moram agitant intelligendum eſt, [d] ſed & de ſubditis perpetuis, [e] nam & horum vita ab armis aliena eſt; ac ſub hoc nomine continentur ſimul [f] alii opifices & artifices, quorum quæſtus pacem amat non bellum.

§. XIII.

Cap. 10. §. 1. hujus Lib. 1. Ut ad eos veniamus qui [a] arma geſſerunt, jam ante [b] retulimus dictum Pyrrhi apud Senecam, qui vetari nos ait [c] pudore id eſt æqui reſpectu ne capto vitam adimamus. Similem [d] Alexandri Suor. §. 10. n. 3. ſententiam attulimus quæ cum fœminis conjungit captivos. Accedat illud Auguſtini: *hoſtem pugnantem [e] neceſſitas perimat non voluntas. Sicut bellanti & reſiſtenti violentia redditur, ita victo vel capto*

Ad Bonif. epiſt. 205.

„d) (ET CYRUS:) Sed ſub conditione id nuntiari juſſit ſi idem quoque id facere promiſerit, „uti promiſit: hinc *Xen. Inſt. l. 5. p. 147.* ait *pactis initis convenit ut cum agricolis pax eſſet, „cum armatis bellum. Conf. c. ſeq. §. 4.*

„e) (DE BELISARIO SUIDAS:) Id prudenter fe„cit non juris neceſſitate: Nam ducum omnino „intereſt tueri eos qui terras colunt ut noſtris „quoque neceſſitatibus ſubvenire poſſint.

„a) (ADDIT CANON:) *D. c. 2. x. de Treugis.*

„b) (MERCATORES:) Euntes & redeuntes: *d. „c. 2.*

„c) (QUI TEMPORARIAM IN HOSTICO MO„RAM AGITANT:) Ideoque qui pacati in hoſtico „peregrinantur, hos enim nullo jure lædi poſſe „contra Auctorem probavimus *ſupra c. 4. §. 6.*

„d) (SED ET DE SUBDITIS PERPETUIS:) De „his ſolis agit dictus canon.

„e) (NAM ET HORUM VITA AB ARMIS ALI„ENA EST:) At ſequuntur judicium & cauſam „hoſtis eamque opibus ſuis defendunt, adeoque „hoſtium loco merito veniunt.

„f) (ALII OPIFICES AC ARTIFICES:) Imo ex „eadem ratione hi quoque tanquam hoſtes lædi & „interfici poſſunt.

„(AD §. XIII.) Quæritur *an captos occidere li„ceat?* Affirmat Auctor ex jure Gentium volunta„rio in bello ſolenni quoad effectum impunitatis „Vid. *L. 3. c. 4. §. 10.* Negat autem hic juxta „juſtitiam internam: *Vid. §. h.* Nos ſupra proba„vimus hoſtem ex quo in noſtram venit pot„eſtatem ob injurias ex judicio civitatis noſtræ „commiſſas jure puniri poſſe: Quanquam abſtine„re virtuoſius ſit: *d. c. 4. §. 10.*

„a) (ARMA GESSERUNT:) At nunc amplius „non reſiſtunt.

„b) (RETULIMUS:) *Supra c. 10. §. 1. n. 2.*

„c) (PUDORE ID EST ÆQUI RESPECTU:) Di„ximus de virtute id potius intelligendum eſſe.

„d) (ALEXANDRI:) *Vid. ſupr. §. 9. n. 3.*

e) (Grot.) (NECESSITAS PERIMAT:) *Gratianus* poſuit *deprimat. Plutarchus* Marcello: Ἐπαμινώνδας καὶ Πελοπίδας ὐδένα πώποτε κρατήσαντες ἀπέκτειναν, ὐδὲ πόλεις ἠνδραποδίσαντο· λέγονται δὲ Θηβαῖοι μηδὲ Ὀρχομενίυς ἂν ὕτω μεταχειρίσασθαι παρόντων ἐκείνων. *Epaminondas & Pelopidas nec quenquam interfecere poſt victoriam, nec civitates in ſervitutem redegerunt. creduntur que non facturi fuiſſe Thebani, quod fecere in Orchomenios, ſi illi adfuiſſent.* (Pag. 316.) Secutus hoc Marcellus captis Syracuſis, ut ibidem ait *Plutarchus.* Vide eundem *Plutarchum* in Catone

capto miſericordia jam debetur; maxime [f] *in quo pacis peturbatio non timeretur*, Xenophon de Ageſilao: προσηγόρευε τοῖς στρατιώταις τοὺς ἁλισκομένους μὴ ὡς ἀδίκους τιμωρεῖσθαι, ἀλλ᾽ ὡς ἀνθρώπους ὄντας φυλάσσειν: *monuit milites ut captos non tanquam ſontes punirent, ſed tanquam homines cuſtodirent.* Apud Diodorum Siculum eſt: πάντες ἀνατείνονται μὲν πρὸς τοὺς ἀντιταττομένους, εἴκουσι δὲ τοῖς ὑποπεπτωκόσι: *Omnes* (Græci) *opponunt ſe repugnantibus, parcunt jam ſubactis.* Eodem judice Macedones qui ſub Alexandro πικρότερον ἢ πολεμικώτερον προσεφέροντο τοῖς Θηβαίοις, *acerbius egerant cum Thebanis quam* [g] *belli fas ferebat.* Cap. 1, §. 21. Lib 13. c. 24. Lib. 17. c. 13.

2. Salluſtius hiſtoria Jugurthina cum puberes poſt deditionem interfectos narraſſet, factum ait [h] contra jus belli: quod interpretare [i] contra æqui naturam & morem mitius viventium. Apud [k] Lactantium eſt: *Parcitur victis, & eſt locus inter arma clementiæ.* Laudat Tacitus Primum Antonium & Varum Flavianos duces, quod in neminem ultra aciem ſæviiſſent. Ariſtides: ἀνδρῶν γάρ ἐστι καθ᾽ ὑμᾶς τὴν φύσιν, τοὺς μὲν ἀνθεστηκότας κατείργειν τοῖς ὅπλοις. τοὺς δ᾽ ὑποπεσόντας ἠπίως μεταχειρίζεσθαι: *Hominum eſt* [l] *noſtri ingenii reſiſtentes armis coërcere, proſtratos tractare leniter.* Cap. 96. Edit. Waſſ. Lib. 5. c. 9. Hiſt. 4. 39. De pace Orat. II. pag. 80. C. Tom. II.

3. De captivis Propheta [m] Eliſæus regem Samariæ ſic alloquitur: 2 Reg. 6, 22.

ne Uticenſi. (pag. 787. C. D.) *Cabade Perſarum regi, cum Amida vi cepiſſet, multaque cædes fieret, ſenex ſacerdos dixit non eſſe regium jam captos occidere.* Narrat *Procopius* Perſicorum 1. (Cap. 7) qui & Perſicorum II. dicit: τὸ ἐπεμβαίνειν τοῖς ἡλωκόσιν οὐχ ὅσιον· *ſævire in captos pietati adverſatur.* (Cap. 9) Apud eundem egregia eſt oratio Beliſarii ad milites capta Neapoli, Goth. 1. (Cap. 9.) Imperator Alexius apud *Annam Comnenam*, ſuadenti occidere Scythas captivos: κἂν Σκύθαι, ἀλλὰ πάντως ἄνθρωποι· κἂν ἐχθροὶ ἀλλ᾽ ἐλέους ἄξιοι· *etiamſi Scythæ, homines tamen ſunt: etiamſi hoſtes, miſeratione tamen digni.* (Lib. VIII: c. 4.) *Gregoras* libro VI. (pag. 92.) τὰ γὰρ ἐν πολέμῳ καὶ μάχῃ γινόμενα ὁποῖα ποτ᾽ ἂν ᾖ, συγγνώμην ἔχει τῷ πεπραχότι, περισθατουμένου τότε τοῦ λογισμοῦ, καὶ τῆς χειρὸς οἱονεὶ μεθυούσης, καὶ λόγον οὐκ ἐχούσης χειραγωγόν, καὶ πρύτανιν τῶν πραττομένων, τῆς δ᾽ ἀκμῆς τῶν δεινῶν παυσαμένης, καὶ καιροῦ ἤδη τῆς προαιρέσεως εἰληφυίας μετὰ σχολῆς τινὸς καὶ κρίσεως, τὰς τῶν πράξεων ἀρχὰς παραλιθῆναι τῇ χειρὶ μοχθηρίαν γνώμης κατηγορεῖ τοῦ πράξαντος, εἴ τι μὴ κατὰ τὸ προσῆκον γένοιτο· *quæ in præliis actuque belli fiunt, ea qualiacunque ſunt, faciendi veniam impetrant, ideo quod tali tempore obſidetur animus ebria manu rationemque non habente ducem ac præſidem actionum. At ubi periculis ſuus abſceſſit vigor, ubi tempus cuncta examinandi ac judicandi accepit liber animus, agendi imperium manui tradere, pravum hominis propoſitum indicat, ſi quid indecorum evenerit.* Adde ejusdem *Gregoræ* locum alterum, quem in his notis poſuimus ad finem capitis VII. libri hujus, & de more laudabili Polonorum *Chalcondylam* lib. V. *Julianus* laudatione ſecunda Conſtantii, ſub cujus perſona bonum principem deſcribit: κρατήσας δὲ μετὰ τῶν ὅπλων, ἔπαυσε τὸ ξίφος τῶν πόνων, μίασμα κρίνων τὸν οὐκ ἀμυνόμενον ἔτι κτείνειν καὶ ἀναιρεῖν· *armis victor finem impoſuit gladii operibus, nefas exiſtimans, homini non ultra ſe defendenti vitam adimere.* [Legendum, in iſto poſtremo loco, non τὸ ξίφος τῶν πόνων, ſed τὸ ξίφος φόνων ut habet Editio illuſtris SPANHEMII, *Orat.* II. pag 86. C. *J. B.*]

ADDITIO.

„Seoſius eſt hoſtem non interficiendum eſſe niſi „ex neceſſitate, & quatenus reſiſtit: non vero ex „ſola voluntate noſtra, ubi neceſſitas deficit.

„*f*) (IN QUO PACIS PERTURBATIO NON TI„METUR:) Quem non eſt verendum ne ſeditionem faciat & tumultum *Gron. b.*

„*g*) (BELLI FAS:) I. e. jus vide *indicem*, voce „*fas.*

„*h*) (CONTRA JUS BELLI:) I. e. naturale *vid.* „*§. 9.*

„*i*) (CONTRA ÆQUI NATURAM ET MOREM „MITIUS VIVENTIUM:) Nam jure gentium vo„luntario licitum id omnino eſſe alibi docuit.

„*k*) (LACTANTIOM:) *De juſtitia c. 9.*

„*l*) (NOSTRI INGENII:) I. e. moribus & inſti„tutis noſtris imbutorum. *Gron. h.*

 „*m*)

tur: *An quos captivos abduceres gladio tuo & arcu tuo eos interimeres?* Apud Euripidem in Heraclidis quærenti nuntio,
Verſ. 1011.

Hoſtem perimere veſtra lex ergo vetat?

Reſpondet chorus,

Quem Mars reliquit prælio ſuperſtitem.

Ibidem Euryſtheus captivus:

Quæ me necabunt non erunt [n] *puræ manus.*

Lib. 12. c. 82. Apud Diodorum Siculum Byzantii & Chalcedonii, quod captivos ſatis multos interfeciſſent, hoc elogio notantur: ἐπετέλησαν πράξεις
Lib. 13. c. 25. 26. ὠμότητι παραφερούσας: *perpetrarunt facinora eximiæ crudelitatis.* Idem alibi [o] captivis parcere vocat τὰ κοινὰ νόμιμα, [p] *jus commune:* qui aliter agunt, eos ait extra controverſiam peccare. Parcere captivis jubet boni & æqui natura, ut in Philoſophicis ſcriptis dicentem
De Clement. l. 1. c. 18. [q] Senecam non diu eſt cum audivimus. Et laudari in hiſtoriis eos videmus, qui cum nimia captivorum multitudo oneri aut periculo eſſe poſſet, dimittere omnes quam occidere maluerunt.

§. XIV.

I. [a] Eaſdem ob cauſas [b] vitam ſalvam paciſcentium, [c] ſive in prælio, [d] ſive in obſidione [e] non repudianda deditio. Ideo Arrianus
De Exped. Alex. l. 1. c. 9. [f] in deditos editam a Thebanis ſtragem ait, fuiſſe non Græci moris: οὐχ Ἑλληνικὴν σφαγήν. Ac ſimiliter Thucydides libro III,
Cap. 58. ἑκόντας τε ἐλάβετε, καὶ χεῖρας προισχομένους. ὁ δὲ νόμος τοῖς Ἕλλησι μὴ κτείνειν τούτους: *Volentes nos & manus tendentes accepiſtis in poteſtatem.* [g] Mos autem

„m) (ELISÆUS:) *2. Reg. 6. v. 22.*

„n) (PURÆ MANUS:) Liberæ a cædis crimine.

„o) (Grot.) (CAPTIVIS PARCERE:) Capitolinus M. Antonino: *æquitatem etiam circa captos hoſtes cuſtodivit.* (Cap. 24.

„p) (JUS COMMUNE:) Scilicet hominum, quo „intelligit jus naturæ.

„q) (SENECAM:) *Vid. ſupra c. 10. §. 1. n. 3.*

„(AD §. XIV.) Quæritur *an eorum, qui vitam* „*ſibi ſalvam paciſcuntur deditio repudiari poſſit?* „Auctor jure gentium voluntario, & in bello ſo„lenni id affirmat *L. 3. c. 4. §. 11.* at juxta juſtiti„am internam id negat *hoc §.* Niſi crimen com„miſerint morte dignum. *Vid. §. 16. infra.* Cocc. „*c. 4 §. 11. & 12.*

„a) (EASDEM OB CAUSAS:) Ob pudorem ſeu „æqui reſpectum, æqui bonique naturam.

b) (Grot.) (VITAM SALVAM PACISCENTIUM, SIVE IN PRÆLIO, SIVE IN OBSIDIONE, NON REPUDIANDA DEDITIO:) Romani Perſis, qui in arce Petræ erant, apud *Procopium*, Goth. IV. ὡς ἡμεῖς ὑμᾶς γε καὶ ζυγομαχοῦντας οἰκτείρομεν, καὶ θανατῶντας φειδόμεθα, καὶ πρὸς τὸν βίον ἐνδιαθρυπτομένους τε καὶ βλακεύοντας ἐλεεῖν ἀξιοῦμεν, ὡς Ῥωμαίοις Χριστιανοῖς νόμος· *nos vero veſtrum miſeremur jugum cervice jactantium, mortemque concupiſcentibus parcere volumus, & vitam delicate faſtidientes ſervare, ut decet Chriſtianos & Romani imperii cives.* (Cap. 12. Hiſt. miſcell.) Vide *Serranum* in rebus Franciſci I. & Henrici II.

„c) (SIVE IN PRÆLIO:) Ubi arma dejiciunt.

„d) (SIVE IN OBSIDIONE:) Ubi offerunt ſe „arma poſituros ſi fides detur vitam ſalvam fore „*Gron. h.*

„e) (NON REPUDIANDA DEDITIO:) Imo hoc „dependet ab arbitrio hoſtis, cum enim is qui re„parationi juris noſtri reſiſtit, injuriam faciat, ac „tot cædium aliarumque injuriarum cauſa, eoque, „ut Auctor alibi loquitur, mortem meritus ſit, „nec evitare captivitatem poſſit, ejus non eſt con„ditiones præſcribere, ſed eas potius a clementia „victoris expectare tenetur.

„f) (IN DEDITOS:) Arrianus agit de deditis „qui ſine conditione ſe dederunt: de quibus §. *ſeq.*

„g) (MOS AUTEM GRÆCORUM EST:) Non er„go de jure loquitur, ſed de more Græcorum. Mo„res

tem Græcorum eſt tales non interficere. Et apud Diodorum Siculum Syracuſani ſenatores: σώζειν τὸν ἱκέτην ἄξιον τῆς μεγαλοψυχίας, [b] *magno animo dignum eſt ſupplici parcere.* Sopater: νόμος ἐςὶ τὰς ἱκέτας σώζειν ἐν τοῖς πολέμοις: [i] *moris eſt in bellis ſervare ſupplices.* *Biblioth. Lib. XI. c. 91.*

2. In obſeſſis oppidis obſervatum a Romanis, [k] antequam murum aries percuſſiſſet. Cæſar Aduaticis denuntiat [l] ſe eorum civitatem conſervaturum, ſi priusquam aries murum attigiſſet ſe dedidiſſent; qui mos nunc quoque obtinet in locis infirmis [m] antequam machinæ igniariæ explodantur: in munitioribus, [n] antequam in mœnia impetus fiat. At Cicero, non tam quid fiat quam quid natura æquum ſit reſpiciens, ſic ea de re pronuntiat: *Et cum iis quos vi deviceris conſulendum eſt, tum ii* [o] *qui armis poſitis ad imperatorum fidem confugiunt, quamvis murum aries percuſſerit, recipiendi.* Notant Hebræi interpretes majoribus ſuis in more fuiſſe, ut quam oppugnarent urbem eam [p] non cingerent corona, ſed [q] partem liberam relinquerent effugere volentibus, quo minori ſanguine res tranſiret. *Lib. 2. de bello Gall. c. 32.* *Off. 1. c. 11.*

§. XV.

[a] Eadem æquitas jubet parci his, [b] qui ſine conditionibus ſe victori permittunt, aut ſupplices fiunt. *Trucidare deditos ſævum* cenſente Tacito. [c] Salluſtius ſimiliter de [d] Campſanis qui ſe Mario dedi-derant, *Ann. 12, 17.* *Bell. Jug. c. 96. Ed. Waſſ.*

„res Romanorum contrarii fuere. *Vid. l. 3. c. 4.* „*§. 12.*

„*b*) (MAGNO ANIMO DIGNUM:) Generoſitatis „ergo id eſt, at non juris.

„*i*) (MORIS EST:) Apud Græcos.

„*k*) (ANTEQUAM MURUM ARIES PERCUSSIS„SET:) Aries eſt Machina contentis funibus acta „& emittens grande telum ad ſolvendam com„miſſuram ſaxorum in muris *Gron. h.* formam ex„hibet *Daniel Hiſtoire de la milice Gauloiſe.*

„*l*)(SE EORUM CIVITATEM CONSERVATURUM:) „Dixi hoc meri arbitrii eſſe: Is qui obſidet oppi„dum deditionem conditionatam ſemper repudi„are & injuriæ reparationem armis quærere poteſt.

„*m*) (ANTEQUAM MACHINÆ IGNIARIÆ EX„PLODANTUR:) Sinan Barbarus apud Thuanum, „*l. 7. p. 154.* dixit, poſt tormentis verberatum „murum conditiones deditionis facere inſolens eſſe „quare ſine conditione ſe dederent.

„*n*) (ANTEQUAM IN MOENIA IMPETUS FI„AT:) Imo hodie proſtrata tormentis mœnio„rum parte: (Wann eine Breche gemacht iſt) „adeoque quoties obſeſſi pertinaciter, citra omnem „ſpem reſiſtendi, ad extrema proceſſerunt. (cu„jus rei exemplum eſt apud *Liv. l. 7. c. 29.*)

„*o*) (QUI ARMIS POSITIS AD IMPERATORUM „FIDEM CONFUGIUNT:) Cicero loquitur de eo „quod officii & virtutis eſt.

„*p*)(NON CINGERENT CORONA:) Ab omnibus „partibus clauderent exitus *Gron. h.*

q) (Grot.) (PARTEM LIBERAM RELINQUERENT EFFUGERE VOLENTIBUS:) Sic Scipio Æmilianus, cum Carthaginem everſurus eſſet, edixit: *fugerent, qui vellent.* Polybius. [Nihil tale reperio apud POLYBIUM; & vereor ut memoria Auctorem noſtrum ſefellerit. *J. B.*]

ADDITIO.

„Morem hunc Hebræorum refert Seldenus *de* „*jur nat. l. 6. c. 15. in f.* ex Moſe Mikotzi: Idem „fecit Cyrus *Xen. Exped. Cyr. l. 4. p. 345. Teſm. h.*

„*a*) (EADEM ÆQUITAS:) Eadem boni & æqui „natura, idem pudor, ſeu æqui reſpectus, quem „juri gentium voluntario perpetuo opponit, & „de cujus licentia egit ſupra *l. 3. c. 4. §. 12.*

„*b*) (QUI SINE CONDITIONIBUS:) Imo qui ar„bitrio victoris ſe ſubmittit æque ejus ſeveritatem „metuere, quam clementiam exſpectare debet: „exempla ubi ſævitum eſt in ejusmodi deditus vide „*d. c. 4. §. 12 & l. 3 c. 20. §. 50. n. 5. & §. 51.* „Dedititii apud Iſraelitas, ſervitutem perſonalem „ſervire cogebantur *l. 2. c. 13. §. 4. n. 3.*

„*c*) (SALLUSTIUS:) *L. 1. Jugurt. c. 91.*

„*d*) (CAMPSANIS:) Salluſtio Capſanis. *Salluſt.* „*bell. Jugurt. l. 1. c. 89. ſeq.*

derant, cum puberes interfectos narraſſet addit, [e] facinus fuiſſe contra jus belli, [f] naturale ſcilicet. [g] Idem alibi: *non armatos neque in prælio belli jure, ſed ſupplices interfectos.* Et Livio, ut jam [h] diximus, *jure belli in armatos repugnantesque cædes;* & [i] alibi: *qui deditis contra jus ac fas bellum intuliſſet.* Imo & in hoc laborandum, [k] ut potius metu ad deditionem cogantur quam ut interficiantur. Laudatur id [l] in Bruto, qui adverſarios ὐκ εἴασεν ἐμβαλεῖν, ἀλλὰ περιέπεμψεν φείδεσθαι κελεύων, ὡς μετὰ μικρὸν ἰδίων ἐσομένων: *non paſſus eſt impetu oppugnari, ſed equitatu circumdedit: parci jubens ut mox ſuis futuris.*

Orat 1. de rep. ord u 36. Fragm. lib. 6. Lib. 28, 23. Lib. 42, 23. Plutarch in Brut. pag 996. A.

§. XVI.

1. Adverſus hæc [a] æquitatis ac juris naturalis præcepta exceptiones adferri ſolent [b] minime juſtæ, nempe [c] ſi talio exigatur, [d] ſi terrore opus ſit, [e] ſi pertinacius reſtitum ſit. Atqui hæc [f] non ſufficere ad juſtam cædem facile intelliget qui eorum meminerit, quæ de juſtis occidendi cauſis [g] ſupra ſunt prodita. A captivis & deditis aut dedere ſe cupientibus [h] periculum non eſt: ut ergo juſte occidantur [i] oportet crimen antecedat, & quidem tale quod æquus judex morte vindicandum cenſeret. Atque ita videmus interdum in captos aut deditos ſævitum, aut deditionem ſub vitæ pacto non acceptam, [k] ſi qui de injuſtitia belli convicti, tamen in armis

Vide Vid. de jur belli n. 49. & 60.

„e) (FACINUS FUISSE CONTRA JUS BELLI:) „Non aliud ſenſere Romani Imperatores *Vid. d. c. 4. §. 12* ſed & ratio ab ipſo Salluſtio addita „juſtum hoc factum reddit, *genus* ait, *hominum* „*mobile, infidum ante neque beneficio neque metu* „*coercitum.*

„f) (NATURALE SCILICET:) Quod diſtinguit „a licentia juris gentium, de qua *l.* 2. *c.* 4. §. 12.

„g) (IDEM ALIBI:) De republ. ord.

„h) (DIXIMUS:) *Supra §. 10. n. 1.*

„i) (ALIBI:) Conf. *Liv. l. 7. c. 27. in fin. L. 30.* „*c. 7. l. 38. c. 32. L. 37. c. 32.*

„k) (UT POTIUS METU AD DEDITIONEM COGANTUR:) Dixi jam hæc ab arbitrio hoſtis pendere.

„l) (IN BRUTO:) Apud Plutarchum: ſed loquitur de bello civili.

„a) (ÆQUITATIS AC JURIS NATURALIS PRÆCEPTA:) Dixi jam deditos abſque conditione „ſervos fieri, eoque interfici poſſe.

„b) (MINIME JUSTÆ:) Imo juſtiſſimæ.

„c) (SI TALIO EXIGATUR:) De qua egimus *l.* „3. *c.* 4. §. 13. exemplum in Thracis vide apud „*Flor. l. 3. c. 4.* ita obſervatum fuit, neque Hiſpanorum in Batavos, neque Gallorum Ligistarum „in Proteſtantes ſævitiam aliter quam pari ſævitia „coerceri potuiſſe *Gron. h.* adeoque tunc erit ſpecies neceſſariæ defenſionis.

„d) (SI TERRORE OPUS SIT:) Si unius ſeveritatis exemplo multis aliis poſſit metus fieri ut „repugnare deſinant: *Gron. h.* Nam tunc quoque „id pertinet ad juris noſtri reparationem.

„e) (SI PERTINACIUS RESTITUM SIT:) Si „diutius reſiſtendo occaſiones promovendæ victoriæ eripuerint victori: *Gron. h.*

„f) (NON SUFFICERE AD JUSTAM CÆDEM:) „Imo ſufficiunt jure naturæ.

„g) (SUPRA:) *L. 3. c. 4. §. 13.* ubi id plenius „examinavimus.

„h) (PERICULUM NON EST:) Dixi alibi jus occidendi non ſaltem a periculo eſſe, ſed & injuria ab hoſte nobis illata, etſi hoſtis eſſe deſinat.

„i) (OPORTET CRIMEN ANTECEDAT:) An vero magis enorme crimen committi poteſt quam „illud quod ab hoſte committitur, qui cives noſtros necavit res eorum abſtulit, vel vaſtavit, & „quidem ex judicio noſtræ civitatis ſumma injuria.

„k) (SI QUI DE INJUSTITIA BELLI CONVICTI „TAMEN IN ARMIS PERSTITISSENT:) Idem dicendum etſi de juſtitia belli convictus ſit quia id „non dependet a judicio & convictione captorum; „ſufficit enim victorem aſſerere hoſtem, jam captum & deditum, injuria egiſſe: indeque pœnam

armis perſtitiſſent, [l] ſi immanibus convitiis famam hoſtis laceraſſent, [m] ſi fidem violaſſent, [n] aut aliud gentium jus, ut legatorum, [o] ſi transfugæ eſſent.

2. At [p] talionem natura non admittit, niſi in ipſos qui deliquerunt: [q] neque ſufficit quod hoſtium unum quaſi corpus fictione quadam intelligatur, ut ex iis poteſt intelligi quæ de pœnarum communicatione [r] ſupra a nobis tractata ſunt. Apud Ariſtidem legimus: πῶς ȣ̓κ ἄτοπον κατηγορεῖν μὲν καὶ λέγειν ὡς ἁμαρτήματα συμβαίη, μιμεῖσθαι δ᾽ ἀξιȣ̃ν ὡς ὀρθῶς ἔχοντα; *Nonne abſurdum, ea* [s] *quæ accuſes & prave facta dicas tanquam recta velle imitari?* Accuſat Syracuſanos hoc nomine [t] Plutarchus, quod Hicetæ uxores ac liberos occiderint, ideo tanquam quod Hicetas Dionis uxorem ſororem & filium interfeciſſet. *Lib. 2. c. 21. §. 18. De pace 2. pag. 75. C. Tom. II. Plut. Tim. p. 252. C. & Dione p. 983. E.*

3. Utilitas etiam quæ ex terrore in poſterum ſperatur, [u] ad jus dandum cædis non pertinet; [v] ſed ſi ſubſit jus, poteſt inter cauſas eſſe [w] ob quas jus non remittatur.

4. Obſtinatius autem ſtudium in ſuas partes, ſi modo cauſa earum non ſit omnino inhoneſta, [x] ſupplicium non meretur, ut apud Procopium differunt Neapolitani; aut ſi qua ejus pœna eſt, [y] non debet ad mortem pervenire: neque enim id ſtatueret æquus judex. *Lib. 1. Goth. c. 10.*

Alexan-

„nam cum in poteſtate ejus ſit, meritum eſſe.

„l) (SI IMMANIBUS CONVITIIS FAMAM HOSTIS LACERASSENT:) Ut Cæcinna Cæſaris Julii „*Cic. 6. fam. 7.* ut Thebani obſeſſi per præconem in altiſſima turre ſtatutum proclamaverant „Tyrannum Græciæ Alexandrum. *Diod. Sic. l. 19.* „*c. 9.* Ut Athenienſes Sullam obſidentem exaſperarunt. *Plut. de garrul. p. 505. Gron. b.*

„m) (SI FIDEM VIOLASSENT:) *Cæſar l. 1. bel.* „*gal. 27. & l. 2. c. 23.* item *de bell. civ. l. 2. c. 14.* „*Gron. b.*

„n) (AUT ALIUD GENTIUM JUS UT LEGATORUM:) Exempla vide *ſupra l. 2 c. 18.*

„o) (SI TRANSFUGÆ ESSENT:) Tunc ex duplici capite puniri poſſunt, tum quia perfidi ſunt, „& perjuri, tum quia hoſtes ſunt.

„p) (TALIONEM NATURA NON ADMITTIT „NISI IN IPSOS QUI DELIQUERUNT:) *Vid. l. 2. c.* „20. §. . Delinquunt autem etiam qui delinquentium factum approbant, aut opibus vel conſilio „adſiſtunt quales ſunt ſubditi omnes, qui factum „principis defendere tenentur quæ plenius examinavimus ſupra *l. 3. c 4. §. 15.*

„q) (NEQUE SUFFICIT QUOD HOSTIUM UNUM „QUASI CORPUS FICTIONE QUADAM INTELLIGATUR:) Talionis æquitas non ex ficta aliqua unitate nritur, ſed quia ſubditi factum civitatis approbant & defendunt: adeoque delicti ſunt participes. Qund late probavit B. Parens *in diſſ. de* „*Sacros: talionis jure* §. 47. & *ſeq.*

„r) (SUPRA:) *L. 1. c. 21. §. 7. 12. & 17.*

„s) (QUÆ ACCUSES ET PRAVE FACTA DICAS „TANQUAM RECTA VELLE IMITARI:) Male hic „applicatur Ariſtidis locus, non enim imitatur qui „talionem exigit, ſed potius juſtas pœnas ſtatuit „delinquentibus.

„t) (PLUTARCHUS:) Locum hunc & factum „Syracuſanorum examinavit B. Parens *in d. diſſ.* „§. 48.

„u) (AD JUS DANDUM CÆDIS NON PERTINET:) Si differretur victoria per reſiſtentiam & „utilitas ex terrore oriretur, jam id ad neceſſitatem reparandi juris pertinebit: ſed negari nequit „alteri tantundem licere, non ſaltem jure talionis, ſed & jure belli.

„v) (SED SI SUBSIT JUS:) Si ſcilicet factum „aliquod pœna dignum commiſit is qui pertinaciter reſiſtit.

„w) (OB QUAS JUS NON REMITTATUR:) „Senſus eſt quod gravius in tales reſiſtentes conſulere victor poſſit, forte remiſſurus pœnam meritam ſi non reſtitiſſent.

„x) (SUPPLICIUM NON MERETUR:) Iisdem „fere verbis Auctor hæc expoſuit ſupra *l. 3. c. 4.* „*§. 13. n. 2.* ubi dictum eſt jure belli in omnes qui „hoſtilia agunt ſæviri poſſe.

„y) (NON DEBET AD MORTEM PERVENIRE:) „Jure naturæ id licet, at generoſius eſt eo abſtinere.

„z)

Polyæn. libro 4 c 3. n. 30 Alexander, cum in oppido quodam quod acrius reſtiterat puberes omnes juſſiſſet interfici, viſus eſt Indis bellare latronum more: eamque famam reveritus Rex victoria clementius uti cœpit. Melius idem Mileſiis quibusdam parci voluit, ὅτι γενναῖοί τε καὶ πιςοὶ αὑτῷ ἐφαίνοντο, De Exped. Alex Lib. 1. c. 20 *quod eos videret generoſos ac ſuis fidos eſſe*, quæ Arriani verba ſunt. Phyto Reginorum prætor, cum ob pertinacius defenſam urbem a Dionyſio ad cruciatus & mortem raperetur, exclamavit, eo quod urbem noluiſſet prodere ſupplicio ſe affici, cujus ultionem Deus Bibl biſt. 14. 113. brevi eſſet exacturus. Diodorus Siculus pœnas has iniquas [z] ἐκνόμους τιμωρίας vocat. Valde mihi placet votum quod eſt apud [aa] Lucanum: Pharſal 7. 312. & ſeq.

Vincat, quicumque neceſſe
Non putat in victos ſævum diſtringere ferrum,
Quique ſuos cives [bb] *quod ſigna adverſa tulerunt*
Non credit feciſſe nefas:

[cc] Dum tamen civium nomine intelligamus non hujus aut illius regionis [dd] ſed communis illius ex humano genere conſtantis cives.

5. Multo vero minus cædem juſtam facit [ee] dolor ex accepta clade, ſicut Achillem, Æneam, Alexandrum amicis ſuis ſanguine captorum aut ſe dedentium [ff] parentaſſe legimus. Itaque Homerus merito illud accinit: Iliad. 23. 24. 176.

Κακὰ δὲ φρεσὶ μήδετο ἔργα.
[gg] *Facinusque animo verſabat iniquum.*

§. XVII.

Sed & ubi delicta ſunt talia ut morte digna videri poſſint, miſericordiæ erit [a] ob multitudinem eorum aliquid decedere de ſummo jure: cujus clementiæ auctorem ipſum habemus Deum, qui Cananæis

„z) (Ἐκνόμους τιμωρίας:) Inoſitatas pœoas.
„aa) (LUCANUM:) *L. 7. v. 312.*
„bb) (QUOD SIGNA ADVERSA TULERUNT:) „Noo ſceleratus & obnoxios ſupplicio eſſe judi„cat, quod hoſtes fuerunt. *Gron. h.*
„cc) (DUM TAMEN CIVIUM NOMINE:) Luca„nus enim loquitur de bello civili.
„dd) (SED COMMUNIS ILLIUS EX HUMANO „GENERE CONSTANTIS CIVES:) Supponit Auctor „ſocietatem generis humani, & civitatem aliquam „communem qualem non dari diximus.
„ee) (DOLOR EX ACCEPTA CLADE:) Imo eo „major eſt injuria, quo plures cædes committit „is quem per ſcelus arma in nos vibrare aſſeri„mus adeoque eo major vindicta eſſe debet.
„ff) (PARENTASSE LEGIMUS:) Conf. *Curt. 9. 5.*
gg) (Grot.) (FACINUSQUE ANIMO VERSABAT INIQUUM:) Crudele hoc viſum ſæculis poſterioribus notat ad X. Æneidos *Servius*. (ad verſ. 519.)
„(AD §. XVII.) Auctor ait miſericordiæ eſſe „deditis, etſi morte dignum aliquid commiſeriot, „parcere ob multitudinem, quia multi inſontes „in tanta multitudioe eſſe poſſint, indeque tutius „eſſe plures ſontes ſervare quam unum inſontem „damoare: At cum ſæpius dictum ſit oemioem „in civitate hoſtili inſontem eſſe, quia omnes re„parationi juris noſtri reſiſtuot, cauſam principis „ſui ſequuntur, eamque operis opibus & conſilio „defendunt. Etſi igitur propter ſpeciale crimen „puniri non poſſint, poſſunt tamen ob injuriam „quam tanquam hoſtes nobis intulerunt.
„a) (OB MULTITUDINEM EORUM:) *Vid. ſuprà* „*l. 2. c. 21. §. 7. & h. c. §. 5.* Conf. *Flor. l. 4. c. 6.* „*Seneca. l. 3. de benef. c. 16. Lucan. 5. v. 260. Plin.* „*l. 10.*

næis eorumque vicinis populis longe flagitioſiſſimis pacem offerri voluit, quæ vitam ipſis ſub tributaria conditione concederet. Pertinet huc [b] Senecæ dictum: *In ſingulos ſeveritas imperatoris diſtringitur: at neceſſaria eſt venia ubi totus deſeruit exercitus. Quid tollit iram ſapientis?* [c] *Turba peccantum.* Et Lucani illud: *De Ira, II, 10.* *Pharſ. Lib. II, verſ 198, & ſeq.*

Tot ſimul infeſto juvenes occumbere letho
Sæpe fames pelagique furor, ſubitæque ruinæ,
Aut cœli terræque lues, aut bellica clades,
Nunquam pœna fuit.

Ne nimium multi pœnam ſubirent [d] *ſortitio comparata eſt*, inquit Cicero. Salluſtius ad Cæſarem: *Neque quiſquam te adcrudeles pœnas aut acerba judicia invocat, quibus civitas magis vaſtatur quam corrigitur.* *Pro Cluent. c. 46. Orat. I. De Rep. ordin. C. 40 lib 6. Fragm.*

§. XVIII.

1. De obſidibus quid ex jure naturæ ſtatuendum ſit accipi poteſt ex iis [a] quæ in ſuperioribus dicta a nobis ſunt. [b] Olim cum vulgo crederetur quisque in vitam ſuam id juris habere [c] quod in res alias quæ in proprietatem veniunt, [d] atque id jus conſenſu aut tacito [e] aut expreſſo a ſingulis perveniſſe ad civitatem, minus mirandum eſt [f] ſi obſides privatim innoxios ob peccatum civitatis morte affectos

„*l. 10. ep. 97. Camd. p. 4. p. 802. Auguſt. de Civ.* „*Dei 6. 12.*

„*b*) (SENECÆ:) *L. 2. de ira c. 20.*

c) (Grot.) (TURBA PECCANTUM:) *Quicquid multis peccatur, inultum eſt.* Scholiaſtes *Juvenalis* ex *Lucano.* [ubi legitur, *Lib.* V. verſ. 260.] Livia apud *Xiphilinum* ex Dione: ἄν τε τις πάντα ἁπλῶς τὰ τοιαῦτα κατὰ τὴν ἀξίαν κολάζῃ, λήσει τοὺς πλείους τῶν ἀνθρώπων ἀπολέσας· *ſi quis talia omnia rigore punire velit, non videt eo ſe ferri, ut maximam hominum partem interimat.* (Pag, 87. *Ed. R. Stephan.*) *Auguſtinus* epiſtola LXIV. *Magis monendo, quam minando. Sic enim agendum eſt cum multitudine peccantium; ſeveritas autem exercenda eſt in peccata paucorum.* (Epiſt. XXII. §. 5 *diviſ. Benedictin Edit.*) Adde *Gailium* de pace publica lib. II, cap. 9, 36.

„*d*) (SORTITIO COMPARATA EST:) Quæ & „decimatio vocatur, quia decimus quisque ſorte „eligitur ad pœnam.

„(AD §. XVIII.) Quærit Auctor *an obſides juxta juſtitiam internam interfici poſſint?* Equidem „de juſtitia externa, i. e. jure gentium voluntario „id affirmavit Auctor ſupra *l.* 3 *c.* 4. §. 14. At ju„re naturali id negat: Nos *jus gentium* non dari „toties diximus; *jure naturæ* obſides omnino oc„cidi poſſe jure belli certum eſt: Si hoſtis fidem „datam violat: factum enim hoſtis approbat & ap„probare tenetur, adeoque hoſtis eſt ipſe.

„*a*) (QUÆ IN SUPERIORIBUS:) Vide *indicem* „voce *obſides.*

„*b*) (OLIM CUM VULGO:) Late mentem Au„ctoris explicavimus *ſupra l. 2. c. 21.* §. 11. & di„ximus jus in obſides non venire ex eorum pacto, „ſed ex eo quod judicium hoſtis fidem datam „violantis ſequantur illudque approbent, vel pro„bare teneantur.

„*c*) (QUOD IN RES ALIAS QUÆ IN PROPRIETATEM VENIUNT:) Si fidejuſſores a non hoſte „propter crimen morte dignum dantur, certum „eſt occidi fidejuſſorem non poſſe, & hactenus „verum eſt non idem jus fidejuſſori in vitam „competere quod in res ſuas: At aliud eſt in fidejuſſore hoſte qui ipſe ut hoſtis mori meretur.

„*d*) (ATQUE ID JUS CONSENSU AUT TACITO „AUT EXPRESSO A SINGULIS PERVENISSE AD „CIVITATEM:) Senſus eſt, quod civitas quinque „obſides invitos dare eorumque vitam obligare „poſſit, quia dum cives ſiunt facultatem eos pro „utilitate publica dedendi in civitatem transtuliſſe „videntur *l.* 3. *c.* 4. §. 14. *l.* 3. *c.* 20. §. 54.

„*e*) (AUT EXPRESSO:) Si ſcilicet conſentiunt. „*d.* §. 14.

„*f*) (SI OBSIDES PRIVATIM INNOXIOS:) Diximus non eſſe innoxios, quia hoſtes fuere, & fide in quam obſides dati ſunt violata hoſtes manent.

affectos legamus, ſive tanquam [g] ex ſuo peculiari conſenſu [h] ſive tanquam ex publico cui & ſuus includeretur. At [i] poſtquam verior ſapientia nos docuit dominium in vitam [k] Deo exceptum, ſequitur ut [l] ſolo conſenſu nemo jus cuipiam dare poſſit in vitam aut ſuam, aut civis ſui. Atque ideo Narſeti bono duci atrox viſum de innoxiis obſidibus ſupplicium ſumere narrat Agathias: [m] de aliis alii: etiam [n] Scipionis exemplo, qui ajebat ſe non in obſides innoxios [o] ſed in ipſos qui defeciſſent ſæviturum: [p] nec ab inermi ſed ab armato hoſte pœnas expetiturum.

Vict. de jure belli n. 43. *Lib. 1. c. 7.* *Livius lib. 28. c. 34.*

2. Quod autem [q] ex recentioribus Iuriſconſultis non ignobiles, [r] conventiones tales valere dicunt [s] ſi moribus firmentur, accipio, [t] ſi jus vocant ſolam impunitatem, quæ in hoc argumento [u] ſæpe venit ſub tali nomine: [v] ſin a peccato immunes putant qui ex conventione ſola vitam adimunt alicui, vereor ne & fallantur ipſi, & periculoſa auctoritate alios fallant. Plane ſi qui obſes venit [w] eſt aut ante fuit in numero graviter delinquentium; [x] aut poſtea fidem a ſe datam in re magna fefellit, fieri poteſt ut ſupplicium injuria vacet.

Menoch. arb. q. 7.

At [y] Clœliæ quæ [z] non ſua ſponte ſed civitatis juſſu obſes venerat,

„g) (EX SUO PECULIARI CONSENSU:) Quia ul„tro ſe obtulerunt *d.* §. 14.

„h) (SIVE TANQUAM EX PUBLICO CUI ET „SUUS INCLUDERETUR:) Dum enim ſe civem con„ſtituit arbitrio civitatis omne jus ſuum ſubjicere „videtur: Conf. *Supra l. 2 c. 5.* §. 17.

„i) (POSTQUAM VERIOR SAPIENTIA NOS DO„CUIT:) Imo gentes quoque ex lumine rationis „idem ſenſerunt neque ex ea ratione obſides mor„te mulctatos eſſe vidimus.

„k) (DEO EXCEPTUM:) Deus enim conceſſit „ſaltem homini jus ad conſervandam vitam non „ad perdendam. *Vid. l. 2. c.* 17. *§.* 2. *n.* 1. *c.* 21. „*§.* 11. *n.* 2. *L.* 3. *c.* 2. §. 6. *&* *L.* 2. *c.* 20. §. 43. „*n.* 2. Jus autem auferendi vitam ſoli Deo reſer„vatum eſſe alibi demonſtravimus: Vide *l.* 1. *c.* „3. § 3. *n.* 1. *L,* 2. *c.* 19. §. 5. *n.* 4. *L.* 2. *c.* 21. §. „14. *n.* 1.

„l) (SOLO CONSENSU:) Hoc veriſſimum eſt. „At obſides non tenentur ex ſolo conſenſu, ſed „ut hoſtes.

„m) (DE ALIIS ALII:) Vide *l. 2. c. 21. §. 11.* „*l. 3. c. 20. §. 52.*

„n) (SCIPIONIS EXEMPLO:) *Liv. l. 28. cap. 34.*

o) (Grot.) (SED IN IPSOS QUI DEFECISSENT SÆVITURUM:) Idem ait *Julianus* apud Eunapium excerpto legationum 1. *pag. 9. Ed. Hæſch.*

„p) (NEC AB INERMI SED ARMATO HOSTE:) „Conſ. §. *9.* *§. 14. & 15. ſupra.*

„q) (EX RECENTIORIBUS JCTIS NON IGNO„BILES:) Imo Menochius quem Auctor allegat „contrarium ſtatuit. *arb. qu. 284.* & late autori„tates Dd. colligit, Conſ. *Barboſa, in loc. com.* „*voce Membra:* Unde nec in criminibus pro alio „fidejubere licet. *Viv. 2. dec. 215.*

„r) (CONVENTIONES TALES:) Quibus vita pro „aliis obligatur.

„s) (SI MORIBUS FIRMENTUR:) Si quo in po„pulo uſu invaluiſſent. *Gron. h.*

„t) (SI JUS VOCANT SOLAM IMPUNITATEM:) Quia ſcl. id quod lege civili permittitur in foro „ſoli pœnæ ſubjectum non eſt.

„u) (SÆPE VENIT:) Vid. *indicem*, voce *impu„nitas.*

„v) (SIN A PECCATO IMMUNES PUTANT:) „i. e. Jure naturæ, ſeu juxta juſtitiam internam.

„w) (EST AUT ANTE FUIT IN NUMERO GRA„VITER DELINQUENTIUM:) At ex judicio noſtræ „civitatis ſemper eſt e delinquentium numero „quatenus ut hoſtis conſideratur.

„x) (AUT POSTEA FIDEM A SE DATAM IN „RE MAGNA FEFELLIT:) Tunc ex duplici capite „puniri poteſt, tum ut hoſtis, tum ut perfidus.

„y) (CLOELIÆ:) Hiſtoriam exhibet Florus *l. 1.* „*c. 10. & Liv. l. 2. c. 13.* factum hoc examinavi„mus. *L.* 3. *c.* 4. §. 14. *& c.* 20. §. 54.

„z) (Grot) (NON SUA SPONTE:) Confer hiſtoriam obſidum id onus detrectantium & ob id punitorum, apud *Nicetam* libro II. (in Vit. *Iſac Ang.* C. 7.)

ADDITIO.

„Quæſtionem an fugere liceat obſidi ex pro„feſſo

nerat, cum tranato Tyberi effugiſſet, *apud regem Etbruſcum non tuta ſolum ſed & honorata virtus fuit*, quæ [aa] Livii in hac re enarranda verba ſunt. *Lib. II. c. 13.*

§. XIX.

Illud adhuc addendum eſt, [a] omnes commiſſiones quæ ad jus conſequendum aut bellum finiendum nullius ſunt uſus, ſed meram habent [b] virium oſtentationem propoſitam, id eſt, ut Græci loquuntur, ἐπίδειξιν ῥώμης μᾶλλον ἢ πρὸς πολεμίȣς ἀγῶνα, [c] & cum officio Chriſtiani hominis & cum ipſa humanitate pugnare. Itaque ſerio hæc vetare debent rectores, inutiliter fuſi ſanguinis [d] rationem ei reddituri cujus vice gladium geſtant. Quippe & [e] Salluſtio laudati duces, qui [f] incruento exercitu victoriam deportarent. Et de Cattis notæ virtutis populo Tacitus: [g] *rari excurſus & fortuitæ pugnæ.* *Arr. lib. I.* *Germ. c. 30.*

CAPUT XII.

Temperamentum circa vaſtationem, & ſimilia.

I. *Quæ vaſtatio juſta ſit & quatenus.*
II. *Abſtinendum a vaſtatione, ſi res nobis fructuoſa ſit & extra hoſtis poteſtatem.*
III. *Si magna ſit ſpes celeris victoriæ:*
IV. *Si hoſtis habeat aliunde quo ſe ſuſtentet:*
V. *Si res ipſa ad bellum fovendum nullius ſit uſus.*
VI. *Hoc maxime locum habere in his quæ ſacra ſunt aut ſacris accedunt:*
VII. *Item religioſis:*
VIII. *Utilitates, quæ ex tali moderatione ſequuntur, annotata.*

§. I.

„feſſo tractabimus infra *lib. 3. cap. 20. §. 54.*

„aa) (LIVII:) *L. 2. c.* 13.

„a)(OMNES COMMISSIONES QUÆ AD JUS CON„SEQUENDUM &C. NULLIUS SUNT USUS:) Uti di„micationes ſingulares; de quibus *ſupra c. 3. §.* „*20. 43. & c. 23.* §. 10. *l. 2. c.* 1. §. 10. & 15.

„b) (VIRIUM OSTENTATIONEM:) Exempla „ſunt apud *Liv. l. 8. c. 7. Thuan. l. 15. p.* 316. „*2 Sam. 2. v.* 14.

„c) (ET CUM OFFICIO CHRISTIANI HOMINIS „ET CUM IPSA HUMANITATE PUGNARE:) Quia „nihil faciunt ad reparationem juris noſtri:

„d) (RATIONEM REDDITURI EI CUJUS VICE GLADIUM GESTANT:) Nimirum ſummo numini.

„e) (SALLUSTIO:) *De republ. ord. c.* 1.

„f) (INCRUENTO EXERCITO:) Similia vide „apud Plinium *l. 2. ep. 7. Ovid. amor. 2. Eleg.* 12. „*Appian. bell. Mithr. n.* 219. *Liv. 3. 28. Tesm. h.* „Conſ. ea quæ dicta ſunt ſupra *l. 2. c. 23.* §. *7. 8.* „& 10. *item l. 3. c. 1. §. 6.* & §. 17.

g) (Grot.) (RARI EXCURSOS ET FORTUITÆ PUGNÆ:) Demetrium reprehendit *Plutarchus:* Φιλονεικίας ἕνεκα μᾶλλον ἢ χρείας μάχεσθαι καὶ κινδυνεύειν τȣ̀ς ςρατιώτας ἀναγκάζοντ☉-. *quod gloriæ magis ſtudio quam ex utilitate milites in pericula truderet, prœliisque objiceret.*(pag. 908.C.)

(AD §. 1.) Grotius in præcedente capite V. ſuppo„ſuit *jure gentium voluntario* in bello ſolenni (i. e. „quod inter duas ſummas poteſtates geritur, & indi„ctum eſt) præter licentiam interficiendi hoſtem „gentes etiam indulſiſſe facultatem vaſtandi res ho„ſtiles in infinitum, & nulla habita ratione juſtitiæ „cauſæ ex qua bellum geritur *d. cap. 3.* §. 1.

„Atque hanc licentiam gentes quoque exten„diſſe ait, ad res ſacras & religioſas. *d. c. 5.* §. *2.* & „3. ad effectum nimirum impunitatis: *i.* e. ne „tanquam devaſtator temerarius ab aliis gentibus „puniri poſſit.

„Hanc licentiam juris gentium hoc capite tem„perat, tum *ex jure naturæ.* tum ex *præceptis* „*virtutum*, tum ex *utilitatis rationibus.* Add. „*ſupr. c.* 10. §. 1. *n.* 1.

„*Jure naturæ* enim vaſtationem illicitam aſſe ait, „ſi juſta cauſa non adſit, vel ſi ultra debiti & pœ„næ modum vaſtatio ſit. *L.* 3. *c.* 1. §. 2. *ſeq. h. c.* „§. 3. Præterea etiam in juſto bello abſtinendum „eſſe ait, ab arboribus frugiferis quæ in noſtra „ſunt poteſtate. *cap. h.* §. 2. nec non ab iis rebus „quæ mox in poteſtate noſtra futuræ ſunt §. *ſeq.* 3. „item ſi hoſtium vires ex ea devaſtatione non mi„nuuntur §. *ſeq.* 4. Secus ſi populatio tendit ad „pacem brevi procurandam §. *ſeq.* 1. *n. f.* vel ſi „noſtræ

§. I.

1. [a] Res alterius ut perdere quis ſine injuria poſſit, [b] horum trium unum antecedat neceſſe eſt: aut [c] neceſſitas talis quæ in primi dominii inſtitutione excepta debeat intelligi; ut [d] ſi quis tertii gladium quo uſurus ſit furioſus periculi ſui evitandi cauſa in amnem projiciat, quo ipſo tamen caſu [e] manere obligationem damni
L. 2. c. 21. §. 9. reſarciendi ex veriore ſententia [f] alibi diximus: [g] aut debitum aliquod procedens ex inæqualitate; [h] nimirum ut res perdita imputetur in illud debitum quaſi percepta, [i] alioqui enim jus non eſſet: [k] aut meritum aliquod malum [l] cui pœna talis par ſit, aut cujus
Vict. de jure belli n. 52. & 56. menſuram pœna non excedat; nam ut recte notat ſani judicii [m] Theologus, ut propter pecora abacta aut domos aliquas incenſas [n] totum
Lib. 5. c. 11. regnum vaſtetur, æquitas non fert: quod & Polybius vidit, qui in bello

„noſtræ non inde augentur §. *ſeq.* 5. uti ſi res ſunt „ſacræ vel religioſæ § *ſeq.* 6 & 7.

„Vera principia expoſuimus ſupra *c.* 5. §. 1. „& quæ circa Grotii hypotheſin obſervanda ſunt „monuimus *cap.* 1. §. 1. *lit.*

„*a*) (RES ALTERIUS UT PERDERE QUIS SINE „INJURIA POSSIT:) Secus ac jure gentium volun„tario, ubi ex hypotheſi Auctoris perdere res ho„ſtiles licet in bello publico ſolenni, etſi injuria „bellum geratur. *l.* 3. *c.* §. 1.

„*b*) (HORUM TRIUM UNUM ANTECEDAT NE„CESSE EST:) Imo vaſtatio rei hoſtilis ſemper li„cita eſt in pœnam; cum enim hoſtem injuriæ re„parationi juris mei reſiſtentem, tanquam crimi„nis reum occidere poſſim, multo magis licitum „erit capere res ejus & vaſtare idque in infinitum „donec reparetur injuria.

„*c*) (NECESSITAS TALIS QUÆ IN PRIMI DO„MINII INSTITUTIONE EXCEPTA DEBEAT INTEL„LIGI:) Cum ex hypotheſi Auctoris omnia ab „initio inter homines communia fuerint, ſuppo„ſuit ſupra, ubi de hac communione egit, men„tem eorum, qui primi ab hac communione re„ceſſerunt & ſingularia dominia introduxerunt, „talem fuiſſe credendum eſſe, ut quam minime „ab æquitate naturali recederet: indeque conclu„dit in graviſſima neceſſitate reviviſcere jus illud „commune. *Vid. l.* 2. §. *6.* quam fabulam late re„futavimus ibidem.

„Ex hoc principio Auctor hic ait ob graviſſi„mam demum neceſſitatem, ob quam jus com„mune rerum reviviſcit, adeoque quæ a primis „dominis excepta videtur, vaſtari res hoſtiles poſ„ſe. Nos jam diximus vaſtari eas in pœnam ſem„per poſſe, & in infinitum.

„*d*) (SI QUIS TERTII GLADIUM &c. PROJI„CIAT:) Quia aliter periculum evitare non poteſt: „At tale periculum ſemper imminet ab hoſte, ad„eoque ſemper res ejus perdere poſſumus.

„*e*) (MANERE OBLIGATIONEM DAMNI RESAR„CIENDI:) Imo furioſo non fit injuria, ego meo „jure defenſionis utor.

„*f*) (ALIBI:) *L.* 2. *c.* 2. §. *9. L. 3. c.* 1. §. 5. *n.* 3.

„*g*) (AUT DEBITUM ALIQUOD PRÆCEDENS EX „INÆQUALITATE:) Ex hypotheſi Auctoris nulla „obligatio oritur niſi ubi contractus æqualis eſt. „*L.* 2. *c.* 12. §. *8.* adeoque ob inæqualitatem ei qui „læſus eſt jus dat repetendi: Si proinde is intra „hos fines res alterius, qui repetitioni reſiſtit, „perdit, putat Auctor id licitum eſſe per modum „compenſationis: *At d.* §. *8.* probavimus verum „non eſſe alterum contrahentium ex inæqualitate „obligari ad reſtituendum. Præterea applicari hoc „exemplum ad perditionem rerum hoſtilium, „quæ in pœnam fit, nulla ratione poteſt.

„*h*) (NIMIRUM UT RES PERDITA IMPUTETUR „IN ILLUD DEBITUM:) Per modum compenſa„tionis; quod verum non eſſe modo diximus.

„*i*) (ALIOQUI ENIM JUS NON ESSET:) Imo ci„tra compenſationem jus eſt vaſtandi res hoſtiles „in pœnam.

„*k*) (AUT MERITUM ALIQUOD MALUM:) Quod „talionem mereatur, ſeu pœnam.

„*l*) (CUI POENA TALIS PAR SIT:) Quia ex „hypotheſi Auctoris in hoſtem nihil licet niſi in„tra modum debiti & delicti: Quod ſupra *c.* 5. „refutavimus, pœna in hoſtem, qui noſtro judi„cio infinitas cædes, rapinas &c. injuria committit „in infinitum licita eſt: neque ulla proportio eſt „inter res hoſtiles quæ vaſtantur, & inter vitam „ſubditorum noſtrorum.

„*m*) (THEOLOGUS:) *Victoria de jure belli.*

„*n*) (TOTUM REGNUM VASTETUR ÆQUITAS „NON FERT:) Cur non, ſi alter pecora abacta re„ſtituere, & domos incenſas reparare nolit? Sane „hoſtis ipſe eſt cauſa damni, ſi rem illam quam „injuria detinet, reſtituere detrectat; & cum in„ternecione civium noſtrorum injuriam defendit.

„*o*)

bello [o] non in infinitum vult vagari pœnam, ſed usque eo ut delicta æquo modo expientur. [p] Et hæ quidem cauſæ & intra hos duntaxat fines faciunt ut abſit injuria.

2. Cæterum [q] niſi cauſa utilitatis ſuadeat, ſtultum ſit nullo ſuo bono nocere alteri. Ideo qui ſapiunt, utilitatibus moveri ſolent, quarum præcipua eſt illa quam annotavit Onoſander: τὴν γῆν τῶν πολεμίων φθειρέτω καὶ καιέτω καὶ τεμνέτω. ζημία γὰρ χρημάτων καὶ καρπῶν ἔνδεια μειοῖ πόλεμον, ὥσπερ ἡ ϐσία τρέφει: *Hoſtium terram perdere, urere, populari meminerit. Nam &* [r] *pecuniarum & frugum penuria bellum minuit: quantum auget copia:* a quo non diſcrepat illud Procli, ϛρατηγικὸν τὸ τῶν ἀγωνιϛῶν περικόπτειν τὴν εὐπορίαν, *boni eſt imperatoris hoſtium copias undique accidere.* De Dario [s] Curtius: *credebat inopia debellari poſſe nihil habentem niſi quod rapiendo occupaſſet.*

Strat. c. 6. *In Plat. de Rep. publ. p. 389.* *Lib. 4. c. 9. n. 8.*

3. Et illa quidem populatio ferenda eſt; [t] quæ brevi ad pacem petendam hoſtem ſubigit; quo genere belli uſus Halyattes in Mileſios, Thraces in Byzantios, Romani in Campanos, Capenates, Hiſpanos, Ligures, Nervios, Menapios. At ſi recte rem expendas, plerumque admittuntur talia [u] odio magis quam prudenti ratione. Ferme enim evenit [v] ut aut cauſæ illæ ſuadentes ceſſent, [w] aut ut aliæ ſint validiores quæ diſſuadeant.

Herod. l. 1. c. 17. Polyb. l. 4. c. 45. Frontin. Strat. 3. c. 4. n. 1. Liv. lib. 5. c. 12. Idem, Lib. 34. 17. 40. 39. Cæſ. de bello Gal lib. 6. c. 3. 6.

§. II.

„o) (NON IN INFINITUM VULT VAGARI POE„NAM:) Polybius ſupponit delicta æquo modo „expiata eſſe, at expiata dici non poſſunt quam„diu hoſtis injuriam illam defendit.

„p) (ET HÆ QUIDEM CAUSÆ, ET INTRA HOS „DUNTAXAT FINES FACIUNT UT ABSIT INJU„RIA:) Scl. Si res hoſtiles perduntur vel ob ne„ceſſitatem, vel ob debitum præcedens ex inæqua„litate, vel ob delictum.

„q) (NISI CAUSA UTILITATIS SUADEAT STUL„TUM SIT NISI SUO BONO NOCERE ALTERI:) „Imo ſtultum non eſt, ſi reo criminis jus quæſi„tum in pœnam aufertur, i. e. res ejus vaſtantur, „etſi mihi nullum inde bonum eveniat.

r) (Grot.) (PECUNIARUM ET FRUGUM PENURIA BELLUM MINUIT:) *Philo* de vita contemplativa: *οἱ πολέμιοι κείρουσιν ἢ δενδροτομοῦσι τὴν τῶν ἀντιπάλων χώραν, ἵνα σπάνει τῶν ἀναγκαίων πιεσθέντες ἐνδῶσι. ſolent hoſtes vaſtare & arboribus nudare terram hoſtilem, ut hoſtes eo facilius ſe dedant rerum neceſſariarum penuria.* (Pag. 891. D.) Idem in Diris: *ὅπλαν ἐργαζόμενοι συμφοράν, λιμὸν μὲν φίλοις, ἐχθροῖς δὲ περιουσίαν. duplex ſibi malum acquirunt, inopiam amicis, copiam hoſtibus.* (Pag. 930. A. init. lib.)

„s) (CURTIUS:) *L. 4 c. 14.*

„t) (QUÆ BREVI AD PACEM PETENDAM HO„STEM SUBIGIT:) Imo omnis populatio.

„u) (ODIO MAGIS QUAM PRUDENTI RATIONE:) „Tunc imperfectio eſt, non injuſtitia.

„v) (UT AUT CAUSÆ ILLÆ SUADENTES CES„SENT:) Quæ nobis utiles videntur, vel quæ ho„ſtem ad pacem petendam adigere poſſent.

„w) (AUT UT ALIÆ SINT VALIDIORES QUÆ „DISSUADEANT:) Uti ſi res illæ frugiferæ (quo „Judæi omnia referunt quæ ſine cauſa peritura „ſunt) in noſtra jam ſint poteſtate, §. 2. quod ſit „poſt ultimam victoriam §. 2. *n.* 3. (2) ſi res qui„dem non ſit in noſtra poteſtate ſed magna ſpes „ſit celeris victoriæ ſi vaſtatur §. 3. (3) ſi hoſtis „vires inde non minuerentur, uti ſi aliunde ſe „ſuſtentare poteſt. §. 4. (4) ſi res plane nullum „uſum in bello habet, ut picturæ, res Deo dicatæ „&c. §. 5. 6. *&* 7. At omnia hæc gratis aſſeri di„ximus: Sane omne jus quæſitum hoſti, qui mo„ri meruit, in pœnam auferri poteſt.

„(AD §. II.) Auctor hic quærit, *an res frugi„fera hoſtiles vaſtari poſſint?* Equidem jure gen„tium voluntario id omnino licere dixit *ſupra c.* „5. §. 1. At jure naturæ ſeu juxta juſtitiam inter„nam ait licitum id tantum eſſe intra modum de„biti & pœnæ *Vid.* §. 1. *h. c.* niſi aliæ cauſæ vali„diores diſſuadeant; *d.* §. 1. *n.* 3. Atque hinc ab„ſtinendum eſſe putat ſi res frugifera eſt in noſtra „poteſtate, ac eo refert legem divinam de qua „mox.

§. II.

1. [a] Id evenit primum, [b] ſi nos ipſi rem frugiferam ita tenea-
Deuter. 20, 19. 20. mus, ut hoſtibus non poſſit eſſe in fructu. Quo proprie ſpectat [c] lex divina quæ [d] in vallum bellique opera vult impendi arbores feras, frugiferas vero [e] aſſervari ad victum; addita cauſa, quod non ut homines ita & arbores [f] adverſum nos in prælium conſurgere poſ-
Decre-at. ma-giſtr. p. 734. C. ſint, quod ex rationis ſimilitudine [g] Philo etiam [h] ad agros frugiferos

„At repetendum hic eſt ſemper & in infinitum „res hoſtiles vaſtari poſſe, idque verum eſt ſive „res frugifera in hoſtis, ſive in noſtra ſit pot„eſtate.

„a) (ID EVENIT:) Ut adſit cauſa alia validior „quæ impedit ne vaſtetur.

„b) (SI NOS IPSI REM FRUGIFERAM ITA TE„NEAMUS:) Noceretur enim alteri nullo noſtro „bono §. *præced. n. 2.*

„c) (LEX DIVINA:) *Deut. 20. v. 19. ſeq.*

„d) (IN VALLUM BELLIQUE OPERAS:) Agge„res & Machinas *Grot. h.*

„e) (ASSERVARI AD VICTUM:) Vix enim eſt „ut quis velit perdere rem unde utilitas ei oriri „poteſt.

„f) (ADVERSUM NOS IN PRÆLIUM CONSURGE„RE POSSINT:) Adeoque reparationi juris noſtri „non reſiſtunt; et alibi dixi hanc legem reſpicere „terras Canaan quas propediem occupaturi erant „Iſraelitæ, ne ſibi ipſis damnum inferrent. *Zigl. h.*

g) (Grot.) (PHILO:) Alter ejuſdem ſcriptoris locus de humanitate dignus & ipſe qui huc tranſſcribatur: ἐπιδαψιλευόμενος τὸ ἐπιεικὲς, πάλιν πλουσίως αὐτῷ καὶ κατακόρως χρῆται, μετιὼν ἀπὸ μὲν τῶν λογικῶν ἐπὶ τὰ ἄλογα, ἀπὸ δὲ τῶν ἀλόγων ἐπὶ τὰ φυτὰ, περὶ ὧν αὐτίκα λεκτέον, ἐπειδή γε περὶ τῶν πρότερον ἀνθρώπων, καὶ τῶν ὅσα ψυχῆς μεμοίραται, λέλεκται· ἀπέῤῥηκε τοίνυν ἄντικρυς μήτε δενδροτομεῖν ὅσα τῆς ἡμέρου ὕλης, μήτε κείρειν ἐπὶ λύμῃ σταχυοφοροῦσαν πρὸ καιροῦ πεδιάδα, μήτε συνόλως καρπὸν διαφθείρειν, ἵνα περιουσίᾳ μὲν τροφῶν ἀφθόνων χορηγῆται τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, περιουσιάζῃ δὲ μὴ μόνον τῶν ἀναγκαίων, ἀλλὰ καὶ τῶν πρὸς τὸν ἁβροδίαιτον βίον· ἀναγκαῖον μὲν γὰρ ὁ τοῦ σίτου καρπὸς εἰς τροφὴν ἀνθρώπων ἀποκριθείς· πρὸς δὲ τὸν ἁβροδίαιτον βίον, αἱ τῶν ἀκροδρύων ἀμύθητοι ποικιλίαι· γίνονται δὲ ἐν ἐνδείαις πολλάκις ὅτι καὶ τροφαὶ δεύτεραι· καὶ προσυπερβάλλων, οὔτε τῶν πολεμίων χώραν τέμνειν ἐᾷ, παραγγέλλει δὲ ἀπέχειν δενδροτομιῶν, ἄδικον ὑπολαμβάνων τὴν πρὸς ἀνθρώπους ὀργὴν ἀποσκήπτειν εἰς τὰ μηδενὸς αἴτια κακοῦ· ἔπειτα δὲ ἀξιοῖ μὴ μόνον τὸ παρὸν προορᾶσθαι, μηδενὸς ἐν ὁμοίῳ μένοντος, ἀλλὰ πάντων τροπαῖς καὶ μεταβολαῖς χρωμένων, ὡς εἰκὸς εἶναι τοὺς τέως δυσμενεῖς ἐπικηρυκευσαμένους καὶ συμβατηρίων ἄρξαντας, ἐνσπόνδους αὐτίκα γενέσθαι· φίλους δὲ τροφῶν ἀναγκαίων ἀπεστερεῖν χαλεπὸν, μηδὲν ταμιευσαμένους τῶν ἐπ' ὠφελείᾳ, διὰ τὴν τοῦ μέλλοντος ἀδηλότητα· πάνυ γὰρ ἐκεῖνο καλῶς εἴρηται τοῖς παλαιοῖς, ὅτι καὶ φιλίας κοινωνητέον, μὴ ἀπογινώσκοντας ἔχθραν, καὶ προσκρουστέον ὡς φιλίας ἐσομένης· ἵνα ἕκαστος ἐν τῇ ἑαυτοῦ φύσει ταμιεύηταί τι τῶν εἰς ἀσφάλειαν, καὶ μὴ ἀπογυμνωθεὶς ἐν ἔργοις καὶ λόγοις, μετανοῇ τῆς ἄγαν εὐχερείας, ὅτ' οὐδὲν ὄφελος, αἰτιώμενος ἑαυτόν· τὸ λόγιον τοῦτο χρὴ φυλάττειν καὶ τὰς πόλεις, ἐν μὲν εἰρήνῃ προνοουμένας τῶν κατὰ πόλεμον, ἐν δὲ πολέμῳ τῶν κατ' εἰρήνην, καὶ μήτε τοῖς συμμάχοις ἀνέδην προσπιστεύειν, ὡς οὐ χρησομένοις μεταβολῇ πρὸς τὸ ἀντίπαλον, μήτε τοῖς πολεμίοις εἰσάπαν ἀπιστεῖν, ὡς οὐ δυναμένοις ποτὲ μεθαρμόσασθαι πρὸς τὸ ἔνσπονδον· εἰ μέντοι μηδὲν ὑπὲρ ἐχθροῦ πρακτέον δι' ἐλπίδα καταλλαγῶν, οὐδὲν ἐχθρὸν φυτὸν ἀλλὰ πάντα ἔνσπονδα καὶ ὠφέλιμα· τὰ δ' ἥμερα καὶ διαφερόντως ἀναγκαῖα, ὧν ἢ ὁ καρπὸς ἢ τροφή ἐστιν, ἢ ἰσότιμον τροφῇ κτῆμα. οὐ δεῖ πολεμεῖν πρὸς τὰ μὴ πολέμια, τέμνοντας ἢ καίοντας ἢ ῥίζαις αὐτοῖς ἀνασπῶντας, ἅπερ αὐτὴ ἡ φύσις ὑδάτων ἐπιῤῥοίαις καὶ θέρους εὐκρασίαις ἐτελειογόνησε, δασμοὺς ἐτησίους εἰσοῦσα ἀνθρώποις εἶτα βασιλεῦσιν. ἐμέλησε δ' αὐτῷ καθάπερ ἀγαθῷ προστάτῃ ἄληπτον εἶναι μὴ μόνον ζώοις, ἀλλὰ καὶ φυτοῖς ἰσχύν τε καὶ ῥώμην, καὶ μάλιστα τοῖς ἡμέροις, ἐπειδὴ καὶ πλείονος ἄξια φροντίδος ἐστὶ, καὶ οὐχ ὁμοίως τοῖς ἀγρίοις ἔγγονα, γεωργικῆς ἐπιστήμης δεόμενα πρὸς κραταιοτέραν δύναμιν. *Æquitatem ſuam etiam largius diſpenſans Moſes, valde ea ubertim ac liberaliter utitur, deſcendens a ratione utentibus ad muta animantia, ab his vero ad ea quæ e terra naſcuntur, de quibus nunc dicendum eſt; quando de hominibus ut præſtantiſſimis, & aliis quæ animam ſentientem nacta ſunt, jam egimus. Diſerte itaque vetuit aut exſcindere arbores mites, aut exitialiter ante tempus demetere frugiferas terras, aut ullos omnino fructus corrumpere, ne abundantia alimentorum inſtruatur humanum genus: abundent autem non modo neceſſaria, ſed & quæ ad vitam delicatiorem faciunt. Neceſſariæ enim fruges, ad homines nutriendos ſepoſita res; ad delicias vero omnium de arboribus naſcentium varietas; quæ ſæpe ubi alia deſiciunt, ſuccedunt in alimentorum locum. Ultra procedens, terram etiam hoſtilem vaſtari non ſinit: præcipue vero excidiis arborum abſtinere jubet, iniquum exiſtimans, iram in homines conceptam erogari in ea, quæ cauſa mali nullius ſunt. Hoc ipſo & illud do-*

tet

feros ptoducit legi hæc verba affingens: *Quid rebus inanimis quæ & mites ſunt, & mites fructus ferunt iraſceris? An vero in morem hominum qui hoſtes ſunt inimicitiæ ſignificationem arbores produnt, ut pro his quæ faciunt aut facere minantur ſtirpitus evellendæ ſint? Quin proſunt victoribus, præbentque copiam rerum quas neceſſitas exigit, imo & ad voluptatem; non ſoli homines tributa ferunt, ſed meliora arbores ſtatis temporibus, ac talia ut ſine iis vivere non detur.* Joſephus vero ad eundem locum ſi vocem edere poſſent arbores clamaturas ait, [i] inique ſe cum belli cauſæ non ſint perferre belli pœnas. Neque aliunde, ni fallor, originem habet illud Pythagoricum apud Jamblichum: ἥμερον φυτὸν καὶ ἔγκαρπον μήτε βλάπτειν, μήτε φθείρειν *manſuetam frugiferamque arborem nec lædere nec exſcindere fas eſto.*

Ant. Jud. 4. 8. p. 130. B.

De Vit. Pyth. Cap. 21. §. 99.

2. [k] Porphyrius vero, mores Judaicos deſcribens libro de non edendis animalibus quarto, legem hanc, conſuetudine, ut puto, interprete, [l] etiam ad animantia ruris operi inſervientia producit; nam his quoque ut in bello parceretur a Moſe præceptum ait: Thalmudica vero ſcripta & Hebræi interpretes addunt, [m] legem hanc porrigendam [n] ad rem quamvis quæ ſine cauſa peritura ſit; ut ſi [o] ædificia comburantur, eſculenta ac potulenta corrumpantur. Conſentit

cet, non præſens tempus ſpectare tantum, cum nihil in ſuo ſtatu maneat, ſed cuncta vicibus ac mutationibus ſubjecta ſint, ita ut facile ſit eos qui nunc ſunt hoſtes, ubi ad colloquia & pacta ventum erit, rurſum fœderatos fieri. At amicos neceſſariis fraudare durum, quibus ob futurum incertum etiam aſſervari debuerant, quæ uſui eſſe poſſunt. Veriſſime enim dictum antiquis, ita amicis utendum, ut non putentur nulla ſupervenire poſſe inimicitiæ, & ita tractandas offenſas, ut amicitia ſperetur, nimirum ut quisque intra animum aliquid recondat, quo tutus ſit, & non eo nimium nudato per verba & facta mox pœnitentiam agat nimia ſuæ vehementiæ; ſeque accuſet, ubi res ſanari amplius non poteſt; oraculum hoc & civitatibus obſervandum eſt, ut pacis tempore parent, quæ ad bellum ſunt opus, in bello vero, quæ ad pacem: ac neque amicis ſupra modum fidant, tanquam qui non poſſint in contrarium verti; neque hoſtibus ita diffidant, quaſi nunquam poſſint ad amicitiam reduci. Quod ſi etiam pro hoſte nihil faciendum eſſet in ſpem conciliationis, certe nihil eorum, quæ terra fert, hoſtile: quin amica omnia, utilia omnia, mitiſſima vero vel maxime neceſſaria, ut quorum fructus aut alimentum ſint, aut par aliquid alimento. Non oportet bellum inferre belli neſciis, non ſecare, non urere, non exſtirpare radicitus, quæ natura aquarum irrigationibus & æſtatum ſereno tenere educavit, ut tributa hominibus velut regibus ferrent. Cura autem ei ut communi rerum omnium & optimo præſidi fuit, illæſam præſtare non animantibus tantum ſed & terræ fœtibus vim ac robur, præſertim vero mitibus, quia majoris tutelæ indigent, nec ad ſylveſtrium morem fœcunda ſunt, ſed peritam culturam deſiderant, ut firmitatem conſequantur. (Pag. 712. 713. *Edit. Pariſ.*)

„*b*) (AD AGROS FRUGIFEROS:) Quia ad ſuſtentationem noſtram faciunt.

„*i*) (INIQUE SE, CUM BELLI CAUSÆ NON SINT „PERFERRE BELLI POENAS:) Adeoque contra quas „defenſionis neceſſitas, ceſſet.

k) (Grot.) (PORPHYRIUS VERO:) Verba ejus ſunt: φείδεσθαι δὲ κελεύει κἂν τῇ πολεμίᾳ τῶν συνεργαζομένων ζώων καὶ μὴ φονεύειν. *parci etiam jubet lex in terra quamvis hoſtili animantibus operum ſociis, ita ut ea occidere non liceat.* (Pag. 394. Edit. Lugd. 1620.)

„*l*) (ETIAM AD ANIMANTIA RURIS OPERI IN„SERVIENTIA:) Nam ea quoque utilitati noſtræ „inſervire poſſunt.

m) (Grot.) (LEGEM HANC PORRIGENDAM:) Contra vero reſtringendam, addita exceptione, niſi arbores in ſuburbanis locis impediant jaculatores. [Vide SELDEN. *de Jure Nat. & Gent.* Lib. VI. c. 15. *J. B.*]

„*n*) (AD REM QUAMVIS QUÆ SINE CAUSA PE„RITURA SIT:) Stultum enim eſſe autumat nullo „ſuo bono nocere alteri *Vid. §. præced. n. s.*

„*o*) (ÆDIFICIA COMBURANTUR, ESCULENTA AC PO-

ſentit cum hac lege ducis Athenienſis Timothei prudens moderatio, qui narrante Polyæno: οὐκ ἐπέτρεπεν οὔτε οἰκίαν οὔτε ἔπαυλιν καθαιρεῖν, οὔ μην οὐδὲ ἥμερον δένδρον ἐκκόπτειν, *non patiebatur aut domum, aut villam dirui, aut arborem frugiferam exſcindi.* Exſtat & lex Platonis de Republica quinto, μήτε γῆν τέμνειν, μήτε οἰκίαν ἐμπιπράναι, *ne terra vaſtetur, ne domus incendantur.*

Strateg. Lib. 3. c. 10. n. 5

Pag. 470. 471 Tom. II. Ed. H.

3. Multo vero magis hoc locum habebit, *p* poſt plenam victoriam. *q* Corinthum exciſam non probat Cicero, ubi tamen *r* fœde tractati erant Romanorum legati: idemque alibi horrificum, nefarium, omni imbutum odio dicit bellum quod parietibus, tectis columnis, poſtibus fit. Laudat Livius Romanorum lenitatem victa Capua, quod non ſævitum ſit incendiis ruisque *s* in tecta innoxia muros-

Off. 1. c. 11. Pro domo ſua ad Pont. c. 23. Lib. 26. c. 16.

„POTULENTA CORRUMPANTUR:) Res enim hæ utiles nobis eſſe poſſunt.

„*p*) (POST PLENAM VICTORIAM:) Imo tunc „ædificia noſtra fiunt jure belli, adeoque de iis „pro lubitu ſtatuere poſſumus: Et cum ſinguli „hoſtium occidi & in ſervitutem redigi poſſint, „multo magis res eorum vaſtari a victore poterunt.

„*q*) (CORINTHUM EXCISAM NON PROBAT CI„CERO:) Imo non improbat exciſionem (Crito„lao duce factam *Cic. de nat. Deor. lib. 3. c. 21.*) „Nam ipſe ſtatim rationem utilitatis addit, *ſed* „*credo aliquid ſecutos oportunitatem loci maxime* „*ne poſſet aliquando ad bellum faciendum locus ipſe* „*adhortari.* Vid. *Cic. l. 1. off. c. 11. & l. 3. off.* „*c.* II.

„*r*) (FOEDE TRACTATI ERANT ROMANORUM „LEGATI:) Vid. ſupr. *l.* 2. *c.* 18. §. II. *in not.*

„*s*) (LIVIUS:) *Lib. 26. cap. 16.*

t) (Grot.) (IN TECTA INNOXIA MUROSQUE:) Egregie eſt hujus argumenti epiſtola Beliſarii ad Totilam *Procopium* Gotthicorum III. πρότερον μὲν κάλλη οὐκ ὄντα ἐργάζεσθαι, ἀνθρώπων ἂν φρονίμων εὑρήματα εἶεν καὶ πολιτικῶς βιοτεύειν ἐπισταμένων. ὄντα δὲ ἀφανίζειν τῶν γε ἀξυνέτων εἰκὸν, καὶ γνώρισμα τοῦτο τῆς αὐτῶν φύσεως οὐκ αἰσχυνομένων χρόνῳ τῷ ὑστέρῳ ἀπολιπεῖν. Ῥώμη μέν τοι πόλεων ἁπασῶν, ὅσαι ὑφ᾽ ἡλίῳ τυγχάνουσι οὖσαι, μεγίστη τε καὶ ἀξιολογωτάτη ὡμολόγηται εἶναι. οὐδὲ γὰρ ἀνδρὸς ἑνὸς ἀρετῇ εἴργασται, οὐδὲ χρόνου βραχέος δυνάμει ἐς τόσον μεγέθους τε καὶ κάλλους ἀφῖκται. ἀλλὰ βασιλέων μὲν πλῆθος, ἀνδρῶν δὲ ἀρίστων ξυμμορίαι πολλαὶ, χρόνου τε μῆκος καὶ πλούτου ἐξουσίας ὑπερβολὴ, τά τε ἄλλα πάντα ἐκ πάσης τῆς γῆς, καὶ τεχνίτας ἀνθρώπους ἐνταῦθα ξυναγαγεῖν ἴσχυσαν. οὕτω τε τὴν πόλιν τοιαύτην, οἵανπερ ὁρᾷς, κατὰ βραχὺ τεκτηνάμενοι, μνημεῖα τῆς πάντων ἀρετῆς τοῖς ἐπιγενησομένοις ἀπέλιπον. ὥστε ἡ ἐς ταῦτα ἐπήρεια, εἰκότως ἂν ἀδίκημα μέγα ἐς τοὺς ἀνθρώπους τοῦ παντὸς αἰῶνος δόξειεν εἶναι. ἀφαιρεῖται γὰρ τοὺς μὲν προγεγενημένους τὴν τῆς ἀρετῆς μνήμην, τοὺς δὲ ὕστερον ἐπιγενησομένους τῶν ἔργων τὴν θέαν. τούτων δὲ τοιούτων ὄντων, ἐκεῖνο εὖ ἴσθι, ὡς δυοῖν ἀνάγκη τὸ ἕτερον εἶναι, ἢ γὰρ ἡσσηθήσῃ τοῦ βασιλέως ἐν τῷ πόνῳ ἢ περιέσῃ, ἂν οὕτω τύχοι. ἢν μὲν οὖν νικῴης Ῥώμην γε καθελὼν, οὐ τὴν ἑτέρου του, ἀλλὰ τὴν σαυτοῦ ἀπολωλεκὼς ἂν ὦ βέλτιστε, εἴης· καὶ διαφυλάξας, κτήματι, ὡς τὸ εἰκὸς, τῶν πάντων καλλίστῳ πλουτήσεις· ἢν δέ γε τὴν χείρω σοι τύχην κληροῦσθαι ξυμβαίη, σώσαντι μὲν Ῥώμην, χάρις ἂν σώζοιτο παρὰ τῷ νενικηκότι πολλή· διαφθείραντι δὲ, φιλανθρωπίας τε οὐδεὶς ἔτι λείψεται λόγος, καὶ προσέσται τὸ μηδὲν τοῦ ἔργου ἀπόνασθαι· καταλήψεται δέ σε καὶ δόξα τῆς πράξεως ἀξία πρὸς πάντων ἀνθρώπων, ἥπερ ἐφ᾽ ἑκάτερά σοι τῆς γνώμης ἑτοίμως ἕστηκεν· ὁποῖα γὰρ ἂν τῶν ἀρχόντων τὰ ἔργα εἴη, τοιοῦτον ἀνάγκη καὶ ὑπὲρ αὐτῶν ὄνομα φέρεσθαι· *Antehac ſic exiſtimatum eſt, ſpecioſa ſtruere opera, ſapientum eſſe & civilis vitæ ſcientium: ſtructa demoliri, ſtultorum & vecordis animi ſigna ad poſteros tranſmittere non erubeſcentium. Romam conſtat urbium, quas ſol adſpicit, maximam eſſe ac ſpectatu digniſſimam. ea non unius labore hominis nec brevi tempore ad id magnitudinis ſplendoriſque proceſſit, ſed plurimi reges atque Imperatores, virorum eminentium immenſa ſeries, multa ſecula, divitiarum ſtupenda congeries, tum alia, tum artificum primos huc traxere; ita illi, tanta urbe paulatim effecta, monumenta ſua virtutis poſt futuris reliquere. Quare in eam ſævire id vero injuriam ſit facere humano generi omnis ævi, eripiendo eis, qui olim fuere, debitæ laudis memoriam, venturis vero ſpectaculi voluptatem. Hæc cum eum in modum ſe habeant, cogita de duobus alterum neceſſario futurum, ut aut in hoc bello vincaris ab Imperatore, aut tua fortuna ſit ſuperior. Si tu victor, everſa urbe, non aliena, ſed tua perdideris! eadem ſervata, poſſeſſione frueris omnium ſpecioſiſſima; ſi adverſa tibi ſors ceciderit, Roma per te incolumi, repoſita tibi erit apud victorem gratia: eadem jacente, jacebunt extra omnem ſpem miſericordiæ res tuæ. Neque tantum nullus ad te facti fructus redibit, ſed & digna facto fama*

muroſque. Agamemnon apud ᵘ Senecam: *Troadi. bus: verſ 286. & ſeq.*

Equidem fatebor (pace dixiſſe hoc tua
Argiva tellus liceat) affligi Phrygas,
Vincique volui; ruere & æquari ſolo,
ᵛ *Etiam arcuiſſem.*

4.Sane docet nos ſacra hiſtoria urbes quaſdam a Deo ʷ damnatas excidio: etiam contra legem illam generalem ˣ arbores Moabitarum juſſas exſcindi. Verum non factum id odio hoſtili ʸ ſed in juſtam deteſtationem facinorum, quæ aut publice erant cognita ᶻ aut Deo judice tanti æſtimata. *Joſ. 6.* *2 Reg. 3, 19.*

§. III.

I. ᵃ Secundo eveniet quod diximus etiam ᵇ in dubia agri poſſeſſione, ᶜ ſi magna ſpes ſit celeris victoriæ, cujus præmium & ager & fructus futuri ſint. Sic Alexander Magnus milites, narrante Juſtino, a populatione Aſiæ prohibuit, ᵈ *parcendum ſuis rebus præfatus, nec perdenda ea quæ poſſeſſuri venerant.* Sic Quintius Philippo Theſſaliam tranſcurrente populabunda manu, ipſe hortatus eſt milites, ut Plutarchus loquitur, iter facere tanquam ᵉ per conceſſam & ipſorum jam factam regionem. ᶠ Crœſus Cyro ſuadens ne Lydiam popu- *Lib. 11. c. 6.* *Vita Flamin. pag 371. D.*

ma te ab hominibus univerſis ſequetur. Ea, in utram velis partem, tibi parata eſt: nam potentum quales ſunt actiones, talis exiſtimatio. (Cap. 22.) Vide & legem Friderici I. apud *Conradum* Abbatem *Urſpergenſem*, & de Friderico comite Palatino Chronica *Melanchthonis*.

ADDITIO.

„Adde *Amm. Marc. l. 31. c. 18. Juſt. 11. 4.* „*Thuan. l. 11. p. 229.*

„u) (SENECAM:) *Hyppoly. 805.*

„v) (ETIAM ARCOISSEM:) Vetuiſſem vel pro„hibuiſſem, ſi potuiſſem. *Gron. h.*

„w) (DAMNATAS EXCIDIO:) Ut Jericho apud „Joſuam *c. 6. n. 17. & 26.*

„x) (ARBORES MOABITARUM:) *2. Reg. c. 3.* „*v. 19. & 25.* cur Deus id prohibuit in arboribus „Canaoæorum? Rationem affert Ziglerus in not. „ad h. §. quia terra Moabitarum non ita erat oc„cupanda, ut victorum maneret. *Vid. ſupr. lit. f.*

„y) (SED INJUSTAM DETESTATIONEM FACI„NOROM:) In pœnam fœdifragii. *d. c. 3. v. 5.*

„z) (AUT DEO JUDICE TANTI ÆSTIMATA:) „Sufficit quod Deus id juſſerit, utpote qui jure „ſuo, quod in creaturas earumque res habet, ta„lia jubere poteſt: Vide *indicem*, voce *jus Dei in* „*homines*: Neque opus eſt cum Gronovio recur„rere ad odium aliquod idololatriæ quæ in lucis „exercebatur.

„a) (SECUNDO EVENIET QUOD DIXIMUS:) Ut „aliæ ſint cauſæ validiores quæ diſſuadeant vaſta„tionem *§. 1. n. 3.*

„b) (IN DUBIA AGRI POSSESSIONE:) Quid „enim juris ſit ſi res in noſtra poteſtate eſt con„ſtituta diximus §. *praced.*

„c) (SI MAGNA SPES SIT CELERIS VICTO„RIÆ:) Si ſpes ſit mox vincendi hoſtem, quia „utilitas tum ſuadet ut rem quæ mox noſtra futu„ra eſt, ſervemus.

d) (Grot.) (PARCENDUM SUIS REBUS PRÆFATUS:) Gelimer & Vandali obſidentes Carthaginem, neque prædas egere, neque terram vaſtarunt, ſed curæ habuerunt ut ſuam. *Procopius* initio Vandalicorum ſecundi. (Cap. I.) Apud *Helmoldum* lego lib. I, cap. 66. *Nonne terra, quam devaſtamus, terra noſtra eſt, & populus quem expugnamus populus noſter eſt? quare ergo invenimur hoſtes noſtrimet, & diſſipatores vectigalium noſtrorum?* cum his conveniunt, quæ *Bembus* habet libro IX. (fol. 149. verſ. *Edit. Venet* 1551.) *Paruta* vero contra Germanos libro hiſtoriæ VI.

ADDITIO.

„Adde *Diod Sic. l. 36. Demetr. c. 8. Suet. in* „*Phoniſſa. v. 556. Xenoph de expedit. Cyr. l. 3. p. 337.*

„e) (PER CONCESSAM:) Deditum & ipſorum „poteſtati permiſſum. *Gron. h.*

„f) (CROESUS CYRO SUADENS:) Apud *Herod.* „*l. I.*

Herodot. Lib. 1. c. 88. populandam militi daret: *non meam*, inquit, *urbem*, *non res meas diripies: nihil enim ad me jam iſta pertinent: tua ſunt: tua illi perdent.*

2. Aliter qui faciunt in eos non male quadrant illa Jocaſtæ ad Polynicem verba Thebaidibus Senecæ.

Petendo patriam perdis: ut fiat tua
Vis eſſe nullam, quin tuæ cauſæ nocet
Ipſum hoc quod armis vertis infeſtis ſolum,
Segetesque adultas ſternis, & totos fugam
Edis per agros. Nemo ſic vaſtat ſua
Quæ corripi igne, quæ meti gladio jubes,
Aliena credis.

Lib. 4 c. 14. Par ſenſus apud Curtium illis verbis: *quicquid non corrupiſſent* [h] *hoſtium eſſe confeſſi.* Unde non longe abeunt ea quæ Cicero, in *Ep. 7. 9. 10. Lib. 9.* literis ad Atticum diſputat, adverſus Pompeji conſilium [i] fame patriam necandi. Atque hoc nomine Alexander Iſius culpat Philippum libro Polybii XVII. cujus verba Latine hunc in modum vertit *Cap. 3.* *Lib. 32. c. 33.* Livius: *In bello non congredi (Philippum) æquo campo, neque collatis ſignis dimicare, ſed refugientem incendere ac diripere urbes, & vincentium præmia victum corrumpere. At non ſic antiquos Macedonum Reges ſed acie bellare ſolitos, urbibus parcere quantum poſſent quo opulentius imperium haberent. Nam de quorum poſſeſſione dimicetur* [k] *tollentem nihil ſibi præter bellum relinquere, quod conſilium eſſe?*

§. IV.

1. [a] Tertio idem fiet, ſi hoſtis habere poſſit [b] aliunde quo ſe ſuſtentet: puta [c] ſi mare, ſi fines alii pateant. Archidamus apud *Lib. 1. c. 80. 81.* Thucydidem in oratione qua Lacedæmonios ſuos a bello in Athenienſes dehortatur, quærit quas belli gerendi ſpes habeant: an forte, quod militum copia valeant, ſperent Atticum agrum a ſe facile poſſe vaſtari: atqui, inquit, habent illi & terras alias ſuæ ditionis (Thracian & Ioniam intelligens) & maritimis advectionibus adipis-

ci

„*g*) (CURTIUM:) *L. 4. c. 14.*

„*h*) (HOSTIUM ESSE CONFESSI:) Prodentes de„ſperationem de victoria: nam ſi ſperarent ſe poſ„ſe vincere, ac tenere, illa loca non vaſtaſſent: „*Gron. h.* Similia vide apud *Xenoph. exped. Cyr.* „*l. 3 p. 337.* & *Appian Mithrid. n. 213. Teſm. h.*

„*i*) (FAME PATRIAM NECANDI:) Prohibendo „ſubvectiones frumenti, & aliorum utenſilium; „quia mare claſſibus tenebat. *Gron. h.*

„*k*) (TOLLENTEM NIHIL SIBI PRÆTER BEL„LUM RELINQUERE:) Perdito præmio propter quod bellum geratur. *Juſtin. 28. 3: Gron. h.*

„*a*) (TERTIO IDEM FIET:) Ut rationes ſua„dentes vaſtationem ceſſent, aut ſint validiores „quæ diſſuadeant. §. *1. n. 3.*

„*b*) (ALIUNDE:) Quam ex eo agro quem no„bis urere vel vaſtare licet. *Gron. h.*

„*c*) (SI MARE SI FINES ALII PATEANT:) Per „quos advehi neceſſaria poſſunt.

„*d*)

ci poſſint ea quorum indigent. Tali ergo ſtatu optimum factu [d] ut agricultura etiam in ipſo collimitio tuta maneat: quod ſub tributo utrique parti præſtando factum diu [e] in Belgico - Germanico bello nuper vidimus.

2. Eſtque id conſentaneum mori veteri Indorum, apud quos ut [f] Diodorus Siculus loquitur, τῶν γεωργῶν ἱερῶν καὶ ἀσύλων ἐωμένων οἱ πλησίον τῶν παρατάξεων γεωργῦντες, ἀνεπαίσθητοι τῶν κινδύνων εἰσί: *Agricolæ intacti ſunt ac veluti ſacroſancti, imo prope caſtra & agmina opus faciunt ſepoſiti a periculo.* Addit, τὰς χώρας τῶν ἀντιπολεμέντων ὔτ' ἐμπυρίζυσιν, ὔτε δενδροτομῦσιν: *Hoſtium agros neque urunt, neque exſcindunt arbores.* Poſtea: ὐδεὶς ἂν πολέμιος περιτυχὼν γεωργῷ κατὰ τὴν χώραν ἀδικήσειεν, ἀλλ' ὡς κοινὺς εὐεργέτας ἡγύμενοι πάσης ἀδικίας ἀπέχονται: *Hoſtis nemo cuiquam agricolæ damnum dat, ſed id hominum genus * ut in commune beneficum ab injuriis omnibus immune præſtatur.* Cap. 40. ejusdem Lib. 2.

3. Inter Cyrum quoque & Aſſyrium conveniſſe ait Xenephon ut *cum agricolis pax eſſet, cum armatis bellum.* [g] Sic Timotheus partem agri maxime frugiferam elocabat colonis, ut Polyænus narrat: imo quod Ariſtoteles addit, ipſos etiam fructus vendebat hoſtibus, & ex ea pecunia ſtipendium præbebat militi: Quod a Viriato etiam factum in Hiſpania teſtis eſt Appianus. Idque ipſum in eo quod diximus Belgico - Germaniæ bello [h] ſumma cum ratione & utilitate fieri vidimus, exteris mirantibus. De Cyri inſt. Lib. 5. c. 4. §. 13. Strateg. Lib. 3. c. 10 §. 5. 9. Oeco-nom. 2. p. 507. A. Bell. Hiſp. p. 291. C. 2. De Treug. & pac.

4. Hos mores humanitatis magiſtri [i] canones Chriſtianis omnibus ut majorem cæteris humanitatem debentibus ac profitentibus imitandos proponunt, ideoque [k] non agricolas tantum, ſed & animalia quibus arant, & ſemina quæ ad agrum portant, extra belli peri-

„d) (UT AGRICULTURA:) Quia utrique utilis „eſſe poteſt.

„e) (IN BELGICO GERMANICO BELLO:) l. e. „in bello Germaniæ Belgicæ adverſus Hiſpanos „conſociatæ: ubi inter utramque partem conve- „nit, ut Hiſpani ſubditi Belgis, Belgæ Hiſpanis „tributum penderent.

f) (Grot.) (DIODORUS SICULUS:) Libro II. (Cap. 36.)

„*) (UT IN COMMUNE BENEFICUM:) Nam „utrique uſu venire fructus poſſint.

g) (Grot.) (SIC TIMOTHEUS:) De Megarenſibus idem prodidit *Plutarchus* quæſtionibus Græcis. (Qu. 17. p. 295. B.) de Totila, cum Romam obſideret, *Procopius* Gotthicorum III. τοὺς μὲν τοι γεωργοὺς ὐδὲν ἄχαρι ἀνὰ πᾶσαν τὴν Ἰταλίαν εἰργάσατο, ἀλλὰ τὴν γῆν ἐκέλευεν ἀδέως ἧπερ εἰώθεισαν, ἐσαεὶ γεωργεῖν, τοὺς φόρυς αὐτῷ ἀναφέροντας· *agricolis interim per omnem Italiam nihil mali intulit, ſed juſſit eos, ita ut ſoliti erant, terram perpetuo ſecuros colere, modo ad ipſum tributa perferrent.* (Cap. 13.) *Caſſiod.* XII. 5. *Defenſorum maxima laus eſt, ſi, cum illi videantur prædictas regiones protegere, iſti non deſinant patrioticas poſſeſſiones excolere.*

„h) (SUMMA CUM RATIONE ET UTILITATE:) „Et proprium vectigalis nomen inventum eſt, *Licenten*, quod ejusmodi mercibus quæ ad hoſtes „transportabantur, imponi ſolebat: Rationem ad- „dit *Gron. h.* ne cum ſat eſſet aliorum locorum „ubi parari poſſent, hi incolæ eo lucro frauda- „rentur.

„i) (CANONES:) *C. 2. X. de Treuga & pace.*

„k) (NON AGRICOLAS TANTUM SED ET ANI- „MALIA:) De agricolis id vidimus capite præce- „denti §. II. & I2. in animalibus &c. eadem ra- „tio

periculum poni volunt; nimirum ſimilem ob cauſam ex qua civiles
L. 7. C. Quæ res pignor. leges quæ ad arandum uſui ſunt vetant in pignus capi, & apud Phry-
Nic. Damaſc. gas ac Cyprios olim, poſtea *p* apud Atticos & Romanos bovem a-
Excerpt Peireſc. p. 5 7. Ælian. 5, 14. Var. Hiſt. ratorem occidere nefas erat.

§. V.

a Quarto evenit, ut res quædam ejus ſint naturæ quæ ad bel-
Dion. Chryſ. orat. 64. lum faciendum aut ducendum *b* nihil momenti habeant: quibus
p. 592. D. rebus parci etiam manente bello ratio vult. Huc pertinet *c* Rho-
diorum oratio ad *d* Demetrium urbicapum pro pictura Jalyſi, ſic a
Lib. 15. c. 31. Gellio Latine expreſſa: *Quæ malum ratio eſt ut tu imaginem iſtam velis incendio ædium facto diſperdere? nam ſi nos omnes ſuperaveris, & oppidum hoc totum ceperis, imagine quoque illa integra & incolumi per victoriam potieris: ſin vero nos vincere obſidendo nequieris, petimus conſideres ne turpe tibi ſit quia non potueris Rhodios vincere bel-*
Lib. 5 c. 11. *lum* *e* *cum Protogene mortuo geſſiſſe.* *f* Polybius rabioſi eſſe animi ait ea perdere quæ nec hoſti perdita vires adimant, nec perdenti emolumentum adferant, qualia ſunt templa, porticus, ſtatuæ, & ſimi-
In Verr. 4, 54. lia. Marcellus, laudante Cicerone, *ædificiis omnibus Syracuſarum, publicis & privatis, ſacris & profanis,* *g* *ſic pepercit quaſi ad ea defen-*
Ibid. c. 60. *denda cum exercitu non expugnanda veniſſet.* Idem poſtea: *Majores noſtri relinquebant iis quæ jucunda victis,* *h* *nobis levia videbantur.*

§. VI.

1. Hoc vero ſicut *a* in aliis ornamentis valet, *b* ob eam quam jam diximus cauſam: ita *c* ſpecialis ratio accedit in iis quæ ſacris
uſibus

„tio eſt, quia utilitatem nobis afferunt.

„o) (VETANT IN PIGNUS CAPI:) *Vid. l. 6. l.* „*7. l. 8. ff. de pign. Diod. Sic. l. 2. Quint.* 7. §.

p) (Grot.) (APUD ATTICOS ET ROMANOS:) Etiam in Peloponneſo. *Varro* II. de Re Ruſtica, (cap. 5.) *Columella* principio libri VI. His adde *Plinium* VIII, 45. *Ælianum* de hiſtoria animalium II, capite ultimo. *Porphyrium* II. de abſtinentia, (pag. 173, *& ſeq.*) *Vegetium* III. de Arte Veterinaria.

„*a*) (QOARTO EVENIT:) Ut utilitas quædam „vaſtationem diſſuadeat. *Vid. ſupr. §. 1. n. 3.*

„*b*) (NIHIL MOMENTI HABEANT:) Adeoque „ut hoſtium vires inde noo minuantur oec no-„ſtræ augeantur.

c) (RHODIORUM ORATIO AO OEMETRIUM:) De hac re vide *Plinium* hiſtoriæ naturalis VII, 38. & XXXV, 10. & *Plutarchum* Demetrio, (pag. 898. E.) Senſus idem in epiſtola Beliſarii modo a nobis recitata.

„*d*) (DEMETRIUM URBICAPUM PRO PICTURA JA-„LYSI:) Ut parceret Rhodo obſeſſa ei parti mu-„rorum prope quam erat ea nobiliſſima Protoge-„nis pictura, neque eam labefactaret machinis, „etſi facilius inde capi urbs potuiſſet, teſte Plinio „*l. 7. c. 38. & l. 35. c. 10.* Fuerat autem Jalyſus „iſte inter conditores Rhodiorum gentis. *Gron. b.*

„*e*) (CUM PROTOGENE MORTUO:) At Plinius „tum vixiſſe Protogenem, & id opus tractaſſe „ſcribit. *Gron. b.*

„*f*) (POLYBIUS:) Loquitur de rebus quæ utri-„que belligerantium ſunt ſacræ & religioſæ.

„*g*) (SIC PEPERCIT:) Cum urbem ſpoliaſſet. „*Liv. l. 26. c. 31.*

„*h*) (NOBIS LEVIA:) Quæ vires hoſtium non „minuebant, nec noſtras augebant quod perfecti-„onem infert, non neceſſitatem.

„*a*) (IN ALIIS ORNAMENTIS:) V. g. ſtatuis, „monumentis &c.

„*b*) (OB EAM QUAM DIXIMUS CAUSAM:) Quia „ad bellum faciendum vel ducendum nihil mo-„menti habent §. *præced. pr.*

„*c*) (SPECIALIS RATIO ACCEDIT IN IIS QUÆ „SACRIS

uſibus dicata ſunt, quanquam enim & hæc, ut [d] alibi diximus, [e] publica ſuo modo ſunt, [f] atque ideo impune per jus gentium violantur, tamen [g] ſi nullum inde periculum ſit, conſervari talia ædificia & quæ eis accedunt [h] ſuadet rerum divinarum reverentia, [i] inter eos maxime qui eundem Deum ex eadem lege colunt, [k] etiamſi forte ſententiis quibusdam aut ritibus diſſideant. *Syl. de bello p. 3. n. 5.*

2. Thucydides jus ait fuiſſe inter Græcos ſui temporis, ἰόντας ἐπὶ τῶν ἀλλήλων, ἱερῶν τῶν ἐνόντων ἀπέχεσθαι *ut qui in hoſticum impetum facerent* [l] *a locis ſacris abſtinerent.* Alba a Romanis diruta Deum templis *Lib. 4. c. 97.*

„SACRIS IISDEM DICATA SUNT:) Adeoque quæ „hoſtium vires non minuunt, quia ad uſus pro„fanos adhiberi non poſſunt ut templa &c.

„d) (ALIBI:) *L. 3. c. 5. §. 2.*

„e) (PUBLICA SUO MODO:) Adeoque hactenus „in commercio eſſe putat.

„f) (ATQUE IDEO IMPUNE PER JUS GENTIUM „VIOLANTUR:) Intelligit jus gentium voluntari„um quod in bello publico ſolenni receptum ſit, „& quale non exiſtere toties diximus.

„g) (SI NULLUM INDE PERICULUM SIT:) I. e. „ſi non impediunt juris noſtri reparationem.

h) (Grot.) (SUADET RERUM DIVINARUM REVERENTIA:) *Polybius* in excerptis Peireſianis: (pag. 45.) τὸ γὰρ τοῖς ἀνθρώποις ὀργιζόμενον, εἰς τὸ Θεῖον ἀσεβεῖν, τῆς πάσης ἀλογισίας ἐςὶ σημεῖον· *cum hominibus iraſcaris, ob id impie in Deos agere, ſumma ſtultitiæ ſignum eſt.* Merito ſane; nam & *Severus reſcripſit, melius eſſe, ut quomodocunque illic Deus colatur, quam popinariis detur, Lampridio* referente, (cap. 49.) *Saguntina Dianæ templo pepercit religione inductus,* ait de Annibale *Plinius* naturalis hiſtoriæ XVI, 40. Ἱερὰ ἂν ἐδὲ τὲς ἀλλοφύλες πολεμίες ἀφαιρούμεθα· *Appianus* id habet civilium III. (Pag. 516.) De Ageſilao ſcriptor Latinus vitæ ejus: *neque hoc ſolum in Græcia fecit, ut templa Deorum ſancta haberet, ſed etiam apud Barbaros ſumma religione ſimulacra araſque conſervavit. Itaque prædicabat mirari ſe, non ſacrilegorum numero haberi, qui ſupplicibus eorum nocuiſſent: aut non gravioribus pœnis affici, qui religionem minuerent, quam qui fana ſpoliarent.* (Corn. Nepos, *cap.* 4.) De Ageſilai ſanctimonia in hac re etiam *Plutarchum* vide (pag. 606. A.) Idem multos pariter Romanos ejus laudis participes facit in Sulla (Pag. 459. C. D.) εἰς μνήμην ἐβάλλοντο τοῦτο μέν τοι τὸν Φλαμίνιον, καὶ Μάνιον Ἀκύλιον, τοῦτο δὲ Αἰμίλιον Παῦλον, ὧν ὁ μὲν Ἀντίοχον ἐξελάσας τῆς Ἑλλάδος, οἱ δὲ τοὺς Μακεδόνων βασιλεῖς καταπεπολεμηκότες, ὁ μόνον ἀπέσχοντο τῶν ἱερῶν τῶν Ἑλληνικῶν ἀλλὰ καὶ δῶρα καὶ τιμὴν αὐτοῖς καὶ σεμνότητα πολλὴν προσετέθησαν *in memoriam revocabant alii Flaminium, alii Manium Aquilium & Æmilium Paulum, quorum ille, Antiocho ejecto e Græcia, hi vero, debellatis Macedonum regibus, non modo Græcanicis templis pepercerant, ſed & donis ea multoque honore ac ſanctimonia auxerant.* Adi & *Vitruvium* lib. II. (Cap. 8.) *Dionem* XLII. (pag. 234. A. *Ed. H. Steph.*) *Plutarchum* Cæſare (pag. 720. E.) *Brodæum* V. miſcellaneorum c. 29. Caban Maurus ipſe, non Chriſtianus, honorem volebat haberi Chriſtianorum eccleſiis, contra quam facerent Vandali, quibus ſperabat iratum fore, quisquis ille eſſet, Chriſtianorum Deum. Teſtatur hoc *Procopius* Vandalicorum I. (*Cap.* 8.) qui & Perſicorum II, (*Cap.* 9.) Chosroën, Perſam non Chriſtianum, eccleſiæ Antiochienſium Chriſtianorum ait pepercisse. Juſtinianus etiam, ut idem refert Vandalicorum II, (*Cap.* 9.) retinere apud ſe non auſus eſt res illas, quas Hieroſolymorum templo Veſpaſianus abſtulerat Romam, Romæ autem repertas in Africam aſportaverat Gizerichus. De ſanctimonia a Mahumetiſtis ſervata loco, in quo Ezechielis & trium Danielis ſociorum oſſa erant condita, teſtis eſt in itinerario Judæus *Benjamin.*

ADDITIO.

„Similia vide apud *Liv. 22. Quintil. decl. 265.* „Romani credebant ideo peſtilentiam urbi immiſ„ſam quod multi cives res ſacras tenerent *Auguſt.* „*de Civ. Dei l. 3. c. 17. Cicero de Aruſp. Reſpon*„*ſis*: de Pompeji in templum Hieroſolomitanum „reverentia *vide Zonaram Annal. l. 1.* ubi addit „M. Craſſum quod templum ſpoliaverit, contra „Parthos cum exercitu profectum interiiſſe: Conf. „*ſupra l. 3. c. 5. §. 2.*

„i) (INTER EOS MAXIME QUI EUNDEM DEUM „EX EADEM LEGE COLUNT:) In his enim omnis „excuſationis ratio ceſſat: Neque enim utilitas ne„que neceſſitas hic allegari poteſt. Neque jus ho„ſti ſed Deo eripitur: Atque ex hac ratione in „bellis Græcorum direptiones Templorum pro „ſacrilegio habitæ ſunt.

„k) (ETIAM SI FORTE SENTENTIIS QUIBUS„DAM AUT RITIBUS DISSENTIANT:) Hinc nulla „ratione probari poſſunt mutuæ ſævitiæ in ſacra „Pontificiorum & Proteſtantium.

„l) (A LOCIS SACRIS ABSTINERENT:) Hinc „Phocenſes templum Delphicum diripientes, ſa-

 „crilegi

Lib. 1. c. 29. templis temperatum ait Livius. De Romanis Capua capta ſic Silius libro XIII.

> *Ecce repens tacito percurrit pectora ſenſu*
> *Relligio & ſævas componit numine mentes.*
> *Ne flammam tædasque velint, ne templa ſub uno*
> *In cinerem ſediſſe rogo.*

Lib. 42. c. 3. Adverſus Q. Fulvium Cenſorem dictum narrat Livius: *Obſtringere eum religione populum Romanum ruinis templorum, tanquam non iidem ubique Dii immortales ſint, ſed ſpoliis aliorum alii colendi exornandique.* *Idem, lib. 44. c. 7.* At Marcius Philippus ad Dium cum veniſſet metari ſub ipſo templo, ne quid in loco ſacro violaretur juſſit. *Lib. 4. p. 188. Ed Pariſ. Caſaub* Narrat Strabo Tectoſages qui cum aliis [m] pecunias Delphicas rapuerant, placandi numinis cauſa domi easdem cum additamento conſecraſſe.

Lib. 2. c. 1. 3. Ad Chriſtianos ut veniamus, commemorat Agathias Francos templis peperciſſe [n] ut qui cum Græcis eſſent ejusdem religionis. Imo & [o] hominibus ob templa parci ſolitum, quod (ne profanarum gentium quæ multa ſunt exempla adferam, quippe cum *Diod. l. 19 c. 73.* morem hunc κοινὰ τῶν Ἑλλήνων νόμιμα Scriptores vocent) [*] in Gothis *Libro 1. de Civit. Dei, c. 1.* Romæ captoribus ſic laudat [p] Auguſtinus: [q] *Teſtantur hoc Martyrum loca & baſilicæ Apoſtolorum, quæ in illa vaſtatione victos ad ſe confugientes ſuos alienosque receperunt, hucusque cruentus ſæviebat inimicus: ibi accipiebat limitem trucidationis furor: illo ducebantur a miſerantibus hoſtibus, quibus* ([r] malim *qui*, nam diſtinguit mitiores a durioribus) *etiam extra ipſa loca pepercerant, ne in eos incurrerent qui ſimilem miſericordiam non haberent: qui tamen etiam ipſi alibi truces atque hoſtili more ſævientes* [s] *poſteaquam ad loca illa*

„crilegi dicuntur apud *Juſtin. l. 8. c. 1.* Similia „vide de Gallis apud *Eund. l. 24. c. 6.*

„*m*) (PECUNIAS DELPHICAS:) Quarum pars au- „rum Tholoſanum. *Juſt. l. 32. c. 3. Gron. h.*

„*n*) (UT QUI CUM GRÆCIS EJUSDEM ESSENT „RELIGIONIS:) Etſi ſententiis quibusdam & riti- „bus differant. Similia vide apud *Diacon. lib. 3.* „*Sozom. 9. 9. Niceph. 13. 35. Jornand. de reb. Geth.* „*c. 30. Caſſiod. 12. 20.*

„*o*) (HOMINIBUS OB TEMPLA PARCI SOLITUM:) „Unde mos confugiendi ad templa & aras.

*) (Grot.) (IN GOTTHIS ROMÆ CAPTORIBUS:) Sub Alarico Arriano: cujus & hoc factum memorabile apud *Caſſiodorum* XII, 20. *Rex Alarichus Apoſtoli Petri vaſa ſuis deferentibus cum excepiſſet, mox, ut rei cauſam habita interrogatione cognovit, ſacris liminibus deportari diripientium manibus imperavit, ut cupiditas qua deprædationis ambitu admiſerat ſcelus, devotione largiſſima deleret exceſſum.*

„*p*) (AUGUSTINUS:) *L. 1. De Civ. Dei c. 1.*

q) (Grot.) (TESTANTUR HOC MARTYRUM LOCA:) Exſcripſit hunc locum *Iſidorus* in Chronicis Gotthicis Æra CCCCXLVII.

r) (Grot.) (MALIM, QUI:) Omnino ſic legendum oſtendit *Oroſius*, eandem hiſtoriam referens lib. VII. c. 28. [Nihil mutant tamen poſtremi Editores, e familia Monachorum *Benedictinorum* J. B.]

ADDITIO.

„Nihil mutandum puto, ſenſus eſt manifeſtus, „*illo ducebantur a miſerantibus hoſtibus* (illi) *qui-* „*bus extra ipſa loca* (nimirum in locis profanis) „*pepercerant.* Significat nimirum quosdam ho- „ſtium tam fuiſſe miſericordes, ut Romanos ca- „ptos in illis locis, quorum nulla erat religio, „ſponte ducerent in templa, ne ſi in alios vio- „lentium non tam miſericordes incidiſſent, irrita „foret prior clementia. *Gron. h.*

s) (Grot.) (POSTEAQUAM AD LOCA ILLA VE- „NIEBANT

la veniebant, ubi fuerat interdictum quod alibi jure belli licuiſſet, tota ſæviendi refrænabatur immanitas,& captivandi cupiditas frangebatur.

§. VII.

I. Quod de ſacris dixi [a] idem de religioſis intelligendum eſt, [b] etiam de iis quæ in honorem mortuorum ſtructa ſunt; nam & hæc, [c] quanquam jus gentium impunitatem iræ in iſta exercendæ indulget, [d] violari non poſſunt niſi contempta humanitate. Summam eſſe rationem ajunt [e] Juriſconſulti quæ facit pro religione. Tam pro religioſis quam pro ſacris pia exſtat Euripidis ſententia Troadibus: *L. 43. D. de Religioſis.*

> Μῶρος δὲ θνητῶν ὅςις ἐκπορθεῖ πόλεις,
> Ναὺς τε τύμβυς θ', ἱερὰ τῶν κεκμηκότων,
> Ἐρημίᾳ δὺς αὐτὸς ὤλεθ' ὕςερον.
> *Homo quisquis urbes vaſtat f & dis Manibus*
> *Sedes ſacratas, templaque, haud recte ſapit:*
> *Nam ſimilis ipſum peſtis excidii manet.*

Apollonius Tyanæus [g] de cœlo a gigantibus oppugnato fabulam ſic interpretabatur: ὑβρίσαι εἰς τὺς νεὼς αὐτῶν καὶ τὰ ἕδη *vim eos intuliſſe Deorum templis ac ſedibus.* Statio Annibal ſacrilegus, qui *Deûm* [h] *face miſcuit aras.* *Philoſtrat. lib. 5. c. 16. Edit. Olear.*

Scipio capta Carthagine milites donis ornat, χωρὶς τῶν εἰς τὸ Ἀπολλώνειον ἁμαρτόντων, inquit Appianus: *exceptis qui in Appollinis templum peccaverant.* Trophæum a Mithridate ſtructum Cæſar, ut narrat Dio, καθελεῖν ὐκ ἐτόλμησεν ὡς τοῖς ἐμπολεμίοις θεοῖς ἱερώμενον, *tollere auſus* *Punic. pag. 83.* *Lib 42. pag. 234.*

NIEBANT:) Eiſdem Apoſtolorum baſilicis Gothi ſub Vitige Romam obſidentes pepercerunt, teſte *Procopio* Gotthicorum II. (Cap. 4.) Etiam barbaris & non Chriſtianis jus confugii io talis loca profuit, vide *Zoſimum* libro IV. (Cap. 40. Ed. Cellar.) de Tomitanis barbaris. Adde Helvetiorum legem apud *Simlerum:* (Pag. 302. *Ed. Elzevir.*) *Nicetam* Alexio, Manuelis filio: (*Cap.* 4) eundem lib. 1. de Aodronico, ubi Siculos culpat ob violatas Antiochienſium eccleſias. (*cap.* 9.)

a)(IOEM DE RELIGIOSIS INTELLIGENDUM EST:) „Nimirum jure Gentium voluntario hæc quoque di„ripi poſſe dixit *l. 3. c. 5.* §. *3.* Secus ac jure natu„ræ, quia ad bellum faciendum aut ducendum ni„hil momenti habent. *Vid. ſupr.* §. *5.*

„Nos *d. c. 5.* §. *3.* noſtram ſententiam expoſui„mus: Sane cum religio illa circa locum ex ſola „lege principis oriatur, certum eſt locum deſi„nere eſſe religioſum ex quo ab hoſte occupatus „eſt, unde monumenta dirui omnino poſſunt: „At rabioſum eſt in corpora ſepultorum ſævire. „Exempla furoris in cadavera exerciti vide *apud* „*Thuan. l. 30. l. 37. l. 42. Camb. l. 1. p. 50.*

„*b*) (ETIAM DE IIS QUÆ IN HONOREM MOR„TUORUM STRUCTA SUNT:) Ut Cenotaphia &c.

„*c*) (QUANQUAM JUS GENTIUM IMPUNITA„TEM IRÆ INOULGET:) *Vid. l. 3. c. 5.* §. *3.* Sed „jus gentium non exiſtere certum eſt.

„*d*) (VIOLARI NON POSSUNT NISI CONTEM„TA HUMANITATE:) Concedimus id de corpore „humano, at non de ornamentis, Cenotaphiis „&c.

„*e*) (JORISCONSULTI:) In *l. 36. ff. de religios.*

„*f*) (ET OIS MANIBUS SEDES SACRATAS:) i.e. „Sepulchra.

g) (Grot.) (OE COELO A GIGANTIBUS OPPUGNATO FABULAM SIC INTERPRETABATUR:) Ut & alteram de Epopeo *Diodorus Siculus.* (Excerpt. Peireſc. pag. 221. e Lib. VII.)

„*h*) (FACE MISCUIT:) Incendit.

Hhhh 2 „i(

auſus non eſt, ut belli diis ſacratum. Marcus Marcellus [i] quæ victo-
Cap. 55. ria profana fecerat religione impeditus non attigit, ait Cicero Ver-
rina quarta: & ibidem addit, hoſtes eſſe aliquos qui in bello [k] re-
De Divin 1 37. ligionis & conſuetudinum jura retineant. Idem alibi Brenni bellum
[l] fano Apollinis illatum, nefarium dixit. [m] Pyrrhi factum, qui
Proſerpinæ theſauros ſpoliaſſet, fœdum vocat Livius & in Deos ſu-
Lib. 14. c. 64. perbum. Simile Himilconis [n] Diodorus ἀσέβειαν & εἰς θεὺς ἁμάρτημα.
Lib. 31. c. 26. 30. 31. Philippi bellum idem ille Livius nefarium, quaſi Diis ſuperis infe-
risque illatum: etiam furorem, ac ſcelera. Florus de eodem:
Lib. 2. c. 7. n. 4. [o] *Philippus ultra jus victoriæ in templa, aras, ſepulchra ſæviit.* Ean-
Lib. 5. c. 2. dem hiſtoriam tangens, [p] Polybius hoc addit judicium; τὰ μήτε τοῖς ἰδίοις πράγμασιν ἐπικυρίαν μέλλοντα, μηδ᾽ ἡντινῦν παρασκευάζειν, μήτε τοῖς ἐχθροῖς ἐλάττωσιν πρός γε τὸν ἐνεςῶτα πόλεμον, ἐκ περιττῦ καὶ ναὺς, ἅμα δὲ τύτοις ἀνδριάντας καὶ πᾶσαν δὴ τὴν τοιαύτην κατασκευὴν λυμαίνεσθαι, πῶς ὐκ ἂν εἴποι τις εἶναι τρόπυ καὶ θυμῦ λυττῶντος ἔργον: *Quæ neque nobis ad bellum futura ſunt uſui, nec hoſtibus incommodatura, ea ire perditum, templa maxime & quæ in iis ſimulacra & ſimilia ornamenta, quis neget malæ mentis & præ ira furibundæ eſſe opera?* Atque ibidem [q] talionis non admittit excuſationem.

§. VIII.

1. Quanquam vero proprie inſtituti noſtri hic non eſt [a] quid ex uſu ſit inquirere, [b] ſed laxam bellandi licentiam adducere [c] ad id quod natura licitum, [d] aut inter licita melius eſt, tamen ipſa virtus,

„i) (QUÆ VICTORIA PROFANA FECERAT:) Sa„cra quæ urbe per vim expugnata reverenti„am apud victores non habebant, & in præda duci „poterant. *Gron. b.*

„k) (RELIGIONIS ET CONSUETUDINUM JURA:) „i. e. qui ea violare non ſolent quæ propter re„ligionem, vel ex uſu longævo obtinuerunt in „civitate.

„l) (FANO APOLLINIS:) Delphico. *Juſtin. 24. „7. 8.*

„m) (PYRRHI FACTUM:) *Livius 29. 18.*

„n) (DIODORUS:) Vocat factum illud impium „& in Deos peccatum.

o) (Grot.) PHILIPPUS ULTRA JUS VICTORIÆ IN TEMPLA, ARAS, SEPULCHRA SÆVIIT:) Simile Pruſiæ factum deteſtatus *Polybius*, cujus verba *Suidas* ſervavit in vocabulo *Pruſiæ*, & excerpta Peireſiana. (pag. 337.)

„p) (POLYBIUS:) Vid *ſupra* §. 5.

„q) (TALIONIS NON ADMITTIT EXCUSATIO„NEM:) Dictum eſt ſupra §. 5. Polybium de vir„tute loqui non de jure: deinde, loqui eum de „rebus quæ utrisque ſunt ſacræ vel religioſæ.

„(AD §. VIII.) Auctor, poſtquam ea quæ ju„ſtitia interna circa jus vaſtandi res hoſtiles exigit, „expoſuit, rationes præterea ſuaſorias affert quæ „gentes moverent ne licentia illa inter gentes in„troducta uterentur: (1) ne victi per ſævitiam ad „deſperationem redigantur, cum hoſti potius per „clementiam telum eripiatur: (2) pacis eo cupi„diores fore hoſtes, ne furori militum diu expo„nantur: (3) magnam fiduciam victoriæ præ ſe „ferre, res hoſtiles tanquam ſuas ſervare: (4) Cle„mentiam conciliare animos hoſtium, cum ſævi„tia eos alienet.

„a) (QUID EX USU SIT:) i. e. Quid juxta pru„dentiæ regulas fieri conducat, id autem ad po„liticam ſpectat. *prol. §. 57.*

„b) (SED LAXAM BELLI LICENTIAM:) Jure „Gentium voluntario introductam quod ſaltem „impunitatem & effectus quosdam dominii exter„nos tribuit.

„c) (AD ID QUOD NATURA LICITUM:) Ad „juſtitiam internam, quæ tutos nos reddit in con„ſcientia.

„d) (AUT INTER LICITA MELIUS EST:) I. e. virtuo-

tus, [e] vilis hoc ſæculo ignoſcere mihi debet, [f] ſi, quando per ſe contemnitur ex utilitatibus ipſi pretium facio. Primum igitur moderatio iſta in ſervandis rebus [g] quæ bellum non morantur [h] magnum hoſti telum eripit, deſperationem. Archidami dictum eſt apud [i] Thucydidem, μὴ γὰρ ἄλλο τι νομίζετε τὴν γῆν τῶν πολεμίων ἢ ὅμηρον ἔχειν, καὶ ὐχ ἧσσον ὅσῳ ἄμεινον ἐξείργασαι, ἧς φείδεσθαι χρὴ ὡς ἐπιπλεῖςον, καὶ μὴ εἰς ἀπόνοιαν καταςήσαντας αὐτὺς ἀληπτοτέρυς ἔχειν: *Terram hoſtilem non aliud quam* [k] *obſidem cenſete, tantoque meliorem quanto magis exculta eſt: quare & ut plurimum ei parcendum eſt, ne deſperatio hoſtes reddat invictiores:* [l] idem Ageſilai conſilium cum Acarnanibus, contra quam ſentiebant Achæi, [m] liberam reliquit ſementem, ajens quo plus ſeviſſent [n] eo pacis cupidiores fore. Hoc eſt quod dicit Satyra: [o] *Spoliatis arma ſuperſunt.* Livius narrans captam a Gallis urbem: *Placuerat*, inquit, *principibus Gallorum non omnia concremari tecta, ut quodcunque ſupereſſet urbis* [p] *id pignus ad flectendos hoſtium animos haberent.*

Lib. 1. c. 82.

Xen. hiſt. Gr. 4. c. 6. n. 13.

Juvenal. 8. 124.

Lib. 5. c. 42.

2. Adde quod [q] ſpeciem hoc præfert manente bello magnæ de victoria fiduciæ; & quod [r] clementia apta per ſe frangendis & concilandis animis. Annibal apud Livium in Tarentino agro nihil violat: *apparebat*, ait, *non id modeſtia militum aut ducis niſi ad conciliandos Tarentinorum animos fieri.* Simili de cauſa Auguſtus Cæſar de Pannoniis rapina abſtinebat: cauſam Dio adfert, ἤλπιζε γὰρ ἐθέλοντας αὐτὺς ἐπάξεσθαι: *Sperebat enim fore ut ſic eos ſine vi ſibi adjungeret.* Timotheus ea cura quam [s] ſupra narravimus præter alia πολλὴν τὴν εὔνοιαν τῶν πολεμίων ἐθήρευεν, ait Polybius, *magnam ab hoſtibus ipſis bene volentiam captabat.* [t] De Quintio & qui cum eo erant Romanis

Lib. 24. c. 20.

Lib. 49. p. 472. D. E.

Lib. 3. c. 10. n. 9.

„virtuoſius & generoſius, ſi omittatur.

„e) (VILIS HOC SÆCULO:) I. e. neglecta.

„f) (SI QUANDO PER SE CONTEMNITUR EX „UTILITATIBUS IPSI PRETIUM FACIO:) Licet ea „quæ virtutis ſunt per ſe & remoto omni emolu„mento expetenda ſint; tamen quia nudam & deſti„tutam præmiis vix æſtimare ſolemus, utilita„tis quoque rationis exponit ob quas commendari „quæ dicta ſunt debeant.

„g) (QUÆ BELLUM NON MORANTUR:) Quæ „ad bellum faciendum aut ducendum nihil mo„menti habent. *Vid. ſupr.* §. *5.*

„h) (MAGNUM HOSTI TELUM ERIPIT, DESPE„RATIONEM:) Omnis enim tentaturus eſt hoſtis „ne in tam rigoroſi victoris manus perveniat.

„i) (THUCYDIDEM:) *L. 1. Bell. Pelop. pag. 45.*

„k) (OBSIDEM CENSETE:) Nam ſi qui agros „hoſtium teneant, perinde eſt ac ſi obſides eis ex„torſiſſent: quorum recipiendorum ſpe ad ſaniora „conſilia cogi poſſunt. *Gron. h.*

l) (Grot.) (IDEM AGESILAI CONSILIUM:) Meminit & *Plutarchus* Ageſilao. (Pag. 608. B.)

„m) (LIBERAM RELIQUIT SEMENTEM:) Vetuit „ne vis inferretur ſementibus.

„n) (EO PACIS CUPIDIORES FORE:) Ut ſata „conſervent.

„o) (SPOLIATIS ARMA SUPERSUNT:) Cum ni„hil præter arma ſupereſt, acrius eis utuntur.

„p) (ID PIGNUS:) Ut haberent quod reddere, „eoque pacem eo facilius conciliare poſſint.

„q) (SPECIEM HOC PRÆFERT MAGNÆ DE VI„CTORIA FIDUCIÆ:) Quod explicavit ſupra §. *3* „*n. 1. & 2.*

„r) (CLEMENTIA APTA PER SE FRANGENDIS „ET CONCILIANDIS ANIMIS:) Vid. *Curt. l. 4. c.* „*11. Quint. declam. 3. Saadi Roſar. pol. c. 1. Liv.* „*l. 5. c. 27. Frontin. 2. Stratag. 11.*

„s) (SUPRA:) §. 4. *n.* 3.

t) (Grot.) (DE QUINTIO:) Nempe T. Quintio Flaminio.

Romanis [u] Plutarchus [v] cum quæ ſupra diximus commemoraſſet, addit: *Hujus modeſtiæ non multo poſt fructum cepere; nam ut in Theſſaliam perventum eſt defecerunt ad eum urbes. Tum vero & qui intra Thermopylas habitabant Græci Quintium ardentibus votis deſiderabant: Achæi vero renuntiata Philippi amicitia, ſocietatem adverſus eum cum Romanis inierunt.* De Lingonum civitate quæ bello, quod ductu Cerealis, auſpiciis autem Domitiani in Civilem Batavum ejusque ſocios gerebatur, populationem formidatam evaſerat ſic narrat Frontinus, *quod contra exſpectationem inviolata nihil ex rebus ſuis amiſerat, ad obſequium redacta ſeptuaginta millia armatorum tradidit ei.*

Pag. 371. D. Vit. Flam. — Lib. 4. c. 3. n. 14.

Lib. 26. c. 38.

3. [w] Conſiliis contrarii quoque eventus. Exemplum dat Livius in Annibale: *Præceps in avaritiam & crudelitatem animus, ad ſpolianda quæ tueri nequibat, ut vaſtata hoſti relinquerentur, inclinavit. Id fœdum conſilium cum incepto tum etiam exitu fuit: neque enim indigna patientium modo abalienabantur animi, ſed cæterorum etiam: quippe [x] ad plures exemplum quam calamitas pertinebat.*

Ægid. Reg. de actibus ſupern. diſp. 31. dub. 7. num 127.

Veriſſimum autem ſentio quod a [y] Theologis quibusdam notatum eſt, & ſummarum poteſtatum & ducum [z] qui Chriſtianos ſe & a Deo & ab hominibus haberi volunt officium eſſe, violentis urbium direptionibus & ſiquid his ſimile eſt [aa] intercedere, [bb] ut quæ abire non poſſint ſine graviſſimo multorum innocentium malo, [cc] & ſæpe ad belli ſummam parum proficiant: ita ut [dd] bonitas Chriſtiana fere ſemper, [ee] ipſa quoque juſtitia plerumque ab ipſis abhorreat. [ff] Majus ſane eſt Chriſtianorum inter ſe vinculum quam olim Græcorum fuit, quorum bellis nequa urbs Græca exſcinderetur cautum erat [gg] Amphictyonum decreto. Et Alexandrum Macedonem [hh] narrant

rant

„u) (PLUTARCHUS:) In vita Flaminii.

„v) (CUM EA QUÆ SUPRA DIXIMUS, COMMEMORASSET:) Hortatus erat milites iter facerent „tanquam per conceſſam & ipſorum jam factam „regionem. *Vid. ſupr.* §. 3. *n.* 1.

„w) (CONSILIIS CONTRARII QUOQUE EVENTUS:) Uti enim clementia apta eſt „frangendis viribus, ita crudelitas exaſperandis „animis.

„x) (AD PLURES EXEMPLUM:) Plures ſimile „quid metuebant quam ipſam calamitatem ſentiebant. *Gron. b.*

„y) (THEOLOGIS:) Aliisque virtutum doctoribus.

„z) (QUI CHRISTIANOS SE &c.) Doctrina enim „Servatoris eminentiori gradu clementiam commendat.

„aa) (INTERCEDERE:) I. e. abſtinere.

„bb) (UT QUÆ ABIRE NON POSSINT SINE „GRAVISSIMO MULTORUM INNOCENTIUM MALO:) „Alibi jam dixi, hoſtium neminem eſſe innocentem: Adeoque hæc non ad regulas juſtitiæ ſed „ad regulas perfectionis pertinent.

„cc) (ET SÆPE AD BELLI SUMMAM PARUM „PROFICIANT:) Imo aliquando ad accelerandam „urbis deditionem promiſſio de diripienda urbe „data, aliquid operatur. *Vid. ſupra l. 3. c.* 6.

„dd) (BONITAS CHRISTIANA:) De hac id facile concedimus.

„ee) (IPSA QUOQUE JUSTITIA:) Imo jure naturæ omnia in hoſtem licere diximus.

„ff) (MAJUS SANE EST CHRISTIANORUM INTER SE VINCULUM:) Uno enim ſanctiſſimo ſpiritu reguntur.

„gg) (AMPHICTYONUM DECRETO:) Conf. *Supra* §. 6. *n.* 2.

„hh) (NARRANT VETERES:) Vid. *Supplem. „Freinshemii ad Curti. l. 2. c. 14.*

„ii)

rant veteres nullius rei a ſe actæ magis ductum pœnitentia, quam quod *ii* Thebas evertiſſet.

CAPUT XIII.

Temperantum circa res captas.

I. *Res etiam hoſtilium ſubditorum bello captas retineri ad modum debiti:*
II. *Non etiam in pœnam alieni criminis.*
III. *Debitum hic intelligi etiam quod in bello ſubnaſcitur. Exempla.*
IV. *Humanitatis eſſe, ſummo jure hic non uti.*

§. I.

I. Sed *a* neque peccato vacare, aut a reſtitutionis onere immunis, cenſeri debet rerum hoſtilium *b* in bello juſto captura. Quippe *c* ſi id quod recte fit ſpectas * non ultra licitum eſt capere aut habere quam cauſa ſubeſt debendi in hoſte ** excepto quod etiam extra eam ad ſecuritatem neceſſariam res poſſunt detineri, *d* ſed reſtituendæ ceſſante periculo, in ſe aut in pretio, ſecundum ea quæ libro II. cap. II. tractavimus; nam *e* quod & in re pacatorum liceret *f* multo

Vid. de jure belli n. 55. 56.

„*ii*) (THEBAS:) Similia habet Cicero de everſione Corinthi & Carthaginis in libris de officiis. „*Teſin h.*

„Auctor ſupra capite VI ſuppoſuit *jure gentium* „*voluntario* introductum eſſe, ut hoſtis ab hoſte „prædam agere poſſit, etſi juſtam cauſam bellum „gerendi non habeat: Eamque prædandi licenti„am in infinitum procedere, & ad res ſubdito„rum innocentium, quin ad imperia quoque ac„quirenda extendi. *L. 3. c. 2. §. 2. c. 4. §. 4. c. 6. §.* „*1. n. 1. §. 2.*

„Effectum hujus *juris gentium* in eo conſtituit „(1) ut verum quidem jus non det, ſed impunita„tem apud alias gentes tribuat, adeo ut capiens „ideo tanquam fur puniri non poſſit: *L. 3. c. 4. §.* „*5.* (2) ut is qui rem hoſtilem cepit, & omnesqui „cauſam ab eo habent, a quocunque magiſtratu „in poſſeſſione tuendi ſint, adeoque dominium „acquirant, ſed tantum quoad effectus externos. „*L. 3. c. 2. §. 2. c. 6. §. 2. h. c. 13. §. 1.*

„Hoc capite Auctor hanc *juris gentium* licenti„am temperat, tum ex jure naturæ, tum ex offi„ciorum regulis.

„*Jure enim naturali* omnem capturam rei ho„ſtilis illicitam eſſe ait, niſi capiens juſtam belli „cauſam habeat: *L. 3. c. 1. §. 2. c. 6. §. 1. c. 10.* „*§. 13. c. 18. §. 2.* & tantum intra modum debiti „& pœnæ, non vero in infinitum *l. 3. c. 1. §. 2. c. 6.* „*§. 1. h. c. 13. §. 1. c. 18. §. 2.* adeoque nec ſubditos „innocentes, neque eorum res capi poſſe. *h. c. 13.* „*§. 1. & 2. l. 3. c. 2. §. 1.*

„Effectum hujus juris naturalis hunc eſſe ait „(1) ut is qui non ex juſta cauſa res hoſtis capit, „vel ultra modum debiti & pœnæ, nunquam ac„quirat proprietatem ſeu dominium *L. 3. c. 1. §.* „*2. c. 18. §. 2.* Imo (2) capientem a qualibet gen„te tanquam furem & prædonem puniri & ad reſti„tutionem rei ablatæ vi & armis adigi poſſe. *L.* „*3. c. 4. §. 3.*

„Quæ principia Grotii uberius expoſui ſupra *p. 14.*

„*a*) (NEQUE PECCATO CARERE AUT A RE„STITUTIONIS ONERE IMMUNIS CENSERI DEBET „RERUM HOSTILIUM CAPTURA:) Refutavimus „hanc ſententiam ſupra *l. 3. c. 1. §. 2. c. 6. §. 1. c.* „*18. §. 2.* & diximus jure naturæ perſonas & res „hoſtiles in infinitum capi poſſe tum ad reparati„onem juris, tum in pœnam.

„*b*) (IN BELLO JUSTO:) In bello enim injuſto „omnes actus adeoque & capturam injuſtam eſſe „dixit ſupra *c.* 10. *§.* 3.

c) (Grot.) (SI ID QUOD RECTE FIT SPECTAS:) Vide quod judicavit Innocentius Romanus Pontifex apud *Bembum* 1. (fol. 12. *Ed. Venet. 1551.*)

„*) (NON ULTRA LICITUM EST CAPERE:) „Hic error perpetuus eſt Auctoris, de quo vide „*l. 3. c. 1. §. 2. c. 4. §. 3. L. 2. c. 20. §. 32. l. 2. c.* „*7. §. 2. L. 3. c. 6. §. 1. n. 1. c. 8. §. 1. & §. 4. c. 13.* „*§. 1. c. 18. §. 2.*

„**) (EXCEPTO EO QUOD ETIAM EXTRA EAM „AD SECURITATEM NECESARIAM RES POSSUNT „DETINERI:) Vide *l 3. c. 6. §. 1. c. 18. §. 2. & c.* „*1. §. 2.* i. e. ut jure pignoris retineri poſſint ca„pta etiam ultra quantitatem debiti donec ſatisfa„ctum ſit: at jam dictum eſt ipſam proprietatem „jure naturæ acquiri capienti.

„*d*) (SED RESTITUENDÆ CESSANTE PERICU„LO, SECUNDUM EA QUÆ LIBRO II. C. II. TRA„CTAVIMUS.) Imo plane alia ratio eſt ejus captu„ræ de qua *d. l. 2. c. 2. §. 10.* agitur: adeoque „male ea ad capturam rei hoſtilis applicatur uti „mox videbimus.

„*e*) (QUOD ET IN RE PACATORUM LICERET:)

 „Auctor

f multo magis in re hoſtium licet. *g* Hoc igitur eſt capiendi quoddam jus, ſine acquirendi jure.

2. Cum autem deberi aliquid nobis poſſit, *h* aut ob inæqualitatem rerum, *i* aut ex pœna, *k* poteſt ex utraque cauſa acquiri res hoſtilis *l* ſed cum diſcrimine tamen; nam ſupra diximus, ex debito illo priore non res tantum debentis *m* ſed & ſubditorum ejus ex *n* introducto jure gentium *o* quaſi fidejuſſione obligari. *o* Quod quidem jus gentium alterius generis credimus quam illud *p* quod in impunitate ſola ** aut externa vi judiciorum conſiſtit. Nam ſicut in

res

Cajetan. in ſum. pecc. v. b belli damnum Covarr. ad d. c. peccatum p. 11. §. 11. Vict. de jure belli n. 39. & 41 & Molina 11 tract. diſp. 117.

„Auctor ſupra *c.* 1. §. 2. *n.* 2. & *l.* 2. *c.* 2. §. 10. „ſtatuit rem alienam & quæ pacati eſt ex qua certum mihi periculum imminet, citra culpæ alienæ conſiderationem invadi poſſe, at occupantem „dominium non fieri, ſed cuſtodire poſſe, donec „ſecuritati ejus cautum ſit.

„*f*) (MULTO MAGIS IN RE HOSTIUM LICET:) „Ratio differentiæ in eo conſiſtit, quod *pacatorum* „res capere poſſim non ex jure quod in pacatum „mihi competit, ſed ex jure neceſſariæ defenſio„nis, quod omnia continet ſine quibus jus illud de„fendere non poſſum. At *res hoſtiles* capere poſſum „ob injuriam ab hoſte mihi illatam, adeoque ob „jus quod in ipſum hoſtem mihi competit, cujus „effectus eſt quod illo caſu nuda cuſtodia acqui„ratur, hoc caſu dominium quoque.

„*g*) (HOC IGITUR EST CAPIENDI QUODDAM „JUS SINE ACQUIRENDI JURE:) Quia capere ſal„tem licet ad effectum ſecuritatis, non ut acqui„ratur dominium rerum captarum; nimirum qua„tenus excedit quantitatem debiti: nam intra mo„dum debiti etiam proprietatem acquiri per mo„dum compenſationis ipſe Grotius ſtatuit.

„*h*) (AUT OB INÆQUALITATEM RERUM:) „Forte quod æqualitas non fuerit in contractu „quem hoſtis mecum iniit, & quam proinde cor„rigere alter tenetur: quod examinavimus *ſupra* „*l.* 2. *c.* 12. §. 8. ubi ſimul diximus obligationem „non oriri ex inæqualitate ſed ex eo quod alter „vel rem noſtram teneat, vel jus aliquod in nos „tranſtulerit, vel locupletior factus ſit noſtra ja„ctura &c.

i) (Grot.) (AUT EX POENA:) Romani Pruſiam Attalo juſſerunt & damnum refarcire & pœnam inſuper pendere. [Habet Auctor noſter ex APPIANO ALEXANDRINO, *Bell. Mithrid.* pag. 172, 173. Ed. H. Steph. *J. B*]

ADDITIO.

„Quia hoſtis jus noſtrum læſit.

„*k*) (POTEST EX UTRAQUE CAUSA ACQUIRI „RES HOSTILIS:) I. e. capi poteſt res hoſtilis aut „ex debito aut in pœnam.

„*l*) (SED CUM DISCRIMINE TAMEN:) Quod „diſcrimen in eo ponit, quod ob debitum etiam „ſubditorum res capi poſſint, etiam juxta juſtitiam internam: Pœna autem a ſubditis innocentibus exigi non poſſit.

„*m*) (SED ET SUBDITORUM EJUS EX INTRO„DUCTO JURE GENTIUM QUASI FIDEJUSSIONE „OBLIGARI:) Supra *c.* 2. §. 1. & 5. demonſtravi„mus res ſubditorum obligari pro debito princi„pis non demum ex ficto aliquo jure gentium ſed „ex ipſa naturæ ratione.

„*n*) (INTRODUCTO JURE GENTIUM:) Jus hoc „gentium ex neceſſitate quadam introductum fu„iſſe fingit, quia facilius bona ſubditorum capi „poſſint quam Principes; & membra ejuſdem ſo„cietatis facilius a ſe mutuo jus conſequi poſſint. „*dict. cap.* 2. §. 2.

„*) (QUASI FIDEJUSSIONE:) Jure gentium „enim introductum eſſe ait ut pro eo quod debet „præſtare aliqua civilis ſocietas aut ejus caput &c. „teneantur & obligata eſſe debeant bona omnia „corporalia & incorporalia eorum qui tali ſocie„tati ſubſunt *l.* 3. *c.* 2. §. 2. *n.* 1.

„*o*) (QUOD QUIDEM JUS GENTIUM ALTERIUS „GENERIS CREDIMUS QUAM ILLUD QUOD IN IM„PUNITATE SOLA &c.) Jus ergo illud gentium „non ita naturæ (qua alius pro alio non obligatur „*l.* 3. *c.* 2. §. 1.), repugnare ait, ut non more & „tacito conſenſu induci potuerit, cum & fidejuſ„ſores ſine cauſa ulla ex ſolo conſenſu obligentur. „Et ſpes erat facilius membra ejuſdem ſocietatis „a ſe mutuo jus conſequi poſſe, quam externos quo„rum multis in locis exigua habetur ratio; dein„de commodum ex hac obligatione commune „fuiſſe omnibus populis, ita ut qui nunc eo gra„varetur alio tempore ſublevari indidem poſſet. „quæ ſunt verba Grotii *d. l.* 3. *c.* 2. §. 2. *n.* 2. ubi „ſententiam hanc refutavimus.

„*p*) (QUOD IN IMPUNITATE SOLA:) Adeoque „non in vero aliquo jure: (Vid. *indicem* voce *im„punitas* ad quam impunitatem in præcedentibus „retulit jus interficiendi quosvis hoſtes in quovis „bello, jus vaſtandi eorum res, easque capiendi &c. „Vid. *l.* 3. *c.* 5. §. 1. *c.* 6. §. 2. *c.* 10. §. 1.

„**) (AUT EXTERNA VI JUDICIORUM:) Quia „ex hypotheſi Auctoris is qui in bello ſolenni fi„ne fine modoque res hoſtiles capit, apud alias „gentes æque ac is qui cauſam ab eo habet, in „poſſeſſione tuendus eſt, adeoque dominium ha-

„ctenus

res noſtras, ex conſenſu privato noſtro, ei quicum actum eſt [q] non externum modo, [r] ſed & internum jus quæritur, [s] ſic & ex communi quodam conſenſu, qui ſingulorum conſenſum vi quadam in ſe continet, quo ſenſu lex πόλεως συνθήκη κοινὴ [t] *communis pactio civitatis* dicitur. Atque id [u] in hoc negotii genere placuiſſe gentibus eo eſt credibilius, quia hæc lex gentium [v] non ſola majoris mali vitandi cauſa, [w] ſed etiam juris cuique ſui conſequendi gratia introducta eſt.

§. II.

[a] At in altero debendi genere [*] quod pœnale eſt, [b] non video gentium conſenſu tale jus in res ſubditorum eſſe proditum; [c] odioſa enim eſt talis rerum alienarum obligatio [d] ideoque latius produci non debet, quam actum appareat. [e] Neque vero par eſt utilitas in poſteriore hoc & in priore debendi genere; [f] nam prius illud

„ctenus quoad effectus externos acquirit. *d. l.* 3. „*c.* 6. §. 2.

„*q*) (NON EXTERNOM MODO:) I. e. quoad impunitatem & vim externam judiciorum.

„*r*) (SED ET INTERNUM:) Quod tutum in „conſcientia reddit.

„*s*) (SIC ET EX COMMUNI QUODAM CONSENSU „QUI SINGULORUM CONSENSUM VI QUADAM IN „SE CONTINET:) Senſus eſt, quod jus illud quo „ſubditorum res obligantur pro debito civitatis, „non fit contra jus internum, quia id gentes communiter ita ſtatuerunt: ex quo communi con„ſenſu ſinguli cives obligantur. *Vid. l.* 3. *c.* 2. §. 2. „ubi fabulam hanc confutavimus: Vera ratio, cur „ſubditi ipſo jure naturæ ex debito principis obli„gentur hæc eſt, quod ſubditi omne ſuum judici„um in principem tranſtulerint, indeque ſequi „judicium principis ejusque cauſam defendere tene„antur: Quia igitur hactenus cauſam hoſtis ſequun„tur, injuriam ab eo illatam defendunt, eoque „reparationi juris noſtri reſiſtunt, quævis quoque „hoſtilia pati debent.

„*t*) (COMMUNIS PACTIO CIVITATIS:) *L.* 1. *ff.* „*de Legibus.* Conf. *ſupra l.* 2. *c.* 11. §. 1. *n.* 3. & *c.* „14. §. 9. & *l.* 3. *c.* 2. §. 2.

„*u*) (IN HOC NEGOTII GENERE PLACUISSE „GENTIBUS EO CREDIBILIUS:) Quæ quæſo gens „aliquo gentium placito obligari ſe credet? quin „quis populus ex eo *quod credibile eſt gentibus* „*placuiſſe* obligationem oriri perſuaſum ſibi ha„bebit? *Vid. Diſſ. proœm. IV.* §. 29. *ſeq.*

„*v*) (NON SOLUM MAJORIS MALI VITANDI „CAUSA:) Expreſſit autem hoc quædam neceſſi„tas, (verba hæc ſunt Auctoris ſupra *l.* 3. *c.* 2. §. „2. *n.* 1.) quod alioqui magna daretur injuriis fa„ciendis licentia, cum bona imperantium ſæpe „non tam facile poſſint in manus venire, quam „privatorum qui plures ſunt.

„*w*) (SED ETIAM JURIS SUI CUIQUE CONSE„QUENDI GRATIA:) Quia facilius membra ejus„dem ſocietatis a ſe mutuo jus conſequi poſſunt. „*d. l.* 3. *c.* 2. § 2. *n.* 2.

„*a*) (AT IN ALTERO:) *Vid.* §. *præced. n.* 2.

„*) (QUOD POENALE EST:) Ubi nimirum ma„giſtratus ex maleficio tenetur.

„*b*) (NON VIDEO GENTIUM CONSENSU TALE „JUS IN RES SUBDITORUM ESSE PRODITUM:) Sen„ſus eſt, quod pro debito pœnali civitatis, res ſub„ditorum non obligentur fidejuſſionis nexu, neque „conſenſus gentium eo extendi debeat: Diximus „tale jus gentium voluntarium non exiſtere.

„*c*) (ODIOSA ENIM TALIS RERUM ALIENA„RUM EST OBLIGATIO:) Imo vera ratio eſt quia „talis gentium conſenſus unde jus oriatur, non „datur.

„*d*) (IDEOQUE LATIUS PRODUCI NON DEBET:) „Quod non eſt produci non poteſt: Cæterum ſæ„pius dictum eſt interpretationes tum favorabiles „tum odioſas eſſe ex mero jure civili.

„*e*) (NEQUE PAR EST UTILITAS:) Ob quam „ſolam gentes jus ſtatuere ſolent: At dixi in neu„tro caſu jus gentium, quod non exiſtit, aliquid „ſtatuere: adeoque fruſtra de diſcriminis ratione „inter debitum civile & pœnam eo jure quæri.

„Jure naturæ ſubditi æque ex debito ac ex de„licto principis tenentur, propter aſſenſum, quia „factum principis, qui reparare injuriam non vult, „operis ſuis ac opibus defendunt, adeoque judici„um & cauſam hoſtis ſequuntur, eoque hoſtes „ipſi ſunt.

„*f*) (NAM PRIUS ILLUD EST IN BONIS:) Qui „enim debitum ex contractu petit, ei aliquid ab„eſt ex bonis, adeoque ejus perſecutio ſine damno „omitti non poteſt: & propter hanc utilitatem „Gentes non tantum debitoris ſed & ejus ſubdito„rum bona obligari voluiſſe ait.

illud eſt in bonis, [g] poſterius hoc non eſt; ideoque perſecutio ejus fine damno omitti poteſt. Nec obſtat quod ſupra [h] de jure Attico diximus. *Lib. 3. c. 2. n. 3.* Nam [i] ibi homines obligabantur non ex eo proprie [k] quod civitas puniri poterat, [l] ſed duntaxat ad cogendam civitatem id facere quod facere debebat, id eſt judicium reddere in ſontem, [m] quod debitum ex officio [n] ad prius illud [o] non ad poſterius debendi genus refertur: [p] aliud enim eſt debere punire, [q] aliud debere aut poſſe puniri, [r] quanquam ex ceſſatione circa illud hoc ſequi ſolet, [s] ſed ita ut diſtincta ſit cauſa illa & hoc effectum. [t] Ergo pœnæ nomine acquiri res ſubditorum hoſtilium non poterunt, [u] ſed eorum duntaxat qui ipſi deliquerint, in quibus [v] & magiſtratus continentur qui delicta non puniunt.

§. III.

Cæterum [a] res ſubditorum & capi & acquiri poſſunt, non tantum

„g) (POSTERIUS HOC NON EST:) Pœnale debitum non eſt in bonis ſane ei, qui pœnam ab hoſte poſcit, nihil ex bonis abeſt, neque igitur damnum patitur ſi perſecutionem pœnæ omittit; Atque hinc Auctor concludit gentes voluiſſe quidem debitorem obligare ad reparandam injuriam, non vero ejus ſubditos quia non agitur de reparando damno in bonis dato.

„At placita hæc gentium fabulam eſſe paſſim probavimus: Subditi æque ex debito ac ex injuria ſuæ civitatis tenentur, quia cauſam civitatis defendunt, & defendere tenentur.

„h) (DE JURE ATTICO:) De quo ſupra *l.* 3. *c.* 2. §. 9. ubi ſcilicet tres proximi agnati capi poterant, donec de delicto ſatisfieret.

„i) (IBI HOMINES OBLIGABANTUR NON EX EO PROPRIE:) Senſus eſt: potuiſſe capi illas perſonas pro debito pœnali ad eum effectum ut civitas hoc modo adigeretur ad judicium reddendum in ſontem: non vero ut capti illi pro delicto puniri poſſint

„k) (QUOD CIVITAS PUNIRI POTERAT:) Nam civitas nihil deliquerat, ſed civis.

„l) (SED DUNTAXAT AD COGENDAM CIVITATEM:) Ad efficiendum ut civitas, ſi liberos eſſe velit cives captos, jus dicat in reum.

„m) (QUOD DEBITUM EX OFFICIO:) Officii enim pars eſt reos punire.

„n) (AD PRIUS ILLUD:) Ad debita civilia.

„o) (NON AD POSTERIUS:) Ad debita quæ ex delicto oriuntur.

„p) (ALIUD ENIM EST DEBERE PUNIRE:) Hoc enim ſupponit delictum, ſubditi autem innocentes non delinquunt: at diximus ſubditos non eſſe innocentes.

„q) (ALIUD DEBERE &c. PUNIRI:) Debebat autem ſaltem puniri civitas, non cives innocentes.

„r) (QUANQUAM EX CESSATIONE CIRCA ILLUD HOC SEQUI SOLET:) Ex ceſſatione igitur hujus debiti & officii ſequitur ſingulos cives obligari, & puniri poſſe quia factum civitatis probant & defendunt.

„s) (SED ITA UT DISTINCTA SIT CAUSA ILLA ET HOC EFFECTUM:) Rectius diſtinctæ ſunt obligationum cauſæ: Nam cauſa principalis eſt debitum vel delictum civis: Si magiſtratus extraneo requirenti negat judicium, tunc hic obligatur ex nova cauſa, ex ceſſatione ſcilicet officii. Reliqui ſubditi ejusdem civitatis obligantur pro debito concivis, ſed ideo quia factum & injuriam magiſtratus officium negantis, defendunt & probant.

„t) (ERGO POENÆ NOMINE ACQUIRI RES SUBDITORUM HOSTILIUM NON POTERUNT:) Imo pœnæ nomine acquiri poſſunt, quia cauſa ſunt injuriæ dum eam probant ac defendunt.

„u) (SED EORUM DUNTAXAT QUI IPSI DELIQUERUNT:) At delinquunt quoque qui injuriam illam defendunt, & reparationi juris conſilio opera vel opibus reſiſtunt.

„v) (ET MAGISTRATUS CONTINENTUR:) Qui negando officium injuriam committunt, atque ideo bello cogi poſſunt ad ſatisfaciendum: Sed & concives continentur, at ex alio capite, quia ſcilicet injuriam principis, negantis officium probare & defendere tenentur.

„a) (RES SUBDITORUM ET CAPI ET ACQUIRI POSSUNT:) Scilicet ex eo jure gentium voluntario, quo ſingulorum bona pro debitis civitatis obligari dixit; quod modo refutavimus. Cives enim ſuo jure pro debito non obligantur; nec *jure gentium*, quale non datur, nec *jure naturæ*, quo nemo ex alieno debito tenetur: Adeoque tunc demum obligantur ſi magiſtratus neget judicium, hoc enim factum ſubditi defendunt adeoque

tum ad conſecutionem [b] debiti primarii unde ortum eſt bellum, [c] ſed & ſubnaſcentis, ſecundum ea quæ diximus [d] initio hujus libri. Et ſic accipiendum eſt quod ſcribunt Theologi quidam, [e] capta in bello non compenſari cum debito principali: intelligendum enim hoc [f] uſque dum [g] ſecundum ſanum judicium ſatisfactum ſit de eo damno quod in ipſo bello datum eſt; ſic in diſceptatione cum Antiocho Romani, Livio narrante, [h] impenſam, quæ in bellum facta eſſet, omnem præſtare regem æquum cenſebant, cujus culpa bellum excitatum eſſet. Apud [i] Juſtinum eſt *impenſas belli lege juſta ſuſcepturus*: Apud [k] Thucydidem damnantur Samii χρήματα τὰ ἀναλωθέντα ἀποδῶναι, *ſolvere belli impenſas*. [l] Et alibi ſæpe. [m] Quod autem victis juſte imponitur, idem & bello juſto extorquetur.

Silv. verb. bell. n. 10. Vict. n. 51. Bart. in l. ſi quid bello. D. de capt. Lib. 37. c. 35. Lib. 33. c. 1. Lib. 1. c. 117.

§. IV.

1. Cæterum ſciendum eſt, quod & [a] alibi meminimus, latius patere caritatis quam juris regulas. Qui divitiis floret immiſericordiæ

„eoque ex hac approbatione tenentur, & quia cauſam hoſtis defendunt, hoſtes fiunt.

„*b*) (DEBITI PRIMARII:) Subditi in genere tenentur ad reparationem injuriæ quæ a magiſtratu committitur, & quam defendunt.

„*c*) (SED ET SUBNASCENTIS:) I. e. omnium damnorum, quæ ex bello ſequuntur: quia ſubditi reparationi juris noſtri reſiſtentes tenentur ad omne id quod intereſt injuriam factam non eſſe.

„*d*) (INITIO HUJUS LIBRI:) *L. 3. c. 1. §. 3. L. 2. c. 1. §. 16.* & infra *c. 14. §. 1.*

„*e*) (CAPTA IN BELLO NON COMPENSARI CUM DEBITO PRINCIPALI:) Omnino compenſantur, quia penſare eſt æquare, quando nimirum debitor, id quod ipſe debet, cum eo quod ipſi debetur, penſat. Sed & præterea in pœnam res hoſtium retineri poſſunt, citra compenſationem.

„*f*) (USQUE DUM &c. SATISFACTUM SIT:) Ex mente Auctoris igitur interim ſaltem ſecuritatis cauſa cuſtodiri poſſunt res captæ, quod refutavimus §. 1. *n.* 1.

„*g*) (SECUNDUM SANUM JUDICIUM:) Arbitratu prudentium & bonorum virorum: fruſtra ad id provocatur inter gentes quæ alieno judicio non ſubſunt.

h) (Grot.) (IMPENSAM, QUÆ IN BELLUM FACTA ESSET:) Meminit *Polybius excerpto legationum* 23. Sic & a Sulla damnati Aſiatic:, narrante in Mithridaticis *Appiano.* (Pag. 213) morem hunc pro ſe allegat rex Poloniæ, apud *Thuanum* libro LXXIII. anno cIↄIↄLXXXI. Sic apud *Homerum* Iliados Γ. vocem τιμὴν Scholiaſtes interpretatur πρόςιμον τῷ πολέμῳ· λέγει δὲ τὸ ἥμισυ τῶν ἐν τῇ πόλει κτημάτων. *belli æſtimationem, dimidium nempe rerum quæ in urbe erant.* (Ad verſ. 286.)

ADDITIO

„Quia hæ impenſæ ex injuria hoſtis mihi abſunt indeque is reſtituere eas mihi tenetur.

„*i*) (JUSTINUM.) *L. 33. c. 1.*

„*k*) (THUCYDIDEM:) *L. 3. p. m.* 169.

„*l*) (ET ALIBI:) Vide notas Auctoris. Adde *Juſt. l. 31. c. 7. Thuan. l. 22. p.* 443.

„*m*) (QUOD AUTEM VICTIS JUSTE IMPONITUR IDEM ET BELLO JUSTE EXTORQUETUR:) Imo capta non ex ea ratione cedunt capientibus, ſed quia mediis his adiguntur ad ſatisfaciendum.

„(AD §. IV.) Auctor hic ait nec ea quæ juſtitia interna licita ſunt ſemper admitti debere, quoties caritatis lex obſtat: indeque monet (1) ne dives inopem debitorem omnibus rebus exuat, (2) inprimis ſi nihil ex debito lucratus ſit, uti ſi fide ſua dari juſſit: Neque (3) eorum qui extra belli culpam ſunt res capi debere, uti res ſubditorum innocentium; & magis (4) ſi conſtet illos a concivibus res ſuas non facile recuperaturos, vel (5) noſtrum ſatis facile nos conſecuturos ab eis qui primario debent, vel a Principe qui judicium negavit: (6) Humanitatis exempla affert, ubi devicti hoſtes vel in civitatem aſſumti, aut ex agris aliquid veteribus poſſeſſoribus ſub lege tributi relictum eſt: (7) Denique urbibus captis parcendum, agroſque vel agrorum partem illis relinquendam & tributum potius eis, ut & aliis mercibus imponendum ait.

„At cum hæc tum ad prudentiæ tum ad virtutis regulas pertineant, non opus eſt iis inhærere cum hic ſaltem quid jure naturæ liceat quæſtio ſit; in ſequentibus igitur mentem ſaltem Auctoris explicabimus.

„*a*) (ALIBI:) Vide *indicem* voce *dilectionis lex.*

diæ reus erit, [b] ſi inopem debitorem omnibus reculis ſuis excutiat, ut ipſe ultimum quadrantem conſequatur, multoque magis ſi is ipſe debitor [c] in id debitum venerit ſua bonitate, ut ſi pro amico fidejuſſerit, ipſe autem nihil pecuniæ verterit in rem ſuam. [d] Miſerabile enim eſt, ut ait pater [e] Quintilianus, ſponſoris periculum. Tamen [f] tam durus creditor [g] contra jus ſtricte dictum nihil facit.

Declam. 273.

2. Quare [h] exigit humanitas ut his [i] qui extra culpam ſunt belli, [k] quique non alio quam fidejuſſorio nomine obſtricti ſunt, [l] relinquantur res iſtæ quibus nos facilius quam ipſi careamus, præſertim vero ſi ſatis appareat [m] illos ipſos id quod eo modo amiſerunt a civitate ſua non recuperaturos. Huc pertinet quod Babylone capta Cyrus militibus dixit: οὔκουν ἀδικίᾳ γε ἕξετε ὅ, τι ἂν ἔχοιτε, ἀλλὰ φιλανθρωπίᾳ οὐκ ἀφαιρήσεσθε ἤν τι ἐᾶτε ἔχειν αὐτούς: *Injuſte quidem non poſſidebitis quæ tenetis: ſed ſi quid non auferetis hoſtibus, id veſtræ erit humanitatis.*

Xenoph. de Cyri. Inſt. Lib. 7. c. 5. n. 26.

3. Notandum & hoc, [n] cum in ſubſidium introductum ſit jus hoc in bona ſubditorum innocentium, quamdiu ſpes eſt nos noſtrum ſatis facile conſequi poſſe [o] ab originariis debitoribus, [p] aut ab

Ægid. Reg. de actibus supern. diſp. 31. dub. 7. n. 117.

„Adde *lib.* 3. *cap.* 4. § 2. *Lib.* 2. *cap.* 17. §. 9.

„*b*) (SI INOPEM DEBITOREM OMNIBUS RECU-„LIS SUIS EXCUTIAT:) Hoc verum ſi inopia illa „non vitio debitoris ſupervenerit: Unde & leges „civiles tali debitori varia indulgent beneficia, „ceſſionem bonorum, indultum moratorium.

„*c*) (IN ID DEBITUM VENERIT SUA BONITA-„TE:) Non lucri aut utilitatis ſtudio: Supponit „autem Auctor hic quoque creditorem eſſe divi-„tem, fide juſſorem vero inopem.

d) (Grot.) (MISERABILE ENIM EST, UT AIT PATER QUINTILIANUS, SPONSORIS PERICULUM:) Addit ſalvo pudore ad ſponſorem non aliter creditorem venire, quam ſi recipere a debitore non poſſit. Bene *ſalvo pudore* nam ſponſores appellare, videtur habere quandam δυσωπίαν ut ait *Cicero* ad Atticum XVI, 15. [Vide *Noodt*, Jul. Paul. Cap. XI. *J. B.*]

ADDITIO.

„Miſerabile dicitur periculum, quaſi miſericordia ac favore dignum. *Gron h.*

„*e*) (QUINTILIANUS:) *Declam.* 273.

„*f*) (TAM DURUS:) Qui ad peram & ſacculum „usque debitum exigit.

„*g*) (CONTRA JUS STRICTE DICTUM:) Nam „alibi dixit naturæ non repugnare, ut nod more „& tacito conſenſu induci potuerit, ut ſubditi „factum principis præſtare debeant. *L.* 3. *c.* 2. §. 2. „*n.* 1. Adeoque ſtricto jure non peccare ait eum, „qui ſubditum inopem pro debito civitatis omni-„bus reculis excutit.

h) (Grot.) (EXIGIT HUMANITAS:) Ptolemæus Demetrio Antigoni filio tabernaculum & alia ad curam corporis ipſius pertinentia, pecunias quoque captas remiſit, dicens non de omnibus rebus, ſed de imperio & honore inter ipſos certari. Narrat *Plutarchus* Demetrio. (*pag.* 891. A.) Vide & factum Sanctii Vaſconum regis apud *Marianam* lib. XI. cap. 16.

„*i*) (QUI EXTRA CULPAM SUNT BELLI:) Qui „nec ſuo jure debent, nec ipſi deliquerunt.

„*k*) (QUIQUE NON ALIO QUAM FIDEJUSSO-„RIO NOMINE:) Qui non aliam ob cauſam quam „quod fidem interpoſuerint, bello conveniuntur. „Hoc nomine etiam ſubditos ex introducto jure „gentium obligari dixit ſupra §. 1. *n.* 2.

„*l*) (RELINQUANTUR RES ISTÆ QUIBUS NOS, „FACILIUS QUAM IPSI CAREAMUS:) Adeoque „quæ nobis nullam vel exiguam, ſubditis autem „maximam afferunt utilitatem.

„*m*) (ILLOS IPSOS ID QUOD EO MODO AMISE-„RUNT A CIVITATE NON RECUPERATUROS:) Ex „hypotheſi enim Auctoris ideo gentes bona ſub-„ditorum pro debito civitatis obligari voluere, „quia membra ejusdem ſocietatis facilius a ſe in-„vicem jus conſequi poſſunt. *Vide l.* 3. *c.* 2. §. 2. „*n.* 2. & *ſupra* §. 1. *in fin.* ibique not. Aliud ergo „ex caritatis ſaltem regula ſtatuit ſi ceſſet illa ſpes.

„*n*) (CUM IN SUBSIDIUM INTRODUCTUM SIT „JUS HOC:) Tenentur enim ſaltem tanquam fide-„juſſores: *Vid ſupr.* §. 1. *n.* 2.

„*o*) (OB ORIGINARIIS DEBITORIBUS:) A prin-„cipali debitore; nam tunc tota ratio conſtitutio-„nis juris gentium ceſſare videtur, utpote quæ ex „hypotheſi Auctoris ideo obtinuit, ut creditores „eo facilius jus ſuum conſequantur *l.* 3. *c.* 2. §. 2. „& *ſupra* §. 1. *n.* 2. *in fin.*

„*p*) (AUT AB IIS QUI JUS NON REDDENDO SPONTE

ab iis qui jus non reddendo ſponte ſua debitores ſe faciunt, ad eos venire qui culpa vacant, [q] etiamſi concedatur cum ſtricto jure non pugnare, [r] abire tamen ab humanitatis regula.

4. [s] Exempla hujus humanitatis exſtant paſſim, in hiſtoria præſertim Romana, ut cum [t] agri hoſtibus devictis ea conditione conceſſi ut in civitatem venirent, id eſt victæ civitati cederent, aut cum *L. 16. D. de acq. rer dom.*
ex agris modicum, honoris gratia, [u] veteri poſſeſſori relinquebatur. *d. l. 16.*
Sic a Romulo Vejentes agri parte mulctatos narrat [v] Livius. Sic *l. 15. §. 2. D. de rei vind.*
Uxiis [w] Alexander Macedo agros quos habuerant dedit vectigales. *Vict. de jure belli n. 40.*
Sic [x] deditas urbes non diripi ſæpe legas: [y] & ſupra diximus, non *Silv in verb. bellum p. 1. §. 10. n. verſ. 3.*
perſonis tantum ſed & rebus agros colentium cum laude & ex pio Canonum præſcripto parci, ſaltem ſub tributo, [z] & ſub ſimili tributo ſolere & mercibus concedi a bello immunitatem. *Liv. 1. 15. Arrian. l. 3. c. 17.*

CAPUT XIV.

Temperamentum circa captos.

I. *Quo usque capere homines liceat juſtitia interna.*
II. *Quid interno juſtitia dominio in ſervum liceat:*
III. *Non licere occidere innocentem.*
IV. *Non punire inclemementer.*
V. *Non operas nimium graves imponere.*
VI. *Peculium quomodo domini, quomodo ſervi.*
VII. *An ſervis fugere liceat.*
VIII. *An e ſervis nati domino teneantur, & quatenus.*
IX. *Quid faciendum ubi captorum ſervitus in uſu non eſt.*

§. I.

„SPONTE SUA SE DEBITORES FACIUNT:) Si difficilior ſit recuperatio a debitore principali, ſed facilis a magiſtratu debitoris, qui judicium negavit, tunc, ait, caritatem requirere ut hic potius excutiatur quam reliqui ſubditi innocentes.

„q) (ETIAMSI CONCEDATUR CUM STRICTO JURE NON PUGNARE:) *Vid. n. præced. in fin.*

„r) (ABIRE TAMEN AB HUMANITATIS REGULA:) I. e. non peccari contra jus, ſed contra virtutem.

„s) (EXEMPLA HUJUS HUMANITATIS:) Recte hic monet Zieglerus exempla hæc non convenire cum ea ſpecie humanitatis quam *hoc. §. n. 3.* commendat, ſcilicet de excutiendo debito originario.

„t) (AGRI HOSTIBUS DEVICTIS EA CONDITIONE CONCESSI UT IN CIVITATEM VENIRENT:) Vide ſupra *l. 3. c. 6. §. 11.* & infra *c. 15. §. 3. & 9.*

u)(Grot.)(VETERI POSSESSORI RELINQUEBATUR:) Appianus civilium II. τῶν δὲ πολεμίων ὅτε κρατήσαιεν, ὐδὲ τύτων ἅπασαν τὴν γῆν ἀφῃρῦντο, ἀλλ' ἠμερίζοντο· *Romani veteres ne hoſtibus quidem victis omnes agros adimebant, ſed cum eis partiebantur.* (Pag. 516.) Sic & Vandalos in Africa & in Italia Gotthos feciſſe hiſtoriæ nos docent.

ADDITIO.

„Exempla attulit Auctor *ſupra L. 3. c. 6. §. 11. n. 2. Part III.*

„v) (LIVIUS:) *Conf. d. c. 6. §. 11.*

„w) (ALEXANDER MACEDO:) *Conf. d. c. 6. §. 11.*

„x) (DEDITAS ORBES NON DIRIPI:) Conf. *l. 3. c. 4. §. 12. c. 11. §. 16. n. 1. c. 5. §. 1. c. 6. §. 18.*

„y) (ET SUPRA:) *l. 3. c. 12. §. 4. n. 4. & c. 11. §. 10. n. 2. & §. 11.*

„z) (ET SUB SIMILI TRIBUTO SOLERE ET MERCIBUS CONCEDI A BELLO IMMUNITATEM:) *L. 3. c. 12 §. 4 n. 1.*

„(AD §. 1.) Auctor ſupra capite VII. *Jure gentium voluntario* in bello ſolenni publico introductum eſſe ait ut (1) capi perſonæ hoſtium poſſint etiam ſi cauſa injuſta ſit, & quidem (2) in infinitum, ultra debiti vel pœnæ modum: idque gentes (3) extendiſſe ait ad omnes qui in hoſtili territorio inveniuntur, item (4) ad poſteros *l. 2. c. 5. §. 27. & c. 7. §. 1. & 2.* (5) jus vitæ & necis in captos conceſſiſſe *c. 7. §. 3. & c. 5. §. 28.* Et (6) facultatem acquirendi ex opera ſervi: *d. c. 7. §. 4. & 5.*

„Auctor hoc capite temperat illam licentiam jure gentium conceſſam, tum ex jure naturæ, tum ex præceptis virtutum: tum ex utilitatis rationibus.

„*Jure naturæ* enim (1) neminem capere perſonam hoſtilem poſſe niſi juſtam bellandi cauſam habeat. Neque (2) in infinitum capi poſſe ſed tantum ad debiti aut delicti quantitatem *L.*

Digitized by Google

§. I.

1. Quibus in locis [a] captivitas hominum & ſervitus in more eſt, [b] ſi internam juſtitiam reſpicimus [c] limitanda primum eſt ad rerum inſtar, [d] ut ſcilicet eo usque licita ſit talis acquiſitio quousque debiti aut primarii, aut [e] ſubnaſcentis quantitas patitur [f] niſi forte in ipſis hominibus peculiare ſit delictum quod libertatis damno puniri æquitas ferat. [g] Hactenus igitur nec ultra [h] juſtum bellum gerens in hoſtis ſubditos captos jus habet, [i] idque in alios valide transfert.

Vict. de jure belli n. 41. Leſſ. l. 2. c. 5. dub 5. Covar. c. peccatum p. 11 §. 11. Molina diſp 120. & 121. Valentia diſp 3. q. 16.

2. Erit autem æquitatis & bonitatis officium hic quoque [k] ea adhibere diſcrimina, quæ cum de interficiendis hoſtibus ageretur ſupra annotata ſunt. Demoſthenes in epiſtola pro Lycurgi liberis, laudat Philippum Macedonem [l] quod non omnes qui inter hoſtes fuerant ſervos feciſſet: καὶ γὰρ οὔτε δίκαια εἶναι πρὸς ἅπαντας τὰ αὐτὰ, οὔτε καλὰ ἡγεῖτω, ἀλλὰ τὴν τῆς ἀξίας προσθήκην συλλογιζόμενος τὰ τοιαῦτ᾽ ἐπέκρινεν: *Neque enim*, inquit, *eadem in omnes aut æqua aut boneſta cenſebat, ſed rem exputans cum acceſſione ejus quod quisque meruiſſet, etiam in talibus velut judicem agebat.*

Pag. 114. B.

§. II.

„3. c. 14. §. 1. atque hinc capi non poſſe ait qui „infortunio militant c. 14. §. 1. nec innocentes „cum nocentibus, *ibidem*. Nec fœminas, ſenes, „& alios, qui arma gerere non poſſunt *ibid.* Neque (3) natos ex ſervis ſervos fieri *L. 2. c. 5. §. 29. pr. l. 3. c. 14. §. 8.* niſi pro proportione alimentorum *d. c. 14, §. 8.* Neque (4) jus vitæ & necis „ſub ſervitute contineri ſed perpetuas tantum operas *L. 2. c. 5. §. 27. & 28. l. 3. c. 13. §. 2. l. 3. c. 7. §. 2. l. 3. c. 14. §. 2. 3. & 4.* præſtitis ſervo „alimentis *d. c. 14. §. 5.* Atque hinc ait ſervum „fugere non poſſe *L. 3. c. 7. §. 6. & c. 14. §. 7.* „(5) Servum ſibi acquirere *L. 3. c. 14. §. 6.* indeque peculium ei ſine cauſa adimi non poſſe *ibid.*

„Denique commendat redemtionem captivorum *Vid. c. 14. §. 9. & l. 3. c. 7. §. 5.*

„a) (CAPTIVITAS HOMINUM ET SERVITUS IN „MORE EST:) Nam inter Mahumetanos invicem „& inter Chriſtianos in uſu non eſſe alibi dictum „eſt. *L. 3. c. 7. §. 9. & c. 9. §. 19.*

„b) (SI INTERNAM JUSTITIAM RESPICIMUS:) „I. e. jus naturæ neglecta licentia quam jus gentium voluntarium in bello ſolenni concedere „fingit.

„c) (LIMITANDA PRIMUM EST AD RERUM INSTAR:) De qua limitatione egit *c. praecd.* §. 1.

„d) (UT SCILICET EOUSQUE LICITA SIT TALIS ACQUISITIO QUOUSQUE DEBITI AUT PRIMARII AUT SUBNASCENTIS QUANTITAS PATITUR:) Imo, uti in rerum captione diximus „eam in infinitum jure naturæ licitam eſſe, ita in „captura perſonarum idem dicendum eſt, nimirum in infinitum hoſtes capi, & ſervos fieri poſſe: „donec injuria reparata ſit.

„e) (SUBNASCENTIS:) Nimirum damnorum & „ſumtuum quæ poſt bellum ſuperveniunt. *d. c. 13.* „§. 1.

„f) (NISI FORTE IN IPSIS HOMINIBUS PECULIARE SIT DELICTUM:) Diximus cap. præc. §. 1. „Singulos ſubditos hoſtis ex peculiari delicto teneri, quia judicium ſuæ civitatis, & hoſtis noſtri probant, ejusque cauſam ſequuntur & defendunt.

„g) (HACTENUS IGITUR NEC ULTRA:) I. e. „intra quantitatem ſaltem debiti.

„h) (JUSTUM BELLUM GERENS:) Injuſte enim „bellum gerentis actus omnes injuſtos eſſe dixit „*l. 3. c. 10. §. 1.* Scilicet juxta juſtitiam internam, „de qua hic loquitur; nam jure gentium voluntario aliud ſtatutum eſſe fingit.

„i) (IDQUE IN ALIOS VALIDE TRANSFERT:) „Adeoque captos vendere, & jus ſuum intra modum prædictum in alium transferre poteſt.

„k) (EA ADHIBERE DISCRIMINA QUÆ CUM „DE INTERFICIENDIS HOSTIBUS AGERETUR SUPRA ANNOTATA SUNT:) Diſtinguendo nimirum inter infortunium & injuriam *l. 3. c. 11. §. 3. & ſeq.* ubi notavimus omnes ſubditos nocentes eſſe quia injuriam a principe illatam defendunt.

l) (Grot.) (QUOD NON OMNES QUI INTER HOSTES FUERANT SERVOS FECISSET:) Filius ejus Alexan-

§. II.

1. Sed primum notandum hic eſt, [a] jus illud quod quaſi ex fidejuſſione pro civitate oritur [b] neutiquam tam late patere, quam jus quod ex delicto naſcitur in eos qui [c] pœnæ ſervi fiunt. Unde Spartanus quidam [d] captivum ſe dicebat non ſervum; nam ſi rem recte inſpicimus, [e] jus hoc generale in captos ex bello juſto par eſt ei juri quod habent domini in eos qui ſe paupertate coacti in ſervitutem vendiderunt: demto quod etiam magis [f] miſeranda eſt eorum calamitas, qui non ſuo facto ſpeciali ſed regentium culpa in eam ſortem deveniunt. Δεινότατον δοριαλωτὸς γενέσθαι: *Res acerbisſima* Plataico. p. 300. A. Ed. H. Steph.
eſt belli jure captivum fieri [g] teſte Iſocrate.

2. [h] Eſt ergo ſervitus hæc perpetua obligatio operarum, pro alimentis itidem perpetuis. Chryſippea definitio huic generi ſervorum optime congruit: *Servus eſt perpetuus mercenarius.* Et lex Sen de Benef. l. 3. c. 22.
Hebræa

Alexander Thebis captis exemit ſervituti & ſacerdotes, & eos qui decretis in ſe factis non adſenſerant. narrat *Plutarchus* in vita ejus. (Pag. 670. E.) Nimirum ut apud *Theodectem* Helena loquebatur.

Θεῶν ἀπ' ἀμφοῖν ἔκγονον ῥιζωμάτων·
Τίς ἂν προσειπεῖν ἀξιώσειεν λάτριν;

Utraque generis parte prognatam Deis,
Eritne ſervam nominare qui audeat?

[Habet hoc Auctor noſter etiam in *Excerptis ex Tragæd. & Comœd. Græc.* pag 445. ſed non docet, unde hauſerit. Reperies apud ARISTOTELEM, *Politic.* Lib. 1. Cap. 6. pag. 302. B. *Ed. Pariſ.* ubi legitur: Θείων δ' ἀπ' &c. ut & in *Heinſii* Editione, cum Paraphraſi. *J. B.*]

,,*a*) (JUS ILLUD QUOD QUASI EX FIDEJUSSIONE PRO CIVITATE ORITUR:) Ex hypotheſi enim ,,Auctoris Gentes communi conſenſu (ſub quo ſingulorum conſenſum contineri ait) ſtatuerunt, ut ,,bona & perſonæ ſingulorum pro debito civitatis ,,pignorari poſſint: Vide late *cap. præced.* §. 1. ,,& *l. 3. c.* 2. §. 2.

,,*b*) (NEUTIQUAM TAM LATE PATERE QUAM ,,JUS QUOD EX DELICTO NASCITUR:) Auctor capite præcedenti §. 2. jam monuit tale jus quaſi ,,fidejuſſionis in debito pœnali gentium conſenſu ,,in res ſubditorum proditum non eſſe.

,,Nos jus gentium plane non agnoſcimus. Diximus jure naturæ omnes & ſingulos ſubditos ,,hoſtis teneri ex injuria ſuæ civitatis ſi vel ipſa ,,debet, nec ſolvit, vel in civem debitorem judicium negat: Cum enim reliqui ſubditi hanc injuriam operis & opibus ſuis defendant & defendere teneantur, merito ex hoc ſuo facto illicito ,,pro hoſtibus haberi poſſunt. Conf. *l.* 2. *c.* 21. §. ,,7. *n.* 2. & 3.

,,*c*) (POENÆ SERVI FIUNT:) I. e. qui in bello ,,pœnali ſervi fiunt.

d) (Grot.) (CAPTIVUM SE DICEBAT, NON SERVUM:) Philo: *ἐπεὶ καὶ πατέρες υἱῶν τιμὰς κατέθεσαν, καὶ υἱοὶ πολλάκις πατέρων, ἢ κατὰ λῃστείας ἀπαχθέντων, ἢ κατὰ πόλεμον αἰχμαλώτων γενομένων, ὡς οἱ τῆς φύσεως νόμοι τῶν κάτωθεν ὄντες βεβαιότεροι γράφουσιν ἐλευθέρους. Nam & patres pro filiis, & filii pro parentibus ſæpe pretium pependerunt, aut vi latronum abreptis, aut belli more captis, quos quidem naturæ leges valentiores his quæ in terra fiunt legitibus, ſcribunt liberos.* (Lib. *Quod omnis Probus liber*, pag. 870.

ADDITIO.

,,Verba illa juxta mentem Grotii ita explicat ,,Gronovius: *Servire jure belli, non ob noxam aut ,,malignos natales.*

,,*e*) (JUS HOC GENERALE IN CAPTOS EX BELLO JUSTO PAR EST EI JURI QUOD HABENT DOMINI &c.) Imo diverſa ratio. Nam hoſtis ſemper capitur ob injuriam & invitus, at hic ſervus ,,fit ex pacto: Hinc effectu differunt, nam in ,,priorem jus vitæ & necis domino competit, non ,,in hunc, niſi lex in pœnam id jus permittat.

,,*f*) (MISERANDA EST EORUM CALAMITAS ,,QUI NON SUO FACTO SPECIALI SED REGENTIUM CULPA:) At ipſorum culpa concurrit, quia ,,factum regentium defendunt.

,,*g*) (TESTE ISOCRATE:) Similia vide ſupra *l.* 3. ,,*c.* 7. §. 1.

,,*h*) (EST ERGO SERVITUS HÆC PERPETUA ,,OBLIGATIO OPERARUM:) Reſutavimus hanc de- ,,finitionem ſupra *l.* 2. *c.* 5. §. 27. *n.* 2. Conſ. *l.* 3. ,,*c.* 19. §. 5. Rectius definitur conſtitutio juris gentium quo quis alieno dominio ſubjicitur: *Vid.* ,,*ſupra c.* 7. §. 1.

Hebræa [i] eum qui inopia coactus ſe vendidit diſerte mercenario comparat, [k] Deut. XV, 18. 40. 53. [l] & in redemtura ejus operas ita vult ipſi prodeſſe ſicut fructus ex agro vendito percepti prodeſſent veteri domino, Deut. XVIII, 50.

3. [m] Multum ergo diſtat id quod impune in ſervum fit ex gentium jure, [n] & id quod naturalis ratio fieri ſinit. Ex Seneca ſupra (1. de Clem. c. 18.) citavimus: *Cum in ſervum omnia liceant, eſt aliquid quod [o] in hominem licere commune jus animantium vetet.* Philemonis illud eodem tendit: (Apud Stob. tit. 62.)

Κἂν δοῦλος ᾖν τις οὐδὲν ἧττον, δέσποτα,
Ἄνθρωπος οὗτος ἐστιν ἂν ἄνθρωπος ᾖ.
Here, quisquis eſt homo natus, quamvis ſerviat
Is ſervitutem, tamen eſſe homo non deſinit.

(Ep. 47.) [p] Alibi item Seneca: *Servi ſunt, imo homines: ſervi ſunt, imo contubernales: ſervi ſunt, imo homines amici: ſervi ſunt, imo* [q] *conſervi;* (Saturn. 1. 2.) quæ & apud Macrobium legas ſenſum plane eundem habentia cum (Coloſſ. 4, 1.) Pauli Apoſtoli dicto: *Domini, jus & quod æquum eſt ſervis præſtate, gnari* [r] *vobis quoque Dominum eſſe in cœlo.* Et alibi vult do- (Epheſ. 6, 9.) minos cum ſervis non minaciter agere, eo quod jam diximus argumento [s] quod & ipſi Dominum in cœlo habeant qui [t] ad talia qua- (Lib. 7. c. 13.) litatum diſcrimina non attendat. In Conſtitutionibus quæ Clementi Romano aſſcribi ſolent legitur, οὐκ ἐπιτάξεις δούλῳ σου, ἢ παιδίσκῃ [u] ἐν πικρίᾳ

„i) (EUM QUI INOPIA COACTUS SE VENDIDIT „DISERTE MERCENARIO COMPARAT:) Hoc ve„rum eſt de ſervo Hebræo quia jus vitæ & necis „in dominum pacto ſuo transferre nequit, at alia „ratio eſt in ſervis bello factis.

„k) (DEUT. XV. 18.) Add. *Exod.* 21. *v.* 2. *ſeq.* „*Jerem.* 34. *v.* 14.

„l) (ET IN REDEMTURA EJUS OPERAS ITA „VULT IPSI PRODESSE:) I. e. pretium redemtio„nis minui, prout multas & magis utiles operas „edidit domino, *Gron. h.* at dictum jam eſt, hoc „in ſervo Hebræo, qui pacto talis eſt, verum eſſe.

„m) (MULTUM ERGO DISTAT ID QUOD IMPU„NE FIT IN SERVUM EX GENTIUM JURE:) Au„ctor enim fingit gentes bello ſolenni, i. e. quod „inter duas ſummas poteſtates geritur & denun„ciatum eſt, hunc effectum tribuiſſe, ut & res „ſervi & vita poteſtati capientis ſubjiciatur. *Vid.* „*l. 3. c. 7. §. 3. ſeq.* Sed ſaltem ad effectum im„punitatis, & ne apud alias gentes ideo conveni„ri & puniri poſſint.

„n) (ET ID QUOD NATURALIS RATIO FIERI „SINIT:) Quæ ex hypotheſi Auctoris tantum per„mittit ut jus in operas ſervi pro alimentis acqui„ratur: quod refutavimus *d. c. 7. §.* 1. & diximus „dominium in vitam & res ſervi ex ipſo jure na„turæ ſequi.

„o) (IN HOMINEM:) In ſervum non qua ſer„vum ſed qua hominem.

„p) (ALIBI:) *Sen. ep. 47.*

„q) (CONSERVI:) Quia & domini quoque in „ſervitutem aliquando redigi poterunt ita enim „rem explicat Seneca, *d. ep. 47.*

„r) (VOBIS QUOQUE DOMINUM ESSE:) Qui „majus jus in dominum habet quam hic in ſer„vum.

„s) (QUOD ET IPSI DOMINUM:) Qui eodem „modo cum dominis olim acturus eſt quo domini „in ſervos utuntur. Optime huc faciunt loca a *Teſ*„*maro hic* congeſta. *lit. o.*

„t) (AD TALIA QUALITATUM DISCRIMINA:) „Qui omnes homines uno ordine habet nec inter „ſervos ac liberos diſtinguit..

u) (Grot.) (Ἐν πικρίᾳ ψυχῆς:) Sic & in epiſtola *Barnabæ* eſt: οὐ μὴ ἐπιτάξῃς παιδίσκῃ ἢ δούλῳ σου ἐν πικρίᾳ, τοῖς ἐπ' αὐτὸν ἐλπίζουσι, μήποτε οὐ φοβηθήσῃ τὸν ἐπ' ἀμφοτέροις Θεόν· *noli acerbe imperare ſervo aut ancillæ tuæ in Chriſtum ſperantibus, ne eo ipſo oſtendas non timere te communem ſibi & ipſi Dominum.* (Cap. 19.)

„v)

πικρίᾳ ψυχῆς. *Cave ſervo aut ancillæ imperes acerbo animo.* [v] Clemens Alexandrinus ſervis nos uti vult tanquam alteris nobis, quando homines ſunt non minus quam nos, ſecutus ſapientis Hebræi dictum, εἰ ἐςὶ σοι οἰκέτης, ἄγε αὐτὸν ὡς ἀδελφὸν ὅτι ὡς ἡ ψυχή σȣ: *Si ſervum habeas, ut fratre utere, talis enim eſt qualis tu.* Pædag. lib. 3. c. 12. pag. 307. Ed. Oxon.

§. III.

Jus ergo vitæ & necis quod dicitur [a] in ſervum domino præſtat ut domeſticam habeat jurisdictionem, ſed nimirum [b] eadem religione exercendam qua publica exercetur. Hoc voluit * Seneca cum dixit *in mancipio cogitandum non quantum illud* [c] *impune pati poſſit, ſed quantum tibi permittat* [d] *æqui bonique natura, quæ parcere etiam captivis & pretio paratis jubet:* qui & alibi, *Quid intereſt*, ait, [e] *quali quis teneatur imperio, ſi ſummo tenetur?* quo loco [f] comparat ſubditum ſervo, & ait [g] diſpari titulo paria in illos licere, [h] quod certe in hac parte vitæ adimendæ & ſi quid eo accedit veriſſimum eſt. *Majores noſtri*, ait [i] idem Seneca, *domum noſtram puſillam rempublicam eſſe judicarunt:* & [k] Plinius: *Servis reſpublica quædam & quaſi civitas domus eſt.* Cato Cenſorius, narrante Plutarcho, ſi quis ſervus capital admiſiſſe videretur de eo [l] ſupplicium non ſumebat, niſi poſtquam damnatus eſſet, etiam conſervorum judicio. Quicum conferenda [m] verba Job. XXXI,13. & deinceps.

L. 1. de Clem. c. 18. Lib. 3. de Ben. c. 18. Lib. 8. Epiſt. 16. Pag. 349. A.

§. IV.

„v) (CLEMENS ALEXANDRINUS:) Conf. *Sen.* „*Ep. 47. Statius Sylv. 6. l. 2.*

„(AD §. III.) Quæritur *an domino jus vitæ & „necis in ſervum competat?* Auctor jure naturæ, „tale jus domino competere negat, eique domeſticam ſaltem jurisdictionem in ſervum conceſſam eſſe putat; Ita ut non pro lubitu ſed ob crimen demum & prævia cauſæ cognitione occidere eum poſſit: Conf. *l. 2. c. 5. §. 27. & 28. l. 2. „c. 13. §. 2.* At jure gentium voluntario omnia „in ſervum licere dixit *ſupra l. 3. c. 7. §. 3.* Nos „naturæ jure omnia in ſervum, tanquam hoſtem „olim & inſidiatorem adeoque delinquentem licere ibidem demonſtravimus.

„a) (IN SERVUM DOMINO PRÆSTAT UT DOMESTICAM HABEAT JURISDICTIONEM:) Senſus „eſt, domino quidem competere in ſervum jus „vitæ & necis, ſed tantum intra fines juſtæ jurisdictionis, ſi nimirum, aliquid morte dignum commiſerit.

„b) (EADEM RELIGIONE EXERCENDAM QUA „PUBLICA EXERCETUR:) I. e. ut non niſi ob delictum, & prævia cauſæ cognitione pœna inferatur.

*) (Grot.) (SENECA:) Epiſtola XLVII.

„c) (IMPUNE:) Imo *impune* ex ſenſu Senecæ „ſignificat, quod jure naturæ tutus ſit dominus, „& pœnam divinam tanquam legis transgreſſor „metuere non debeat.

„d) (ÆQUI BONIQUE NATURA:) Humanitas „& clementia.

„e) (QUALI QUIS TENEATUR IMPERIO SI SUMMO TENETUR:) *Sen. l. 3. de benef. c. 18.*

„f) (COMPARAT SUBDITUM SERVO:) Saltem „in eo comparat quod uti ſubditus principi ita & „ſervus domino beneficium reddere poſſit, etſi „uterque in ſuperioris poteſtate ſit.

„g) (QUONIAM SUB DISPARI TITULO OMNIA „IN ILLOS LICENT:) Diſparitas in eo eſt quod in „ſubditus jus vitæ & necis Principi competat vi „imperii, adeoque ſaltem ob crimen, cum domino in ſervos id competat jure belli, ob injuriam „illatam.

„h) (QUOD CERTE IN HAC PARTE VITÆ „ADIMENDÆ ET SI QUID EO ACCEDIT VERISSIMUM EST:) Ita ut nec ſubditis nec ſervis vita „adimi poſſit, niſi intra fines domeſticæ jurisdictionis.

„i) (IDEM SENECA:) *Ep. 47.*

„k) (PLINIUS:) *L. 8. ep. 16.*

„l) (SUPPLICIUM NON SUMEBAT:) Nolebat rigore illo juris naturalis uti.

„m) (VERBA JOB:) Cum enim bene merita „ſua

§. IV.

Sed & circa minores pœnas, puta verbera in ſervos, [a] adhibenda eſt æquitas, imo & clementia. *Non opprimes eum,* [b] *non dominaberis ei dure,* [c] ait lex divina de ſervo Hebræo, quod nunc [d] prolata vi proximitatis ad omnes ſervos debet extendi, Deut. XV, 17. 45, 53. Ad quem locum ſic [e] Philo: θεράποντες τύχῃ μὲν ἐλάττονι κέχρηνται, φύσεως δὲ τῆς αὐτῆς μεταποιοῦνται τοῖς δεσπόταις, τῷ δὲ θείῳ νόμῳ κανὼν τῶν δικαίων ἐστὶν οὐ τὸ τύχης, ἀλλὰ τὸ τῆς φύσεως ἐναρμόνιον. διὸ προσήκει τοὺς κυρίους μὴ κατακόρως χρῆσθαι ταῖς ἐξουσίαις κατὰ τῶν οἰκετῶν, ἀλαζονείαν καὶ ὑπεροχίαν καὶ δεινὴν ὠμότητα ἐπιδεικνυμένους. ταῦτα γὰρ οὐκ ἔστι δείγματα ψυχῆς εἰρηνικῆς ἀλλ' ὑπ' ἀκρασίας τὸν ὑπεύθυνον (male editum ἀνεύθυνον) κολαζούσης κατὰ τυραννικὴν δυναστείαν: *Servi fortuna quidem inferiores ſunt, natura autem pares dominis: ac* [f] *divinæ legi juſti regula eſt, non quod fortunæ ſed quod naturæ congruit. Ideo non oportet dominos poteſtate ſua in ſervos proterve uti, nec eam materiam ſumere ſuperbiæ & inſolentiæ & diræ feritatis. Hæc enim ſigna animi non placidi ſed male temperati, & in ſubditos tyrannico quodam dominatu ſævientis. Numquidnam æquum eſt,* ait Seneca? *gravius homini & durius imperari quam imperatur animalibus mutis? Atqui equum non crebris verberibus exterret dominandi peritus magiſter; fiet enim formidoloſus & contumax, niſi eum tactu blandiente permulſeris.* Et mox: *quid ſtultius quam*

De Clement. I. 16.

Cap. 17.

„ſua oſtentaſſet, ita pergit, *ſi contemſi ſubire ju„dicium cum ſervo meo & ancilla mea cum diſce„ptarent adverſus me.*

„a) (ADHIBENDA EST ÆQUITAS:) Cum do„mino jus vitæ & necis in ſervos etiam naturali „ratione competat, fruſtra dubitatur an verberi„bus excipi poſſit.

b) (Grot.) (NON DOMINABERIS EI DURE:) Vide *Moſem de Kotzi* præceptis jubentibus 147. 175. 178. & *collationem legum Moſis & Romanarum* titulo III. *Priſcus* in excerptis legationum ubi Romanos barbaris præfert: ἄμεινον δὲ καὶ τοῖς οἰκέταις διατελοῦσι Ῥωμαῖοι χρώμενοι. πατέρων γὰρ ἢ διδασκάλων εἰς αὐτοὺς ἔργα ἐπιδείκνυνται ἐφ' ᾧ τῶν φαύλων ἀπεχομένους, μετιέναι ἅπερ αὐτοῖς φαῦλα νενόμισται, σωφρονίζουσι σφᾶς ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασιν, ὥσπερ τοὺς οἰκείους παῖδας· οὐ δὴ γὰρ οὐδ' αὐτοῖς θάνατον, ὥσπερ Σκύθαις ἐπάγειν θέμις. ἐλευθερίας δὲ τρόποι παρ' αὐτοῖς πλεῖστοι, ἣν οὐ μόνον περιόντες, ἀλλὰ καὶ τελευτῶντες χαρίζονται, διατάττοντες κατὰ τῆς περιουσίας ὃν βούλονται τρόπον· καὶ νόμος ἐστιν, ὥσπερ ἕκαστος τελευτῶν περὶ τῶν προσηκόντων βουλεύσοιτο· *multo melius ſervos ſuos Romani tractant, patrumque aut magiſtrorum in eos funguntur officio; nam ut eos abſtrahant ab iis quæ moribus ipſorum illicita habentur, ita eos delinquentes quaſi filios ſuos caſtigant: neque enim jus eſt eos occidere, ut apud Scythas. Tum vero libertatis complura genera, quam non viventes tantum ſed in mortis tempore domini largiuntur: qui quidquid morituri de re ſua ſtatuerint, id legis vim habet.* (Pag. 47. *Edit. Hæſchel.*) Adde *legem Wiſigotthicam* lib. VI. tit. V. c. 12.

„c) (AIT LEX DIVINA DE SERVO HEBRÆO:) „Dixi §. præcedenti aliam rationem eſſe in ſervo „Hebræo, qui inopia ſe vendidit, i. e. operas pro„miſit, aliam in extraneo qui jure belli captus eſt.

„d) (PROLATA VI PROXIMITATIS:) Proximus „enim lege Evangelii nobis dicitur quilibet homo. „*L.* 1. *c.* 2. §. 6. *n.* 3. & §. 8. *n.* 9. *L.* 2. *c.* 15. §. 9. „*n.* 3. *l.* 2. *c.* 19 §. 4. *n.* 3.

e) (Grot.) (PHILO:) De ſpecialibus legibus ſecundo. (*Pag.* 798. C.) *Cyprianus* ad Demetrianum: *niſi tibi pro arbitrio tuo ſerviatur, niſi ad voluntatis obſequium pareatur, imperioſus & nimius ſervitutis exactor flagellas, verberas, fame, ſiti, nuditate, ferro frequenter & carcere affligis, & non agnoſcis miſer Dominum Deum tuum, cum ſic exerceas ipſe in hominem dominatum.* (Pag. 118. *Edit. Fell. Brem.*)

„f) (DIVINÆ LEGI JUSTA REGULA EST:) Di„vina lege juſtum habetur, non quod caſu aut in„juria contigit, ſed quod naturæ congruit. *Gron. h.*

g)

quam in jumentis quidem & canibus erubeſcere iram exercere, peſſima autem conditione hominem eſſe? Hinc eſt quod Hebræa lege ſervo Exod. 21. 26.
aut ancillæ, [g] non pro oculo tantum ſed & pro dente excuſſo, per 27.
injuriam ſcilicet, libertas debebatur.

§. V.

1. [a] Sed & operæ cum modo exigendæ ſunt, [b] & valetudinis ſervorum humane habenda ratio. Quod ipſum præter alia ſpectat
[c] lex Hebræa in Sabbathi inſtitutione, nimirum ut laboribus aliquod Exod.
daretur ſpiramentum. Et C. Plinii epiſtola ad Paulinum quæ ſic in- 20. 10. 23. 12.
cipit: *Video quam molliter tuos habeas, quo ſimplicius confitebor tibi* Deut. 16. 14.
qua indulgentia meos tractem. Eſt mihi ſemper in animo Homericum Lib. 5. Ep. 19.
illud ἐκυρὸς δὲ πατὴρ ὡς ἤπιος ἦεν, *& hoc noſtrum paterfamilias.*

2. In eadem voce veterum humanitatem obſervat & Seneca: Ep. 47.
Ne illud quidem videtis quam [d] omnem invidiam majores noſtri dominis, omnem contumeliam ſervis detraxerint? dominum patrem familiæ appellaverunt, [e] ſervos familiares. Dion Pruſæenſis optimum re-
gem deſcribens: δεσπότην δὲ οὐχ' ὅπως τῶν ἐλευθέρων, ἀλλὰ μηδὲ τῶν δούλων Orat. I.
χαίρειν καλούμενον: *domini nomen adeo in homines liberos non uſurpat, ut* pag. 5. C.
& in ſervos eo abſtineat. [f] Ulyſſes apud Homerum ſervos, quos fi- Od. Φ.
dos reperit, apud ſe ait futuros eo loco quaſi Telemachi filii ipſius verſ. 215.
fratres eſſent. Tertullianus: [g] *Gratius eſt nomen pietatis quam pote-* & ſeq.
ſtatis: Apolog. c. 33.

g) (Grot.) (NON PRO OCULO TANTUM, SED ET PRO DENTE EXCUSSO:) Philo dicto loco: ἔτω γὰρ ὁ μὲν ἀνθ' ὧν ἔδρασε, διττὴν ἐκδέξεται ζημίαν, ἅμα τιμῇ καὶ τὴν ὑπηρεσίαν ἀφαιρεθείς· καὶ τρίτον ἑκατέρε τῶν λεχθέντων χαλεπώτερον, ἀναγκαζόμενος ἐν τοῖς μεγίστοις εὐεργετεῖν ἐχθρὸν, ὃν ἴσως ηὔχετο κακῶν ἀεὶ δύνασθαι· ὁ δ' ἀνθ' ὧν ὑπέμεινε παρηγορίαν ἕξει διπλῆν, ἐ μόνον ἐλευθερωθεὶς, ἀλλὰ καὶ ἀργαλέον καὶ ὠμὸν δεσπότην ἐκφυγών· *ſic ille pro facto duplicem pendet pœnam, amiſſis & operis & ſervi pretio, ad quæ accedit & tertium duobus iſtis gravius, quod cogitur in rebus maximis bene facere homini exoſo & quem optaſſet ſemper vexare poſſe; alter autem pro malo quod pertulit duplex habebit ſolatium, non libertatem tantum adeptus, ſed a tam fero ſævoque domino exſolutus.* (Pag. 808. A. B.)

ADDITIO.

„Videtur hoc ſaltem obtinere in ſervo Hebræo, „nam de tali in ſpecie quæſtio eſt in principio ca„pitis. *Vid. Exod. 21. v. 1. ſeq. Deut 15. 12.*

a) (Grot.) (OPERÆ CUM MODO EXIGENDÆ:) Vide c. 14 in epiſtola epiſcoporum ad Ludovicum regem, quæ inſerta eſt in *capitulare Caroli Calvi. Seneca* epiſtola XLVIII. *non tanquam hominibus, ſed tanquam jumentis abutimur.* De Athenienſium vero in ſervos lenitate vide *Xenophontem* de republica Athenienſium. §. 9, & ſeqq. *Ed. Oxon.*)

ADDITIO.

„Jure naturæ uti vita ita & operæ ab arbitrio „domini dependent: Sed prudentiæ ac humanita„tis eſt iis modice uti.

„b) (ET VALETUDINIS SERVORUM:) Ut non „exigantur operæ ultra vires corporis.

„c) (LEX HEBRÆA IN SABBATHI INSTITUTIO„NE:) Imo ratio hujus legis eſt ut ſervi quoque „cultui divino vacare poſſint, non igitur ideo ne „ultra modum operæ exigantur.

„d) (OMNEM INVIDIAM:) Invidioſum illud „nomen dominorum & ſervorum fugientes.

e) (Grot.) (SERVOS FAMILIARES:) Amicos Epicurus. *Seneca* epiſtola CVII.

f) (Grot.) (ULYSSES:) Cujus paternam in ſe benignitatem prædicat Eumæus Odyſſeæ ξ. (*verſ.* 138, *& ſeq.*)

g) (Grot.) (GRATIUS EST NOMEN PIETATIS QUAM POTESTATIS:) Notat & *Cyprianus* teſti-

 monio-

ſtatis: etiam familiæ magis patres quam domini vocantur. Hieronymus ſive Paulinus ad Celantiam: Tom. I. pag. 114. Ed Baſil. *Familiam tuam ita rege & conſtitue ut te matrem magis tuorum quam dominam videri velis, a quibus benignitate, potius quam ſeveritate exige reverentiam.* Auguſtinus: Lib. 19. de Civit. Dei cap. 16. *Domeſtica pax a juſtis patribus ita olim adminiſtrata eſt, ut ſecundum hæc temporalia bona filiorum ſortem a ſervorum conditione diſtinguerent, ad Deum autem colendum omnibus domus ſuæ membris pari dilectione conſulerent: quod naturalis ordo ita præſcribit, ut nomen patrisfamilias hinc exortum ſit, & tam late vulgatum, ut inique etiam dominantes hoc ſe gaudeant appellari. Qui autem veri patresfamilias ſunt, omnibus in familia ſua, tanquam filiis, ad colendum & promerendum Deum conſulunt.*

3. Similem pietatem in voce puerorum [h] qua ſervos ſignificabant annotavit Servius ad illud [i] Maronis. *Claudite jam rivos pueri*; nec diſſimile quod Heracleotæ ſervos ſuos Mariandynos [k] δωροφόρους, id eſt *donatarios* appellabant, ἀφαιροῦντες τὸ πικρὸν τῆς προσηγορίας, *parcentes acerbitati nominis*, ut ad Ariſtophanem [l] vetus interpres Germ. c. 25. Calliſtratus notabat. Laudat Germanos [m] Tacitus, quibus ſervi tanquam coloni habebantur. Epiſt. 3. pag 746. Opuſc. Mythol. Phyſ. Eth. Theano in epiſtola: δικαία χρῆσις ἵνα μήτε διὰ τὸν κόπον κάμνωσι, μήτε ἀδυνατῶσι διὰ τὴν ἔνδειαν: *Juſtus mancipiorum hic eſt uſus, ut nec præ labore deficiant, nec per egeſtatem impares ſint ferendo.*

§. VI.

1. Pro opera ut diximus [a] alimenta ſervo debentur, *Servis* De Off. 1, 13. ait Cicero, *non male præcipiunt qui ita jubent uti ut mercenariis: operam*

moniorum III. §. 82. ad Quirinum: *dominos ſervis, cum crediderint, mitiores eſſe debere*; probatque id Apoſtoli *Pauli* ad Epheſios verbis *Lactantius* libro V, cap. 15. *Nec alia cauſa eſt cur nobis invicem fratrum nomen impertiamur, niſi quia pares eſſe nos credimus. Nam cum omnia humana non corpore ſed ſpiritu metiamur, tametſi corporum ſit diverſa conditio, nobis tamen ſervi non ſunt: ſed eos & habemus, & dicimus ſpiritu fratres, religione conſervos.* *Auguſtinus* de moribus Eccleſiæ Catholicæ X, 30. *Tu dominis ſervos non tam conditionis neceſſitate quam officii delectatione doces adhærere. Tu dominos ſervis, ſummi Dei ſcilicet communis domini conſideratione, placabiles, & ad conſulendum quam ad coërcendum propenſiores facis.* Adde *Iſidorum* Peluſiotam lib. 1, epiſtola 471. Repete quæ modo ex *Priſco* poſuimus.

„*b*) (QUA SERVOS SIGNIFICABANT:) *Sen. ep.* „47. in cubiculo vir, in convivio puer.

„*i*) (MARONIS:) *Eclog. 3. in fin.*

k) (Grot.) (ΔωροΦόρους APPELLABANT:) *Athenæus* VI, 18.

ADDITIO.

„Potius tributarios ſeu qui dominis dona fer„rent, operas præſtando. *Gron. h.*

„*l*) (VETUS INTERPRES CALLISTRATUS:) Non „ille qui exſtat, ſed quem habuit Atheoæus *l. 6. p.* „*263. Gron. h.*

„*m*) (TACITUS:) *De Mor. Germ. c. 24.* At ma„le Auctor colonos hos refert ad mercenarios: „Nam ideo coloni dicebantur quia terram domi„ni ſui colebant, ac certum frumenti modum aut „pecoris numerum &c. ſolvebant. *Tac. d. l.* Un„de & jus vitæ ac necis dominis in tales colonos „competebat. *Tac. d. l. c. 25.*

a) (Grot.) (ALIMENTA SERVO DEBENTUR:) *Sirachides* XXXIII, 25. ἄρτος καὶ παιδεία καὶ ἔργα οἰκέτῃ· *Panis & diſciplina & opera ſervo.*

ADDI-

operam exigendam, juſta præbenda: Ariſtoteles: δούλῳ μισθὸς τροφή *ſervo pro mercede alimenta.* Cato: *Familiæ ut bene ſit provideto, ne algeat, ne eſuriat. Eſt aliquid,* ait [h] Seneca, *quod dominus præſtare ſervo debeat: ut cibaria, veſtiarium.* In cibariis erant [c] quaterni modii frumenti in menſem, quos præſtitos ſervis [d] Donatus auctor eſt. [e] Martianus Juriſconſultus eſſe ait quæ dominus neceſſe habet ſervo præſtare, ut tunicas & ſimilia. Damnatur ab hiſtoriis [f] Siculorum crudelitas, qui captivos Athenienſes fame necabant.

1. Oecon. 5. De Re Ruſt. c. 9. Lib. 3. de Benef. c. 21. Ad Phorm. act. 1. ſc. 1. v. 9. L. 40. D. de peculio. Thuc. l. 7. c. 87. Diod. libro 13. c. 19.

2. Inſuper Seneca dicto loco probat [g] in quædam liberum eſſe ſervum, & [h] beneficii quoque habere materiam ſiquid fecerit quod ſervilis officii modum excedat, quod non ex imperio ſed ex voluntate præſtetur, ubi ex miniſterio in affectum amici tranſitur, quod late explicat. His conſentaneum eſt, ut ſiquid ſervus, quemadmodum [i] apud Terentium eſt, ſuum defraudans genium compar ſit, aut [k] ſuccîſivi temporis diligentia quæſivit, [l] id aliquo modo ſit ipſius. Non male Theophilus peculium definit οὐσίαν φυσικὴν [m] naturale

Cap. 19. & ſeq. Inſt. quod eo qui in alt. pot.

ADDITIO.

„Vide ſupra *l. 2. c. 5. §. 27. n. 2. L. 3. c. 7. §.* „*6. n. 5. in fin.* Si jus vitæ & necis competit du„mioo fruſtra de alimentis quæritur, negando „enim alimenta necat ſervum. Cæterum ipſius do„mini intereſt, ſi utilitatem ex ſervo capere vult, „neceſſaria ei ſubminiſtrare.

b) (SENECA:) Idem de tranquillitate: (Cap. 8.) *familia veſtiarium petit victumque.* Romania ad Beſſam apud *Procopium* Gotthicorum III. χορηγεῖν τε τοῖς ὑμετέροις αἰχμαλώτοις τροφὴν οὐκ ἀρκοῦσαν, οὐδὲ κατὰ τὴν χρείαν ἡμῶν ἀποχρῶσαν, ἀλλ' ὥς γε ἀποζῆν διαρκῶς ἔχουσαν· *date nobis ſaltem ut captivis veſtris alimenta, non dicam quæ ſufficiant, qualia neceſſitas noſtra deſiderat, ſed quæ mortem arceant.* (Cap. 17.) *Chryſoſtomus* ad Epheſios v, 21. ὅταν οὗτος μὲν τὴν σωματικὴν διακονίαν παρέχῃ, σὺ δὲ τὸ σῶμα τρέφῃς καὶ θεραπεύῃς καὶ τροφαῖς καὶ ἐνδύμασι καὶ ὑποδήμασι, καὶ οὗτος δουλείας ἐστὶ τρόπος· ὅτι ἐὰν μὴ παρέχῃς καὶ σὺ τὴν σὴν διακονίαν, οὐδὲ ἐκεῖνος τὴν ἑαυτοῦ, ἀλλ' ἔσται ἐλεύθερος, καὶ οὐδεὶς αὐτὸν ἀναγκάσει νόμος καὶ μὴ τρεφόμενον τοῦτο ποιεῖν. *ubi ille corporis miniſteria exhibet, tu vero eum alis, curaſque ut præter victum habeat quo induatur, quo calcietur, eſt & hoc ſervitutis quoddam genus: nam niſi & tu tuum hoc exhibeas miniſterium, nec ille exhibebit ſuum, ſed liber erit, neque ulla eum lex conſtringet, ſi non alatur, operas præſtare.* (Tom. III. pag. 860. *Edit. Savil.*)

„*c*) (QIIATERNI MODII.) Seneca ſervo Tragœ„do, quod genus honeſtius, quinque inodios men„ſtruos dari ſcribit *ep. 80. Gron. h.*

„*d*) (DONATUS:) *Ad Terent. Phorm. act. 1. ſc. 1.*

„*e*) (MARTIANUS:) *L. 40. ff. de peculio:* In „lege hac non dicitur tunicam ex juris neceſſitate „ſervo deberi, ſed eam non pertinere ad peculi„um, ad eum effectum ut de eo diſponere ſervus „poſſit, quia non ad diſponendum ſed ad vitæ „neceſſitates tunica pertinet.

f) (Grot.) (SICULORUM CRUDELITAS:) Et Iſaaci Angeli in Siculos captivos, memorante *Niceta* lib. 1, qui & epiſtolam ponit ea de re regis Siculi ad Imperatorem Græcum. (Cap. 3.)

„*g*) (IN QUÆDAM:) Eſſe nonnulla quæ ſervus „agat tanquam liber *Gron. h.*

„*h*) (BENEFICII QUOQUE HABERE MATERI„AM:) Ea enim quæ in animo conſiſtunt, ſervus „retinet, adeoque meretur, ſi id, quod vi officii „tenetur facere, ſua ſponte facit, vel ſi ea facit „quæ officium excedunt: Similia vide apud *Sen.* „*l. 3. benef. c. 18. & c. 20.*

i) (Grot.) (APUD TERENTIUM EST:) Phormi„one actu 1, ſc. 1. (verſ. 10.)

„*k*) (SUCCISIVI:) Subceſivi. *Gron. h.*

„*l*) (ID ALIQUOMODO SIT IPSIUS:) Ex indul„gentia domini: Nam jure naturæ omnis utilitas „operæ ad dominum pertinet.

m) (Grot.) (NATURALE PATRIMONIUM:) Eumæus *Odyſſea* Ξ. (verſ. 63, 64)

Οἷά τε ᾧ οἰκῆϊ ἄναξ εὔθυμος ἔδωκεν,
Οἶκόν τε κλῆρόν τε πολυμνήστην τε γυναῖκα.

Qualia dat famulis domini prolixa voluntas,
Fœdera conjugii ſocialia, remque, domumque.

Ipſe Ulyſſes *Odyſſea* Φ Eumæo & Philætio dicit. (verſ. 214. 215.)

Ἄξομαι ἀμφοτέροις ἀλόχους κτήματ' ὀπάσσω,
Οἰκία τ' ἐγγὺς ἐμεῖο τετυγμένα·

rale patrimonium; quaſi contubernium definias [n] naturale matrimonium; ſed & [o] Ulpianus peculium dixit [p] puſillum patrimonium. [q] Nec refert quod peculium dominus ſuo arbitrio adimere poteſt aut minuere: [r] neque enim quod æquum eſt faciet, ſi ſine cauſa id faciat. [s] Cauſam vero intelligo [t] non pœnam modo [u] ſed & domini neceſſitatem: [v] nam ſervi utilitas utilitatibus domini ſubeſt, magis etiam quam [w] res civium civitati. Appoſite ad hanc rem [x] Seneca: *non ideo nihil habet ſervus, quia non eſt habiturus, ſi dominus illum habere noluerit.*

L. 5. §. 3. D. de peculio.

L. 7. de benef. 4.

3. [y] Et hinc eſt [z] quod dominus non repetit, ſiquid ſervus in ſervitute debitum poſt manumiſſionem ſolvit: quia (ut [aa] Tryphoninus ait [bb] debiti vel non debiti ratio in conditione naturaliter intelli-

L. 64. D. de cond. indeb.

Veſtrum utrique thori ſocias dabo, largiar & rem.
Vicinasque domos noſtra.

Varro de ſervis: *ſtudioſiores ad opus fieri liberalius tractando, aut cibariis aut veſtitu largiore, aut remiſſione operis, conceſſioneque ut peculiare aliquid in fundo paſcere liceat.* (De Re Ruſt. Lib. 1. c. 17.)

AODITIO.

„Naturale patrimooium dicitur, quod effectus „juris civilis non habet, uti naturales liberi dicun„tur qui beneficiis lege civili juſtis liberis conceſ„ſis, deſtituuntur.

„*n*) (NATURALE MATRIMONIUM:) Quod de„ſtituitur effectu juris civilis.

„*o*) (ULPIANUS:) *L. 5. §. 3. pecul.*

„*p*) (PUSILLUM PATRIMONIUM:) Seu puſilla „pecunia: Sed inde noo probatur pecuniam illam „ſervo propriam eſſe: Ulpianus veram etymolo„giam vocis peculii explicat, iodeque ortam ait, „quod puſilla pecunia i. e. exigua pecuniæ ſum„ma ſervorum adminiſtrationi committi ſolebat.

„*q*) (NEC REFERT QUOD PECULIUM OOMINUS „SUO ARBITRIO AOIMERE POTEST AUT MINUE„RE:) Cooſtat igitur ex hac ratione peculium „nulla ratione in proprietate ſervi eſſe: Omne „enim jus, tam in perſonam, quam in rem ſervi, „ad dominum pertioet, §. 2. *Inſt. his qui ſui vel* „*al.* neque peculium ſervo competere poteſt niſi ex „voluntate & traditione domini *l. 4. pr. l. 5. §. f.* „*pecul.* atque hinc pro lubitu iterum adimi pot„eſt. *l. 8. ff. pecul.*

„*r*) (NEQUE ENIM QUOO ÆQUUM EST FACI„ET:) Imo faciet, quia omne jus domini eſt, & „ſervus nudus eſt adminiſtrator *l. 16. ff. pecul. l.* „*93. R. S.*

„*s*) (CAOSAM VERO:) Ob quam æquum eſt „auferre peculium ſervo.

„*t*) (NON POENAM MODO:). Si ob delictum „ſervo aufertur.

„*u*) (SED ET NECESSITATEM:) Si ipſe domi„nus indigeat.

„*v*) (NAM SERVI UTILITAS OTILITATIBUS OO„MINI SUBEST:) Hæc omoia gratis dicuntur: Ser„vus nihil proprii habet, & omne jus domini eſt.

„*w*) (RES CIVIUM CIVITATI:) Diverſa maxi„me eſt ratio, ſervus in dominio eſt, non civitas: „ſervus nullius juris capax eſt, nec ipſe aliquid „proprii habet, ſecus ac in civitate: quod vero „jus civibus quæſitum ob utilitatem publicam au„ferri poſſit, id ex conſenſu civium oritur.

x) (Grot.) (SENECA:) Ejusdem eſt ibidem: *Numquid dubium eſt quin ſervus cum peculio domini ſit? Dat tamen domino ſuo munus.*

AOOITIO.

„Imo contrarium ex hoc ipſo Senecæ loco ap„paret, oam e contrario inde elicitur ſervum id„eo aliquid habere poſſe, ſi dominus illum habere „voluerit.

„*y*) (ET HINC EST:) Quia ſervus naturale „patrimonium habet.

„*z*) (QUOO DOMINUS NON REPETIT SI QUIO „SERVUS IN SERVITUTE OEBITUM POST MANU„MISSIONEM SOLVIT:) Servus cum domino ſuo „contrahere poteſt, at dominus natura inde obli„gatur; at civilis obligatio deficit. i. e. Servus „agere cum effectu contra dominum non poteſt, „unde quæſtio oritur, an dominus ſi ſervo, poſtea „manumiſſo, ſolvit, repetere ſolutum poſſit coo„dictione indebiti? recte id oegatur, quia domi„nus *natura* debet ſervo, & ſola actio deficit ex „lege civili: ad impediendam autem condictio„nem indebiti ſufficit *naturaliter* deberi: *d. l. 64.* „*ff. Cond. indeb.*

„*aa*) (TRYPHONINUS:) *d. l. 64.*

„*bb*) (OEBITI VEL NON DEBITI RATIO IN CON„OICTIONE NATURALITER INTELLIGITUR:) i. e. „Sufficit natura deberi, etſi actio inde non detur: „hoc enim eſſe debitum naturale vidimus ſupra „*l. 2. c. 11. §. 1. lit. aa.*

„*cc*)

telligitur: [cc] Dominus autem ſervo debere naturaliter poteſt. Itaque [dd] ſicut clientes in uſum patronorum [ee] & ſubditos in uſum regum, [ff] ſic ſervos in uſus heriles contuliſſe legimus; ut [gg] ſi filia dotanda, [hh] ſi captivus filius redimendus, & ſiquid his eveniſſet ſimile. Plinius, ut ipſe [ii] in epiſtolis narrat, ſervis ſuis concedebat etiam [kk] quædam quaſi teſtamenta facere, id eſt dividere, donare, relinquere intra domum. [ll] Apud aliquas gentes etiam plenius quoddam res acquirendi jus ſervis conceſſum legimus, [mm] ſicut ſervitutis plures eſſe gradus a nobis alibi tractatum eſt.

Dionyſ. l.2.c.10. Antiq. Rom. — *Lib.8. epiſt.10.* — *Lib. 2. c. 5.*

4. [nn] Ad hanc internam quam exponimus juſtitiam multos apud populos etiam [oo] jus illud exterius dominorum leges retraxerunt. Nam & apud Græcos ſervis durius habitis licebat πρᾶσιν αἰτεῖν, [pp] *ad venditionem proclamare*, & Romæ [qq] ad ſtatuas confugere, aut [rr] præſidum implorare opem [ss] contra ſævitiam, vel famem, vel intolerabilem injuriam. Illud vero jam [tt] non ex jure ſtricto ſed ex humanitate & beneficentia veniet, [uu] interdum tali quæ & debeatur, [vv] & poſt longas operas aut valde magnas libertas detur ſervo.

§.2.Inſt. de his qui ſui vel al. jur.

5. [ww] Poſteaquam jure gentium ſervitus invaſit, ſecutum eſt benefi-

„cc) (DOMINUS AUTEM DEBERE SERVO NATURALITER POTEST:) Dominus enim qui cum ſervo contrahit, in eum qua ſervum jus transfert, „eique obligatur: at quia ſervus in poteſtate domini & debitoris eſt, ideo ei jus exigendi a domino non competit; adeoque actio deficit non „obligatio.

„dd) (SICUT CLIENTES IN USUM PATRONORUM &c.) Conf. *ſupr. l. 1. c. 3. §. 21. n. 3.*

„ee) (ET SUBDITOS IN USUM REGUM:) Subditi enim opibus & operis ſuis rempublicam defendere & ſplendorem principis conſervare debent.

„ff) (SIC SERVOS IN USUS HERILES CONTULISSE LEGIMUS:) Ex peculio cujus adminiſtratio ipſis a dominis concedebatur.

„gg) (SI FILIA DOTANDA:) Servi ex peculio „ſuo quædam contulerunt ad dotem conſtituendam.

„hh) (SI CAPTIVUS FILIUS:) Servi ex ſuo quoque peculio pretium redemtionis dederunt.

„ii) (IN EPISTOLIS:) *L. 8. ep. 16.*

„kk) (QUÆDAM QUASI TESTAMENTA FACERE:) Adeoque valebat diſpoſitio ex voluntate & „conceſſione domini.

„ll) (APUD ALIQUAS GENTES ETIAM PLENIUS „JUS:) Sic Germanorum coloni certam ſalteon „frumenti quantitatem &c. præſtabant, reliqua „ſibi quærebant. *Tac. Mor. Germ. c. 25.*

„mm) (SICUT SERVITUTIS PLURES ESSE GRADUS A NOBIS ALIBI TRACTATUM EST:) Vid. „Vid. *l. 2. c. 5. §. 30.*

„nn) (AD HANC INTERNAM JUSTITIAM:) Seu „jus naturæ.

„oo) (JUS ILLUD EXTERIUS DOMINIORUM LEGES RETRAXERUNT:) I. e. licentiam illam enormem quam Gentes in bello ſolenni permiſerunt, „& quæ in dominio externo conſiſtebat, imminuerunt.

„pp) (AD VENDITIONEM PROCLAMARE:) Vide „*ſupra l. 2. c. 5. §. 29. n. 2.*

„qq) (AD STATUAS:) Imperatorum: ex Aſylorum jure id ortum eſt. *Vid. l. 3. c. 7. §. 8.*

„rr) (PRÆSIDUM IMPLORARE OPEM:) Scilicet „provinciæ præpoſitorum: quibus hæc autoritas „ab Antonino conceſſa fuit. *§. 2. Inſt. de his qui* „*ſui vel al.*

„ss) (CONTRA SÆVITIAM VEL FAMEM:) Idem „apud Græcos obtinuit, ut ex Theani epiſtola apparet. *Vid. §. 5. n. 3.*

„tt) (NON EX JURE STRICTO:) Quia jure naturæ perpetuum jus in ſervos acquirimus.

„uu) (INTERDUM TALI QUÆ ET DEBEATUR:) „Auctor enim quædam ita eſſe virtutis ait ut obligetur quis ad ea agenda, etſi alteri jus quæſitum „non ſit, eaque refert ad jus naturæ laxius, quædam autem ita virtutis eſſe ait ut debitum inde „non oriatur: *Vid. Diſſert. proœm. II. c. 1.*

„vv) (UT POST LONGAS OPERAS: &c.) Cum „omne jus in perſonas & res ſervi ad dominum „pertineat, ex ipſius ſola voluntate dependet an „libertatem dare velit.

„ww) (POSTEAQUAM JURE GENTIUM SERVITUS INVASIT, SECUTUM EST BENEFICIUM MA-

neficium manumiſſionis, ait xx Ulpianus. Exemplo ſit illud Terentianum:

feci e ſervo ut eſſes libertus mihi
Propterea yy quod ſervibas liberaliter.

Salvianus in uſu quotidiano eſſe ait, ut ſervi, etſi non optimæ ſaltem non improbæ ſervitutis, libertate donentur; addit, *& illa quæ in ſervitute poſiti conquiſierant zz ex dominorum domo tollere non vetantur.* Cujus benignitatis multa exempla in martyrologiis apparent. Et hic quoque laudanda benignitas legis Hebrææ, quæ ſervum α Hebræum certo tempore exacto manumitti omnino jubet, β nec ſine donis; de cujus legis contemtu graviter queruntur Prophetæ. Catonem majorem reprehendit γ Plutarchus quod ſervos ſenectute confectos venderet, immemor ejus quæ eſt inter homines δ communis naturæ.

§. VII.

Quæſtio hic incidit, ε an fugere fas ſit ei qui bello juſto captus eſt;

„NUMISSIONIS:) Ex jure dominii, quod victori in „captum ſeu ſervum competit, ſequitur jus manumittendi; nam cum uuicuique libere de re ſua „diſponendi facultas competat, Dominus quoque „libertatem ſervo reddere poteſt, vel pure, vel „ſub certa lege: Unde libertorum nomen ortum „eſt: quod proinde merito juri Gentium ſeu naturæ tribuitur in *l. 4. ff. juſt. & jur.*

„*xx*) (ULPIANUS:) In *l. 4. ff. juſt. & jure:* „Verba hæc ſunt: *Manumiſſiones quoque juris* „*gentium ſunt, eaque res a jure gentium originem* „*cepit utpote cum jure naturali* (i. e. ex ordine „naturæ) *omnes liberi naſcerentur nec eſſet nota manumiſſio cum ſervitus eſſet incognita: Sed poſtquam* „*jure gentium* (quod cum genere humano ortum „eſt. *Vid. l. 1. pr. junct. l. 5. §. 7. ff. Acq. rer.* „*dom.*) *ſervitus invaſit, ſecutum eſt beneficium* „*manumiſſionis, ut cum uno naturali nomine homines appellaremur, jure gentium tria eſſe cœperunt.*

yy) (Grot.) (QUOD SERVIBAS LIBERALITER:) Ita manuſcripti recte. *Varro* narrat in Feroniæ luco dictum ſervis: *bene meriti ſedeant ſervi, ſurgant liberi.* in quibusdam locis mos liberari ſervos, ubi octuplum pretii, quo emti erant, paraverant. [Quod Auctor noſter adfert heic, tanquam e VARRONE, habet id ſine dubio a SERVIO, ad *Æneid.* VIII, 564. Sed Grammaticus iſte ait: *In hujus* [Feroniæ] *templo* [non autem *luco*] *Tarracinæ ſedile lapideum fuit, in quo hic verſus inciſus erat:* BENEMERITI &c. *Quam libertatem* [legendum *libertatis*] *deam dicit* Feroniam, *quaſi* Fiduniam. Igitur non dicit *Servius*, verſum illum referri a *Varrone*, ſed tantum ab illo etymologiam tradi vocis *Feroniæ*. Vide hunc, *De Ling. Lat*, Lib. IV. pag. 20. *Ed. H. Steph.* [Cæterum de re ipſa conſule quæ habet V. Cl. EVER. OTTO, Præfat. in Tom. II. *Theſauri Juris*, pag. 4. *J. B.*]

„*zz*) (EX DOMINORUM DOMO TOLLERE NON „VETANTUR:) Ipſe Salvianus id non tanquam jus „allegat ſed tanquam uſum quotidianum.

„*α*) (HEBRÆUM:) Ex gente Hebræa: Nam ſecus de alienigena & peregrino ut notat RIVETUS „*ad Exod. c. 21. Teſm. b.*

β) (Grot.) (NEC SINE DONIS:) Conſuetudo id interpretata ne minus XXX. ſiclis detur, vide præcepto jubente 84.

„*γ*) (PLUTARCHUS:) *In Cat. Maj. f. 275. n. 30.* „ne inutiles nutriret.

„*δ*) (COMMUNIS NATURÆ:) Hanc rationem „non addit Plutarchus, ſed potius contrarium, & „jure id fieri poſſe aſſerit; addit ſaltem benignitati latiorem quam juſtitiæ patere campum *d. l.* „*n. 40.* Cæterum auſteritati morum ejus id tribuit „Plutarchus, & quod nullum homini cum homine extra quæſtum exiſtimaret eſſe conſortium.

„*ε*) (AN FUGERE FAS SIT EI QUI BELLO JU„STO CAPTUS EST:) Auctor *jure gentium voluntario* in bello publico ſolenni introductum eſſe „dixit ut etiam ex *injuſta cauſa* hoſtis mei ſubditus capi & in eum dominium externum quæri „poſſit, *L. 3. c. 7. §. 1. n. 2.* at id non impedire, „quo minus fugere queat, quia jus Gentium quidem externum ſervis negat judicium, at non ideo animo quoque religionis vinculum injicere „voluit. *L. 3. c. 7. §. 6. n. 1.*

„*Jure naturæ* autem Subditos innocentes tunc „demum ſervos fieri ait ſi ex *juſta cauſa* capiantur, & ad eum ſaltem effectum, ut perpetuas præſtent operas *l. 3. c. 7. §. 1. & 2.* Atque tales ſer„vos

eſt; non de eo agimus, [b] qui ſuo proprio delicto pœnam eam eſt commeritus, [c] ſed qui publico facto in hanc fortunam decidit. [d] Verius eſt fas non eſſe, [e] quia ex conventione, ut diximus, gentium communi operas ſuas civitatis nomine debet. Quod tamen ita eſt intelligendum, [f] niſi intolerabilis ſævitia hanc ipſi imponat neceſſitatem. Viderì circa hanc rem poteſt reſponſum Gregorii Neocæſarienſis XVI.

Silv. verb. ſervitus §. 3. Fortunius in l. 4. D. de juſt. & jur. Eg. Reg. de act. ſupern. diſp. 31. dub. 7. num. 119 Leſſ. l. II c. 5. dub. 5.

§. VIII.

1. Movimus [a] alibi dubitationem, [b] an & quatenus nati ex ſervis domino teneantur interno jure, quæ hic ob ſpecialem bello captorum conſiderationem omitti non debet. Si parentes ſuo delicto [c] pœnam mortis erant commeriti, poterunt eorum poſteri qui ſperabantur ad vitam ſervandam obſtringi ſervitio, quia alioqui extituri non fuerant; nam & ob alimenta alioquin defutura prolem ſuam

L. II. §. 5.

„vos fugere non poſſe ait Auctor, etſi innocentes „ſint, quia gentes ita conſentire potuerunt, ut ci„ves pro civitate obligentur, eoque operas perpe„tuas pro debito civitatis præſtent. *Vid. l. 3. c. 2. §. 3. & ſupr. §. 2. n. 1.* plenius hanc quæſtionem „examinavimus *l. 3. c. 7. §. 6.*

„*b*) (QUI SUO PROPRIO DELICTO:) Adeoque „qui fugere certo jure non poteſt.

„*c*) (SED QUI PUBLICO FACTO IN HANC FORTUNAM DECIDIT:) Sed hic quoque ſuo delicto „ſervus fit quia cauſam ſuæ civitatis, ſequitur eamque bonis ſuis defendit.

„*d*) (VERIUS EST FAS NON ESSE:) Dependet „huc ab eventu, ſi ad ſuos, vel ſocios revertitur, „fas ei ſuit fugere, quia ex ſuæ civitatis judicio „injuria captus eſt; Si iotra fines hoſtiles recipi„tur, fas ei ſugere non ſuit, quia judicium civi„tatis hoſtilis tum prævalet, ubi jure captus dici„tur. Idem quoque eſt ſi intra fines pacati adhuc „depreheuditur, quia tanquam ſervus eos fines in„travit, medii autem præſentem ſtatum ſequun„tur: *dict. c. 7. §. 6.*

„*e*) (QUIA EX CONVENTIONE GENTIUM COMMUNI OPERAS SUAS CIVITATIS NOMINE DEBENT:) Verum non eſt gentes communiter un„quam coovenìſſe: Verum quoque non eſt ſervi„tutem in ſolis operis conſiſtere, Denique verum „non eſt operas civium obligari pro civitate ex „conſenſo demum gentium.

„Vera ratio cur bello capti ſervi fiant conſiſtit „in propria eorum injuria, quia factum ſuæ civita„tis defendunt adeoque cauſam hoſtis ſequuntur: „indeque juxta noſtræ civitatis judicium jure capti „ſunt.

„Atque hoc judicium obtinet intra ſioes noſtræ „civitatis, adeo ut quamdiu ſervus intra illos fi„nes eſt, injuria ſugere dicatur: Cum e contrario „ſi ad ſuæ civitatis limites revertatur jure ſugiſſe „a ſua civitate aſſeratur.

„*f*) (NISI INTOLERABILIS SÆVITIA:) Imo „cum jus vitæ & necis in captum competat, fru„ſtra de ſævitia quæritur, quanquam merito legi„bus Romanorum remedia quædam ſervis indul„ta fuerint, de quibus vide *l. 2. c. 5. §. 29. & l. 3. c. 7. §. 3. & §. præced. n. 4.*

„*a*) (ALIBI:) *L. 2. c. 5. §. 29.*

„*b*) (AN ET QUATENUS NATI EX SERVIS DOMINO TENEANTUR INTERNO JURE:) Equidem „*jure gentium* licentiam lædendi hoſtem & captos, „etiam extenſam eſſe ad natos ſtatuit *d. c. 5. §. 29.* & ſupra *l. 3. c. 7. §. 5.* Rationem hanc de„dit, quia ſi victores ſuo jure uterentur, & captos „necarent, naſcituri non fuiſſent. *d. c. 7. §. 5.* „At *jure naturæ* (nam id intelligit per juſtitiam „internam) natos non fieri ſervos ait niſi (1) ob „delictum parentum (2) ſi aliter educari non poſ„ſunt adeoque (3) non pro debito civitatis niſi „aut parentum conſenſus accedat, aut alendi ne„ceſſitas, aut ipſis alimenta a civitate præſtita ſint: „tunc enim fieri ſervos ad modum alimentorum.

„Nos veram rationem cur jure naturæ quoque „liberi captorum ſervi fiant, explicavimus *d. c. 5. §. 29. & d. c. 7. §. 5.* quia quod ex re mea na„ſcitur naturali ratione meum eſt.

„*c*) (POENAM MORTIS ERANT COMMERITI:) „Et ſic non genuiſſent niſi magiſtratus vel victor „eos conſervaſſet hac coaditione ut ſervirent: „*Gron. b.* At nullius momenti hæc eſt ratio. Nam „cum pœna ſaltem ſuos teneat Auctores, liberi ob „delictum parentum puniri non poſſunt.

„Vera igitur ratio cur liberi ſequantur conditi„onem matris ſervæ in eo conſiſtit, quod par„tus ſit pars viſcerum ancillæ, quæ ſerva eſt.

am parentes * in ſervitutem vendere poſſunt, ut *d* ibi diximus. Tale eſt jus quod *e* in Cananæorum poſteros Hebræis Deus concedit. *Deut. XX, 14.*

2. Pro debito autem civitatis ii quidem *f* qui iam nati erant ut pars civitatis obligari poterant, non minus quam parentes ipſi; *g* at in nondum natis non videtur hæc cauſa ſufficere, *h* ſed alia requiri: *i* aut ex parentum conſenſu expreſſo accedente alendi neceſſitate, *k* idque etiam in perpetuum: *l* aut ex ipſa alimentorum præſtatione, idque duntaxat *m* usque dum operæ totum quod impenſum eſt expunxerint. *n* Siquid ultra juris in hos domino datur, id videtur *o* ex lege civili dominis plus æquo largientibus procedere.

§. IX.

1. *a* At quas apud gentes jus illud ſervitutis ex bello in uſu non eſt, *b* optimum erit permutari captivos: proximum *c* dimitti pretio non iniquo. Hoc quale ſit præciſe definiri non poteſt: ſed humanitas docet *d* non ultra intendi debere quam deducto ne egeat captus rebus neceſſariis: nam & leges civiles hoc multis indulgent qui

„*) (IN SERVIUNTEM VENDERE POSSUNT:) At „jus vitæ & necis in emtorem non transfertur: „Imo vere ſervi non ſunt quia reſtitutis alimentis „liberantur. Vid. ſupr. *l. 2. c. 5. §. 27. ſeq.*

„*d*) (IBI:) *d. l. 2. c. 5. §. 29.*

„*e*) (IN CANANÆORUM POSTEROS:) Ex hac „ipſa Creatoris lege apparet liberos ſequi conditio„nem parentis.

„*f*) (QUI JAM NATI ERANT UT PARS CIVI„TATIS OBLIGARI POTERANT:) Imo non fide„juſſionis quodam jure obligantur, uti Auctor pu„tat: Vid. ſupra *§. 2. pr.* Sed quia probant factum „principis, ejusque injuriam defendunt & defen„dere tenentur.

„*g*) (AT IN NONDUM NATIS NON VIDETUR „SUFFICERE HÆC CAUSA:) Quia fidejuſſores eſſe „non poſſunt qui nondum exiſtunt.

„*h*) (SED ALIA REQUIRI:) Vera ratio eſt quod „portio ſint corporis materni, quod totum alteri„us poteſtati ſubeſt.

„*i*) (AUT EX CONSENSU PARENTUM EXPRES„SO ACCEDENTE ALENDI NECESSITATE:) Si ali„ter ali non poſſit, tunc enim operæ filiorum quo„que obligari a patre poſſunt: At verius eſt magi„ſtratus officium ſupplere huic neceſſitati debere: „de quo plenius egimus *L. 2. c. 5. §. 5. & 7.*

„*k*) (IDQUE ETIAM IN PERPETUUM:) Imo „nulla proportio eſſet inter alimenta & operas „perpetuas: Dixi jam deficiente cura patris ſucce„dere officium magiſtratus.

„*l*) (AUT EX IPSA ALIMENTORUM PRÆSTA„TIONE:) Si in familia domini partus ſervilis naſ„ſcitur, eique a domino alimenta præſtantur tunc „partum fieri ſervum putat ex ipſa alimentatione. „Nos diximus partum talem ſervum fieri etiam „ante alimentationem in ipſo momento nativita„tis, quia pars eſt corporis ſervilis.

„*m*) (USQUE DUM OPERÆ TOTUM QUOD EX„PENSUM EST EXPUNXERINT:) Nullus hujus rei „foret exitus, nam ſingulorum dierum & operæ „& alimenta notari, conferri & compenſari de„berent.

„*n*) (SI QUID ULTRA JURIS IN HOS DOMINO „DATUR:) Uti inter gentes datur jus in vitam & „res eorum qui ex ſervis nati ſunt.

„*o*) (EX LEGE CIVILI:) Imo juri gentium vo„luntario id tribuit ſupra *L. 3. c. 7. §. 1.* Add. *l. 2.* „*c. 5. §. 28.* Neutrum tamen verum eſt, ſequitur „hoc jus ab ipſa natura.

„*a*) (QUAS APUD GENTES:) Ut Mahumeta„nos, & Chriſtianos. *Vid. L. 3. c. 7. §. fin. &* „*infr. c. 21. §. 23.*

„*b*) (OPTIMUM ERIT PERMUTARI CAPTIVOS:) „Germ. aus Wechſeln. Gall. échanger. quod „olim quoque factum legimus. *Vid. Cic. 1. off. 13.* „*& pro Sexto c. 59. Gell. l. 7. c. 18.*

„*c*) (DIMITTI PRETIO NON INIQUO:) De re„demtione captivorum late egimus in allegatis „modo locis.

„*d*) (NON ULTRA INTENDI DEBERE QUAM „DEDUCTO NE EGEAT CAPTUS REBUS NECESSA„RIIS:) Imo hoc dependet ab arbitrio victoris: „nam cum plenum jus in res ac perſonas capti ac„quirat, pro lubitu ſuo pretium redemtionis illi„us juris ſtatuere poteſt.

e) (QUI

[e] qui ſuo facto proprio in debitum inciderunt. Alibi hoc [f] pactis aut moribus definitur: [g] ut apud Græcos olim mina, [h] nunc inter milites menſtruo ſtipendio. Narrat Plutarchus olim inter Corinthios & Megarenſes bella geſta ἡμέρως καὶ συγγενικῶς *manſuete & ita ut populos conſanguineos decebat*. Siquis captus eſſet, eum a captore habitum ut hoſpitem & fide de pretio accepta dimiſſum domum: unde natum [i] δορυξένων nomen: *Quæſt. Gr. pag. 291. B.*

2. Excelſioris animi eſt illud Pyrrhi a [k] Cicerone laudatum: *De Offic. 1. 12.*

> [l] *Nec mi aurum poſco, nec mi pretium dederitis:*
> *Ferro non auro* [m] *vitam cernamus utrique:*
> *Quorum virtuti belli fortuna pepercit*
> *Eorundem libertati me parcere certum eſt.*

Non dubium [n] quin crediderit Pyrrhus juſtum a ſe bellum geri: tamen [o] parcendum exiſtimabat eorum libertati, quos probabiles cauſæ in bellum tuliſſent. Simile Cyri factum celebrat Xenophon; Philippi Macedonis poſt victoriam in Chæronea Polybius; Alexandri in Scythas Curtius; Ptolemæi regis & Demetrii, inter ſe non bello magis quam in captivos benignitate certantium [p] Plutarchus; Lyſimachum vero [q] Getarum rex Dromichætes bello captum hoſpitem ſuum fecit, paupertatiſque ſimul Geticæ ac comitatis teſtem factum perpulit ut talibus amicis, quam hoſtibus uti mallet. *Xenoph. Lib. III. Cyrop. c. 1. §. 20. Lib. V. c. 10. Lib VII. c. 9. n. 18. Vita Dem. p. 891.*

CAPUT

„e) (QUI SUO FACTO PROPRIO IN DEBITUM „INCIDERUNT:) Reſpicit Auctor ad executiones „quæ hodie fieri ſolent ſalvis eis quæ neceſſaria „ſunt: At id meri juris civilis eſt. Conf. *l. 6, ff.* „*Ceſſ. bon.* & *Laut. eod. tit.*

„f) (PACTIS AUT MORIBUS:) Quod Gallis „*Cartel* vocatur.

g) (Grot.) (UT APUD GRÆCOS OLIM MINA:) Bello Gallorum cum Hiſpanis in Italia eques redemtus quarta parte annui ſtipendii, non comprehenſi qui ordines ducerent eiſque ſuperiores: nec qui juſto prælio aut oppida per vim capta venirent in poteſtatem. *Mariana* XXVII, 18.

ADDITIO.

„Centum drachmis ſive decem Philippis. Inter „Fabium & Hannibalem convenerat, ut libris pon-„do binis ſelibra ſive mille nummis *Liv. l. 22. c. 23.* „Hannibal ad Cannas captis, equiti quingenos „quadrigatos, trecenos pediti, ſervis centum ſta-„tuit *Liv. 22. 58. Gron. h.*

„h) (NUNC INTER MILITES MENSTRUO STI-„PENDIO:) Eines Monaths Beſoldung.

„i) (Δορυξένων:) Quaſi haſta & armis hoſpi-„tum: quæ tamen vox uſu deinde ad quemvis ho-„ſpitem ſignificandum producta & dilatata eſt. „*Gron. h.*

„k) (CICERONE:) *L. 1. off. c. 12.*

l) (Grot.) (NEC MI AURUM POSCO:) Similem Tiberii Chriſtiani Imperatoris in Perſas bonitatem laudat *Menander Protector*, (Legat. *pag.* 141. 1. *Ed Hœſchel.*) Siſebuti *Mariana*, item San-„chi Caſtellæ regis, libro XI. (Cap. 5. Illud autem de *Siſebuto* legitur *Lib.* VI. Cap. 3.)

„m) (VITAM CERNAMUS UTRIQUE:) De vita „certemus & pugnemus.

„n) (QUIN CREDIDERIT:) Sed contrarium aſ-„ſerebant hoſtes: adeoque non ex juſtitia cauſæ „hæc dependent.

„o) (PARCENDUM EXISTIMABAT EORUM LI-„BERTATI QUOS PROBABILES CAUSÆ &c.) Ge-„neroſi animi indicia hæc ſunt, at non neceſſita-„tis.

„p) (PLUTARCHUS:) In vita Demetrii.

q) (Grot.) (GETARUM REX DROMICHÆTES:) Meminit & *Diodorus Siculus* in excerptis Peireſianis. (Pag. 257, 257.)

„(AD §. 1.) Grotius ſupra capite VIII. docuit „*Jure gentium voluntario* introductum eſſe ut ipſa „imperia occupari, & victori acquiri poſſint, et-„iam ex injuſta cauſa, & ultra modum debiti & „& pœnæ.

„Hanc licentiam temperat hoc capite §. 1. „tum *ex jure naturæ* (Adde ſupr. c. 1. §. 1.) tum „ex regulis caritatis *Vid.* §. 2. Indeque monet vi-

 „ctores

CAPUT XV.

Temperamentum circa acquiſitionem imperii.

I. Quatenus juſtitia interna permittat imperium acquiri.
II. Laudabile eſſe hoc jure in victos abſtinere.
III. Sive eos miſcendo victoribus:
IV. Sive relinquendo imperium his qui habuerant.
V. Interdum impoſitis præſidiis.
VI. Aut tributis etiam & ſimilibus oneribus.
VII. Utilitas ab hac mod[…]tione indicatur.
VIII. Exempla: & de mutata forma reipublicæ apud victos.
IX. Imperium ſi aſſumendum ſit, recte partem ejus victis relinqui.
X. Aut certe libertatem aliquam.
XI. Præcipue in religione.
XII. Saltem victos clementer haberi oportere: & cur?

§. I.

Vict. de jure belli n. 31. & 59.

[a] Quæ in ſingulos aut exigitur æquitas aut laudatur humanitas, [b] tanto magis in populos aut in populorum partes, [c] quanto in multos inſignior eſt & injuria [d] & beneficentia. [e] Juſto bello ut alia acquiri poſſunt, [f] ita & jus imperantis in populum, [g] & jus quod in imperio habet ipſe populus: ſed nempe [h] quatenus fert aut pœnæ naſcentis ex delicto, aut alterius debiti modus. [i] Quibus addenda eſt cauſa vitandi periculi ſummi. [k] Sed hæc cauſa plerumque cum aliis miſcetur, [l] quæ tamen ipſa tum in pace conſtituenda, [m] tum in utenda victoria [n] maxime ſpectanda eſt. [o] Nam cætera eſt

„ctores ut abſtineant ab illa licentia juris gentium, „& ut potius miſceant victores victis *d. c.* 15. §. 3. „vel relinquant imperium victis §. 4. vel dent illis „præſidia *d.* § *4. n. 1.* & *§. 5.* aut impoonant tri„butom §. 6. periculoſam enim eſſe mutationem „formæ §. *7.* & 8. Si tamen aſſumendum impe„rium præfata neceſſitas & periculum jubeat, ſua„det ut vel pars eis relinquatur §. 9. vel libertas „aliqua §. 10. præcipue intuitu religionis *§.* 11. „denique commendat clementiam §. 12.

„Noſtra principia vide ſupra cap. 8. §. 1. pag. 198.

„*a*) (QUÆ IN SINGULOS:) Ab hoſte captos, „nam de illis egit capite præcedenti.

„*b*) (TANTO MAGIS IN POPULOS AUT IN PO„PULORUM PARTES.) Scilicet bello victas.

„*c*) (QUANTO IN MULTOS INSIGNIOR EST ET „INJURIA:) Major enim eſt injuria quæ in plu„res committitur quam quæ in ſingulos.

„*d*) (ET BENEFICENTIA:) Qua pluribus bene„facimus.

„*e*) (JUSTO BELLO:) Diximus alibi fruſtra de „juſtitia belli inter gentes quæri in proceſſu belli„co, quia uterque ſuam cauſam juſtam eſſe con„tendit.

„*f*) (ITA ET JUS IMPERANTIS IN POPULUM:) „I. e. jus regis bello victi.

„*g*) (ET JUS QUOD IN IMPERIO HABET IPSE „POPULUS:) Adeoque imperium ipſum & omnia „jura publica: Conf *L. 3. c. 8. §. 1.*

„*h*) (QUATENUS FERT AUT POENÆ NASCEN„TIS EX DELICTO AUT ALTERIUS DEBITI MO„DUS:) Hunc perpetuum errorem Auctoris ſæpi„us jam notavimus: Jure naturæ in hoſtem omnia „licent, tum ex neceſſaria defenſione, quia repa„rare injuriam nobis illatam tenetur, reparata au„tem non eſt quamdiu alter reſiſtit & res in pri„ſtinum ſecuritatis ſtatum reſtituta non eſt. tum „in pœnam, quia omnis hoſtis qui res noſtras ra„pit, qui cives noſtros interficit, &c. criminis re„us eſt.

„*i*) (QUIBUS ADDENDA EST CAUSA VITANDI „PERICULI SUMMI:) Imo futurum periculum ejus„que metus non jus dat auferendi imperii: Nos „alibi expoſuimus veram rationem cur imperia „quoque bello quæri victori poſſint. *Vid. ſupr.* „*cap. 8.*

„*k*) (SED HÆC CAUSA PLERUMQUE CUM ALI„IS MISCETUR:) Vel allegari non ſolet.

„*l*) (QUÆ TAMEN IPSA TUM IN PACE CON„STITUENDA:) Victor enim in pace conſtituenda „attentus eſſe debet ne a victis immineat pericu„lum.

„*m*) (TUM IN UTENDA VICTORIA:) Si enim „victa civitas non peccavit aliquid inſigniter ſed „tamen ſalvus eſſe victor non poteſt, aut non ſta„bile imperium acquiſitum, niſi duriter victos „tractet, hoc caſu ſi miſericors eſt victor, in ſu„os & ſe immiſericors eſt. Cato apud *Salluſt. 52.*

„*n*) (MAXIME SPECTANDA EST:) Nam ſecuri„tas noſtra finis tum pacis tum victoriæ eſſe debet.

„*o*)

eſt ut remittantur ex miſericordia. *p* In publico autem periculo quæ modum excedit ſecuritas immiſericordia eſt. Iſocrates ad Philippum *Epiſt. 11. pag. 409. A. Ed. H. Steph.* τῶν βαρβάρων ἐπὶ τοσȣ̃τον ἐξαρκέσει κρατεῖν ὅσον ἐν ἀσφαλείᾳ καταςῆσαι τὴν σαυτȣ̃ χώραν: *barbari hactenus edomandi ſunt, quantum ſatis erit ut tuam regionem in tuto colloces.*

§. II.

1, Criſpus Salluſtius de Romanis veteribus, *Majores noſtri religioſiſſimi mortales* [a] *nihil victis eripiebant, præter injuriæ licentiam.* *Catilin. Bell. c. 12.* Digna quæ a Chriſtiano diceretur ſententia: quicum illud ejusdem convenit: *Sapientes* [b] *pacis cauſa bellum gerunt, & laborem ſpe otii ſuſtentant.* *DeRep. ordin. fragm.* Ariſtoteles non ſemel dixerat, πόλεμον εἶναι εἰρήνης χάριν, ἀσχολίαν δὲ σχολῆς, *bellum pacis & negotium otii cauſa inſtitutum.* *VI. 40. p. 119. EdWaſſ.* Nec aliud vult [c] Cicero, cujus hoc eſt ſanctiſſimum effatum: *Bellum ita ſuſcipiatur ut nihil aliud niſi pax quæſita videatur.* *DeRep. V. 1. c. 14. & 15. & X. Ethic. Nic. c. 7.* Ejusdem & hoc ſimile: *Sic ſuſcipienda bella ſunt ob eam cauſam, ut ſine injuria in pace vivatur.* *De Off. 1. 23. Ibid. c. 11.*

2. Nihil hæc diſtant ab his quæ nos docent [d] veræ Religionis Theologi, finem belli eſſe amovere ea quæ pacem perturbant. *Th. a. 2. b. 40. art 1 ad 3. Wil.* Ante Nini tempora, ut ex [e] Trogo alibi dicere cœpimus, fines imperii [f] tueri magis quam proferre mos erat; intra ſuam cuique patriam regna finiebantur: *Mat. de belli ſec. requiſ. q 7.* Reges non imperium ſibi, ſed populis ſuis gloriam quærebant, contentique victoria imperio abſtinebant: *Juſtin. I. 1.* quo nos retrahit quantum poteſt Auguſtinus, cum ait: *Videant tamen ne* *De Civ. Dei lib. IV. 15.*

„*o*) (NAM COETERA:) Forte vindicta ob dam-„na data &c.

„*p*) (IN PUBLICO AUTEM PERICULO QUÆ MO-„DUM EXCEDIT SECURITAS IMMISERICORDIA EST.) „Victor, qui bello quæſivit imperium, omnia ju-„ra publica & privata occupat, ac pro lubitu de „iis diſponere, civitatem deſtruere, ſingulos tan-„quam criminis reos punire, nedum quovis mo-„do ſecuritati publicæ proſpicere poteſt.

„(AD §. II.) Auctor exempla & auctoritates „veterum refert, quibus propagatio imperiorum „improbatur: at quo ſenſu id admittendum ſit, „modo videbimus.

„*a*) (NIHIL VICTIS ERIPIEBANT PRÆTER IN-„JURIÆ LICENTIAM:) I. e. ſecuritati ſuæ ſaltem „proſpiciebant: at contrarium exempla primo-„rum Romanorum docent, nam Albâ diruta, im-„perium Albanorum ad Romanos translatum legi-„mus. *Liv. l. 1. c. 29.* Sic Sabini imperium ſuum „dederunt Romanis. *Liv. l. 1. c. 37.*

„*b*) (PACIS CAUSA BELLUM GERUNT:) Vide „*ſupra l. 1. c. 1. §. 1. & l. 3. c. 25. per tot.*

„*c*) (CICERO:) *De offic. L. 1. c.*

„*d*) (VERÆ RELIGIONIS THEOLOGI:) Imo gen-„tilium philoſophi quoque id ſtatuerunt: quod „non pugnat cum occupatione imperii ſi hoſtis „per ultimam victoriam in victoris poteſtatem „pervenit.

„*e*) (TROGO:) *Juſtin. l. 1. c. 1.*

f) (Grot.) (TUERI MAGIS QUAM PROFERRE:) Alexander Imperator Artaxerxi Perſæ: *δεῖν μένειν τε αὐτὸν ἐν τοῖς ἰδίοις ὅροις καὶ μὴ καινοτομεῖν, μηδὲ ματαίαις ἐλπίσιν αἰωρούμενον μέγαν ἐγείρειν πόλεμον ἀγαπητῶς δὲ ἔχειν ἕκαστον τὰ ἑαυτȣ̃. Manendum cuique intra ſuos fines nihil novando, neque debere quemquam incerta ſpe ſublatum bella incipere, ſed ſuo eſſe contentum.* [Habet hoc Auctor noſter ex HERODIANO, Lib. VI. Cap. 2. num. 9. *Ed. Bœcleri*: ubi, ut & in aliis Editionibus, legitur: ἐν τοῖς τῶν ἰδίων ὅροις: neque neceſſe eſt emendare: ἐν τοῖς ἰδίοις, ut facit Auctor noſter, ſive ex incogitantia, ſive data opera. *J. B.*]

ne forte non pertineat ad viros bonos [g] *gaudere de imperii latitudine*; qui & hoc addit: *felicitas major eſt vicinum habere concordem, quam vicinum malum ſubjugare bellantem.* Adde quod in ipſis Ammonitis, *Cap.* 1. *v.* 13. Propheta Amoſus ſevere reprehendit hoc ſtudium proferendorum per arma finium.

§. III.

Ad hoc antiquæ innocentiæ exemplar proxime acceſſit veterum Romanorum [a] prudens modeſtia: *Quid hodie eſſet imperium*, ait *L.* 11. *de Ira, c.* 34. Seneca, *niſi ſalubris providentia victos permiſcuiſſet victoribus? Conditor noſter Romulus*, ait apud [b] *Ann.* XI, 24. Tacitum Claudius, *tantum ſapientia valuit, ut pleroſque populos eodem die hoſtes*, [c] *deinde cives habuerit:* addit exitio Lacedæmoniis & Athenienſibus nihil aliud fuiſſe quam quod victos [d] pro alienigenis arcebant. Livius rem Romanam *Lib. VIII. c.* 13 auctam dicit hoſtibus in civitatem recipiendis. Exempla extant in hiſtoriis [e] Sabinorum, [f] Albanorum, [g] Latinorum, deinde *Suet. in Caeſ. c.* 80. aliorum ex Italia: donec poſtremo, [h] *Cæſar Gallos in triumphum duxit, idem in curiam.* Cerialis in oratione ad Gallos quæ apud *Hiſt. IV.* 74. Tacitum: *Ipſi plerumque legionibus noſtris præſidetis: ipſi has aliasque provincias regitis; nihil ſeparatum clauſumque.* Et mox: *Proinde pacem & vitam, quam victi victoresque eodem jure obtinemus, amate, colite.* Tandem, quod mirandum maxime, in orbe Romano qui ſunt, [i] ex conſtitutione Imperatoris Antonini cives Romani effecti ſunt, quæ verba ſunt Ulpiani; ex eo, ut Modeſtinus ait [k] *L. in orbe* 17. *D. de ſtat. hom.* Roma communis patria eſt. Et de ea Claudianus:

Hujus

L. Roma 33. *D. ad muni- cip.*

In Sec. Conſul. Stilic. verſ. 154. 159.

g) (Grot.) (GAUDERE DE IMPERII LATITUDINE:) Vide *Cyrillum* libro v. contra *Julianum*, reges Hebræos hoc nomine laudantem, quod ſuis contenti eſſent finibus. (Pag. 177. E. *Ed. Spanh.*)

„*a*) (PRUDENS MODESTIA:) Si modeſtiam appellare licet quod hoſtibus imperium eripuerint, „illudque cum civibus Romanis transtulerint, uti „exempla ante allegavimus.

„*b*) (TACITUM *L.* 11. *Ann. c.* 24.

„*c*) (DEINDE CIVES:) Sed ſublato imperio eorum.

„*d*) (PRO ALIENIGENIS ARCEBANT:) I. e. „Quod indignos eos cenſerent jurium ſuæ civita„tis.

„*e*) (SABINORUM:) *Liv. l.* 1. *c.* 37.

„*f*) (ALBANORUM:) *Liv. l.* 1. *c.* 29.

„*g*) (LATINORUM:) *Liv. l.* 8. *c.* 13. & 14.

„*h*) (CÆSAR:) *Suet. in Caeſ. c.* 80.

„*i*) (EX CONSTITUTIONE IMPERATORIS ANTONINI CIVES ROMANI EFFECTI SUNT:) *L.* 17. „*ff. ſtat. hom.* Antoninus Pius jus Romanum civi„le, prius ab unoquoque ſubjectorum petitum, „& aliter ex iis, qui vocantur peregrini, ad Ro„manam ingenuitatem deducens, hoc ille omni„bus in commune ſubjectis donavit. *Nov.* 78. *c.* 5. „Nam multa erant beneficia quæ ſolis civibus Ro„manis propria erant ut jus patriæ poteſtatis &c. „quæ Antoninus etiam extraneis i. e. in provin„ciæ formam redactis communicavit, ita ut hi „quoque teſtamenta condere, nuptias contrahere „potuerint. Hinc Rutilius Numantianus ita canit, „*feciſti patriam diverſis gentibus unam, profuit in„juſtis te dominante capi; dumque offers victis pro„prii conſortia juris, urbem feciſti quod prius orbis „erat.* Conf. *Lipſ. de magnit* Imp. *Rom L.* 1. *c* 7.

„*k*) (ROMA COMMUNIS PATRIA:) *L.* 33. *ff. ad „Mun.* Jam olim & ab antiquis temporibus ita vo„cata fuit. *liv. l.* 3. *c.* 66. & *l.* 23. *c.* 5. Plin. *l.* 3. *c.* „5. quo autem ſenſu id accipi debeat explicavi „in *Jure meo controverſo civili tit. de judic. q.* 9.

„*a*)

Hujus pacificis debemus moribus omnes,
Quod cuncti gens una ſumus.

§. IV.

1. Alia moderatæ victoriæ ſpecies eſt, [a] victis aut regibus, aut
populis relinquere quod habuerant imperium. Sic Hercules, Priami *Sen. Troad verſ. 725. & ſeqq.*

Hoſtis parvi victus lacrymis,
Suſcipe, dixit, rector habenas,
Patrioque ſede celſus ſolio:
Sed ſceptra fide meliore tene.

Idem victo Neleo, filio ejus Neſtori regnum permiſit. Sic Perſæ *Ælian.*
reges victis regibus regnum relinquebant. Sic Cyrus Armenio: *Var. Hiſt. IV. 5.*
[b] Sic Poro Alexander. Laudat hoc [c] Seneca, *nihil ex rege victo* *Herod.*
[d] *præter gloriam ſumere.* Et Polybius celebrat Antigoni bonitatem, *Lib. III. c. 15.*
qui cum Spartam haberet in poteſtate reliquerit ipſis τὸ πάτριον πολί- *Xenoph.*
τευμα καὶ τὴν ἐλευθερίαν, *rempublicam majorum ac libertatem;* quo ex *Cyrop. L. III c. 1.*
facto [e] maximas per Græciam laudes conſecutus ibidem narratur. *De Clem. 1. 21.*

2. Sic [f] Cappadocibus permiſſum a Romanis uti qua vellent rei- *Lib V. Cap. 9.*
publicæ forma: [g] Et multi populi poſt bellum relicti liberi. *Car-*
thago [h] *libera cum ſuis legibus eſt*, ajunt Rhodii ad Romanos poſt bel- *Livius*
lum Punicum ſecundum. Pompejus τῶν εἰλημμένων ἐθνῶν τὰ μὲν αὐτόνο- *lib. 37. c. 54.*
μα ἠφίει, inquit Appianus, *ex devictis gentibus* [i] *quaſdam reliquit* *Mi*
liberas. Et Quintius Ætolis dicentibus pacem firmam eſſe non *thrid. Bell. p.*
poſſe, niſi Philippus Macedo regno pelleretur dixit, ſententiam eos *251.*
dixiſſe immemores Romanorum moris, victis parcendi addidit: *Ad-* *Liv. XXXIII. 12.*
verſus

„*a*) (VICTIS AUT REGIBUS AUT POPULIS RE-„LINQUERE IMPERIUM:) Hoc ad prudentiæ regu-„lar vel humanitatis præcepta pertinet. Jure natu-„ræ enim per ultimam victoriam omne jus in vi-„ctorem transfertur, ita ut de victis hoſtibus, eo-„rumque jure diſponere pro lubitu poſſit.

b) (Grot.) (SIC PORO ALEXANDER:) Pipinus Aiſtolfo Langobardo. (Vide EGINARD. de Vit. Carol. Magn. *Cap.* VI. pag. 39, 40. cum Notis „ult Editionis. *J. R.*]

c) (Grot.) (SENECA:) Totus locus dignus inſpici, ubi & hoc egregie dictum: *hoc eſt etiam ex victoria ſua triumphare, teſtarique ſe nihil quod dignum eſſet victore apud victos inveniſſe.* Tigrani pars regni a Pompejo relicta. *Eutropius* VI. (c. 11.)

„*d*) (PRÆTER GLORIAM:) Similia lege apud „*Juſtin. l. 2. c. 3. l. 15. c. 1. & 2. l. 31. c. 8. Camer.* „*hor. ſubceſ. cent. 1. c. 78.*

„*e*) (MAXIMAS PER GRÆCIAS LAUDES:) In-„tererat autem Antigoni Græcorum ſibi concili-„are amicitiam.

„*f*) (CAPPADOCIBUS:) Maluerunt autem eſſe „ſub rege, itaque Rex eis a Romanis datus eſt „Ariobarzanes.

„*g*) (ET MULTI POPULI POST BELLUM RELI-„CTI LIBERI:) Exempla late cumulavit B. Parens „in tract. de Autonomia juris gentium *c. 15. &* „*ſeq.* & in quo libertas illa publica conſiſtat, ex-„plicat *d. c. 15. §. 3. ſeq.*

„*h*) (LIBERA CUM SUIS LEGIBUS EST:) Nam „proprie libertas publica intelligitur, ſi cives pro-„vinciæ devictæ ſuis legibus vivere & quod e re „ſuæ provinciæ eſt, decernere poſſunt dict. tract. „de Autonomia &c. *c. 15. §. 3. & c. 4. §. 7. ſeq.*

i)(Grot.) (QUASDAM RELIQUIT LIBERAS:) Earum ut noſcatur conditio vide *Polybium* excerptis legationum num. 6. *Suetonium* in Cæſare ubi de Gallia. (*Cap* 25) Habet & quædam *Guillimannus* non indigna lectu in rebus Helvetiorum. (Lib. 1. C. 8.)

Ann. XII. 19. *verſus victos mitiſſimum quemque maximum animum habere.* Apud Tacitum eſt: *Zorſini victo nihil ereptum,*

§. V.

Interdum ᵃ ſimul cum conceſſione imperii conſultum victorum ſecuritati. ᵇ Sic a Quintio decretum, Corinthus redderetur Achæis, ut in Acrocorintho tamen præſidium eſſet: Chalcidem ac Demetriadem detineri, donec cura de Antiocho deceſſiſſet.

§. VI.

Tributorum quoque indictio ſæpe non tam ad factorum ſumtuum reſtitutionem, quam ad ᵃ ſecuritatem & victoris & victi in poſterum pertinet. Cicero de Græcis: L. 1. ad Qu. frat. ep. 1. num. 11. *Simul illud Aſia cogitet, nullam a ſe neque belli externi, neque diſcordiarum domeſticarum calamitatem abfuturam fuiſſe, ſi hoc imperio non teneatur: id autem imperium cum retineri ſine vectigalibus nullo modo poſſit, æquo animo parte aliqua ſuorum fructuum pacem ſibi ſempiternam redimat atque otium.* Hiſt. IV. 74. Petilius Cerialis apud Tacitum pro Romanis apud Lingonas aliosque Gallos ſic diſſerit: *Nos quanquam toties laceſſiti jure victoriæ id ſolum vobis addidimus quo pacem tueremur; nam neque quies gentium ſine armis, neque arma ſine ſtipendiis, neque ſtipendia ſine tributis haberi queunt.* Eodem pertinent & alia quæ expreſſimus ᵇ cum Lib. 11. c. 15. § 7 de inæquali fœdere ageremus, ᶜ tradere arma, claſſem, elephantos, non habere arcem, non exercitum.

§. VII.

1. Ut autem victis relinquatur ſuum imperium, non tantum humanitatis eſt, ᵃ ſed ſæpe & conſilii. Inter Numæ inſtituta laudatur, quod

„a) (SIMUL CUM CONCESSIONE IMPERII CONSULTUM VICTORUM SECURITATI:) Hæc dependent a pacto cum victis inito, vel a regulis prudentiæ: victi poſt ultimam victoriam quamvis „legem accipere tenentur.

b) (Grot.) (SIC A QUINTIO DECRETUM:) Remiſſum id tamen poſtea. *Polybius* excerptis legationum num. XI. *Plutarchus* Flaminio. (*pag. 374*)

ADDITIO.

„Vide *Liv. l. 32. c. 31.*

„a) (AD SECURITATEM ET VICTORIS ET VICTI IN POSTERUM PERTINET:) Ne ille metuat „rebellionem, hic ſe præcipitet in priora mala, ſi „nimis indultum ſit *Gron. h.* Equidem imperium „victis relinqui ſub onere tributi poteſt: Hoc vero dependet ex arbitrio bellum gerentium quamdiu bellum durat: At ſi per ultimam victoriam „imperium quæſitum eſt, ex arbitrio victoris: „exempla regnorum quæ tributum ſolverunt vide „ſupra *L. 1. c. 3. §. 22.* & apud Schulz: in tractatu *de Polonia nunquam tributaria:* Conf. „*Liv. 45. c. 18. 26. & 29.*

„Unde apparet neque ad factorum ſumtuum „reſtitutionem, neque ad ſecuritatem victoris vel „victi id pertinere, ſed totam rem dependere vel „a conſenſu partium, vel a lege victoris.

„b) (CUM DE INÆQUALI FOEDERE AGEREMUS:) *L. 2. c. 15. §. 7. n. 3. L. 1. c. 3. §. 21.*

c) (Grot.) (TRADERE ARMA, CLASSEM:) Vide de Perſis *Agathiam* libro IV. (*Cap. 9.*)

„a) (SED ET SÆPE CONSILII:) Quia magna „imperia ſæpe mole ſua ruunt: Sed hæc ad prudentiæ

quod a [b] Termini ſacris omnem ſanguinem abeſſe voluit: ſignificans [c] ad quietem & certam pacem nihil utilius quam ſuis ſe finibus tenere. Optime [d] Florus: *Difficilius eſt provincias obtinere quam facere: viribus parantur, jure retinentur*; cui non diſſimile apud Livium illud: *facilius parari ſingula quam teneri univerſa*: & Auguſti dictum apud Plutarchum: [e] μεῖζον τοῦ κτήσασθαι μεγάλην ἡγεμονίαν τὸ διατάξαι τὴν ὑπάρχουσαν. [f] Darii regis legati Alexandro; *Periculoſum eſt peregrinum imperium: difficile eſt continere quod capere non poſſis. Facilius eſt quædam vincere quam tueri: quam Hercule expeditius manus noſtræ recipiunt quam continent.*

Plut. quæſt. Rom. 15. p. 267. C. Lib. 4. c. 12. n. 29. Lib 37. c. 35. Apophthegm. p. 207. D. Curt. 4. 11.

2. Quod [g] Calanus Indus & ante eum Oebarus Cyri amicus explicabant [h] corii ſimilitudine, quod alia parte ſe tollat ſi ſimul aliam pede preſſeris: Et T. Quintius apud Livium [i] comparatione teſtudinis, tutæ ad ictus ubi collecta in ſuum tegmen eſt, [k] obnoxiæ atque infirmæ ſimul exſeruerit ſui partem. [l] Plato III. de legibus huc aptat Heſiodi dictum; *Omni dimidium plus.* Et Appianus notat non paucos populos qui ſub Romano imperio eſſe vellent ab ipſis [m] repudiatos: [n] aliis etiam reges datos. Scipione Africano judice, jam ſuis temporibus tantum Roma poſſidebat ut avidum eſſet quicquam ultra appetere: abunde felix ſi nihil ex eo quod obtinebat amitteret. Itaque & [o] luſtri condendi carmen, quo Dii rogabantur ut res populi Romani meliores amplioreſque facerent, [p] ita emendavit, precatus ut eas perpetuo incolumes ſervarent.

Apud Ariſtid. Orat. de Rom. Tom. I. pag. 353. 354. Livius lib. 36, 32. Pag. 690. E. Tom. II. Ed. H. Steph. In Præfat. Val. Max. 4. 1. n. 10.

§. VIII.

„dentiæ regulos non ad jus naturæ pertinent.

„*b*) (TERMINI SACRIS:) Quem Romanis finxerat Deum, ut ſubditos doceret abſtinere a movendis agrorum terminis, & ſic minueret finium „lites. *Gron. b.* ſed hoc ad fines privatorum non „imperiorum pertinet.

„*c*) (AD QUIETEM ET CERTAM PACEM NIHIL „UTILIUS QUAM SUIS SE FINIBUS TENERE:) Diximus inſtitutum hoc non pertinere ad fines gentium devictarum: Nam ſi hæ gentes noſtro imperio ſubjiciuntur fines illi juſto titulo noſtri fiunt.

„*d*) (FLORUS:) *L. 4. c. 12. n. 29. & l. 2. c. 17.* „*vid. Teſm. b.*

„*e*) (Μεῖζον &c.) Parare magnum imperium „non tanta res eſt, quanta, cum habeas, ordinare „ac componere.

„*f*) (DARII REGIS LEGATI:) *Curt. l. 4. c. 11.*

„*g*) (Grot.) (CALANUS INDUS:) Habet id „*Plutarchus* Alexandro. [Pag. 701. E.]

„*h*) (CORII SIMILITUDINE:) Sicci nimirum & „durati. *Gron. b.*

i) (Grot.)(COMPARATIONE TESTUDINIS:) Plutarchus ſic narrat: Ἀχαιοὺς σφετεριζομένους τὴν Ζακυνθίαν νῆσον ἀποτρέπων ἔφη, κινδυνεύσειν ἄν, ὥσπερ αἱ χελῶναι πορρωτέρω τὴν κεφαλὴν τῆς Πελοποννήσου προτείνωσι· *Achæos Zacynthum inſulam appetentes cum dehortari vellet, dixit periculum eos adituros, ſi teſtudinis more caput extra Peloponneſum extuliſſent.* (Vit. Flamin. pag. 378. D.)

„*k*) (OBNOXIÆ:) Expoſitæ injuriis. *Gron. b.*

„*l*) (PLATO III. DE LEGIBUS:)

„*m*) (REPUDIATOS:) Quia bello inde ſibi oritura providebant, adeoque utile ipſis non videbatur oblata imperia recipere.

„*n*) (ALIIS ETIAM REGES DATOS:) Sub inæquali fœdere; de quo ſupra. *l. 1. c. 3. §. 21. l. 2.* „*c. 15. §. 7. n. 3.*

„*o*) (LUSTRI CONDENDI CARMEN:) Quum finiretur quinquennalis aut anni ſemeſtriſque cenſus. *Sueton.* Octav. 97.

p) (Grot.) (ITA EMENDAVIT:) Utitur hac hiſtoria Claudianus Julianus conſul in epiſtola ad Pupienum & Balbinum. (*Capitolin.* in Maxim. & Balbin. c. 17.) Imitatus Auguſtus qui *Dione* narrante, ἐπῃνεῖτο ἐφ᾽ οἷς οὐκ ἠξίου ἕτερόν τι προσκτήσασθαι, ἀλλὰ ἀκριβῶς ἀρκεῖσθαι τοῖς ὑπάρχουσιν ἐδικαίου· *laudatus eſt quod nihil novi acquirere voluit,*

§. VIII.

Lacedæmonii, & initio Athenienſes, in captas civitates nullum ſibi vindicabant imperium: [a] tantum eas republica uti volebant ad ſuam accommodata. Lacedæmonii quidem [b] ſub primorum potentia, Athenienſes [c] ſub arbitrio populi, ut Thucydides, Iſocrates, Demoſthenes nos docent, ipſe etiam Ariſtoteles quarti de republica capite XI, & quinti VII, quod ipſum in comœdia ſic notat Heniochus illorum temporum ſcriptor:

Thucyd. 1. c. 19. Iſoc. Panath. pag 243. D. Ed H. Steph. Dem. orat. de Cherſ. Diod. l. 13 & 15. Apud. Stob Serm. 43.

Γύναικε δὲ αὐτὰς δύ' ἐταράττετόν τινε,
'Ἀεὶ συνῦσαι· δημοκρατία θατέρα
Ὄνομ' ἐςὶ, τῇ δ' ἀριςοκρατία θατέρα,
Δι' ἃς πεπαρῴνήκασιν ἤδη πολλάκις.

Tum geminæ ad illas acceſſerunt mulieres
Quæ cuncta conturbarunt: Optimatitas
Eſt nomen alteri, alteri Popularitas,
Quarum incitatu pridem [d] externatæ fuerunt.

Ann. 6. c. 42. Simile eſt quod Tacitus ab Artabano narrat Seleuciæ factum: *Plebem primoribus tradidit*, inquit, *ex ſuo uſu: nam populi imperium juxta libertatem, paucorum dominatio regiæ libidini propior eſt.* [e] Sed ejuſmodi mutationes an ad victoris ſecuritatem faciant, non eſt noſtræ inſpectionis.

§. IX.

Si minus tutum ſit omni in victos imperio abſtinere, temperari tamen res poteſt, [a] ut aliquid imperii relinquatur ipſis aut ipſorum regibus. Populi Romani conſuetudinem vocat Tacitus ut haberet *inſtrumenta ſervitutis & reges.* Eidem *Antiochus inſervientium regum ditiſſimus*, βασιλεῖς Ῥωμαίων ὑπήκοοι, in commentariis de Muſonio: & apud Strabonem circa finem libri ſexti: Lucanus,

Agric. c. 14. Hiſt. 2. c. 81. Pag. 288. Ed. Pariſ. Caſaub. Pharſal. 7, 288.

Atque

luit, ſed quæ jam habebantur ſufficere eſt arbitratus. [Lib. LIII. pag. 602. C. *Ed H. Steph.* ubi tamen verba prima aliter ſeſe habent, Auctore noſtro memoriter illa adferente. *J. B.*]

„*a*) (TANTUM EAS RE PUBLICA UTI VOLEBANT AD SUAM ACCOMMODATA:) I. e. ne regibus ſe ſubmitterent, quos tyrannos vocabant.

„*b*) (SUB PRIMORUM POTENTIA:) Ariſtocratia vel potius Oligarchia. *Gron. h.* ita enim devictis Athenis imponunt continuo 30. rectores excuſſa plebis poteſtate *Juſt.* 5. 8.

„*c*) (SUB ARBITRIO POPULI:) Democratia.

„*d*) (EXTERNATÆ:) Vox hæc occurrit apud *Ovid. Met. l. 1. M. 637. & L. 11. 77.*

„*e*) (SED EJUSMODI MUTATIONES AN AD VICTORIS SECURITATEM FACIANT &c.) Neque hæc tractatio ad juris prudentiam ſed ad politicam pertinet: Nos quærimus quid in populum devictum liceat, non quid utile ſit in eum ſtatuere: Victor igitur jure naturæ quasvis leges victo imponere, adeoque & formam imperii mutare poteſt.

„*a*) (UT ALIQUID IMPERII RELINQUATUR IPSIS AUT IPSORUM REGIBUS:) Hoc itidem dependet vel ex pacto partium, vel ex lege victoris; *priori* caſu prout partes de ſuo jure diſponunt ita jus eſt, *poſteriori* caſu victo nil niſi obſequii gloria relicta eſt.

b)

Atque omnis [b] *Latio quæ ſervit purpura ferro.*

[c] Sic apud Judæos manſit ſceptrum in Synedrio, etiam poſt confiſcationem Archelai. Euagoras Cypri rex, ut apud Diodorum eſt, dicebat velle ſe Perſæ obedire, [d] ſed ut regem regi. Et Dario victo aliquoties hanc conditionem ferebat Alexander, [e] ut ipſe imperaret aliis, pareret Alexandro. Nos de modis miſcendi imperii diximus [f] alibi. [g] Quibusdam pars regni relicta, [h] ſicut veteribus poſſeſſoribus agrorum pars.

Lib. 15. c. 9. Lib. 17. c. 54. Lib. 1. cap. 3. §. 17. lib. 3. cap. 8. 3.

§. X.

Sed & cum omne imperium victis eripitur, [a] relinqui illis poſſunt circa res privatas & publicas minores [b] ſuæ leges ſuique mores & magiſtratus. Sic in Bithynia proconſulari provincia Apamæa civitas privilegium habuit [c] ſuo arbitrio rempublicam adminiſtrandi, ut Plinii epiſtolæ nos docent; & alibi, Bithynis ſui magiſtratus ſuus ſenatus. Sic & in Ponto Amiſenorum civitas legibus ſuis utebatur Luculli beneficio. Gotthi victis Romanis leges reliquerunt Romanas.

Lib. 10. epiſt. 56. Idem, Ibid. ep. 93. & 3.

§. XI.

1. Hujus indulgentiæ pars eſt [a] avitæ religionis uſum victis [b] niſi

b) (Grot.) (LATIO QUÆ SERVIT PURPURA FERRO:) Vide Panegyricum Maximiano dictum a *Claudian. Mamertino.* c. 10.

„*c*) (SIC APUD JUDÆOS:) Late ſtatum Judæo„rum ſub Romanis expoſuimus ſupra *l. 1. c. 4.* §. 7. „*lit. ξ.* ubi dictum eſt ſceptrum Judæ poſt Herodem „omnino ablatum, & Herodi alium Judæ regem „non ſucceſſiſſe: Nec Archelaum vere regem fu„iſſe: Conf. *B. Par. Autonom. jur gent. c. 11. §.* „*5. ſeq.*

„*d*) (SED UT REGEM REGI:) Perſæ, quia re„ges illis ſerviebant, reges regum vocari ſolebant. „*Marcel. 17. 10. & l. 19. 4.*

e) (Grot.) (UT IPSE IMPERARET ALIIS, PARERET ALEXANDRO:) Tales & olim in Italia reges ſub aliorum regum imperiis: *Servius* ad X. Æneid, (*verſ. 655.*) Sic apud *Æſchylum* Perſis: (pag. 126. *Ed. H. Steph.*)

Βασιλῆς βασιλέως ὕποχοι μεγάλου·

Reges regis magni ſubices.

Sic & apud Turcas, teſte *Leunclavio* libro XVIII.

„*f*) (ALIBI:) *L. 1. c. 3.* §. 17.

„*g*) (QUIBUSDAM PARS REGNI RELICTA:) *L.* „*3. c. 8.* §. 2.

„*h*) (SICUT VETERIBUS POSSESSORIBUS AGRI „PARS:) Vid. *L. 2. c. 8. §. 3. & c. 13. §. 4. n. 4.*

„*a*) (RELINQUI ILLIS POSSUNT CIRCA RES PRI„VATAS ET PUBLICAS MINORES:) Civitas libera „bello victa fit membrum immediatum civitatis „victricis, eoque imperium ejus deſinit, neque „conſors eſt jurium imperii, aut comitiorum; „ſed ſequitur arbitrium victoris, qui vel novas le„ges civitati dare, vel eas quas habet ei relinquere „poteſt.

b) (Grot.) (SUÆ LEGES:) Philo legatione ad Cajum: *Σεβαστὸς τοσαύτην ἐποιεῖτο τῆς βεβαιώσεως τῶν παρ᾽ ἑκάστοις πατρίων ὅσην καὶ τῶν Ῥωμαϊκῶν ἐπιμέλειαν· Auguſtus non minus cura ſua duxit cuſtodiam legum propriarum cuique genti quam Romanarum* [Pag. 1014. B. Vide de hoc loco Ampl ſſ BYNCKERSHOECK. ad *L* Ἀξίωσις, *D. De Leg. Rhod* pag. 90. *J B*]

c) (Grot.) (SUO ARBITRIO REMPUBLICAM ADMINISTRANDI:) Vide epiſtolam XCIII. *Plinii*, & ſequentem Trajani libro X. Sinope ſub Perſis rempublicam habebat popularem. *Appianus* Mithridaticis. (pag. 228.) Talis apud Græcos ſub Romanis umbra libertatis. Vide *Ciceronem* lib. VI, ad Atticum, epiſt. 13. *Plinium* lib. VIII, epiſt. 24. Evocari ex inſula Cyprios non licebat. *Cicero* ad Atticum, V, 21. [De *Amiſo*, non de *Sinope*, loquitur *Appianus*, ut inſpicienti patebit. *J. B.*]

ADDITIO.

„Plenius hæc omnia illuſtravit. *B. Parens de* „*Autonom. juris gentium cap. 13. & 14.*

a) (Grot.) (AVITÆ RELIGIONIS USUM:) *Melius,*

ſi perſuaſis non eripere: quod ut victis pergratum ita victori innoxium probat Agrippa oratione ad Cajum, quam Philo recitat in legationis ſuæ renunciatione. [*Pag. 1032. & ſeq.*] Et apud Joſephum, tum ipſe Joſephus, tum Titus Imperator rebellibus Hieroſolymitis objiciunt, quod Romanorum beneficio ſacris ſuis tanto cum jure uterentur, *c* ut templo alienigenas arcere poſſent, etiam capitis periculo. [*Bell. Jud 5, 9. 4. 6, 2. 1. diviſ. Hudſon. Ibid. 6, 2. 4.*]

2. At ſi falſa apud victos religio, *d* ne vera opprimatur recte curabit victor, quod Conſtantinus fecit fractis Licinii partibus, & poſt eum Franci aliique reges.

§. XII.

1. Poſtrema cautio hæc eſt, ut *a* in imperio etiam pleniſſimo & quaſi herili victi clementer habeantur, & ita *b* ut eorum utilitates cum victoris utilitatibus ſocientur. Cyrus victos Aſſyrios jubebat bono eſſe animo; eandem ipſorum ſortem fore quæ fuiſſet, mutato tantum rege, manſuras ipſis domos, agros, jus in uxores, in liberos ut fuiſſet hactenus; Quin ſiquis injuriam ipſis faceret, ſe ac ſuos vindices fore. [*Xen. de Cyri inſt. l. 4. c. 4. n. 3.*] Apud Salluſtium legimus: *Populo Romano melius viſum amicos quam ſervos quærere: tutiusque rati* *c* *volentibus quam coactis imperitare.* [*Jugurth. Bell. cap. 109.*] Britanni temporibus *d* Taciti delectum ac tributa & injuncta imperii munera impigre obibant, *e* ſi injuriæ abeſſent: has ægre tolerabant: jam domiti ut parerent, nondum ut ſervirent. [*Vit. Agr. c. 13*]

2.

lius eſt ibi aliquem Deum coli quam nullum; ut Severi verbis modo diximus. Sic Gotthi apud *Procopium* Gotth. II. (c. 6. dicunt ſe ad ſuam religionem adegiſſe neminem. [Quod de *Severo* dicit heic Auctor, retulit ſupra, ad Cap. 12. §. 6. ex *Lampridio*, c. 49. ubi paullo aliter verba habent. *J. B.*]

ADDITIO.

„Imo victor cultum publicum mutare poteſt, „ac prohibere ne avita religione publice utantur: „Nam omnia jura publica, adeoque etiam jura cir„ca ſacra victori acquiruntur.

„*b*) (NISI PERSUASIS:) Niſi meliora edocti ul„tro conſentiant in veteres ritus abolendos *Gron.* „*h.* dixi in genere licere religionis uſum publicum „eripere victis.

„*c*) (UT TEMPLO ALIENIGENAS ARCERE POS„SENT ETIAM CAPITIS PERICULO:) Inſigne hoc „privilegium fuit Eccleſiæ, eoque majus, quia ipſi „quoque Romanorum ſubditi ſub ea lege non in„trandi templum, comprehendebantur.

„*d*) (NE VERA OPPRIMATUR RECTE CURABIT „VICTOR:) Dictum jam eſt id dependere ab arbi„trio victoris.

„(AD §. XII.) Auctor denuo commendat cle„mentiam in victos, quibus adde ea quæ *l. 3. c.* „*10. §. 1. & c. 11. per tot. & §. 7. n. 1. c. 12. per* „*tot. & §. 8. c. 13. §. 4. c. 14. per tot & §. 3. & 4.* „hanc in rem dicta ſunt.

„*a*) (IN IMPERIO PLENISSIMO ET QUASI HE„RILI:) I. e. ubi imperium eſt in patrimonio vi„ctoris.

„*b*) (UT EORUM UTILITATES CUM VICTORIS „UTILITATIBUS SOCIENTUR:) Ut victi ſeu novi „ſubjecti intelligant idem ſibi utile eſſe quod ei „cui acceſſerunt. *Gron. h.*

c) (Grot.) (VOLENTIBUS QUAM COACTIS IMPERITARE:) Lacedæmonii apud Thucydidem: *νομίζομέν τε τὰς μεγάλας ἔχθρας μάλιςʼ ἂν διαλύεσθαι βεβαίως· ἐκ ἂν ἀνταμυνόμενός τις καὶ ἐπικρατήσας τὰ πλέω τῦ πολέμυ, κατʼ ἀνάγκην ὅρκοις ἐγκαταλαμβάνων, μὴ ἀπὸ τῦ ἴσυ ξυμβῆ ἀλλʼ ἢν παρὸν τὸ αὐτὸ δρᾶσαι, πρὸς τὸ ἐπιεικὲς καὶ ἀρετῆ αὐτὸς νικήσας παρὰ ἃ προσεδέχετο, μετρίως ξυναλλαγῆ. ſic exiſtimamus, magnas inimicitias ita in firmam concordiam mutari, non ſi quis ſe ulciſcens & fortuna uſus proſperiore neceſſitatem alteris imponat jurandi in leges inæquales, ſed ſi cum id facere poſſit, æquitate uſus non minore quam in vincendo virtute, quam poteſt moderatiſſime rem tranſigat.* (Lib. IV. c. 19)

„*d*) (TACITI:) *Vit. Agric. c. 13.*

„*e*) (SI INJURIÆ ABESSENT:) Quas ex querelis „Brittannorum recenſet *Tacitus d. l. c. 15.*

„*f*)

2. Privernas ille in Senatu Romano interrogatus qualem ab ipſis pacem Romani exſpectandam haberent: *Si bonam dederitis*, ait, *& fidam & perpetuam; ſi malam, haud diuturnam:* ratione addita: *ne credideris ullum populum, aut hominem denique, in ea conditione f cujus eum pœniteat diutius quam neceſſe ſit manſurum.* Sic Camillus dicebat, firmiſſimum imperium eſſe quo obedientes gaudeant. Scythæ Alexandro: *Inter dominum & ſervum nulla amicitia: g etiam in pace, belli tamen jura ſervantur.* Hermocrates apud Diodorum: καλλιςόν ἐςι τῦ νικᾷν τὴν νίκην ἐνεγκεῖν ἀνθρωπίνως: *non tam vincere pulchrum quam victoria clementer uti.* Salubris ad victoriæ uſum Taciti ſententia: *Bellorum egregii fines, quoties ignoſcendo tranſigitur.* In Cæſaris Dictatoris epiſtola eſt: *Hæc nova ſit ratio vincendi, ut miſericordia & liberalitate nos muniamus.*

Liv. lib. 8. c. 21. Liv lib. 8. c. 13. Curt. l. 8. c. 8. Lib. 13. c. 19. p. 341. Ed. H. Steph. Annal. 12. 19.

CAPUT XVI.

Temperamentum circa ea quæ jure gentium poſtliminio carent.

I. *Internam juſtitiam exigere ut reddantur quæ hoſtis noſter alii injuſto bello eripuit.*
II. *Exempla.*
III. *An quid deduci poſſit.*
IV. *Etiam populos ſubditos aut populorum partes reddendas his quorum fuerant, ſi ab hoſte injuſte occupati ſint.*
V. *Quo tempore obligatio reddendi extinguatur.*
VI. *Quid faciendum in dubia cauſa.*

§. I.

1. Quouſque [a] ex bello juſto [b] res capientium fiant diximus ſupra, [c] quibus de rebus deducenda ſunt quæ recipiuntur poſtliminii jure, [d] ſunt enim hæc pro non captis. At [e] quæ bello injuſto

„f) CUJUS EUM POENITEAT:) Quam gravem „& duram experiatur.

„g) (ETIAM IN PACE BELLI TAMEN JURA „SERVANTUR:) Atque hoc jure oritur jus poſtliminii, ubi ſervus etiam in pace ad ſuos reverſus „priſtina recipit jura *Vid. ſupra cap. 9.*

„(AD §. 1.) Grotius ſupra capite IX. explicavit, „quid *jure gentium voluntario* circa jus poſtliminii „ſtatutum fuerit; nimirum, ut in bello ſolenni „etiam is qui ex injuſta cauſa bellum gerit, & res „ac perſonas hoſtiles capit, dominium earum ac„quirat, ſed externum ſaltem, ita ut non teneatur hoſti etiam juſtam cauſam habenti eas reſti„tuere: *Vid. ſupr. cap. 9. §. 1.*

„Hoc capite Auctur temperat jus illud gentium „*ex jure naturæ*, vi cujus illa quæ bello injuſto „quæruntur reſtituenda eſſe ait, non ab iis tantum „qui ceperunt, ſed & ab aliis ad quos res quoquo modo pervenit *h. cap. §. 1. & 2 3. 4.* Nec priva„tos ſaltem, ſed & populos populorumque partes „reſtituendas eſſe ait, ſi ab aliis liberantur niſi ob„ligatio reddendi per lapſum temporis finita ſit. „§. 5. Si juſtitia cauſæ dubia ſit conſilium dat. „§. 6.

„Vera Principia juris poſtliminii demonſtravi„mus ſupra *cap 9 §. 1.*

„a) (EX BELLO JUSTO:) Quod ex juſta cauſa „geritur.

„b) (RES CAPIENTIUM FIANT DIXIMUS SUPRA:) „*L. 3. c. 6. §. 1. c. 12. & c. 13.*

„c) (QUIBUS DE REBUS DEDUCENDA SUNT „QUÆ RECIPIUNTUR POSTLIMINII JURE:) Cum „enim res illæ injuria ab hoſte noſtro captæ no„biſque ereptæ ſint, receptæ priſtino ſunt reſtituendæ domino.

„d) (SUNT ENIM HÆC PRO NON CAPTIS:) „Quicquid enim in bello injuſtu fit, ipſo jure nul„lum eſſe dixit. *Supra l. 1. c. 10. §. 1.*

„e) (QUÆ BELLO INJUSTO:) Quod ex cauſa „injuſta geritur.

ſto quæruntur [f] reſtituenda diximus, nec ab iis tantum qui ceperunt [g] ſed & ab aliis ad quos res quoquo modo pervenit; [h] nemo enim plus juris ad alium transferre poteſt quam ipſe habuit, ajunt [i] juris
L. 27. §. 1. D. de nox. act. l. 20. D. de acq. rer. dom. Lib. 5. de benef. c. 12. Romani auctores; quod [k] Seneca breviter explicat, *nemo poteſt quod non habet dare.* [l] Dominium internum non habuit qui primo cepit, [m] quare nec illud habebit qui cauſam ab ipſo obtinet: [n] dominium ergo ſecundus aut tertius poſſeſſor accepit, [o] quod docendi cauſa externum vocamus; id eſt, commodum hoc, [p] ut ubique judiciaria auctoritate ac manu pro domino tuendus ſit: [q] quo tamen ſi utatur adverſus eum cui res malo facto erepta eſt, [r] faciet non probe.

L. 27. D. de capt. 2. Nam quod de ſervo qui a latronibus captus mox ad hoſtes pervenerat [s] reſponderunt Jurisconſulti nobiles, verum eſſe eum ſub-

„f) (RESTITUENDA DIXIMUS NEC AB IIS „TANTUM QUI CEPERUNT:) Quia injuria nobis „id quod noſtrum eſt eripuerunt.

„g) (SED AB ALIIS AD QUOS RES QUOQUO „MODO PERVENIT:) Si furte hoſtis noſter, inju„ria capta, amicis noſtris vendit, donat &c. Hos „quoque ad reſtitutionem teneri ait.

„h) (NEMO ENIM PLUS JURIS AD ALIUM „TRANSFERRE POTEST, QUAM IPSE HABUIT:) „Capiens autem non habuit jus, quia injuſto bello „adeoque injuria cepit.

„i) (JURIS ROMANI AUCTORES:) *Vid. l. 54.* „*Reg. jur. l. 19. ff. Qui & a quib. l. 20. ff. A. R.* „*D. Conf. Barbos. l. . c. 2. n. 2.*

„k) (SENECA:) Similia lege apud Lactantium „*Inſt. 1. 15.* & Livium *l. 26. c. 35.*

„l) (DOMINIUM INTERNUM NON HABUIT QUI „PRIMO CEPIT:) I. e. dominium quod jure natu„ræ tale eſt, & in conſcientia tutum reddit. *L. 3. c. 10.* „§. 3. bello enim injuſto, adeoque injuria cepit.

„m) (QUARE NEC ILLUD HABEBIT QUI CAU„SAM AB IPSO OBTINET:) Res enim in hunc „tranſit cum ſuo vitio.

„n) (DOMINIUM ERGO SECUNDUS AUT TER„TIUS POSSESSOR ACCEPIT &C. EXTERNUM &C.) „Quod ſcil. ex conſtituto gentium eis qui ex inju„ſta cauſa bellum gerunt, conceſſum eſt, & quod „poſſeſſorem in conſcientia tutum non reddit. „*Vid. ſupr. c. 6. §. 2.*

„o) (QUOD DOCENDI CAUSA EXTERNUM VO„CAMUS:) Cujus effectum hunc eſſe fingit, ut is „qui ex injuſta cauſa capit non poſſit ab aliis „gentibus tanquam fur & prædo puniri *L. 3. c. 4.* „*§. 2. & 3.* Sed ut a qualibet gente in poſſeſſione „rerum talium defendi debeat. *Vid ſupr. c. 6. §. 2.*

„p) (UT UBIQUE JUDICIARIA AUCTORITATE „PRO DOMINO TUENDUS SIT:) *D. c. 6. §. 2.* cum „jure naturæ alter potius defendi debeat cui in„juria res erepta eſt.

„q) (QUO TAMEN:) Jure ſcil. externo.

„r) (FACIET NON PROBE:) I. e. peccabit contra „juſtitiam internam, nec tutus erit in conſcientia.

„Equidem ſententia Authoris de reſtituenda re „quæ ad amicos pervenit admitti poſſet, ſi de bel„li juſtitia vel injuſtitia inter duas ſummas poteſta„tes conſtaret. Cum vero illis qui medii ſunt ju„dicium in illas gentes non competat, imo pa„cati alterius cauſam probando hoſtes ſe declara„turi eſſent, fruſtra diſtinguitur inter bellum ju„ſtum & injuſtum.

„Adeoque naturali quoque ratione MEDII utrius„que factum pro jure habent, i. e. ſuſpendunt ju„dicium de cauſæ juſtitia, cujus rei effectus eſt ut „res maneat in eo ſtatu quo fuit cum ad medio„rum fines pervenit.

„Si proinde res nobis ab hoſte erepta per ho„ſtem ad medius pervenit, pro jure capta habetur, „adeoque noſtræ civitati, rem illam vindicare „volenti, reſtitui non debet: neque hic de „juſtitia vel injuſtitia cauſæ quæritur quia medius „judex non eſt.

„At ſi eadem res a Mediis ad noſtros pervenit „limites, poſtliminio recipitur, priſtinoque do„mino reſtituenda eſt: Res enim ad medios per„venit cum ſua cauſa, i. e. cum ſpe poſtliminii: „Quod adeo verum eſt, ut medii factum noſtræ „civitatis pro jure habere debeant; nec ſi res illa „ad eosdem medios poſtea denuo perveniat, re„tinere eam poſſint.

„s) (RESPONDERUNT NOBILES JURIS CONSUL„TI:) Latrones Romanis ſervum eripuerant: Po„ſtea is ſervus ad Germanos, hoſtes Romanorum „pervenit, quibus victis ſervus ille receptus & Ro„mæ venditus fuit: Quæritur an ſervus priſtino „domino cui ſurreptus fuit reſtitui debeat? Me„rito jurisconſultus id affirmat, quia injuria ſur„reptus fuit, adeoque ipſo jure absque poſtliminio „recipitur: ita ut nec uſucapio ei obſtet, quia res „furto ablata uſucapi nequit.

„Nec obſtat ſervum hunc ſurreptum poſtea ad „hoſtes perveniſſe atque ab his demum receptum „eſſe, adeoque jus priſtini domini, exſtinctum „fuiſſe Reſp. Javolenus non impedimento id „eſſe ait, quia res ad hoſtem pervenit cum ſuo vitio

ſubreptum eſſe, [t] nec quod hoſtium fuiſſet [u] aut poſtliminio rediiſſet [v] ei rei impedimento eſſe; [w] idem ex naturali jure reſpondendum eſt de eo qui bello injuſto captus mox bello juſto, [x] aut alia ratione in alterius venit poteſtatem; [y] nam in jure interno [z] bellum injuſtum a latrocinio nihil diſtat. Atque in hanc ſententiam ex facto conſultus reſpondit [aa] Gregorius Neocæſarienſis, [bb] cum Pontici quidam res civium a barbaris captas recepiſſent. *Ægid. Regius de act. ſupern. diſp. 31. dub. 7. num. 128. Con. 10.*

§. II.

I. [a] Reddendæ ergo res tales his quibus fuerant ereptæ; [b] quod & factum ſæpe videmus. Livius cum retuliſſet a L. Lucretio Tricipitino victos Volſcos & Æquos, [c] expoſitam ait in campo Martio prædam ut ſuum quisque per triduum cognitum abduceret. Idem cum narraſſet, Volſcos a Poſthumio dictatore fuſos: *Prædæ pars ſua cognoſcentibus Latinis atque Hernicis reddita: partem ſub haſta dicta-* *Lib. 3. c. 10.* *Lib. 4. c. 29.*

„vitio, hoc ipſo enim res non deſinit eſſe furtiva.

„Neque porro obſtat ſervum poſtliminio rediiſſe, adeoque ab eo tempore Uſucapionem procedere: Sed nec id impedit quo minus emtor ſervum reſtituere teneatur quia nondum poſtliminio rediiſſe videtur, quamdiu in poteſtatem prioris domini non rediit, tamdiu igitur furtivus manet.

„t) (NEC QUOD HOSTIUM FUISSET:) Servus enim a latronibus ſurreptus ad Germanos Romanorum hoſtes pervenerat.

„u) (AUT POSTLIMINIO REDIISSET:) Victis enim Germanis ſervus ille receptus & Romæ venditus fuit.

„v) (EI REI IMPEDIMENTO ESSE:) Quo minus ſcl. non obſtante uſucapione, emtor eum reſtituere debeat priſtino domino.

„w) (IDEM EX NATURALI JURE RESPONDENDUM EST DE EO QUI BELLO INJUSTO CAPTUS MOX BELLO JUSTO &c. IN ALTERIUS VENIT POTESTATEM:) Imo diſſimilis ratio: Surreptus a latrone omnium conſenſu & judicio, adeoque naturali jure injuria capitur. Quod de bello capto aſſeri nequit, ibi enim hoſtis jure captum ait, & hoc judicium non tantum valet in ejus civitate, ſed apud ſocios quoque & pacatos & qui cauſam ab hoſte habent, ſervus igitur qui ad medios pervenit, pro ſervo habetur nec priſtino domino reſtitui debet.

„Cum vero ex judicio noſtræ civitatis ſervus ille injuria captus dicatur, idque judicium naturali ratione valeat in noſtra civitate, certum eſt eum qui bello captus, alio bello ad medios, & inde ad noſtram civitatem pervenit, domino priſtino reſtitui debere, pervenit enim ad medios cum ſua cauſa, i. e. cum ſpe poſtliminii.

„x) (AUT ALIA RATIONE:) Scilicet per commercia vide ſupra *c.* 9. §. 2. *n.* 2. quia res acquiritur cum ſua qualitate & conditione. Conf. §. *ſeq.*

„y) (NAM IN JURE INTERNO:) I. e. jure naturæ.

„z) (BELLUM INJUSTUM A LATROCINIO NIHIL DISTAT:) Repetit id Auctor *L.* 2. *c.* 1. §. 1. *n.* 3. *c.* 22. §. 2. & 3. Et admitti id poſſet ſi alter de injuſtitia cauſæ convenit, vel ſi bello alter victus eſt. At quamdiu partes litigant fruſtra quæritur de juſtitia cauſæ, quam uterque ſibi aſſerit.

aa) (Grot.) (GREGORIUS NEOCÆSARIENSIS:) Sequuntur *Petr.* de poteſtate principis c. 3. quæſt. 4. *Bruningius* de homagiis concl, 241.

„bb) (CUM PONTICI QUIDAM RES CIVIUM A BARBARIS CAPTAS RECEPISSENT:) Imo ratio decidendi non eſt quod injuſto bello capti fuerint, de eo enim conſtare inter duas gentes non poteſt, ſed ratio naturalis eſt quod ex judicio noſtræ civitatis res injuria capta fuerit, adeoque recepta jure poſtliminii priſtino domino reſtitui debeat.

„a) (REDDENDÆ IGITUR RES TALES:) Dixit enim §. præced. quæ bello injuſto quæruntur reſtituenda eſſe ab iis qui ceperunt & ab aliis qui cauſam a capientibus habent.

„b) (QUOD ET FACTUM SÆPIUS VIDEMUS:) Quanquam jure gentium aliud ſtatutum fingat *Vid. ſupr. c. 9. §. 2. n. 2.*

„c) (EXPOSITAM AIT IN CAMPO MARTIO:) In hoc & ſequentibus exemplis agitur de rebus quæ hoſtis nobis vel NB. *ſociis* noſtris eripuit: Hæ enim ſi recipiuntur priſtinis dominis reſtituendæ ſunt, non ex ea ratione quod Volſci & Æqui &c. juſtam belli cauſam non habuerint, quis enim judex ibi fuit? ſed quia ex judicio civitatis Romanæ res illis civibus ſociisque injuria

 „ereptæ

Lib. 10. c. 20. *dictator vendidit.* [d] Alibi*: Biduum ad recognoſcendas res datum dominis.* Idem ubi Samnitium de Campanis victoriam narraverat*, quod lætiſſimum victoribus fuit, captivorum recepta ſeptem millia & quadringenti: præda ingens ſociorum: accitique edicto domini ad res* Cap. 36. *ſuas noſcendas recipiendasque præſtituta die.* Mox ſimile recitat factum Romanorum: *Samnites Interamnam coloniam Romanorum occupare conati urbem non tenuerunt: agros depopulati cum prædam aliam inde mixtam hominum atque pecudum colonoſque captos agerent, in victorem incidunt conſulem ab Luceria redeuntem, nec prædam ſolum amittunt, ſed ipſi longo ac impedito agmine incompoſiti cæduntur. Conſul Interamnam edicto dominis ad res ſuas noſcendas recipiendasque convocatis, exercitu ibi relicto, comitiorum cauſa Romam eſt profectus.* Lib. 35. c. 1. Alibi de præda agens, quam ad Ilipam Luſitaniæ urbem Cornelius Scipio ceperat, ſic ait idem ſcriptor: *Ea omnis ante urbem expoſita eſt, poteſtasque dominis res ſuas cognoſcendi facta: cætera vendenda quæſtori data: quod inde effectum eſt, militi diviſum.* Poſt pugnam T. Gracchi ad Beneventum: *præda omnis, præterquam hominum captivorum, militi conceſſa eſt, & pecus exceptum eſt quod intra tri-* Lib. 24. c. 16. *ginta dies domini cognoviſſent,* eodem Livio auctore.

Hiſt. l. 2. c. 31. 2. D. L. Æmilio Gallorum victore Polybius τὴν λείαν ἀπέδωκε τοῖς προσήκουσι, *prædam iis reddidit a quibus abacta fuerat.* [e] Idem feciſſe Plut. apoth. p. 200. B. Bell. Pun. p. 83. Ed. H. Steph. In Verr. 2, 35. Scipionem Plutarchus & Appianus narrant, cum Carthagine capta multa ibi inveniſſet [f] donaria, quæ e Siciliæ urbibus & aliunde Pœni eo advexerant. Cicero Verrina de Jurisdictione Sicilienſi: *oppidum Himeram Carthaginienſes quondam ceperant, quod fuerat imprimis Siciliæ clarum & ornatum. Scipio qui hoc dignum populo Romano arbitraretur, bello confecto ſocios ſua per noſtram victoriam recuperare, Siculis omnibus, Carthagine capta, quæ potuit reſtituenda curavit.* Idem late ſatis id ipſum Scipionis factum proſequitur, Livius lib. 31. c. 15. [g] Verrina de ſignis. [h] Rhodii naves quatuor Athenienſium captas a Ma-

„ereptæ fuerunt quod judicium valet etiam intu„itu ſociorum ſi res a noſtris poſtliminio recipi„untur.

„*d*) (ALIBI :) *L. V. c.* 16.

e) (Grot.) (IDEM FECISSE SCIPIONEM PLUTARCHUS ET APPIANUS NARRANT:) Etiam *Diodorus Siculus* excerptis Peireſianis. (Pag. 345.) Et Valerius Maximus lib. v. cap. I. num. 6. *Africani quoque poſterioris humanitas ſpecioſe lateque patuit. Expugnata enim Carthagine, circa Siciliæ civitates literas miſit, ut ornamenta templorum ſuorum Pœnis rapta per legatos recuperarent, inque priſtinis ſedibus reponenda curarent.*

ADDITIO.

„Scipio ex generoſitate, non ex juris vinculo „urbibus Siciliæ reddidit prædam quam olim Car„thaginenſes ab eis ceperant. Nam Segeſtani per „duo ſecula jam perdiderant illa ornamenta. *Cic.* „*Verrin. V. p. m.* 239.

„*f*) (DONARIA :) Ornamenta templorum. Conf. „ſupra *L.* 3. *c.* 5. §. 2. *n.* 3.

„*g*) (VERRINA :) Agens de ſtatuis &c. quas Si„culis Verres abſtulerat. *Gron. h.*

„*h*). (RHODII :) Qui erant ſocii belli, imo civi„tatis jus mutuo datum fuerat. *Liv. l.* 31. *c.* 15.

„*i*)

a Macedonibus recuperataſque Athenienſibus reddiderunt. Sic Phaneas Ætolus [i] reſtitui Ætolis æquum cenſebat quæ ante bellum habuiſſent; [k] nec negabat T. Quinctius [l] ſi de urbibus bello captis ageretur, & ſocietatis leges non rupiſſent Ætoli. Etiam bona, olim conſecrata Epheſi, quæ reges ſua fecerant, Romani in veterem ſtatum reſtituerunt.

Livius lib. 33. c. 13. Strabo libro 14. p. 642.

§. III.

1. Quod ſi commercio res talis ad aliquem pervenerit, [a] poteritne is ei cui res fuit erepta pretium a ſe numeratum imputare? Conſentaneum eſt his [b] quæ alibi diximus poſſe imputari, [c] in quantum ipſi qui rem amiſerat valitura fuerat deſperatæ poſſeſſionis recuperatio. Quod ſi tale impendium repeti poteſt, [d] quidni & æſtimatio laboris ac periculi, perinde ac ſi quis rem alienam in mari perditam urinando eduxiſſet? [e] Appoſita ad hanc quæſtionem mihi videtur hiſtoria Abrahami cum quinque regum victor Sodoma rediret: וישב את כל הרכש ait Moſes, *Reduxit omnes illas res:* nempe quas a regibus captas ſuperius narraverat. *Geneſ. 14, 16.*

2. [f] Nec alio referenda conditio regis Sodomorum quam fert Abrahamo [g] ut captivos redderet, cætera ſibi retineret pro labore & periculo. At ipſe Abrahamus [h] vir non pii tantum animi, ſed *Gen. 20, 21, 22, & 23, 24.*

„i) (RESTITUI ÆTOLIS ÆQUUM CENSEBAT, QUÆ „ANTE BELLUM HABUISSENT:) Cauſantes, ita in „fœdere primo cautum eſſe ut &c. ager urbesque „captæ Ætolos ſequerentur. Liv. *Lib.* 33. *cap.* 13. „Adeoque Ætoli repetere voluere Thebas quam „urbem ex fœdere cum Romanis inito ante bel- „lum occupaverant.

„k) (NEC NEGARAT T. QUINCTIUS SI &c. SO- „CIETATIS LEGES NON RUPISSENT ÆTOLI:) „Quinctius arguebat Ætolos, quod Antiochi ſoci- „etatem Romanæ prapoſueriot, ſocietatis leges „rupiſſe, adeoque Thebas populi Romani jure „belli factas eſſe *Liv. d. c.* 13.

l) (Grot.) (SI DE URBIBUS BELLO CAPTIS AGERETUR:) Pompejus Attalo & Pylæmeni Paphlagoniam reddidit. *Eutropius* VI. (c. 11.) In fœdere Pontificis, Imperatoris Caroli V. & Venetorum contra Solimannum convenerat, ut poſſeſſa quisque reciperet. *Paruta* VIII. itaque Cephalenia ab Hiſpanis capta reddita Venetis. Eſt ad eam rem pertinens locus & in *Anna Comnena*, ubi de Gothofredo agit. (Lib. XI. c. 6.)

„a) (POTERITNE IS EI CUI RES FUIT EREPTA „PRETIUM A SE NUMERATUM IMPUTARE:) Au- „ctor hanc quæſtionem propoſuit ſupra *l.* 2. *c* 10. „§. 9. Eique qui rem alienam bona fide emit fa- „cultatem conceſſit deducendi quantum dominus „libenter impenſurus fuerat.

„b) (QUÆ ALIBI DIXIMUS:) *d. c.* 10. §. 9.

„c) (IN QUANTUM IPSI QUI REM AMISERAT „VALITURA FUERIT DESPERATÆ POSSESSIONIS „RECUPERATIO:) Ipſa enim facti poſſeſſio, præ- „ſertim recuperatu difficilis, eſt aliquid æſtima- „bile, & in hoc dominus poſt rem amiſſam cen- „ſetur factus locupletior. *Grot. d.* §. 9.

„d) (QUIDNI ET ÆSTIMATIO LABORIS AC PE- „RICULI:) Cum periculo enim membrorum imo „vitæ, res hoſti eripitur.

„e) (APPOSITA AD HANC QUÆSTIONEM MIHI „VIDETUR HISTORIA ABRAHAMI:) Qui pariter „ab eis quæ hoſti eripuit, & regi Sodomorum „propria fuerant, ſumtus impenſos deducit.

„f) (NEC ALIO REFERENDA CONDITIO REGIS „SODOMORUM:) Imo rex Sodomorum non propter „laborem & periculum Abrahamo obtulit præ- „dam, ſed ex mera generoſitate: Hinc Abraha- „mus noluit acceptare, ſed ſervis ſuis & ſociis ſal- „tem impenſas reſtitui voluit.

„g) (UT CAPTIVOS REDDERET:) Sane neque „homines neque res Sodomorum pro captis ha- „beri potuerunt, quia nondum ad præſidia hoſti- „um pervenerant.

h) (Grot.) (VIR NON PII TANTUM ANIMI, SED

& excelſi [i] ſibi quidem nihil voluit ſumere: cæterum de rebus receptis (nam ad eas, ut diximus, ſpectat iſta narratio) [k] quaſi ſuo jure decumam Deo dedit, [l] detraxit ſumtus neceſſarios, [m] & ſociis ſuis partem aliquam tribui voluit.

§. IV.

[a] Sicut autem res domino reddendæ ſunt, [b] ita & populi [c] & partes populorum [d] his qui jus imperii habuerant, [e] aut etiam ſibi, ſi ſui fuerant juris [f] ante vim injuſtam. Ita Sutrium receptum reſti-

tutum-

(SED ET EXCELSI:) Bene hoc notavit Jacchiades ad Danielem V, 17. *Sulpitius Severus* de Abrahamo: *reliqua his quibus erepta erant reddidit* (Hiſt. Sacr L. I. c. 5.) *Ambroſius* lib. I. de Patriarcha Abraham: *ideo quoniam ſibi mercedem ab homine non quæſivit, a Deo accepit.* (Cap. 3.) Non multum huic diſtant facta Pittaci & Timoleontis: *Pittacus Mitylenæus cum recuperati agri dimidia pars conſenſu omnium offerretur, avertit animum ab eo munere, deforme judicans virtutis gloriam magnitudine prædæ minuere. Valerius Maximus* libro VI, cap. V. num. I. De Timoleonte *Plutarchus*, ἐ τὸ λαβεῖν ἐν τοιέτοιν αἰσχρὸν, ἀλλὰ τὸ μὴ λαβεῖν κρεῖττον, καὶ περιεσία τῆς ἀρετῆς ἐν οἷς ἔξεστιν ἐπιδεικνυμένης τὸ μὴ δεόμενον· *non accipere in talibus, turpe, ſed non accipere melius, & virtutis cujusdam exuberantis, & in iis quæ licita ſunt oſtendentis, ſe & his carere poſſe.* (Pag. 277. B.) Confer quæ ſupra lib. II. c. XIV. §. VI. & hoc libro c. IV. §. I. [Auctor, in hac Nota, conjungit *Pittacum* & *Timoleontem*, quaſi utrique *factum* eſſet. At vero Timoleon plane contrarium fecit, ut patebit inſpicienti locum PLUTARCHI, unde verba quædam heic referuntur. *J. B.*]

„i) (SIBI QUIDEM NIHIL VOLUIT SUMERE:) „Uti potuiſſet ſumere pro periculo & labore.

„k) (QUASI SUO JURE DECUMAM DEO DEDIT:) „Imo decimam non dedit de rebus receptis ſed de „præda quam ab hoſte cepit. *Vid. ſupr. l. 3. c. 6. §. 1.*

„l) (DETRAXIT SUMTUS NECESSARIOS:) Quos in „ſervos impendit.

„m) (ET SOCIIS SUIS ALIQUAM PARTEM TRIBUI VOLUIT:) Quia eorum labore & periculo „locupletior factus eſt.

„a) (SICUT AUTEM DOMINO RES REDDENDÆ „SUNT:) Quæ ſcl. juſto bello receptæ ſunt, & quas „pro non captis haberi dixit ſupra §. I.

b) (Grot.) (ITA ET POPULI:) Exules Saguntini poſt ſex annos a Romanis reſtituti. Antoninus Caſſii bello in ſervitutem redactos liberos eſſe juſſit, bona dominis reddi. Sic Calatrava militibus quibus erepta a Mauris erat, reddita a rege Caſtellæ aliisque. *Mariana* lib. XI. (Cap. 25.) Confer quæ ſupra hoc libro cap. X. §. 6. [Neſcio unde Auctor habeat, quæ de *Saguntinis* exſulibus & de captis in bello *Avidii Caſſii*, heic refert. Circa priores, aliquid reperies apud LIVIUM, *Lib.* XXVIII. c. 39. in Oratione Legatorum *Saguntinorum*: de aliis autem in vita *M. Aurel. Antonini*, a JULIO CAPITOLINO ſcripta, Cap. 25. quanquam non ita diſerte res ibi narretur, ac Auctor noſter proponit. *J. B.*]

ADDITIO.

„Qui poſtquam injuria in hoſtium poteſtatem „pervenerunt, juſto bello ſe ſe eximunt hoſtium „imperio: Nam hi quoque priſtina jura recipiunt.

„c) (ET PARTES POPULORUM:) Si provincia „vel civitas ab hoſte injuria occupata, in priſtinum ſtatum reſtituitur.

„d) (HIS QUI JUS IMPERII HABUERANT:) i. e „Regi aut Principi.

„e) (AUT ETIAM SIBI SI SUI FUERANT JURIS:) „Adeoque populo in ſtatu populari ſi vel propria „virtute ſe ſe liberarunt. *Vid. Lib. 2. c. 4. §. 4.* vel „a ſociis hoſtili imperio eximuntur. *Vid. l. 3. c. 9.* „*§. 9. & l. 2. c. 23. §. 11.*

„f) (ANTE VIM INJUSTAM:) Quod in privatis obſervavimus, id quoque in populis juris eſt: „Nimirum fruſtra inter duos populos quæri an „bellum ſit juſtum an injuſtum: uterque enim „populus ſe jure, alterum injuria agere contendit, „nulla ergo alia decidendi ratio, nullusque expediendæ rei modus ſupereſt, quam ut concedamus cujusque judicium valere intra fines ſui imperii.

„Hoc principio poſito populus qui in victoris „poteſtatem pervenit, ex judicio victoris jure captus „& occupatus cenſetur. Sed ſi idem populus vel ſua „virtute, vel ope ſociorum victoris imperio eximitur, ejus judicium valet, indeque omnia priſtina jura, quæ injuria ſe amiſiſſe contendit, jure „poſtliminii recipit.

„Hoc autem jus poſtliminii ſaltem obtinet, „quamdiu bellum adhuc durat: Nam ſemel finito „bello populus ille deſiit, fit alterius populi pars, „forma populi mutatur: Adeoque etſi poſtea per „rebellionem, vel ab alio, victoris imperio eximatur, ac liber populus fiat, non tamen priſtina „jura recipit, ſed novus eſt populus novumque imperium quod exemplis illuſtravimus ſupra *cap. 9.* „*§. 9.*

„c)

tutumque ſociis, Camilll ævo, [g] ex Livio diſcimus. [h] Æginetas & Melios ſuis urbibus reſtituerunt Lacedæmonii. Græciæ civitates, quas Macedones invaſerant, [i] a Flaminio redditæ libertati. Idem & in colloquio cum Antiochi legatis, [k] æquum eſſe cenſuit liberari Aſiæ urbes quæ Graji eſſent nominis, quas Seleucus Antiochi proavus bello ceperat, amiſſas receperat idem Antiochus: *Neque enim in Æolidem Ioniamque coloniæ in ſervitutem regiam miſſæ ſunt*, ajebat, *ſed ſtirpis augendæ cauſa, gentisque vetuſtiſſimæ per orbem terrarum propagandæ.*

Liv. l. 6. c. 3.
Xen. hiſt. Gr. 2. Cap. 2. §. 5.
Liv. l. 33. c. 32.
Lib. 34. c. 58.

§. V.

Solet & de temporis ſpatio quæri, [a] quo reddendæ rei obligatio interna poſſit exſtingui. Sed [b] hæc quæſtio inter ejusdem imperii cives definienda eſt ex legibus ipſorum; (ſi modo illæ internum jus concedunt, [c] non in externo ſolo conſiſtunt; quod ex verbis & propoſito legum prudenti inſpectione colligendum eſt:) [d] inter eos vero qui alii aliis externi ſunt, & ſola conjectura derelictionis, de qua diximus [e] alibi quantum inſtituto noſtro ſufficit.

Lib. 2. c. 4.

§. VI.

Quod ſi valde [a] ambiguum ſit jus belli, optimum erit [b] Arati Sicyonii conſilium ſequi, qui partim novis poſſeſſoribus perſuaſit ut pecuniam accipere mallent, poſſeſſionibus cederent; partim veteribus dominis ut commodius putarent numerari ſibi quod tanti eſſet quam ſuum recuperare.

Cic. off. 2. c. 23.

CAPUT

„g) (EX LIVIO DISCIMUS:) Sutrium civitas ſo-„cia fuit quæ a ſociis Romanis eodem bello & „eodem die exemta hoſtium imperio fuit, adeo-„que poſtliminii jure priſtinam libertatem recu-„peravit. *Liv. l. 6. c. 3.*

„h) (ÆGINETAS ET MELIOS:) Sociorum enim „ope eodem bello liberati fuerunt, eoque priſtina „jura recipiebant.

„i) (A FLAMINIO REDDITÆ LIBERTATI:) Ro-„mani enim, civitatum Græcarum ſocii, teneban-„tur ſocios defendere.

„k) (ÆQUUM ESSE CENSUIT LIBERARI ASIÆ „URBES:) Nondum enim jus imperii ſublatum „erat, quia a ſociis Romanis defendebantur. *Liv. „l. 34. c. 57.*

„a) (QUO REDDENDÆ REI OBLIGATIO INTER-„NA POSSIT EXSTINGUI:) i. e. quando res noſtræ „civitatis ex hoſte receptæ poſtliminio careant, nec „priſtino domino reſtitui debeant.

„b) (HÆC QUÆSTIO INTER EJUSDEM IMPERII „CIVES DEFINIENDA EST EX LEGIBUS EORUM:) „Quo pertinent omnes modi quibus dominium „amittitur, ſive jure naturæ, ſive jure civili, de „quibus vide *Diſſ. proœm. VI.*

„c) (NON IN EXTERNO SOLO CONSISTUNT:) „Quod fieri Auctor putat ſi per uſucapionem vel „præſcriptionem *L. 2. c. 4.* ſententia judicis inju-„ſta &c. dominium amittit. *L. 3. c. 2. §. 5. n. 1.*

„d) (INTER EOS VERO QUI ALII ALIIS EXTER-„NI SUNT EX SOLA CONJECTURA DERELICTIONIS:) „Quam peti non ex verbis tantum, ſed ex factis & „non factis docuit ſupra *l. 2. c. 4. §. 3. 4. & 5.* „& ad talem conjecturam ſufficere tempus memo-„riam excedens dixit *ibid. §. 7.* Nos in allegatis „locis probavimus ex tali conjectura voluntatis na-„turali jure dominium non amitti.

„e) (ALIBI:) *dict. l. 2. c. 4. per tot.*

„a) (AMBIGUUM SIT JUS BELLI:) Adeoque „ubi non conſtat an res jure an injuria captæ fue-„rint.

b) (Grot.) (ARATI SICYONII CONSILIUM SEQUI:) Quod fecit rex Ferdinandus memorante *Mariana* lib. xxix, c. 14.

CAPUT XVII.

De his qui in bello medii ſunt.

I. *A pacatis nihil ſumendum niſi ex ſumma neceſſitate cum reſtitutione pretii.*
II. *Exempla abſtinentiæ & præcepta.*
III. *Quid ſit officium pacatorum circa bellantes.*

§. I.

SUpervacuum videri poſſet, *a* agere nos de his qui extra bellum ſunt

ADDITIO.

„Hiſtoria rei geſtæ hæc eſt Tyranni per 50 annos Syconem oppreſſerunt; Aratus ejecto Nicocle ſexcentos exules reſtituit, qui priſtina jura paternasque poſſeſſiones & merito, vindicabant; „Quia vero novæ inde inter poſſeſſores & veteres „dominos lites exorituræ fuiſſent, aliud conſilium „excogitavit Aratus; rogavit pecuniam a rege „amico Ptolomæo, & poſtea adhibito quindecim „principum conſilio, cauſas ſingulorum examina„vit, & eorum qui aliena tenebant, & eorum qui „ſua amiſerant: perfecitque æſtimandis poſſeſſioni„bus, ut perſuaderet aliis, ut pecuniam accipere „mallent, poſſeſſionibus cederent: aliis ut com„modius putarent numerari ſibi quod tanti eſſet, „quam ſuum recuperare: *Cic. l. 2. offic. c. 23. Plut.* „*in Arat.* Idem quoque fecit rex Ferdinandus, ut „auctor eſt *Mariana l. 29. c. 14.*

„Auctor ſuadet ut *ſi dubium ſit jus belli* res „poſtliminio receptæ, ad imitationum Syconio„rum vel poſſeſſoribus relinquantur vel dominis „priſtinis reſtituantur, reſtituto utroque caſu pretio: „At (1) Male exemplum hoc ad præſentem quæ„ſtionem applicatur: jus belli ibi non erat dubium, „nam cives a tyrannis, adeoque injuria, ejecti „fuere, adeoque reſtituti jure ſua vindicabant, ne„que in bello civili poſtliminio opus eſt. *L. 21. §. 1.* „*ff. Poſtlim.* Sed & (2) difficillimum eſt hoc re„medium quod Ptolomæum ditiſſimum regem & „Arato amicum ſupponit, qui grandi pecunia „hunc adjuvit.

„(AD §. 1.) Grotius principia, unde jura me„diorum ſequuntur, hic non exponit, ſed ſtatim „ad officia mediatorum procedit, adeoque ex præ„cedenti *capite IX §. 4. n. 2.* ea ſupplenda ſunt.

„Supponit autem Grotius reges aut populos, „qui bellum ſuſcipiunt, credi velle juſtas ſibi fuiſſe „cauſas cur id facerent; contra autem, injuria fa„cere eos qui adverſus ſe arma ferrent. *d. §. 4.*

„Cum igitur utraque pars id credi vellet, nec „tutum eſſet aliis populis pacem quærentibus huic „ſe controverſiæ interponere, nihil melius facere „potuiſſe, ait, populos pacatos, quam ut quod „eveniſſet pro jure haberent. *d.* §. 4.

„Medii igitur neutrius partis cauſam juſtam vel „injuſtam aſſerunt, ſed judicium ſuſpendunt, & „hactenus utriusque factum pro jure habent.

„Hinc duo neceſſario ſequuntur (1) quod neu„tri injuriam faciant ſi præſentem poſſeſſionem „ſequantur: (2) quod uni non magis, quam alii „favere debeant.

„*Prioris* ſequelæ effectus inſignes ſunt, nam „(a) pacatus ejecto rege cum præſente poſſeſſore „agere, contrahere &c. poteſt: *Vide ſupra L. 1. c.* „*4. §. 15. pag. 367.* (*b*) ſi cives noſtri capti, & ſer„vi facti ad pacatos perveniunt, ab his pro ſervis „habentur, is enim præſens eorum eſt ſtatus. *Vid.* „*ſupra c. 9. §. 2. n. 2. & §. 4. n. 2. in fin.* nec ci„vitas noſtra vindicare eos poteſt. (c) Idem dicen„dum de rebus noſtris, quæ bello captæ, ad pa„catos perferuntur.

„Econtrario (d) ſi cives & res noſtræ ab hoſte „captæ ad pacatos perveniunt antequam ad præſi„dia hoſtis deductæ fuerint, liberæ manent, ad„eoque hoſti eas reclamanti reddi non debent.

„De *poſteriori* ſequela in ſequentibus agemus.

a) (AGERE NOS DE HIS QUI EXTRA BELLUM POSITI &c.) I. e. de pacatis, ſeu de mediis.

Hactenus enim Grotius egit de hoſtibus & quid in eos liceat: ſequitur tractatio de mediis, qui unius partis judicium & cauſam non magis quam alterius ſequuntur, & Neutrales vulgo vocantur, quia neutri parti adhærent.

Auctor regulam generalem ponit, a pacatis nihil ſumendum eſſe; at excipit ſummam neceſſitatem hanc enim jus aliquod etiam in pacatos tribuere docet *hic* §. 1. & docuit ſupra *l. 2. c. 2.* §. *10.* Sed & Mediorum quædam officia erga bellum gerentes eſſe tradit. §. *3.*

PROPOSITIO. I.

Medii utriusque factum pro jure habent.

DEMONSTRATIO.

Nam ſi medii alterum injuria agere aſſererent, ejus judicium & cauſam ſequerentur, & deſinerent eſſe medii: Ut ergo medii ſint, neceſſario requiritur ut ab omni judicio abſtineant, præſentem poſſeſſionem ſequantur extra territorium, in territorio autem eum ſtatum, tum ratione rerum, tum ratione perſonarum, tueantur in quo perſona vel res fuit, cum ad fines accederet.

Uberios hæc principia expoſuit B. Parens in diſputatione *de poſtliminio in pace Sect. 1. §. 2. 3. 4. & 5.* Verba ejus retulimus ſupra *L. 3. c. 9. §. 1. propoſ. 1. p. 204.*

PRO-

ſunt poſiti, quando in hos ſatis conſtet [b] nullum eſſe jus bellicum. Sed quia occaſione belli multa in eos, finitimos præſertim, L. 2. c. 2. §. 10. patrari ſolent prætexta neceſſitate, repetendum hic breviter quod diximus [c] alibi, [d] neceſſitatem ut jus aliquod det in rem alienam ſummam eſſe debere: requiri præterea [e] ut ipſo domino par neceſſitas non ſubſit: etiam ubi de neceſſitate conſtat, [f] non ultra ſumendum quam exigit: Id eſt, [g] ſi cuſtodia ſufficiat non ſumendum uſum, [h] ſi uſus, non ſumendum abuſum: ſi abuſu ſit opus, [i] reſtituendum tamen rei pretium.

§. II.

1. Moſes [a] cum ſumma ipſum & populum neceſſitas urgeret tranſcundi

PROPOSITIO. II.

Hinc pacati utrique partium præſtare debent ea quæ juris gentium ſunt, ut jus tranſitus, commercia &c.

DEMONSTRATIO.

Legatus Antiochi ſtatum mediorum hoc modo deſcribit, in Concilio Achæorum diſſerens; *Non enim vult ut ſecum adverſus Romanos arma capiant: Sed ut neutri parti ſe conjungant pacem utrique parti, quod medios deceat amicos optent, bello ſe non interponant: Idem ferme & Ætolorum legatus petiit, ut quæ faciliima & tutiſſima eſſet, quietem præſtarent, ſpectatoresque belli fortunarum alienarum eventum ſine ullo diſcrimine rerum ſuarum operirentur: Liv. l. 35. c. 48.* Add. *Id. l. 37. c. 28.*

Hinc jam neceſſario ſequitur quod illi qui medii i. e. utriſque amici ſunt, neutri denegare poſſint ea quæ homo homini natura denegare nequit: Si enim uni ea denegaret, duplici modo injuriam faceret; tum quia magis favet alteri, adeoque hoſtis fieret; tum quia id quod natura cuique debetur, denegat: Si utrique denegat, utrique fit injuria cujus reparatio bello quæri poteſt. Cœterum quatenus id in commerciis obtineat, mox videbimus: Conf. §. 2.

PROPOSITIO. III.

Pacatus nihil facere debet quo juvetur alter præ altero.

DEMONSTRATIO.

Si igitur uni præter ea quæ ſunt juris gentium aliquid præſtatur, id alteri petenti non poteſt denegari, ne uni magis quam alteri favere videatur. Unde apud Livium *l. 37. c. 28.* Tejos Romanorum Dux arguit, *Juviſſe eos commeatu claſſem hoſtium; & quantum uni Polyxenidæ* (hoſti) *promiſiſſent quæ ſi eadem claſſi Romanæ darent, revocaturum ſe a populatione militem, ſin minus pro hoſtibus eos habiturum:* Atque his imperatis paruiſſe Tejos apparet ex *Livio d. l.* Maſſilienſes portum Cæſari negarunt, Pompejum recepere, ideo pro hoſtibus habiti ſunt.

„*b*) (NULLUM ESSE JUS BELLICUM:) Quia in„juria non eſt, ex qua ſola bella licita fiunt, Scy„thæ ad Alexandrum apud Curtium *lib. 7 8 Quid* „*nobis tecum eſt? nunquam tuam terram attigimus* „*qui ſit, unde venias, licetne ignorare in vaſtis* „*ſylvis viventibus?*

„*c*) (ALIBI:) Vide *Indicem* voce *neceſſitas* & *l.* „*2. c. 2 §. 10.*

„*d*) (NECESSITATEM UT JUS ALIQUOD DET IN REM ALIENAM SUMMAM ESSE DEBERE:) Diximus *d. §. 10.* (1) Nunquam jus oriri in res alienas ex neceſſitate. Sane (2) Mediis natura conceſſum eſt jus defendendi res ſuas, & ſic illi qui jus hoc natura quæſitum turbant, fiunt hoſtes: (3) in bellis vix eſt neceſſitas abſque culpa, dum vel bellum ſuſcipitur ab iis qui viribus impares ſunt, vel quod neceſſaria deſint &c. quo caſu fatente Auctore ipſo neceſſitas nullum jus tribuit.

„*e*) (UT IPSO DOMINO PAR NECESSITAS NON „SUBSIT:) Quod refutavimus. *L. 2. c. 2. §. 8.*

„*f*) (NON ULTRA SUMENDUM QUAM EXI„GIT:) Quod itidem refutavimus. *L. 2. c. 2. §. 6.*

„*g*) (SI CUSTODIA SUFFICIAT NUN SUMEN„DUM USUM:) Sic ſi quis caſtrum pacati occu„pat quod hoſtis occupaturus eſt, is præter cuſto„diam nihil acquirit. *Grot. l. 2. c. 2. §. 10.*

„*h*) (SI USUS NON SUMENDUM ABUSUM:) Di„xit enim non ultra ſumi poſſe quam ſumma ne„ceſſitas exigit.

„*i*) (RESTITUENDUM TAMEN REI PRETIUM:) „Imo invitus rem ſuam alii vendere non tenetur „etſi alter neceſſitate prematur.

„Auctor porro ſtatuit, ceſſante neceſſitate fa„ciendam eſſe reſtitutionem. *L. 2. c. 2. §. 9. & l.* „*3. c. 1. §. 5. n. 3.* Quæ omnia plenius examina„vimus *d. l. 2. c. 2 §. 9. & 10.*

„*a*) (CUM SUMMA IPSUM ET POPULUM NECESSITAS URGERET:) Male Auctor jus tranſitus ex utilitate innoxia & neceſſitate ſola deducit: Ratio-

Numer. 20, 17. & ſeq. ſeundi per agros Idumæorum, [b] primum ait tranſiturum ſe via regia, neque deflexurum in arva aut vineta: ſi vel aqua ipſorum opus haberet perſoluturum ſe ejus pretium. Idem præſtiterunt laudati *De Exped. Cyr. Lib. 2. c. 3. § 12. 13. Ed. Oxon.* & Græcorum & Romanorum duces. Apud Xenophontem Græci qui cum Clearcho Perſis pollicentur, nullo ſe damno iter facturos: & ſi [c] venales commeatus præberent, neque eſculenta ſe, neque poculenta cuiquam crepturos.

Hiſt. Græc. III. 1. § 8. 2. Dercyllides, narrante eodem Xenophonte: παρήγαγε τὸ ϛράτευμα διὰ τῆς Φιλίας χώρας μηδὲν βλάψας τὺς συμμάχυς, *copias duxit per fines pacatos, ita ut nullo detrimento ſocii afficerentur.* *Lib. 41. c. 27.* Livius de Perſeo rege: *Per Phthiotidem, Achaiam, Theſſaliamque ſine damno injuriaque agrorum per quos iter fecit in regnum rediit.* De Agidis *Vit. Agid. p. 801. D.* Spartani exercitu Plutarchus: θέαμα ταῖς πόλεσιν ἦσαν, ἀβλαβῶς καὶ πρᾴως καὶ μονονὐχὶ ἀψοφητὶ διαπορευόμενοι τὴν Πελοπόννησον: [d] *ſpectaculum erant civitatibus clementer ac ſine noxa & pene* [*] *ſine ſtrepitu peragrantes Peloponneſum.* *Lib. 2. c. 25.* De Sulla Vellejus: *Putares veniſſe in Italiam, non belli vindicem ſed pacis auctorem: tanta cum* [e] *quiete exercitum per Calabriam Apuliamque cum ſingulari cura frugum, agrorum, urbium, hominum, perduxit in Campaniam.* [f] De Pompejo Magno Tullius: *Pro lege Manilia, c. 13.* *Cujus legiones ſic in Aſiam pervenerunt, ut non modo manus tanti exercitus, ſed* [g] *nec veſtigium quidem cuiquam pacato nocuiſſe dicatur.* *Libro 2. ſtrat. c. 11. n. 7.* De Domitiano ita Frontinus: *Cum in finibus Ubiorum caſtella poneret, pro fructibus eorum locorum* [h] *quæ vallo comprehendebat pretium ſolvi juſſit, atque ea juſtitiæ fama omnium fidem ſibi adſtrinxit.* *Cap. 50.* De Parthica Alexandri Severi expeditione Lampridius: *Tanta diſciplina, tanta reverentia ſui egit, ut non milites ſed ſenatores dicerentur: quacumque iter milites faciebant,* [i] *tribuni accincti, centuriones verecundi, milites amabiles erant: ipſum vero ob hæc tot &*

tanta

Rationes cur ipſo jure naturæ cuique tranſitus debeatur expoſuimus ſupra *l. 2. c. 2. §. 13.*

„*b*) (PRIMUM AIT:) Allegata hic exempla, „aliaque vide ſupra *l. 2. c. 2. §. 13.*

„*c*) (VENALES COMMEATUS PRÆBERENT:) Si „copia fieret commendorum neceſſariorum a po„pulis, per quos commeant. *Gron. h.*

„*d*) (SPECTACULUM ERANT:) Cum admirati„one ſpectabantur. *Gron. h.*

*) (Grot.) (SINE STREPITU PERAGRANTES PELOPONNESUM:) Par teſtimonium Tito Quintio Flaminio perhibet *Plutarchus.* (p. 371.)

„*e*) (QUIETE:) I. e. diſciplina & modeſtia „*Gron. h.*

f) (Grot.) (DE POMPEJO MAGNO TULLIUS:) Et Plutarchus: *ἀκὼν τὺς ϛρατιώτας ἐν ταῖς ὁδοιπορίαις ἀτακτεῖν, σφραγῖδα ταῖς μαχαίραις αὐτῶν ἐπέβαλεν· ἣν ὁ μὴ φυλάξας, ἐκολάζετο. cum audiſſet milites ſuos per itinera licentioſius agere, ſigillum gladiis eorum appoſuit. quod qui non cuſtodiſſet, is puniebatur.* (Pag. 624. A.)

„*g*) (NEC VESTIGIUM QUIDEM:) Ut nec pe„dibus quidquam ſatorum conculcarint. *Vid.* „*Gron. h.*

„*h*) (QUÆ VALLO COMPREHENDEBAT:) Id eſt „quæ intra munimenta recipiebat: Etſi enim ci„ves defendere teneantur rempublicam, unus „tamen præ altero non tenetur, adeoque ei re„ſarciri damnum debet.

„*i*) (TRIBUNI ACCINCTI:) Parati & expediti, „tanquam cum hoſte ſtatim congreſſuri; alii *ta*„*citi* id eſt ſine ſtrepitu: *Gron. h.*

k)

tanta bona provinciales ut Deum ſuſcipiebant. [k] De Gotthis, Hunnis, Alanis qui Theodoſio merebant Panegyriſta: *Nullus tumultus,* *Latin. Pacat c. 32. Panegyr. ver. 12.* *nulla confuſio, nulla direptio ut a barbaris erat; quin ſi quando difficilior frumentaria res fuiſſet, inopiam patienter ferebat, &* [l] *quam numero arctarat annonam comparcendo laxabat.* Stiliconi Claudianus idem tribuit: *In I. Conſ. Stilich. lib. 1. verſ. 162. & ſeq.*

> *Tanta quies, tantusque metus ſervator honeſti*
> *Te moderante fuit, nullis ut vinea furtis*
> *Aut ſeges erepta fraudaret meſſe colonum.*

[m] Et Beliſario Suidas.

3. [n] Hoc præſtabat exacta cura [o] proviſus rerum neceſſariarum, & bene [p] ſoluta ſtipendia, & vigor diſciplinæ, cujus legem audis [q] apud Ammianum: *pacatorum terras non debere calcari.* Et apud *Lib. 18. c. 2. pag. 205.* Vopiſcum Aureliano: *Nemo pullum alienum rapiat: ovem nemo contingat, uvam nullus auferat, ſegetem nemo deterat, oleum, ſal, lignum* *Aurelian. c. 7.* *nemo exigat.* Item apud Caſſiodorum: *Vivant cum provincialibus* *Var. 7. 4.* *jure civili: nec inſoleſcat animus qui ſe ſentit armatum: quia clypeus ille exercitus noſtri quietem debet præſtare Romanis.* His accedat illud

k) (Grot.) (DE GOTTHIS:) Multa de hujus gentis modeſtia habemus apud *Caſſiodorum,* ut V. 10, 11, 13. Eodem autem libro epiſtola 26. *Nec poſſeſſorum ſegetes aut prata vaſtetis, ſed ſub omni continentia properate: ut grata nobis eſſe veſtra occurſio poſſit. Quia ideo exercituales gratis ſubimus impenſas, ut ab armatis cuſtodiatur intacta civilitas.* Lib. IX, 25. *Arma ejus nulla poſſeſſorum damna ſenſerunt.*

„l) (QUAM NUMERO:) Multitudine capitum „anguſtam & difficilem fecerat. *Gron. h.*

m) (Grot.) (ET BELISARIO SUIDAS:) Sæpe hanc in Beliſario virtutem prædicat comes ejus teſtisque actionum *Procopius.* Vide egregiam ejus orationem huc pertinentem, quam ad milites habuit prope Siciliam, cum in Africam tenderet, narrationemque itineris per Africam, Vandalicorum primo. (Cap. 12. & 17.) Ex Gotthicorum autem III. integrum hunc locum appunam: εἰς δὲ τοὺς ἀγροίκους ἔτι τοσαύτῃ φειδοῖ καὶ προνοίᾳ ἐχρῆτο, ὥστε βιασθῆναι μὲν αὐτῶν οὐδένα πώποτε, στρατηγοῦντος Βελισαρίου, τετύχηκε· πλουτεῖν δὲ παρὰ δόξαν ξυνέβαινε πᾶσιν, οἷς ἂν αὐτὸς ἐπιδημοίη στρατιᾶς πλήθει· ἀπεδίδοντο γὰρ αὐτοῖς κατὰ γνώμην τὰ ὤνια πάντα· καὶ ἡνίκα μὲν ἀκμάζοι τὰ λήια ἐς τὸ ἀκριβὲς διεφύλαττε, μή τινα παριοῦσα ἡ ἵππος λυμήνηται· τῶν δὲ ὡραίων ἐν τοῖς δένδροις ὄντων ἅψασθαι αὐτῶν οὐδενὶ τὸ παράπαν ἐξουσία ἐγίνετο· *adverſus agricolas tanta cura providentiaque agebat, ut eorum nemo vim pateretur, exercitum ducente Beliſario: contra vero opulenti fierent omnes quocunque ille cum multitudine advéniſſet: vendebant enim illi militibus res ſuas ſuopte arbitratu. & cum maturæ eſſent ſegetes ſollicite cavebat ne ab equite corrumperentur. tum vero poma in arboribus pendentia tangere nemini omnino permittebatur.* (Cap. 1.) Similem Alemannorum laudem in expeditione ad ſanctum Sepulcrum vide apud *Nicetam* Manuele Comneno. (Lib. 1. c. 4.) *Gregoras* autem libro IX. idem in Venetis prædicat: πάνυ γε μὲν οὐδένες, ὡς οὐ μάλα ἐξέπληξεν ἡ τῶν Βενετικῶν εὐταξία καὶ ἡ μετὰ δικαιοσύνης μεγαλοπρέπεια· οὐδὲ γὰρ ἠξίωσε τῶν πάντων ἐκείνων οὐδεὶς ἐξελθὼν ἀφελέσθαι τι τῶν ἀπράτων ἄνευ τιμῆς ἀργυρίου· *nemo erat quem non admiratione percelleret Venetorum diſciplina, & conjuncta cum juſtitia animi magnitudo. Nemo enim de exercitu egreſſus quicquam rerum ſumere volebat niſi pecunia depenſa.* (Pag. 118. *Ed. Genev.* 1616.)

„n) (HOC PRÆSTABAT:) Scilicet ſecuritatem „præfatam.

o) (Grot.) (PROVISUS RERUM NECESSARIARUM:) Plinius hiſtoriæ naturalis XXVI, 4. *curve Romani duces primam ſemper in bellis commerciorum curam habuere?* Caſſiodorus IV, 13. *Habeat quod emat, ne cogatur cogitare quod auferat.* Similia habet V, 10. & 13.

„p) (SOLUTA STIPENDIA:) Non ſolutis enim „ſtipendiis neceſſitate adducuntur milites ad rapi„endum.

q) (Grot.) (APUD AMMIANUM:) Quem vide & libro XXI. (*Cap.* 5. in Oratione *Juliani* Imp. ad Milites, *pag.* 293, 294. *Ed. Valeſ. Gron.*)

„r)

Cap. 2 §. 4. illud Xenophontis expeditionis libro VI, μὴ ἀναγκάζειν πόλιν φιλίαν ὅ τι μὴ αὐτοὶ ἐθέλοντες διδοῖεν: *civitatem amicam cogendam non eſſe ut quicquam daret invita.*

Luc. 3, 14. 4. Ex quibus dictis optime interpretatis [r] illud magni Prophetæ, imo Propheta majoris monitum: μηδένα διασείσητε, μηδὲ συκοφαντήσητε. καὶ ἀρκεῖσθε τοῖς ὀψωνίοις ὑμῶν: [s] *A concuſſione,* [t] *a calumnia in quosvis abſtinete;* [u] *contenti eſtote ſtipendiis veſtris.* Cui ſimile illud Aureliani apud Vopiſcum dicto loco: *annona ſua contentus ſit; de præda hoſtis non de lacbrymis provincialium babeat.* Neceſt quod quis putet dici hæc pulchre, [v] ſed præſtari non poſſe. [w] Neque enim aut moneret hæc vir divinus, aut ſapientes legum auctores præciperent, ſi crederent impleri non poſſe. Denique [x] neceſſe eſt concedamus fieri poſſe quod factum videmus; [y] ideo attulimus exempla, quibus accedat illud inſigne quod [z] ex Scauro Lib. 4. c.3.n.13. memorat Frontinus, pomiſeram arborem [aa] quam in ſede caſtrorum fuerat complexa metatio, poſtero die abeunte exercitu intactis fructibus relictam.

Libro 18.c.24. 5. Livius cum narraſſet milites Romanos in caſtris ad Sucronem [bb] procacius egiſſe, & quoſdam eorum noctu prædatum in agrum circa pacatum iiſſe, adjicit, omnia libidine ac licentia militum, nihil inſtituto ac diſciplina militari geſtum. Eſt & alter inſignis ejus Lib. 40. c. 22. ſcriptoris locus, ubi iter Philippi per Denthelatarum agros narratur: *Socii erant, ſed propter inopiam haud ſecus quam hoſtium fines Macedones*

„r) (ILLUD MAGNI PROPHETÆ:) Chriſti.

„s) (A CONCUSSIONE:) Id eſt a pecunia per „vim provincialibus exprimenda. *l. 1. c. 2. §. 7.*

t) (Grot.) (A CALUMNIA:) Poſſis vertere *a rapina*, quo ſenſu ea vox ſumitur in Græca verſione Jobi XXXV, 9. Pſalm. CXIX, 122. Prov. XIV, 31. XXII, 16 XXVIII. 3. Eccleſiaſtæ, IV, 1. item Levitici XIX, 11. Eandem Græcam vocem per *defraudare* vertit vulgatus interpres Lucæ XIX, 8.

u) (Grot.) (CONTENTI ESTOTE STIPENDIIS VESTRIS:) *Ambroſius* ad hunc Lucæ locum: *id circo ſtipendia conſtituta militiæ: nedum ſumtus queritur, præda graſſetur.* (Pag. 1647. *Ed. Pariſ.* 1569) Quæ transſcripſit *Auguſtinus* ſermone XIX. de verbis domini ſecundum Matthæum. [Qui non eſt *Auguſtini*, & inter *Appendices* Tom. V. *Serm. 82.* reperitur in *Ed. Benedictin.*] Sunt egregiæ ad hanc rem conſtitutiones apud *Gregorium Turonenſem* libro 11, cap. 37. in *capitulis Caroli* & ſucceſſorum, lib. V, tit. CLXXXIX. in *Concilio Galliæ* tomo II. in *Capitulari* II. *Ludovici* Pii capite XIV. & tomo III. in *Concilio ad S. Macram.* Adde *legem Bajoariorum* tit. II, 5. Friderici I. legem ſic refert *Guntherus:*

Si quis pacificæ plebis villasve domosve
Uſſerit, abraſis ſignabitur ora capillis,
Et pulſus caſtris poſt verbera multa recedet.

(Ligurin *verſ.* 299. *& ſeqq.*)

„v) (SED PRÆSTARI NON POSSE:) Id eſt mi„lites contineri non poſſe ut virgines in Gynecæo „*Gron. h.*

„w) (NEQUE ENIM AUT MONERET:) Nihil „enim fruſtra monere, nec impoſſibilia injungere „voluiſſe vir divinus credendus eſt.

x) (Grot.) (NECESSE EST CONCEDAMUS FIERI POSSE, QUOD FACTUM VIDEMUS:) Sic & *Guicciardinus* diſſerit libro XVI.

„y) (IDEO ATTULIMUS EXEMPLA:) Ubi miles „tranſivit nullo damno dato.

z) (Grot.) (EX SCAURO MEMORAT FRONTINUS.) De Nigri ſeveritate ob raptum Gallum gallinaceum vide *Spartianum.* (Cap. 10.)

ADDITIO.

„Excerpta ſunt ex M. Æmilii Scauri commen„tario de bello ab ſe geſto. *Gron. h.*

„aa) (QUAM IN SEDE:) Quæ intra caſtra con„cluſa fuerat *Gron. h.*

„bb) (PROCACIUS EGISSE:) per abſentiam & morbum

dones populati ſunt, rapiendo enim paſſim, villas primum, deinde quoſdam etiam vicos evaſtarunt, non ſine magno pudore regis, cum ſociorum voces nequicquam Deos ſociales nomenque ſuum implorantes audiret. Apud Tacitum Peligni turpis fama, dum ſocios magis quam hoſtes prædatur. Idem Vitellianos notat per omnia Italiæ municipia deſides & tantum hoſpitibus metuendos. In Verrina quoque Ciceronis de Prætura urbana hæc eſt accuſatio: *oppida pacata ſociorum atque amicorum diripienda ac vexanda curaſti.* *Ann. XII. c. 49 Hiſt. III. c. 2. In Verr. Lib. I. c. 21.*

6. Atque hic omittere non poſſum Theologorum ſententiam, quam veriſſimam puto, regem qui quæ debet ſtipendia militibus non ſolvit, [cc] non tantum militibus teneri de damnis inde ſecutis, [dd] ſed & ſubditis ſuis & vicinis quos inedia coacti milites male habuerunt. *Ægid. Regius de act ſu- pern diſp 31. dub. 7. n. 95.*

§. III.

1. Viciſſim eorum qui a bello abſtinent [a] officium eſt nihil facere, quo validior fiat is qui improbam fovet cauſam, [b] aut quo juſtum bellum gerentis motus impediantur, ſecundum ea quæ dicta a nobis [c] ſupra ſunt: [d] In re vero dubia [e] æquos ſe præbere utrisque [f] in permittendo tranſitu, [g] in commeatu præbendo legionibus, [h] in obſeſſis non ſublevandis. Corcyrenſes apud Thucydidem Athenienſium officii eſſe ajunt, ſi extra partes eſſe velint, [i] aut Corin- *L. III. c. 1. Lib. I. c. 35.*

„morbum P. Scipionis tumultuantes laſciviſſe in „Hiſpania. *Gron. h.*

„*cc*) (NON TANTUM MILITIBUS TENERI DE „DAMNIS INDE SECUTIS:) Militibus tantum tene„tur ex promiſſo, ad præſtandam mercedem pro„miſſam, & ad id quod eorum intereſt mercedem non ſolutam fuiſſe.

„*dd*) (SED ET SUBDITIS SUIS AC VICINIS:) „Quia rex vera cauſa eſt damni dati.

a) (OFFICIUM EST NIHIL FACERE QUO VALIDIOR FIAT IS QUI IMPROBAM FOVET CAUSAM:) Male Auctor mediis tribuit judicium juſtæ cauſæ inter duas partes belligerantes: Hoc ipſo enim fierent hoſtes ejus cujus judicium impugnant. Medii igitur non examinant juſtitiam cauſæ ſed utriusque factum pro jure habent: id eſt judicium ſuſpendunt: Hinc neutrum juvare poſſunt, ſed ea ſaltem præſtant utrique quæ juris gentium ſunt.

„*b*) (AUT QUO JUSTUM BELLUM GERENTIS „MOTUS IMPEDIANTUR:) Dictum eſt medios non „judicare an juſte bellum geratur: adeoque hæc „fruſtra diſputari.

„*c*) (SUPRA:) *L. 3. c. 6. §. 3. & 4.*

„*d*) (IN RE VERO DUBIA:) I. e. ubi certo non „conſtat utrius cauſa juſtior ſit.

e) (Grot.) (ÆQUOS SE PRÆBERE UTRISQUE IN PERMITTENDO TRANSITU, IN COMMEATU PRÆBENDO:) Exemplum nobile vide apud Parutam libro VIII.

ADDITIO.

„Dixi utrumque bellum gerentium contendere „cauſam juſtam ſibi eſſe, Mediis vero judicium „hac in re non competere, ſed eos utriusque fa„ctum pro jure habere, ac ſequi ſtatum præſentem „rei vel perſonæ. Dixi quoque hos medios utri„que ea præſtare debere quæ juris gentium ſunt.

„*f*) (IN PERMITTENDO TRANSITU:) Hic enim „juris gentium eſt, & denegari neutri poteſt.

„*g*) (IN COMMEATU PRÆBENDO:) Tum quia „absque commeatu tranſire non poſſumus, tum „quia commerciorum jus omnibus competit.

„*h*) (IN OBSESSIS NON SUBLEVANDIS:) Quia „hæc ſublevatio non eſt juris gentium, e contrario „cum hoſtis vires inde augeantur eoque reparatio „juris noſtri impediatur, capi quoque res pacatorum poſſunt, quæ ſublevandis obſeſſis inſerviunt.

„*i*) (AUT CORINTHIOS PROHIBERE &c.) Si „enim uni permitterent alteri negarent, non poſ-

rinthios prohibere ne ex agro Attico militem conducant, aut idem ſibi permittere. Philippo Macedonum regi *k* objectum a Romanis dupliciter ab eo fœdus violatum, *l* & quod ſociis populi Romani injurias fecerit, & quod *m* hoſtes auxiliis & pecunia juverit. Eadem urget T. Quintius *n* in colloquio cum Nabide: *Vos tamen, inquis,*
Liv. XXXIV. 31. *veſtramque amicitiam ac ſocietatem proprie non violavi. Quoties vis te arguam id feciſſe? ſed nolo pluribus: ſummam rem complectar: quibus igitur rebus amicitia violatur? nempe his maxime duabus, ſi ſocios meos pro hoſtibus habeas,* *o* *ſi hoſtibus te conjungas.*

2. Apud Agathiam legimus hoſtem eſſe *p* qui faciat quod ho-
Lib. IV. c. 1. ſti placet; & in Procopio, *q* in exercitu hoſtium eum cenſeri *r* qui
Goth. 1. Cap. 3. quæ proprie ad bellum uſui ſunt hoſtili exercitui ſubminiſtrat. Demoſthenes olim dixerat: ὁ γὰρ οἷς ἂν ἐγὼ ληφθείην ταῦτα πράττων καὶ
Phil. III. pag. 46. B. κατασκευαζόμενος, οὗτος ἐμοὶ πολεμεῖ, κἂν μήπω βάλλῃ μηδὲ τοξεύῃ: *s* *Qui ea facit & machinatur quibus ego capi poſſim, etiamſi nec feriat, nec jaculum emittat, hoſtis mihi eſt.* M. Acilius Epirotis qui milite Antio-
Liv. lib. XXXVI. c. 35. chum non juverant, ſed pecuniam ei miſiſſe inſimulabantur, negavit ſcire ſe hoſtium an pacatorum numero eos habere deberet. L.
Idem, Lib. XXXVII c. 28. Æmilius Prætor *t* Tejos arguit, quod commeatu claſſem hoſtium juviſſent, vinum promiſiſſent: addens, *u* ni eadem Romanæ claſſi
Plut. Bout. in fin. pag. 1011. B. darent ſe pro hoſtibus eos habiturum. Memoratur & Cæſaris Augusti dictum: ἔκσπονδον πόλιν εἶναι, πολέμιον ἔχουσαν παρ' αὐτῇ: *pacis jus amittere civitatem* *v* *quæ hoſtem recipiat.*

3. Proderit etiam cum utraque parte bellum gerente *w* fœdus miſcere, *x* ita ut cum utriusque bona voluntate a bello abſtinere, *y* &

„ſent dici medii, quia plus faverent uni parti „quam alteri.

„*k*) (OBJECTUM A ROMANIS:) *Liv. l. 3. c. 42.*

„*l*) (ET QUOD SOCIIS:) Si enim ſociis meis „injuria ſit, juſtam hanc belli cauſam eſſe vidi„mus *ſupra l. c. §.*

„*m*) (HOSTES AUXILIIS ET PECUNIA JUVE„RIT:) Eoque vires hoſtium ad reſiſtendum auxerit.

„*n*) (IN COLLOQUIO CUM NABIDE:) *Liv. l.* „*34. c. 32.*

„*o*) (SI HOSTIBUS TE CONJUNGAS:) Eos ju„vando.

„*p*) (QUI FACIAT QUOD HOSTI PLACET:) Si „alteri idem neget, vel vires hoſtium inde auge„antur.

q) (Grot.) (IN EXERCITU HOSTIUM EUM CENSERI:) Et contra, ſocium & amicum recte ait dici non eum modo qui juxta ſtat in procinctu ſed & qui omnia quibus opus habet bellum aperte ſuppeditat, in Epiſtola *Amalaſuntha* ad *Juſtinianum.* (Gotth. Lib. 1. c. 3.)

„*r*) (QUI QUÆ PROPRIE AD BELLUM USUI „SUNT HOSTILI EXERCITUI SUBMINISTRAT:) „Quia hoſtium vires inde augentur. *Vid. ſupra* „*l. 3. c. 12. §. 1. ſeq.*

„*s*) (QUI EA FACIT:) Nam conſilium quoque, „quod ad me lædendum ſuppeditatur injuria eſt.

„*t*) (TEJOS ARGUIT:) Apud *Liv. l. 37. c. 48.*

„*u*) (NI EADEM ROMANÆ CLASSI DARENT:) „Si enim negaſſent, medii non fuiſſent, & ma„gis uni quam alteri faviſſent.

„*v*) (QUÆ HOSTEM RECIPIAT:) Ad eum nimi„rum effectum, ut ibi ſubſiſtat, ſecus ſi tranſit „ſaltem.

„*w*) (FOEDUS MISCERE:) Sed tunc omnia va„lent ex pacto: nos autem quærimus quid obti„neat jure naturæ ſine pacto.

„*x*) (ITA UT CUM UTRIUSQUE BONA VOLUN„TATE A BELLO ABSTINERE &c.) Hoc non de„pen-

[y] & communia humanitatis officia utriſque exhibere liceat. Apud [z] Livium eſt: *pacem, quod medios decet amicos, optent: bello ſe non interponant.* Archidamus Spartæ rex Eleis, cum viderentur in Arcadum partes inclinare, epiſtolam ſcripſit hoc tantum continentem: *καλὸν ἡσυχία: bonum eſt quieſcere.*

Lib. 35. c. 48.

Plutarch Apophth. p. 219. A.

CAPUT XVIII.

De his quæ in bello publico privatim fiunt.

I. *An privatim hoſti nocere liceat expoſitum cum diſtinctione juris naturalis, gentium, & civilis.*
II. *His, qui ſuo ſumtu militant, aut naves inſtruunt, quid per internam juſtitiam liceat reſpectu hoſtium.*
III. *Quid reſpectu ſuæ civitatis.*
IV. *Quid Chriſtianæ dilectionis regula ab ipſis exigat.*
V. *Quomodo bellum privatum cum publico miſceatur.*
VI. *Ad quod teneatur qui ſine mandato hoſtibus nocuit, cum diſtinctione explicatur.*

§. I.

I. Quæ diximus hactenus [a] pleraque ad eos pertinent, [b] qui aut ſummum in bello arbitrium habent, [c] aut publica imperia exequuntur. Videndum etiam [d] quid privatim in bello liceat, [e] qua naturæ, [f] qua divino, [g] qua gentium jure. Narrat [h] Officio-

„pendet a voluntate bellum gerentium ſed cuique „natura id licet.

„y) (ET COMMUNIA HUMANITATIS OFFICIA „UTRISQUE EXHIBERE LICEAT:) Hæc præſtari citra pactum debent ex naturæ ratione.

„z) (LIVIUM:) *L. 35. c. 48.*

(AD §. I.) Cum bellum non ſit niſi inter ſummas poteſtates, ſponte ſequitur omnia quæ a privatis aguntur, non niſi belligerantium jure ac nomine fieri poſſe: Atque hæc eſt materia quam Auctor hoc capite tractat, *quidnam privatis in bello publico liceat?*

Dicimus igitur Privatum quatalem nihil in hoſtem facere poſſe: Nam (1) ſolus Princeps jus belli habet, non ſinguli; adeoque ille ſolus jus interficiendi hoſtem, & res ejus prædandi ac vaſtandi habet: Equidem poteſt (2) Princeps hoc jus aliis quoque committere, at tunc non niſi quibus permittit belli jure agere poſſunt; Quamdiu igitur (3) non conſtat promiſcue Principem conceſſiſſe jus lædendi hoſtem, tamdiu licentia illa ſingulis conceſſa non apparet. Imo (4) contraria voluntas tunc potius præſumitur quando princeps milite utitur conductitio: Atque hinc (5) Naves illæ armatæ quas *Caapers* vulgo appellare ſolent, piratarum loco haberi, & puniri poſſunt, ſi publica authoritate non ſunt muniti: Et exemplum alibi allegavimus de cive Londinenſi qui magno ſucceſſu naves ſine ſuperiorum conſenſu in hoſtes armavit, & ideo reus factus eſt: Accedit (6) ratio prohibendi politica, quia cives armati promiſcue æque in concives ac in hoſtes graſſari ſolent.

ADDITIO.

„Auctor ait jure naturæ cuique privato conceſſum eſſe ea facere, quæ parti innocenti profutura confidit. §. 1. *n.* 3. Modo (1) juſtum ſit bellum (2) intra juſtum bellandi modum agat: *d. n.* 3. Neque id jure gentium externo mutatum ait §. 1. *n.* 2. (quia eo jure capere poſſum rem ejus quem interficere licet: *d. n.* 2) Sed ex diſciplinæ Romanæ regulis, prohibitum id eſſe contendit, quarum præcipuam eſſe ait ne miles ſine mandato pugnet *d. §. 1. n. 3.*

„At (1) verum non eſt jure naturæ cuique hominum jus eſſe vindicandi alienas injurias: (2) Alibi probavimus jus gentium externum non dari, adeoque fruſtra quæritur an jus naturæ eo mutatum ſit: (3) verum non eſt jure Romano demum ſtatutum eſſe ne miles ſine mandato pugnet. Id enim ex ipſa naturali ratione ſequi ſolidiſſimis rationibus B. parens probavit.

„a) (PLERAQUE:) Quædam enim de privatis „quoque, eorumque jure intermixta fuere.

„b) (QUI AUT SUMMUM IN BELLO ARBITRIUM HABENT:) Id eſt ad ſummas poteſtates ipſas.

„c) (AUT PUBLICA IMPERIA EXEQUUNTUR:) „Uti duces belli, milites &c.

„d) (QUID PRIVATIM IN BELLO LICEAT:) I. „e. quid ſingulis privatis ſuo jure in hoſtem liceat,

„e) (QUA NATURÆ:) *Vid* §. *1. n. 4.*

„f) (QUA DIVINO:) *Vid. infr.* §. *4.*

„g) (QUA GENTIUM JURE:) *Vid.* §. *1. n. 2.* de quo „fruſtra quæritur quia tale jus gentium non datur.

Cap. 11. ciorum primo Cicero in [i] Pompilii Imperatoris exercitu militaſſe
Catonis Cenſorii filium, ſed mox dimiſſam legionem in qua is militabat, cum nihilominus adoleſcens amore pugnandi in exercitu remanſiſſet, Catonem ſcripſiſſe ad Pompilium, ut ſi eum vellet remanere in exercitu, [k] ſecundo eum ſacramento militiæ obligaret, addita cauſa, quia [l] priore amiſſo, [m] jure cum hoſtibus pugnare non poterat. Addit & ipſa Catonis ad filium verba ex epiſtola, quibus eum monet ut caveat ne prælium ineat: [n] neque enim jus
Plut. Quæſt. Rom. 39. & Marcello, p. 317. eſſe qui miles non ſit pugnare cum hoſte. [o] Sic & Chryſantam Cyri militem laudatum legimus, qui hoſti imminens repreſſit enſem [p] ſimul ac receptui canere audierat; [q] & Seneca: *inutilis miles dicitur qui ſignum receptui datum negligit.*
De Ira Lib. 1. c. 9.

2. Sed falluntur qui venire hoc putant [r] ex jure gentium externo: nam id ſi ſpectes, ſicut rem hoſtilem cuilibet occupare licet,
Lib. 3. cap. 6. [s] ut ſupra oſtendimus, ita & hoſtem occidere: [t] nam illo jure hoſtes pro nullis habentur. Venit ergo [u] quod Cato monebat [v] ex
L. 3. D. de re milit. §. 15. diſciplina militari Romana, cujus ea lex erat, Modeſtino notante, [w] ut qui mandata non ſervaſſet capite puniretur, etiamſi res bene ceſſiſſet: mandata autem non ſervaſſe intelligebatur etiam [x] qui extra ordinem ſine ducis imperio in hoſtem pugnaſſet, ut [y] Manliana
Liv. lib. 8. c. 7. imperia nos doceant: nimirum quia [z] ſi id temere liceat, [aa] aut ſtatio-

„*b*) (OFFICIORUM PRIMO:) *Cap. 11.*

„*i*) (POMPILII:) Videtur legendum A. Hoſtilii *Liv. 43. 12. Vid. Gron. b.*

„*k*) (SECUNDO:) Id eſt novo, quia prius ſacramentum ſolutum erat dimiſſione.

„*l*) (PRIORE AMISSO.) Id eſt ſoluto & ſublato.

„*m*) (JURE CUM HOSTIBUS PUGNARE NON POTERAT:) Ceſſante ſacramento deficit authoritas publica.

„*n*) (NEQUE ENIM JUS ESSE QUI MILES NON SIT:) Id eſt cui id a principe ſeu republica conceſſum non eſt.

o) (Grot.) (SIC ET CHRYSANTAM:) Vide *Xenophontem* Cyri inſtitutione. (Lib. IV. c. 1. §. 2. *Ed. Oxon.*)

„*p*) (SIMUL AC RECEPTUI CANERE AUDIERAT:) „I. e. ex quo audierat dari ſignum ceſſandi a pugna *Gron. b.*

„*q*) (ET SENECA:) *L. 1. de Ira c. 9.*

„*r*) (EX JURE GENTIUM EXTERNO:) i. e. ex jure illo gentium voluntario quod ex hypotheſi Autoris in bello ſaltem ſolenni obtinet, & quod non verum jus dat, ſed ſaltem effectum externum juris, & impunitatem. At tale jus gentium externum non dari jam dictum eſt; ſed & gentium moribus jus hoc Romanum probatum eſſe ipſa experientia docet, & exemplis quoque demonſtravimus.

„*s*) (UT SUPRA OSTENDIMUS:) *L. 3. c. 6. §. 1.* ubi & exiſtentiam juris talis gentium, & hanc conſequentiam negavimus.

„*t*) (NAM ILLO JURE HOSTES PRO NULLIS HABENTUR:) Imo hoc nullibi dicitur: *Vid. l. 3. c. 9. §. 4.*

„*u*) (QUOD CATO:) In epiſtola ad filium *Vid. n. 1.*

„*v*) (EX DISCIPLINA MILITARI ROMANA:) Imo nec hoc verum eſt; Dictum enim eſt ſingulos lædere hoſtem reipublicæ, nec naturæ jure poſſe, niſi quatenus a republica ſeu principe tacite vel expreſſe conceditur: Cui accedit ratio politica quod auſpiciis privatis aliquid in bello geri periculoſum ſit.

„*w*) (UT QUI MANDATA NON SERVASSET CAPITE PUNIRETUR:) Imo hæc lex naturæ eſt, ut qui ſuperiori non paret, puniri, etiam capite poſſit.

„*x*) (QUI EXTRA ORDINEM:) Id eſt non jubente duce.

„*y*) (MANLIANA IMPERIA:) Apud *Liv. l. 7. c. 16.* Similia vide apud Nicetam in vita Johannis Comneni *Vid. Teſm. b.*

„*z*) (SI ID TEMERE:) Id eſt promiſcue & ſine juſſu imperantis.

„*aa*) (AUT STATIONES DESERERENTUR AUT „ETIAM

tiones deſererentur, aut etiam progrediente licentia exercitus parsve ejus [bb] inconſultis præliis implicaretur, quod omnino cavendum erat. Itaque [cc] Salluſtius, ubi Romanam diſciplinam deſcribit: *in bello*, inquit, *ſæpius vindicatum in eos qui contra imperium in hoſtem pugnaverant, quique tardius revocati prælio exceſſerant.* Laco quidam cum hoſti imminens audito receptus ſigno ictum repreſſiſſet, cauſam reddidit: ὅτι βέλτιόν ἐςι τῦ φονεύειν τὸ πείθεσθαι τῷ ἄρχοντι [dd] *quia præfectis parere ſatius eſt quam hoſtem occidere.* Et Plutarchus cur qui militia ſolutus eſt occidere hoſtem non poſſit cauſam reddit, quod legibus militaribus non teneatur quibus teneri debeant pugnaturi. Et apud Arrianum Epictetus [ee] memoratum modo Chryſantæ factum referens: ὕτω πρῦργιαίτερον ἔδοξεν αὐτῷ τό τῦ ςρατηγῦ πρόςαγμα, ἤ τὸ ἴδιον ποιεῖν; *tanto illi potius videbatur ducis quam ſuam voluntatem exequi.*

Catil. c. 9. *Apud Plutarc. Lacon. Apophs. p. 236. E.* *Quæſt. Rom. 39. p. 273. E* *Lib. 2. c. 6.*

3. [ff] At jus naturæ & internum ſi reſpicimus, [gg] videtur in bello juſto cuilibet conceſſum ea facere, quæ parti innocenti intra juſtum bellandi modum profutura confidit: [hh] non etiam res captas ſuas facere, quia nihil ipſi debetur: [ii] niſi forte pœnam juſtam exigat communi hominum jure. Quod poſtremum [kk] quomodo per Evangelii legem reſtrictum ſit, ex his quæ [ll] ſupra a nobis tractata ſunt, intelligi poteſt. *Lib. 2. c. 10. §. 20.*

4. Mandatum autem eſſe poteſt [mm] aut generale, aut ſpeciale. Gene-

„ETIAM PROGREDIENTE LICENTIA:) Hæ rationes mere ſunt politicæ. Vera ratio naturæ hæc „eſt, quod ſinguli jus belli noo habeant, ſed ſolus „princeps, hic ergo ſolus jus lædeodi hoſtem ha„bet.

bb) (Grot.) (INCONSULTIS PRÆLIIS IMPLICARETUR:) Ita Avidius Caſſius cauſam ſententiæ ſuæ reddebat: *evenire potuiſſe ut eſſent inſidiæ.* Narrat *Vulcatius.* (c. 4.)

„*cc*) (SALLUSTIUS:) *Catil. c. 9.*

„*dd*) (QUIA PRÆFECTIS PARERE SATIUS EST:) „Eſt omnino obedientia prima militis virtus. *Sal„luſt. Jugurt. 7. Juſt. 14. 3. Liv. 8. 35. Evagr. H. „E. 6. 11. poſt med.*

„*ee*) (MEMORARATUM MODO:) *Supra n. 1.*

„*ff*)(AT JUS NATURÆ ET INTERNUM:) Quod „Auctor opponere ſolet juſtitiæ externæ, quæ ex „jure gentium voluntario oritur, & ſaltem quoad „effectus quosdam externos jus eſt. *Vid indicem „voce jus internum.*

„*gg*)(VIDETUR IN BELLO JUSTO CUILIBET CONCES„SUM EA EACERE QUÆ PARTI INNOCENTI INTRA „JUSTUM BELLANDI MOOUM PROFUTURA CONFI„DIT:) Verum oon eſt (1) *cuilibet* jus lædendi „hoſtem competere: Verum (2) non eſt id lice„re *in bello juſto*, non injuſto: quia judicium ſin„gulorum non eſt. Verum noo eſt (3) ſingulos „partes *innocentis cujusvis* defendere poſſe eo noo „jubente: Verum (4) non eſt jus lædendi hoſtem „ſi tale competit, ſaltem *intra juſtum bellandi mo„dum* competere, id eſt ad debiti quantitatem & „pœnæ modum. *Vid. ſupra l. 3. c. 3. §. 1. c. 4. §. 1.*

„*hh*) (NON ETIAM RES CAPTAS SUAS FACE„RE QUIA NIHIL IPSI DEBETUR:) Vera ratio eſt, „quia capere res hoſtiles eſt effectus belli. At ſin„guli jus belli non habent.

„*ii*) (NISI FORTE POENAM EXIGAT COMMU„NI HOMINUM JURE:) Verum oon eſt quemlibet „privatum pœnam a nocente exigere poſſe; hanc „fabulam alibi refutavimus: *Vid. l. 2. c. 20. § 3. „4. 6. 8. 9. 40.* Idque verum eſt, etſi pœna exiga„tur prætextu juris hominum communis: Nam ta„le jus hominum commune noo datur, *L. 3. c. 6. „§. 1. pr. & d. c. 20. §.*

„*kk*) (QUOMOOO PER EVANGELII LEGEM RE„STRICTUM SIT:) Lex Evangelii reſtringens non „datur Vid. *indicem* voce *Evangelium.*

„*ll*) (SUPRA:) *L. 2. c. 20. §. 10.*

„*mm*) (AUT GENERALE AUT SPECIALE:) *Vi„de l. 1. §. 1. ff, de procuratoribus.*

Serv. ad Æn. 7. 1. Generale, ut in tumultu apud Romanos [nn] Conſul dicebat: *qui rempublicam ſalvam volunt me ſequantur.* Imo & [oo] ſingulis interdum ſubditorum jus datur occidendi [pp] etiam extra ſui tutelam, ubi id publice expedit. *C. quan de liceat unicuique l. 1. & 2.*

§. II.

1. Speciale mandatum habere poſſunt non hi tantum [a] qui ſtipendia percipiunt, ſed & [b] qui ſuo ſumtu militant, & qui, quod plus eſt, [c] ſuo ſumtu partem belli adminiſtrant, [d] ut qui naves inſtruunt ac ſuſtentant ſuis impendiis, [e] quibus vice mercedis concedi ſolet *L. 3. c. 6.* ut capta ſua faciant, ſicut alibi diximus. Id vero quatenus procedat, [f] illæſa juſtitia interna, [g] & caritate non immerito quæritur.

2. [h] Juſtitia [i] aut hoſtem reſpicit, [k] aut ipſam civitatem cum qua contrahitur. Hoſti diximus [l] eripi poſſe poſſeſſionem rerum omnium, quæ bellum alere poſſunt, [m] ſecuritatis cauſa, [n] ſed hoc ſub onere reddendi: ipſum vero [o] dominium ad compenſationem usque ejus quod aut [p] ab initio belli, [q] aut ex poſt facto [r] civitati juſtum

„nn) (CONSUL DICEBAT:) Adde *Liv. l. 6. c. 28. l. 24. c. 21. Briſſon. de form. 4. pag. pag. 344.*

„oo) (SINGULIS INTERDUM SUBDITORUM JUS DATUR:) Tunc auctoritate publica hoſtem lædunt.

„pp) (ETIAM EXTRA SUI TUTELAM:) Nam jure neceſſariæ defenſionis quilibet privatus vim vi repellere poteſt; idque verum eſſe ait Auctor etiam ſi princeps injuſtum bellum gerat, cui ſubditi intereſſe, ex ejus hypotheſi, non tenentur, de quo egimus *ſupra l. 2. c. 17. §. 20. n. 1. & c. 26. §. 6.*

„a) (QUI STIPENDIA PERCIPIUNT:) Id eſt miles conductitius.

„b) (QUI SUO SUMTU MILITANT:) Ut olim milites Romani ad militiam lecti. *Vid. l. 3. c. 6. §. 23.*

„c) (SUO SUMTU PARTEM BELLI ADMINISTRANT:) Uti ſocii ſuo ſumtu militantes *d. c. 6. §. 23.*

„d) (UT QUI NAVES INSTRUUNT:) Quo pertinent illi quos vulgo vocamus Caapers.

„e) (QUIBUS VICE MERCEDIS CONCEDI SOLET:) De quo egimus *L. 3. c. 6. §. 19. 22. 23. & 24.*

„f) (ILLÆSA JUSTITIA INTERNA:) Id eſt ſalvo jure naturæ *Vid. §. 1. n. 4.*

„g) (ET CARITATE:) De hac fruſtra quæritur in diſciplina juris naturalis.

„h) (JUSTITIA &c.) Auctor quærit, an illis qui proprio ſumtu militant, præda in compenſationem relioqui poſſit illæſa juſtitia, & ait (1) id injuſtum non eſſe *ratione hoſtis*; utpote quem ſpoliare licitum eſſe putat intra quantitatem damni dati, vel modum pœnæ: Et hactenus res hoſtiles fieri eorum ſtatuit qui ſuo ſumtu bellum gerunt. *Vid. b. n.* 2. Neque (2) injuſtum eſſe *ratione ſuæ civitatis* ſi modo contractui æqualitas inſit, i. e. præda reſpondeat ſumtibus: nimia autem ſi ſit inæqualitas, eam corrigendam eſſe putat §. 3. Sed & (3) ait, cum virtute pugnare prædam agere ſi vel ab innocentibus ſumatur, vel præda illa ad diminuendas vires hoſtium non faciat. §. 4.

„At omnia hæc gratis dicuntur: Jure naturæ in infinitum capi poſſe prædam demonſtravimus ſupra *c.* 6 §. 1. *in not.* Hoc jus prædæ ſingulis quoque permittere Princeps ſalva juſtitia poteſt: quia de jure ſuo capiendi pro lubitu diſponere, ac iis qui ſuo ſumtu militant, mercedis loco prædam ſine modo aſſignare poteſt.

„i) (AUT HOSTEM RESPICIT:) Id eſt quæritur an privati permittente ſuperiore ab hoſte illæſa juſtitia capere prædam poſſint?

„k) (AUT IPSAM CIVITATEM:) Id eſt quæritur an civitas cujus cauſa bellum geritur, aſſignare ſuo ſumtu militantibus, juſte poſſit prædam ab hoſte capiendam.

„l) (ERIPI POSSE POSSESSIONEM RERUM OMNIUM QUÆ BELLUM ALERE POSSUNT:) Imo etiam earum rerum quæ bellum non alunt. *Vid. l. 3. c. 6. §.*

„m) (SECURITATIS CAUSA:) Imo pleno jure dominii *in not. ad d. c. 6. §. 1. pr.*

„n) (SED HOC SUB ONERE REDDENDI: Refutavimus hoc. *d. §. 1.*

„o) (DOMINIUM AD COMPENSATIONEM USQUE:) Imo in infinitum *d. c. 6. §. 1. pr.*

„p) (AB INITIO BELLI:) Ex debito principali.

„q) (AUT EX POSTFACTO:) Ex debito ſubnaſcenti *l. 3. c. 13. §. 3. l. 3. c. 1. §. 1.*

„r) (CIVITATI JUSTUM BELLUM GERENTI:) „Imo

ſtum bellum gerenti debetur; *s* ſive res ſint civitatis hoſtilis, *t* ſive ſingulorum, etiam per ſe innocentium: bona vero nocentium etiam ex pœnæ cauſa adimi & acquiri capientibus poſſe. Fient ergo res hoſtiles eorum qui belli partem ſuo ſumtu adminiſtrant; *u* quod hoſtes attinet, *v* hactenus ut is quem expreſſi modus non excedatur, *w* quod æquo arbitratu æſtimandum eſt.

§. III.

a Adverſus ſuam autem civitatem juſtum *b* juſtitia interna *c* id ipſum erit, *d* ſi contractui æqualitas inſit, hoc eſt, ſi ſumtus & pericula tanti ſunt quanti prædæ alea: nam ſi hæc ſpes multo pluris valeat, *e* reddendum erit civitati quod ſupererit, *f* perinde ac ſiquis nimium vili pretio jactum, incertum quidem, ſed tamen facilem & magnæ ſpei emiſſet.

§. IV.

Cæterum, etiam cum *a* juſtitia ſtricte dicta non læditur, eſt *b* ut pecce-

„Imo de juſtitia cauſæ inter duas ſummas poteſtates quæri non poteſt, quia uterque eam ſibi aſſerit, nec judicem inter ſe habent, adeoque morali ratione cum ſuſpenſum ſit judicium de cauſæ juſtitia, uterque interim & durante proceſſu omnia agit ac ſi juſtum utrinque bellum eſſet: & eventus demum decidit.

„*s*) (SIVE RES SINT CIVITATIS HOSTILIS:) Nam res univerſitatis ſeu publicas capi poſſe dictum eſt *c.* 6. §.

„*t*) (SIVE SINGULORUM ETIAM PER SE INNOCENTIUM:) Imo ſingulos nunquam eſſe innocentes vidimus alibi, quia ſequuntur & tuentur vel ſaltem tenentur ſequi & tueri cauſam principis.

„*u*) (QUOD HOSTES ATTINET:) Ita ut illi de injuſtitia queri non poſſint.

„*v*) (HACTENUS UT IS QUEM EXPRESSI MODUS NON EXCEDATUR:) Id eſt ut intra modum debiti & pœnæ capiatur, in reliquis autem ſecuritatem ſaltem acquirat capiens.

„*w*) (QUOD ÆQUO ARBITRATO:) Quis arbitrabitur cum neutra pars judicem agnoſcat?

„*a*) (ADVERSUS SUAM AUTEM CIVITATEM:) cum qua contrahit is qui ſuo ſumtu militat.

„*b*) (JUSTITIA INTERNA:) Id eſt jure naturæ: nam juſtitia externa, quæ ex jure gentium eſt, latius patere prædam agendi facultatem ſtatuit.

„*c*) (ID IPSUM:) Id eſt jus prædam ſuam faciendi.

„*d*) (SI CONTRACTUI ÆQUALITAS INSIT:) Sequitur hoc ex erroneo illo principio: Quod in omni contractu natura requiratur æqualitas inter rem & pretium, inter operas, ſumtusque, & prædæ aleam &c. *Vid. L. 2. c. 12. §. 8.* At ibidem jam notavimus dominum, adeoque & hic principem, pro lubitu de jure ſuo, etiam inæqualibus conditionibus diſponere poſſe, & prout diſponit, ita jus eſſe: Conceſſa igitur prædandi poteſtate in genere, etiam ea quæ ultra periculi & operarum ac ſumtuum modum ſuperſunt acquiruntur capienti in infinitum.

„*e*) (REDDENDUM ERAT CIVITATI QUOD SUPERERAT:) Refutavimus hoc *d. c. 12 §. 8* & diximus prout dominus de re ſua diſponit, etſi inæqualiter, ita jus eſſe.

„*f*) (PERINDE AC SI QUIS NIMIUM VILI PRETIO JACTUM &c. EMISSET:) Hoc refutavimus *l. 2. c. 17. §. 5.* Idque jure civili adeo verum eſt ut nec ob enormiſſimam læſionem reſcindi tale negotium poſſit, quia incertitudo multum detrahit vero pretio, adeoque læſio vera hic concipi non poteſt *d. §. 5.*

„*a*) (JUSTITIA STRICTE DICTA:) Id eſt jus naturæ ſociale, quod Auctor opponit juri naturæ laxiori, quam differentiam ex mente Grotii explicavi in *Diſſert. proœm. 1. & 11.*

„*b*) (UT PECCETUR ADVERSUS ID OFFICIUM QUOD IN ALIIS DILIGENDIS CONSISTIT:) Auctor igitur putat eum qui licentiam prædandi ex contractu civitatis ſuæ ob ſumtus factos conſequitur, juxta juſtitiam ſtricte ſic dictam, id eſt jure naturæ capere prædam in bello juſto intra modum debiti & pœnæ eamque ſibi acquirere poſſe, ſed lege Evangelii præterea requiri, ut eam capiat ex bonis univerſitatis, aut regis, aut ſingulorum qui ſontes ſunt; porro ut captura illa tendat ad finiendum bellum aut minuendas vires hoſtium: Indeque concludit lege Evangelii nec id licere, quod juſtitia interna permittit; At ſæpius jam dictum eſt, virtutis regulas ad jus naturæ, quod

 „homi-

peccetur adverſus id officium quod in aliis diligendis conſiſtit, [c] præſertim quale Chriſtiana lex præſcribit, ut ſi appareat talem prædationem præcipue nocituram [d] non hoſtium univerſitati, [e] aut regi, [f] aut his qui per ſe ſontes ſunt, [g] ſed innocentibus, & quidem adeo ut eos detruſura ſit in ſummas calamitates, [h] in quas etiam eos qui
Sylv. in verbo bellum n. 8. verſ. 5. privatim nobis debent, conjicere, immiſericordiæ foret. Quod ſi ad hæc accedat ut ea depredatio [i] neque ad finem bello imponendum, [k] neque ad hoſtium publicas vires accidendas notabile aliquod momentum habeat, tum vero probo homine præſertim Chriſtiano indignus cenſeri debet [l] quæſtus ex ſola temporum infœlicitate.

§. V.

Evenit autem interdum [a] ut occaſione belli publici naſcatur bellum privatum, [b] puta ſiquis in hoſtes inciderit, & vitæ aut rerum adeat periculum, quo eventu ea erunt obſervanda quæ de conceſſo
Lib. 2. c. 1. tuendi ſe modo [c] alibi diximus. Solet & conjungi auctoritas publica cum privata utilitate: ut ſiquis magno ab hoſtibus damno affectus [d] impetret jus ex rebus hoſtium damna ſarciendi: [e] quod jus
L. 3. c. 2. definiendum eſt ex iis quæ de pignorationibus ſupra a nobis ſunt tradita.

§. VI.

„homines inter ſe obligat, non pertinere: Sed & „verum non eſt virtuti repugnare prædam ex ho„ſte agere ſi id ſit ad reparationem juris, vel in „pœnam: Porro negamus aliquem ſubditorum „innocentem eſſe in bello, quia omnes cauſam „Principis ſequuntur eamque tuentur, ac bonis „ſuis & operis tueri tenentur.

„c) (PRÆSERTIM QUALE LEX CHRISTIANA „PRÆSCRIBIT:) De qua late actum eſt *l.* 1. *c.* 2. §. „8. *n.* 10. *L.* 2. *c.* 1. §. 10. *n.* 1. Vide *indicem* voce „*lex dilectionis*.

„d) (NON HOSTIUM UNIVERSITATI:) Quæ ſo„la nocens Auctori videtur.

„e) (AUT REGI:) Qui injuriam fecit.

„f) (AUT HIS QUI PER SE SONTES SUNT:) „Adeoque qui ex proprio facto rei ſunt.

„g) (SED INNOCENTIBUS:) Imo neminem ſub„ditorum innocentem eſt modo diximus.

„h) (IN QUAS ETIAM EOS, QUI PRIVATIM „NOBIS DEBENT, CONJICERE, IMMISERICORDIÆ „FORET:) Nam inter privatos quoque certus exe„quendi modus legibus civilibus præſcriptus eſt.

„i) (NEQUE AD FINEM BELLO IMPONENDUM:) „At ſemper ad finem bello imponendum pertinet, „ſi hoſti aliquid aufertur, tædio enim hujus peri„culi quod ei etiam in futurum metuendum eſt, „ad reparandam injuriam moveri poteſt.

„k) (NEQUE AD HOSTIUM PUBLICAS VIRES „ACCIDENDAS:) Etſi vires hoſtium non minuan„tur, poſſunt tamen movere hoſtem, ut pacem „faciat vel ſaltem inſervire reparationi damni „ab hoſte nobis dati.

l) (Grot.) (QUÆSTUS EX SOLA TEMPORUM INFELICITATE:) Nam & Craſſum hoc nomine culpat Plutarchus: *τὰ πλεῖστα τούτων ἐκ πυρὸς συνήγαγε καὶ πολέμου, ταῖς κοιναῖς ἀτυχίαις προσόδῳ τῇ μεγίστῃ χρησάμενος· pleraque horum ex igne belloque rapuit, nihil magis lucro habens quam communes calamitates.* (Vit. Craſſ. init. *pag.* 543. B.)

ADDITIO.

„Quæſtus ex re hoſtili non ex ſola temporum „infelicitate oritur, ſed ex injuria hoſtis, quam „ſubditi ejus operis & opibus defendunt.

„a) (UT OCCASIONE BELLI PUBLICI NASCA„TUR BELLUM PRIVATUM:) Id eſt ut neceſſitas „ſit ſingulis aut privatis ſine auctoritate publica „pugnandi. *Gron. b.*

„b) (PUTA SI QUIS IN HOSTES INCIDERIT:) „Hoc non fit jure belli, ſed jure neceſſariæ defen„ſionis, quæ cuique privato, contra quemcunque „aggreſſorem etiam extra bellum, competit. Conf. „*Supr.* §. 1. *in fin.* & *l.* 2. *c.* 17. §. 20. *n.* 1. & *c.* „26. §. 6.

„c) (ALIBI:) *L.* 2. *c.* 1. §. 3. 4. & *ſeq.*

„d) (IMPETRET JUS EX REBUS HOSTIUM DA„MNA SARCIENDI:) Tunc jure belli agis, nomi„ne, & juſſu ſuperioris.

„e) (QUOD JUS DEFINIENDUM EST EX IIS QUÆ „DE PIGNORATIONE SUPRA A NOBIS SUNT TRA„DITA:) Imo jus capiendi res hoſtiles ex conſen„ſu ſuperioris plane differt a *pignoratione*, ſeu ju-

„re

§. VI.

At *a* ſiquis miles *b* aut alius, *c* etiam in bello juſto, *d* ædificia hoſtium incenderit, agros vaſtaverit, atque id genus dederit damna, *e* non juſſus, *f* adde cum neque neceſſitas ſubeſſet, *g* neque juſta cauſa, teneri eum ad farcienda damna recte a *h* Theologis eſt proditum. *i* Merito autem addidi, quod ab illis omiſſum eſt, ſi juſta cauſa non ſubſit; *k* nam ea ſi adſit, tenebitur forte ſuæ civitati cujus leges transgreſſus eſt; *l* non item hoſti cui nullam fecit injuriam. *m* Non diſſimile eſt quod *n* Carthaginienſis quidam Romanis Annibalem dedi poſtulantibus reſpondebat: *Non privato, publicove conſilio, Saguntum oppugnatum ſit quærendum cenſeo: ſed utrum jure an injuria? Noſtra enim hæc quæſtio atque animadverſio in civem noſtrum eſt, noſtro an ſuo fecerit arbitrio: vobiſcum una diſceptatio eſt, licueritne per fœdus fieri.* *Sylv. in verbo bellum p. 1.*

CAPUT

„re repreſſaliarum. Nam privatus *priori* caſu acquirit dominium in rem & perſonam hoſtis bello capti; *hoc* caſu tantum ſecuritatem acquirit in res & perſonas pacatæ civitatis. *Vid. l. 3. c. 2. §. 7.*

„(An §. vi.) Auctor hic in genere notat, militem qui privatim damnum (etiam in bello juſto) absque juſſu & absque neceſſitate dat, inde teneri ſuæ civitati; imo ſi juſta cauſa abſit, etiam hoſti: Equidem prius omnino verum eſt, at poſterius negamus; queri enim hoſtis non poteſt, qui toti civitati injuriam intulit; ex judicio igitur noſtræ civitatis, ſemper juſta nobis cauſa eſt, adeoque milites noſtri intuitu hoſtis ſemper jure agunt, neque hactenus judicium aliquod hoſti competit quam quæſtionem occaſione Annibalis notam, examinavimus *l. 2. c. 21. §. 4. n. 2.*

„*a*) (SI QUIS MILES:) Qui precio conductus eſt.

„*b*) (AUT ALIUS:) Qui ſuis ſumtibus militat.

„*c*) (ETIAM IN BELLO JUSTO:) De juſtitia belli inter duas ſummas poteſtates quæri non poſſe diximus, quia uterque eam ſibi vindicat, at cujusque judicium valet in ſua civitate.

„*d*) (ÆDIFICIA HOSTIUM INCENDERIT &c.) Id eſt hoſtem privata auctoritate læſerit.

„*e*) (NON JUSSUS:) Id eſt absque ſuperioris, cui injuria facta eſt, conſenſu.

„*f*) (ADDE, CUM NEQUE NECESSITAS SUBESSET:) Id eſt ubi hoſtis vires non minuuntur, nec noſtræ augentur. *L. 3. c. 12. §. 1.* & §. 5.

„*g*) (NEQUE JUSTA CAUSA:) Hæc ſemper ſubeſt ex judicio cujusque civitatis.

„*h*) (THEOLOGIS:) Juriſconſulti contrarium tenent, & merito quia omnia in hoſtem licent etiam naturæ jure.

„*i*) (MERITO AUTEM ADDIDI, QUOD AB EIS OMISSUM EST:) Imo recte omiſerunt: quia juſta cauſa ſemper ſubeſt ex judicio ejus civitatis quæ capit, nec alius judex eſt.

„*k*) (NAM EA SI ADSIT, TENEBITUR FORTE SUÆ CIVITATI:) Sine cujus juſſu rem hoſtilem vaſtavit.

„*l*) (NON ITEM HOSTI CUI NULLAM FECIT INJURIAM:) Sed qui, dum non vult reparare damnum injuria datum, quævis hoſtilia pati debet, nec ideo queri poteſt.

„*m*) (NON DISSIMILE EST:) Duplex ibi quæſtio erat, (1) An Saguntum, quæ civitas erat ſocia Romanorum, jure obſideri potuerit? (2) An Annibal privata auctoritate obſidere eam potuerit? Prior quæſtio ſola cum Carthaginenſibus ventilari potuit, & ad eam quoque tantum reſpondebant Carthaginenſes: At merito ad alteram regerebant, ad Romanos eam non pertinere, utpote cum ex judicio Carthaginenſium Saguntinis jure bellum inferri potuerit; an vero juſſu publico vel privata auctoritate id fecerit Annibal, hanc quæſtionem atque animadverſionem in civem, eorum eſſe: Conf. *l. 2. c. 21. §. 4 n. 2.*

„*n*) (CARTHAGINENSIS QUIDAM:) Apud *Liv. l. 21. c. 18,*

CAPUT XIX.

De fide inter hoſtes.

I. *Fidem deberi hoſtibus quibusvis.*
II. *Refellitur ſententia, quæ prædonibus & tyrannis fidem ſervandam negat.*
III. *Solvitur argumentum ſumtum ex eo quod tales pœnam merentur, & oſtenditur hoc non conſiderari ubi tanquam cum tali actum eſt.*
IV. *Non obſtare quod promiſſio metu extorta ſit, ſi ei qui promiſit metus illatus non ſit:*
V. *Aut ſi juramentum acceſſerit, quanquam id adverſus prædonem impune, quod homines attinet, violatur.*
VI. *Eadem aptata ad ſubditos bellantes.*
VII. *Specialis difficultas circa promiſſa ſubditis facta, ob ſupereminens dominium tractatur.*
VIII. *Et oſtenditur talia promiſſa firmari civitatis jurejurando:*
IX. *Aut ſi tertius ſe interponat cui fiat promiſſio.*
X. *Mutatio ſtatus publici quomodo fiat.*
XI. *Metus exceptionem ad bellum ſolenne juris gentium non pertinere.*
XII. *Quod intelligendum de metu tali quem jus gentium agnoſcat.*
XIII. *Servandam fidem & perfidis:*
XIV. *Non ſi conditio deficiat: quod locum haberet ſi alter parti pactorum non ſtet.*
XV. *Nec ſi juſta compenſatio opponatur:*
XVI. *Quamvis ex alio contractu:*
XVII. *Aut damno dato.*
XVIII. *Imo & ex pœna:*
XIX. *Quomodo hæc in bello locum habeant.*

§. I.

Quid quantumque in bello liceat diximus [a] partim inde ſpectari, partim ex promiſſo antecedente. [b] Parte priore abſoluta, reſtat poſterior, [c] quæ eſt de fide hoſtium inter ſe. Egregium eſt
Lib. 14. *v.* 169. *& ſeq.* conſulis Romani Silii Italici dictum:

> *Optimus ille*
> *Militiæ, cui poſtremum primumque tueri*
> [d] *Inter bella fidem.*

[e] Xeno-

„(AD §. 1.) Hactenus de jure belli egimus, & „quid in bello liceat: At quia finiri tandem bel„lum debet, quod plerumque per conventionem „fieri ſolet, Auctor tractationem de jure pacis „hic incipit, & ea occaſione, in genere materi„am fidei, quatenus hoſti debetur, tractat.

„*a*) (PARTIM INDE SPECTARI:) *Vid. l. 3. c. 1.* „*§. 1.*

„*b*) (PARTE PRIORI:) Qua quærebatur quid „liceat in hoſtem nude, citra promiſſum, ſive ex „jure naturæ ſive ex jure Gentium *d. c. 1. §. 1.*

„*c*) (QUÆ EST DE FIDE HOSTIUM INTER SE:) „Adeoque ubi quæritur quid liceat in hoſtem ex „promiſſo *d. c. 1. §. 1.*

d) (Grot.) (INTER BELLA FIDEM:) Archelaus philoſophus apud *Appianum* civilium IV. *σπονδὰς ἐπὶ τοῖς ὅρκοις ἐσπένδετε, καὶ δεξιὰς ἐτίθεσθε, αἳ καὶ παρὰ τοῖς πολεμίοις ἰσχύουσι. fœdera juraſtis, dediſtis dexteras, quæ etiam inter hoſtes valent.* (Pag. 628. *Ed. H. Steph.*) Laudat hujus virtutis nomine Africanum minorem *Diodorus Siculus* in excerptis Peireſcianis. (Pag. 342.)

ADDITIO.

Quæſtio cerebris eſt, *an fides hoſtibus data ſit ſervanda?* Nos omnino affirmamus (1) quia uterque contrahentium pro libitu de ſuo jure diſponere poteſt, prout igitur diſponunt ita jus eſt: *Poſ. J. G. 6.* (2) Quia hoſti, ut hoſti, fides datur, adeoque utrinque conſenſum in id eſt, ut hoſti fides ſerveiur: Et cum (3) ſupra *l. 2. c.* 11. §. 7. dictum ſit fidem etiam vi injuſta extortam valere, (quia aliud eſt fides, data ſeu diſpoſitio, aliud vis,) multo magis id obtinebit in fide quæ hoſti datur, qui juſtam ſibi aſſerit cauſam: (4) Nulla alias eſſet ratio componendæ litis cum hoſte niſi internecione vel ipſorum, vel reipublicæ noſtræ: Servanda igitur eſt fides ex medii neceſſitate: Idque (5) confirmatur conſenſu Gentium: Sane perjurium Zedekiæ regis erga regem Babiloniæ Idolatram prædicente Jeremia punitum legimus *2 Chron. 36. v. 12. & 13.* ipſe enim victus, captus, liberi occiſi, ipſi oculi eruti, totaque vita in vinculis fuit Babeliis. 2 *Reg. 25. v. 4. ſeq.* Saul violatam fidem Gabeonitis (damnatis populis) datam fame trienni, & morte ſeptem filiorum luit: *Vid. l. 2. c. 13. §. 4.* Ex profana Hiſtoria id docent exempla Auctoris: quibus adde, quod Camillus dixit, *etſi cum Faliſcis non ſit ſocietas quæ pacto ſit humano, eſſe tamen quam ingeneravit natura. Liv. l. 5. c. 27.* Perfidiam Ptolomæi Ceranni inſigniter punitam legimus,

„brevi

[c] Xenophon oratione de Ageſilao, ἕτω μέγα καὶ καλὸν κτῆμα τοῖς τὲ ἄλλοις ἅπασι καὶ ἀνδρὶ δὴ ϛρατηγῷ, τὸ ὅσιόν τε καὶ πιϛὸν εἶναι τε καὶ ὄντα ἐγνῶσθαι: *Tanta tamque præclara res eſt in omnibus quidem, ſed præcipue in ducibus, religionis & fidei obſervantes eſſe atque baberi.* Ariſtides Leuctrica quarta: ἐν εἰρήνῃ καὶ σπονδαῖς μάλιϛα οἱ τὰ δίκαια ποιεῖν βȣλόμενοι κρίνονται: *in pace aliisque publicis conventionibus ſervandis maxime ſpectantur qui juſtitiæ ſtudent*; ut enim recte dixit Cicero de finibus quinto: *nemo eſt qui non banc [f] affectionem animi probet atque laudet, qua non modo utilitas nulla quæritur, ſed [g] contra utilitatem etiam conſervatur fides.*

Cap. 3. §. 5. Ed. Oxon. *Tom. 2. p. 184. C.* *Cap. 22.*

2. Publica fides, ut apud patrem eſt Quintilianum, inter armatos hoſtes [h] inducias facit, [i] deditarum civitatum jura conſervat. Apud eundem alibi: *Fides ſupremum [k] rerum humanarum vinculum eſt: ſacra laus fidei inter hoſtes.* Sic & Ambroſius: *Liquet igitur etiam in bello fidem & juſtitiam ſervari oportere.* Et [l] Auguſtinus: *Fides quando promittitur, etiam hoſti ſervanda eſt contra quem bellum geritur:* Nimirum [m] hoſtes qui ſunt, homines eſſe non deſinunt. [n] At homines omnes qui ad rationis uſum pervenerunt capaces ſunt juris ex promiſſo. Camillus apud [o] Livium ait, ſibi [p] cum Faliſcis eam eſſe ſocietatem [q] quam ingeneravit natura.

Declam. 267. *Decl. 334.* *Lib. 2. c. 29. Offic.* *Epiſt. 205. ad Bonif.* *Lib. 5. c. 27.*

3 [r] Ex hac autem ſocietate rationis & ſermonis naſcitur ea de qua agimus obligatio ex promiſſo. Neque vero putandum eſt, quia

brevi enim poſt a Gallis regno exutus & obtruncatus eſt, diis id vindicantibus *Juſtin. l. 24. c. 23.* Maria Guiſiana, Jacobo V. Scoto nupta, fidem ubi potuit fefellit, cauſata fidem a Principibus exigendam quatenus eis commodum videretur *Buchan. l. 16. p. 573. ad ann. 1558.* Nec eſſe adeo anxie exigendam *ibid. p. 577.* hæretico autem minime ſervandam *ibid p. 576.* At tandem cum in anguſtiis conſtituta primores legatos mitteret, nec audita nec fides ipſi habita fuit. *ibid. p. 579.* Uladislai calamitatem, ex perfidia ortam, expoſuimus *Supra l. 2. c. 11. §. 20. lit. bb.*

ADDITIO.

„Iisdem fere principiis nititur quæſtio an hæreticis, an perfidis, an prædonibus, an tyrannis fides ſervari debeat, de quibus ſupra *l. 2. c. 13. §. 15. & c. 15. §. 8. & ſeq.* egimus. Conf. *Diſſert. proœm. XII.* §. 418.

„e) (XENOPHON:) *& in inſt. Cyr. l. 8. p. 256.*

„f) (AFFECTIONEM ANIMI:) Propoſitum ejus „qui ſe geſſit bonum virum haberi *Gron. h.*

„g) (CONTRA UTILITATEM:) Conf. *Lucan. 2. v. 243. Marcellin. 20. 26. Liv. 5. 27. Caſſiod. 1. 12. Temm. h.*

„h) (INDUCIAS FACIT:) Ut armati quoque a „vi abſtineant.

„i) (DEDITARUM CIVITATUM JURA CONSERVAT:) Quia fides hoſti data ſervanda eſt.

„k) (RERUM HUMANARUM VINCULUM EST:) „Quod pluribus Autoritatibus corroboravimus ſupra *l. 2. c. 11. §. 1.*

l) (Grot.) (AUGUSTINUS:) Qui idem argumentum late tractat epiſtola CCXXV. (126. ſecundum novam diviſionem.)

„m) (HOSTES QUI SUNT, HOMINES NON ESSE „DESINUNT:) *Vid. §. 2. n. 2.*

„n) (AT OMNES HOMINES JURIS CAPACES „SUNT EX PROMISSU:) Hoſtes etiam qua hoſtes, „jus habent de rebus ac juribus ſuis pro lubitu „diſponendi, prout igitur qua hoſtes inter ſe diſponunt, ita jus eſt.

„o) (LIVIUM:) *L. 5. c. 27.*

„p) (CUM FALISCIS:) Qui tum hoſtes erant.

„q) (QUAM INGENERAVIT NATURA:) Scilicet „communio juris quam natura omnium animis „per rationem inſcripſit, aliam enim ſocietatem „non dari diximus.

„r) (EX HAC AUTEM SOCIETATE RATIONIS „ET SERMONIS NASCITUR EA DE QUA AGIMUS „EX

quia hoſti [s] falſum eloqui aut licere, aut crimine vacare ex multorum ſententia ſupra diximus, [t] pari ratione hoc & ad fidem datam referri poſſe. Nam [u] verum eloquendi obligatio eſt ex cauſa quæ belli fuit anterior, [v] & bello tolli forte aliquatenus poteſt: [w] at
Nic. IV. 13. promiſſio per ſe jus novum confert. Vidit hoc diſcrimen Ariſtoteles quum de veriloquio agens ait: οὐ περὶ τοῦ ἐν ταῖς ὁμολογίαις ἀληθεύοντος λέγομεν, οὐδ' ὅσα εἰς ἀδικίαν καὶ δικαιοσύνην συντείνει, ἄλλης γὰρ ἂν εἴη ταῦτ' ἀρετῆς: *Non de eo loquimur qui in conventionibus verax eſt & in iis quæ ad juſtitiam & injuſtitiam pertinent:* [x] *ſunt enim hæc alterius virtutis.*

Cap. 7. pag. 612. Edit. Kuhn. 4. Pauſanias Arcadicis de Philippo Macedone: στρατηγὸν ἀγαθὸν οὐκ ἄν τις ὀρθῶς καλέσειεν αὐτὸν, ὅς γε καὶ ὅρκους θεῶν κατεπάτησεν ἀεὶ, καὶ σπονδὰς ἐπὶ παντὶ ἐψεύσατο πίστιν τε ἠτίμασε μάλιστα ἀνθρώπων: *Bonum eum Imperatorem nemo recte vocaverit, ut qui pro more habuerit jusjurandum contemnere, fidem quavis occaſione violare, ita ut nulli homini fides*
Lib. 9. c. 6. n. 2. ext. *vilior fuerit.* Valerius Maximus de Annibale: *Bellum adverſus populum Romanum & Italiam profeſſus,* [y] *adverſus ipſam fidem acrius geſſit, mendaciis & fallacia quaſi præclaris artibus gaudens, quo evenit ut alioqui inſignem ſui memoriam relicturus, in dubio majorne vir*
Iliad. H. verſ. 351. 352. *an pejor haberi deberet, paueret.* Apud Homerum ſemet accuſant adacti conſcientia Trojani:

Νῦν δὲ ὅρκια πιστὰ
Ψευσάμενοι μαχόμεθα τῷ οὔ νύ τι κάλλιόν ἐστι.
Rumpentes fœdera ſacra
Juratamque fidem pugnamus, non quibus eſt fas.

§. II.

Lib. 2. c. 13. §. 15. 1. Et [a] ſupra jam diximus non recipienda illa Ciceronis: [b] *Nulla*

De Offic. 3, 29.

„EX PROMISSO:) Imo ea oritur ex utriusque placito atque conſenſu.

„s) (FALSUM ELOQUI:) Mentiri hoſti licere „diximus *ſupra l. 3. c. 1. §. 18.*

„t) (PARI RATIONE HOC AD FIDEM DATAM „REFERRI POSSE:) Aliud omnino eſt mentiri ho„ſti, aliud fidem ei datam violare: priori caſu „nulla a parte mei obligatio aſt roganti veritatem „dicendi, at ubi fidem hoſti qua hoſti dedi, jus „in eum tranſtuli, quod ei auferre non poſſum.

„u) (VERUM ELOQUENDI OBLIGATIO EST EX „CAUSA QUÆ BELLO FUIT ANTERIOR:) Ex illa „judicandi libertate nata cum ipſo ſermonis inter „homines commercio. *Vid. L. 3. c. 1. §. 11. Gron.* „*h.* Quod reſutavi *ibidem.*

„v) (ET BELLO TOLLI FORTE ALIQUATE„NUS POTEST:) Imo nulla obligatio a natura eſt „verum dicendi hoſti imo nec amico, ſi jus ejus „non læditur.

„w) (AT PROMISSIO PER SE JUS NOVUM „CONFERT:) Rationem cur mentiri hoſti liceat, „non vero fidem datam violare jam allegavimus.

„x) (SUNT ENIM HÆC ALTERIUS VIRTUTIS:) „Nimirum juſtitiæ, quæ neceſſitatem infert fidem „ſervandi.

„y) (ADVERSUS IPSAM FIDEM:) Adeo nihil „pactorum ſibi ſervandum putavit, ut ipſi fidei „bellum indixiſſe videretur. *Gron. h.*

„a) (SUPRA:) *L. 2. c. 13. §. 15. n. 2.*

b) (NULLA NOBIS SOCIETAS CUM TYRANNIS:) Reſp. (1) Jus hoc, i. e. obligatio fidem hoſti ſervandi, non ex ſocietate aliqua oritur, ſed ex jure &

la nobis ſocietas cum tyrannis, ſed potius ſumma diſtractio eſt. Item: *Pirata* [c] *non eſt ex perduellium numero definitus:* [d] *cum hoc nec fides eſſe debet,* [e] *nec jusjurandum commune.* De tyranno etiam [f] Seneca: *Quicquid erat quo mihi cohæreret interciſa juris humani ſocietas abſcidit.* Ex quo fonte error Michaëlis Epheſii profluxit, qui ad quintum Nicomachiorum dixit, in tyranni uxorem [g] adulterium non committi: quod ipſum pari errore quidam [h] Judæorum magiſtri de alienigenis dixerunt, quorum conjugia pro nullis habent. *Lib. 7. de benef. c. 19.* *Cap. 10.*

2. Atqui belli piratici magnam partem Cn. [i] Pompejus pactionibus confecit, vitam illis pollicitus, & ſedes in quibus ſine rapto viverent. Et tyranni interdum [k] libertatem reddiderunt, impunitatem pacti. [l] Cæſar belli civilis tertio, a Romanis ducibus cum prædonibus & fugitivis, qui in Pirenæis erant montibus, actum de compoſitione, ſcribit; quis dixerit ſiquid conveniſſet [m] nullam inde extituram fuiſſe obligationem? [n] Non habent quidem iſta ſpecialem iſtam communionem quam inter hoſtes in bello ſolenni & pleno introduxit jus gentium: [o] at quia homines ſunt communionem habent *Cap. 19.*

& facultate diſponendi de re ſua pro lubitu: atque huc jus (2) obtinet, licet nulla daretur ſocietas humana: Sane (3) ob delictum hoſtibus non auferuntur reliqua naturæ jura, nec impune in eos committuntur ſtupra, adulteria &c. ergo non magis in eos licita perfidia. (4) Sed & verum non eſt cum tyranno non eſſe ſocietatem, utpote quæ a natura eſt inter homines. Quin hoc ipſo (5) dum quis cum hoſte contrahit, agnoſcit ſocietatem cum eo eſſe. Imo (6) fide poſt delictum data remittitur jus & pœna, quia partes ita diſponunt: Denique & (7) nec hoſtis nobis fidem ſervare tenetur, quia quisque alterum injuria agere ait, & ſic hoſtis nos quoque extra ſocietatem conſtitueret.

ADDITIO.

„Alibi diximus ſocietatem inter homines non „eſſe, adeoque fruſtra quæri an cum hoſte talis „ſocietas detur: optime notavit B. Parens jus il„lud quo hoſti fides ſervanda eſt, non ex ſocietate „ſed ex diſpoſitione oriri, quia partes prout de „jure ſuo diſponunt, ita jus eſt.

„c) (NON EST EX PERDUELLIUM NUMERO DE„FINITUS:) *Vid. ſupra l. 2. c. 13. §. 15.* i. e. non „pro juſto hoſte habetur.

„d) (CUM HOC NEC FIDES ESSE DEBET:) Re„ſutatum hoc ſatis a nobis eſt.

„e) (NEC JUSJURANDUM COMMUNE:) Contra„rium defendimus *d. c. 13. §. 15. ſeq.*

„f) (SENECA:) *L. 7. benef. c. 4.*

g) (Grot.) (ADULTERIUM NON COMMITTI:) *Seneca* in Excerptis IV, 7. *Non putans adulterium, uxorem tyranni polluere: ſicut nec homicidium, tyrannum occidere.* *Julius Clarus* 10 §. *homicidium* num. 36. fœminam bannitam impune adulterio corrumpi cenſuit.

ADDITIO.

„Dixi cum hoſte jura naturæ communia ma„nere, ita ut crimina in eos committi non poſ„ſint; hinc inceſtus & adulteria, nec cum hoſte „committere licet. *Vid. ſupra L. 3. c. 4 §.* 19.

h) (Grot.) (JUDÆORUM MAGISTRI:) Rabbi *Levi Ben Gerſon* & Rabbi *Salomo* ad *Levit.* 20, 10.

i) (Grot.) (POMPEJUS PACTIONIBUS CONFECIT:) Sic improbata Didii perfidia in Celtiberos ex rapto viventes. [Vide APPIAN. *De Bell. Hiſp.* pag. 312. &, quod ſpectat *Pompejum*, PLUTARCH. in ejus Vita, *pag.* 632, 633. *J. B.*]

„k) (LIBERTATEM REDDIDERUNT.) Ut Iſeas Carynenſium tyrannus qui dominatu depoſito, & „accepta fide publica, patriam fœderi Achaico „adjunxit. *Polyb l. 2. Vid. Gron. h.*

„l) (CÆSAR:) *De bell. Civ. l. 3. c. 3.*

„m) (NULLAM INDE EXTITURAM FUISSE OBLI„GATIONEM:) Ad quid enim opus fuiſſet tractare „de finiendis motibus.

„n) (NON HABENT QUIDEM ISTA SPECIALEM „ISTAM COMMUNIONEM QUAM INTER HOSTES „IN BELLO SOLENNI INTRODUXIT JUS GENTIUM:) „Imo eadem ratio eſt hoſtis & piratæ circa pro„miſſa: Utrique fides data ſervari debet, quia „partes de jure ſuo pro lubitu diſponere poſſunt „& prout diſponunt ita jus eſt: Cæterum bellum „ſolenne, in quo ex placito gentium jura quædam „particularia obtineant non dari, ſupra vidimus.

„o) (AT QUIA HOMINES SUNT COMMUNIO„NEM

Pag. 322. Ed. Lugd. 1620. bent juris naturalis, ut recte diſſerit Porphyrius, libro de non eſu animalium tertio, [p] ex quo naſcitur ut pacta ſervanda ſint. Sic Diodorus fugitivorum duci Apollonio a Lucullo fidem ſervatam memorat. *Lib. 36. fragm. n. 1.* Et [q] Dio ſcribit, ab Auguſto Crocotæ latroni perſolutum pretium capiti ejus impoſitum, cum ſe ipſe ſiſteret, ne fides violaretur. *Lib. 56. pag. 616. Ed. H. Steph.*

§. III.

1. Videamus tamen ecquid a Cicerone non allatum proferri ſpecioſius poſſit. Primum hoc eſt, quod [b] qui atrociter malefici ſunt, [c] neque pars ſunt ullius civitatis, hi a quovis homine puniri poſſunt ſi jus naturæ reſpicimus, [d] ut alibi a nobis explicatum eſt. At qui puniri poſſunt ut vitam amittant, [e] his & res & jura ſua poſſunt auferri: ſicut recte dixit [f] idem Cicero: *Off. 3, 6.* *Non eſt contra naturam ſpoliari eum, ſi poſſis, quem honeſtum eſt necare.* [g] Inter jura autem eſt & hoc jus ex promiſſo quæſitum: poteſt igitur & hoc in pœnam ei auferri. [h] Reſpondeo, proceſſurum hoc, ſi non tanquam cum malefico actum eſſet; at [i] ſi quando cum tali qua talis eſt actum eſt, [k] ſimul de remittenda, quod hanc rem attinet, pœna actum cenſeri debet; quia ſemper, ut alibi diximus, [l] ea ſumenda eſt interpretatio, quæ cavet ne actus in vanum recidat.

2.

„NEM HABENT JURIS NATURALIS:) Cujus regu„la eſt ut is qui alii etiam hoſti aliquid promit„tit, id ſervare teneatur: *Conf. ſupra §. 1. n. 2.*

„p) (EX QUO NASCITUR UT PACTA SERVAN„DA SINT:) Dum enim hoſti aliquid promitto „mea voluntate jus in eum transfero, quod ei præ„ſtare teneor, ex regula illa naturali quæ ſuum cui„que tribui jubet.

„q) (DIO:) *L. 56. p. m 216.*

„a) (VIDEAMUS TAMEN:) Auctor novas ob„jectiones contra regulam illam, fidem hoſtibus „eſſe ſervandam, format.

„b) (QUI ATROCITER MALEFICI SUNT &c. „HI A QUOVIS HOMINE PUNIRI POSSUNT:) Quod „refutavimus ſupra *l. 2. c. 20. §. 3. & c. 21.* §. 3. „& 4 Conſ. *Diſſert. Præm XII. §. 539. ſeq.*

„c) (NEC PARS SUNT ULLIUS CIVITATIS:) „Nam inſtitutis civitatibus inter gentes conveniſ„ſe putat ut ſingulorum delicta ipſis pro ar„bitrio punienda aut diſſimulanda relinquerentur: „ita tamen, ut ſi extraneo ſubdito injuria fiat, ci„ves illius civitatis vel puniri vel dedi debeant, quod „examinavimus *d. c. 21.* §. 3. & 4.

„d) (UT ALIBI:) *Vid. Diſſert. proœm. XII.* §. „*539. ſeq.*

„e) (HIS ET RES ET JURA SUA POSSUNT AU„FERRI:) Quia majus eſt vita, quam bona.

„f) (IDEM CICERO:) *Vid. ſupra c. 5. §. 1. pr.*

„g) (INTER JURA AUTEM EST ET HOC JUS „EX PROMISSO QUÆSITUM:) I. e. jus, quod hoſti „competit petendi id, quod ei promiſi.

„h) (RESPONDEO:) Senſus reſponſionis eſt, quod fidem dando, remiſerit pœnam is qui eam exigere potuiſſet,

AUDITIO.

„In hoſte hæc ſpecialis ratio accedit, quod ra„tione hujus actus communi conſenſu deſinant eſ„ſe hoſtes: invicem conveniunt quod in reliquis „ſeſe invicem lædere velint, hoc actu, de quo „fides data eſt, excepto.

i) (Grot.) (SI QUANDO CUM TALI, QUA TALIS EST, ACTUM EST:) *Terentius* in Adelphis:

Leno ſum, fateor: pernicies communis adoleſcentium.

Perjurus, peſtis: tamen tibi a me nulla eſt orta injuria. (II. 1. 34)

Vide hac de re ſcriptorem *de compoſitione pacis inter Principes & Ordines imperii.*

„k) (SIMUL DE REMITTENDA POENA:) Pœ„nam autem delinquentibus remittere licet, & „remiſſione ſtipulata, revocari nequit, quia jus „ſemel in alterum translatum eſt.

„l) (EA SUMENDA EST INTERPRETATIO QUÆ „CAVET NE ACTUS IN VANUM RECIDAT:) Imo „id

2. [m] Non male apud [n] Livium Nabis, cum tyrannidem ipſi objiceret Quintius Flaminius; *De nomine hoc reſpondere poſſum, me qualiscumque ſim eundem eſſe qui fui, cum tu ipſe mecum, T. Quinti ſocietatem pepigiſti.* Et mox: *Jam feceram hæc, qualiacumque ſunt, cum ſocietatem mecum pepigiſtis.* Addit, *ſi quid ego mutaſſem, mihi meæ inconſtantiæ: cum vos mutetis, vobis veſtræ ratio reddenda eſt.* [o] Locus eſt non diſſimilis in oratione Periclis, ad cives ſuos apud [p] Thucydidem: τὰς πόλεις αὐτονόμȣς ἀφήσομεν, εἰ καὶ αὐτονόμȣς ἔχοντες ἐσπεισάμεθα: *Civitates ſocias liberas eſſe patiemur, ſi tales fuerunt quo tempore factum eſt fœdus.* Lib. 34. c. 31. Lib. 1. in fin. c. 144.

§. IV.

Deinde objici poteſt quod [a] alibi diximus, [b] eum qui metu cauſam dedit promiſſo teneri liberare promiſſorem, [c] quia damnum dedit per injuſtitiam, id eſt [d] per actum pugnantem [e] & cum natura libertatis humanæ, & cum natura actus qui liber eſſe debuit. Lib. 2. c. 11. §. 7.

Hoc

„id ſequitur non ex aliqua præſumtione, ſed ex „certitudine illa morali quod Magiſtratus qui pœnam merito, ſciens talem eſſe, aliquid promittit, hoc jus in pœnam auferre non poſſit, quia „jus in eum qua maleficum transtulit, adeoque hoc jus pœnæ exemit.

„m) (NON MALE:) Adeoque Auctor exiſtimat „ſi quid cum tyranno, qua tali, actum eſt, ſimul „de remittenda pœna, quatenus hanc rem attinet, „actum cenſeri: Cum Nabide enim ſocietatem „iniverunt Romani, poſtea eum tanquam tyrannum bello proſequebantur: id exprobrat Nabis „Romanis: At alibi demonſtravimus contra Romanos, id quod Nabis reſpondit, allegari non „poſſe. *Vid. l. 2. c. 16. §. 18.*

„n) (LIVIUS:) *Lib.* 34. *c.* 31.

„o) (LOCUS NON EST DISSIMILIS:) Imo locus „huc plane non quadrat: *Vid. ſupr. l. 2. c.* 16. §. „18. Lacedæmonii declarant Athenienſibus, *ſe velle „Græcos liberos dimitti*; Pericles ait id æquum eſſe, „*ſi tempore fœderis liberi fuerunt*: qua quæſo ratione hæc applicari poſſunt ad theſin Auctoris, „*quod, ſi malefico qua tali aliquid promittitur, ſimul remiſſa, quod eam rem attinet, pœna videatur. Vid n. prae.*

„p) (THUCYDIDEM:) *L.* 1. *p. m.* 55. *&* 58.

(AD §. IV.) Porro Auctor eidem ſententiæ opponit metum, adeoque injuriam, dediſſe cauſam promiſſioni, hoc damnum reparari debere ab eo qui intulit: admodum hic fluctuat Grotius & reſpondet (1) id non eſſe generale nec ad omnia promiſſa prædonibus facta pertinere: *ib.* 4. (2) ad evitandam omnem cavillationem prædonem exigere poſſe ut promiſſum jure jurando firmetur *ib.* 5 (3) Valere promiſſum quod malefico ſit qua tali *ib.* 6. (4) neque obſtare ait ejusmodi promiſſo jus ſupereminentis dominii *ib.* 7. & 8. (5) Valere quoque ſi tertio ſit qui metum non intulit. *ib.* 9. Item (6) ſi in ſtatu mixto ſubditi & Princeps aliquid promittunt. *ib.* 10. (7) jure Gentium omnem „metum bello ſolenni illatum, juſtum eſſe, indeque metu promiſſa eo jure valere §. 11. modo „jus gentium metum illum non improbet §. 12.

Tota res expeditur diſtinctione inter promiſſionem & vim, *illa* licita eſt, *hac* regulariter illicita: Ex *priori* obligatur promiſſor ad præſtandum id quod promiſit, ex *poſteriori* agit ad reparationem damni vi illa dati: quod plenius explicavimus *l.* 2. *c.* 11. §. 7.

„a) (ALIBI:) *Vid. l. 2. c. 11. §. 7. n. 2. l. 2. c.* „13. §. 14. *l.* 2. *c.* 17. §. 17.

„b) (EUM QUI METU CAUSAM DEDIT PROMISSO TENERI LIBERARE PROMISSOREM:) Imo „ſubſiſtit promiſſio, quia licet coactus voluerit, „tamen voluit. *l. 21. ff. Quod met. cauſ.* adeoque „non tenetur alterum liberare, ſed ſeparata actione agit, ad id quod intereſt metum illatum non eſſe.

„c) (QUIA DAMNUM DEDIT PER INJUSTITIAM:) Verum eſt per vim damnum injuria datum eſſe, ſed inde non ſequitur cogentem teneri liberare promiſſorem, quæ facta eſt a volente, „licet coacto.

„d) (PER ACTUM PUGNANTEM ET CUM NATURA LIBERTATIS HUMANÆ:) Recte, ſed ideo „tenetur ad id quod intereſt vim illatam non eſſe, „ſalva cæterum promiſſione.

„e) (ET CUM NATURA ACTUS QUI LIBER ESSE DEBUIT:) Imo actus ille etiam vi ac metu „perfici poteſt, quia coacta voluntas etiam eſt voluntas.

f)

Hoc vero ſicut fatemur interdum locum habere, *f* ita non ad omnia promiſſa prædonibus facta pertinet; nam ut cui promiſſum quid eſt ad liberandum promiſſorem teneatur, *g* opus eſt ipſe metu injuſto cauſam promiſſo dederit. *h* Siquis ergo ut amicum vinculis eximeret promiſerit pretium, tenebitur: *i* huic enim metus illatus non eſt, qui ad contrahendum ſponte venit.

§. V.

Adde quod & *a* qui injuſto metu coactus promiſit, teneri poterit, accedente jurisjurandi religione, nam inde, ut *b* alibi diximus, *c* homo non homini tantum ſed & Deo obſtringitur, *d* adverſus quem metus exceptio non eſt. Verum tamen eſt, *e* ex tali vinculo ſolo promittentis hæredem non teneri, *f* quia in hæredem tranſeunt quæ in humano ſunt commercio *g* ex primæva domini lege, *h* at in his non eſt jus illud Deo quæſitum qua tale. Iterum illud

f). (ITA NON AD OMNIA PROMISSA PRÆDONIBUS FACTA PERTINET:) Imo ad nulla.

g) (OPUS EST IPSE METU INJUSTO CAUSAM PROMISSO DEDERIT:) Jure naturæ nec tune tenetur liberare promiſſorem, quia promiſſio ipſa vitioſa non eſt: Sed tenetur ad reparandum damnum quod vi adeoque injuria datum eſt.

„*h*) (SI QUIS ERGO UT AMICUM VINCULIS „EXIMERET PROMISERIT PRETIUM, TENEBITUR:) „Caſum exhibuimus ſupra *l.* 1. *c.* 4. §. in Cive „Neapolitano qui noluit fidejuſſori pecuniam „reddere quam hic Gallis pro eo liberando ſolve„rat.

„*i*) (HUIC ENIM METUS ILLATUS NON EST „QUI AD CONTRAHENDUM SPONTE VENIT:) Di„ximus dicto loco, duo hic negotia eſſe (1) fa„ctum *incarcerationis*, quod intercedit inter in„carcerantem & incarceratum, idque injuria fa„ctum ſupponitur. (2) fidejuſſionem, quod ne„gotium intercedit inter incarceratum & fidejuſ„ſorem & maxime licitum quin laudabile eſt.

„Neque *obſtat* quod vis alterius cauſam huic „promiſſo dederit: Nam ideo contra eum qui „vim intulit actio promittenti competit ad omne „id quod intereſt; at inde promiſſio ſpontanea „quæ fidejuſſori facta eſt, non vitiatur: Sane jus „ſuum recuperaret cum alterius jactura, nam ſine „fidejuſſione manſurus in vinculis fuiſſet.

„*a*) (QUI INJUSTO METU COACTUS PROMI„SIT TENERI POTERIT ACCEDENTE JURIS JURAN„DI RELIGIONE:) Imo jusjurandum nullum jus „daret prædoni, ſi ex pacto id ei non compete„ret: *Vide l.* 2. *c.* 13. §. 14. ubi diximus omnem „promiſſionem, utut metu extortam, valere, mo„dum ſi juramentum acceſſerit.

„*b*) (ALIBI:) *L.* 2. *c.* 13. §. 14. *usque ad* §. 20. *c.* 14. §. 3.

„*c*) (HOMO NON HOMINI TANTUM SED ET „DEO OBSTRINGITUR:) Ex ſolo juramento homo „non obligatur homini, niſi diſpoſitio præceſſe„rit, etſi metu extorta.

„*d*) (ADVERSUS QUEM METUS EXCEPTIO NON „EST:) Imo nec ea adverſus hominem eſt; quia „non obſtante metu voluit.

„*e*) (EX TALI VINCULO SOLO PROMITTENTIS „HÆREDEM NON TENERI.) Imo promittentis „hæres ex promiſſo metu ab antecesſore facto te„netur, eodem modo uti promittens ipſe: At hæ„res viciſſim eandem actionem ad id quod inter„eſt habet, quam defunctus habuit contra eum qui „vim injuria intulit. Cæterum verum eſt, quod „hæres ejus qui jurato promittit, de perjurio non „teneatur Deo, quia ipſe non juravit.

„*f*) (QUIA IN HÆREDEM TRANSEUNT QUÆ „IN HUMANO SUNT COMMERCIO:) Succedit hæ„res in omne jus defuncti, excepto eo quod ſoli „perſonæ cohæret, nec ab ea ſeparari poteſt, hinc „in delictis, adeoque & in perjurio, hæres non „ſuccedit. *Vid. l.* 2. *c.* 13. §. 17. *c.* 9. § 17. *c.* 21. §. 19.

„*g*) (EX PRIMÆVA DOMINII LEGE:) Ex hy„potheſi Auctoris ſimul cum dominio fuit intro„ductum ut bonis defuncti cohærerent ea quæ ali„cui debentur, ex ipſa rerum inæqualitate: *L.* „2. *c.* 21. §. 19. Nos alibi demonſtravimus domi„nium non eſſe introductum facto hominum, ſed „a natura conſtitutum naturali ratione in hæredes „cum ſuo onere tranſire, utpote qui in omne jus „familiæ ſuccedunt) Vid. *l.* 2. *c.* 5. Sed & obli„gationem proprie non oriri ex rerum inæquali„tate diximus *l.* 2. *c.* 12. §. 8.

„*h*) (AT IN HIS NON EST JUS ILLUD DEO „QUÆSITUM QUA TALE:) Senſus eſt: Jus Deo „ex juramento quæſitum non eſſe in humano „commercio ex primæva dominii lege, adeoque „ideo hæredes non obligari ex juramento defun„cti:

lud quoque ex [i] ſuperioribus repetendum eſt, ſi quis fidem juratam aut injuratam prædoni datam violet, [k] eum eo nomine pœnam apud alias gentes non debiturum: [l] quia odio prædonum placuit gentibus quæ adverſus eos etiam vitioſe committuntur diſſimulare. *Lib. III. c. IV. §. 18.*

§. VI.

Quid dicemus de ſubditorum bellis, adverſus reges aliasque ſummas poteſtates? His, [a] etiamſi cauſam per ſe non injuſtam habeant, jus tamen per vim agendi deeſſe oſtendimus [b] alibi. Poteſt interdum & tanta eſſe [c] aut cauſæ injuſtitia, [d] aut reſiſtendi improbitas, [e] ut puniri graviter poſſit. Tamen ſi quaſi cum deſertoribus aut rebellibus actum ſit, [f] pœna promiſſo opponi non poteſt, ſecundum ea [g] quæ modo diximus. Nam [h] & ſervis fidem ſervandam veterum pietas exiſtimavit, credito Lacedæmonios iram divinam expertos, quod Tænarenſes ſervos contra pacta occidiſſent. Et [i] Diodorus Siculus notat fidem ſervis datam in fano Palicorum nunquam a quoquam domino fuiſſe violatam. [k] Metus autem illati exceptio & hic poterit elidi interpoſito jurejurando, ſicut [l] M. Pom- *Lib. I, c. IV.* *Ælian. Var. Hiſt VI. 7.* *Lib. XI. c. 88.*

„di: Verior eſt ratio quam ſupra *l. 2. c. 21. §. 19.* „allegavit, nimirum hæredem in meritis quæ ſunt „perſonalia non ſuccedere, adeoque nec in obligationem quæ ex delicto ſeu perjurio oritur.

„*i*) (SUPERIORIBUS:) *L. 3. c. 9. §. 16.*

„*k*) (EUM EO NOMINE POENAM APUD ALIAS „GENTES NON DEBITURUM:) Paſſim hoc repetit „Auctor *L. 2. c.* 13 §. 14. *L.* 3. *c.* 4. §. 18. *L. 3. c.* „23. §. 2. & *c.* 12. §. 5. At ſæpius dictum eſt gentes invicem jus puniendi non habere, adeoque „fruſtra metueret perjurus talem pœnam ab extranea gente.

„*l*) (QUIA ODIO PRÆDONUM PLACUIT GENTIBUS, &c.) Dixi (1) Prædoni quoque promiſſum ſervandum eſſe, etſi metu extortum; idque „(2) multo magis verum eſſe dixi, ſi juramentum „acceſſit. Sed prædonem (3) peculiari actione teneri ob vim injuria illatam: Adde (4) tale placitum odio prædonum inter gentes initum, non „exiſtere, nec ulla ratione probari.

„(AD §. VI.) Auctor ait ſubditis quoque rebellibus fidem datam ſervandam eſſe, ſi qua talibus data ſit: Quod veriſſimum eſt.

„*a*) (ETIAMSI CAUSAM PER SE NON INJUSTAM HABEANT, JUS TAMEN PER VIM AGENDI DEESSE, &c.) Ex hypotheſi Auctoris jure naturæ cuilibet læſo jus competit vindictam ſumendi etiam a Principe, at inſtitutis civitatibus inter „gentes communi conſenſu & placito jus hoc reſiſtendi ſub graviſſimis pœnis ſublatum fuit. *proleg. §.* 41. & *L. 1. c.* 4. §. 2. *n.* 1. Quod refutavimus dictis locis; diximus (1) Verum non eſſe „cuique privato jus puniendi lædentem competere: diximus (2) Principi reſiſtere nunquam licere, Denique & (3) diximus placitum commune „gentium non exiſtere.

„*b*) (ALIBI:) *D. proleg. §.* 41. *d. l. c* 4. *§.* 2. *n.* 1.

„*c*) (AUT CAUSÆ INJUSTITIA:) Si ſcilicet ſubditi abſque cauſa reſiſtunt.

„*d*) (AUT RESISTENDI IMPROBITAS:) Si ſcilicet cauſam reſiſtendi ſubditi habent, at enormes „in reſiſtendo committunt exceſſus.

„*e*) (UT PUNIRI GRAVITER POSSINT:) De his „ergo criminoſis quæritur an fides ipſis data ſervanda ſit.

„*f*) (POENA PROMISSO OPPONI NON POTEST:) „Quia dum fidem dat rex, remittit pœnam.

„*g*) (QUÆ MODO DIXIMUS:) *§. 3. n.* 1.

„*h*) (ET SERVIS FIDEM SERVANDAM:) Non „enim deſinunt eſſe homines; cum quibus naturæ jura obtinent.

„*i*) (DIODORUS SICULUS:) *L. 11. c. 12.*

„*k*) (METUS AUTEM ILLATI EXCEPTIO ET „HIC POTERIT ELIDI INTERPOSITO JUREJURANDO:) Imo ſi exceptio metus ejusmodi promiſſis „opponi poſſet, etiam jurijurando obſtitura eſſet: „diximus jure naturæ valere promiſſionem delinquentibus qua talibus factam, etiam non accedente juramento.

l) (Grut.) (M. POMPONIUS TRIBUNUS PLEBIS:) *Juravit tribunus, nec fefellit, & cauſam accuſationis remiſſæ concioni reddidit. Nulli alii licuit impune tribunum in ordinem redigere.* Seneca de beneficiis III, c. 37.

ADDITIO.

„Examinavimus hoc exemplum ſupra *l. 2. c. 13. §. 14.*

Pomponius tribunus plebis jurejurando obſtrictus ſervavit quod L. Manlio metu coactus promiſerat.

§. VII.

Sed hic ſupra priores ſpecialem difficultatem facit [c] jus legis conſtituendæ [d] & jus ſupereminens dominii in res ſubditorum [e] quod civitati competit, [f] & ejus nomine a ſummam poteſtatem habente exercetur. [g] Id enim jus ad omnes ſpectat res ſubditorum, [h] quidni etiam ad jus ex promiſſo bellico natum? Quod ſi conceditur, [i] videntur inanes fore omnes tales pactiones, [k] ac proinde belli niſi per victoriam finiendi ſpes nulla. Sed notandum contra eſt, [l] jus illud ſupereminens non promiſcue competere, [m] ſed quatenus communiter expedit [n] in regimine non dominico [o] ſed civili, etiam regio. [p] Plerumque autem communiter expedit pacta talia ſervari, [q] quo ea pertinent quæ de præſenti ſtatu tuendo alibi dicta a nobis ſunt. Adde quod, [r] ubi hujus dominii uſum res exigit, compenſatio tamen facienda eſt, ut [s] infra latius explicabitur.

§. VIII.

„a) (HIC:) Scilicet ubi fides datur ſubditis re„bellibus.

„b) (SUPRA PRIORES:) Nimirum quod cum iis „non ſit ſocietas. §. 3. quod vim inferens damnum „det injuria §. 4.

„c) (JUS LEGIS CONSTITUENDÆ:) Nimirum „quod legem ferre & abrogare poſſit. *Gron. h.*

„d) (ET JUS SUPEREMINENS DOMINII IN RES „SUBDITORUM:) Vi cujus bona & jura ſubditis ob „utilitatem publicam, vel in pœnam auferre poteſt. „*L. 2. c. 14. §. 7.*

„e) (QUOD CIVITATI COMPETIT:) Improprie „vocatur dominium.

„f) (ET EJUS NOMINE A SUMMAM POTES„TATEM HABENTE:) Princeps enim ex delatio„ne populi imperium exercet.

„g) (ID ENIM JUS SPECTAT AD OMNES RES „SUBDITORUM:) Imo & ad omnia jura eorum, „quæ in pœnam auferri poſſunt. *d. c. 14.* §. 7.

„h) (QUIN NI ETIAM AD JUS EX PROMISSO „BELLICO NATUM:) Quod acquiſiverunt ſubjecti „ab imperante armis rebellibus expreſſum. *Gron.* „*h.* At male hæc promiſſio bellica dicitur quia „cum ſubditis jus belli nunquam eſt

„i) (VIDENTUR INANES FORE OMNES TALES „PACTIONES:) Quia privilegium ſubditis datum, „& jus ſubditis ex illo pacto quæſitum, tum con„traria lege, tum vi ſupereminentis dominii ite„rum auferre poſſet.

„k) (AC PROINDE BELLI NISI PER VICTORI„AM FINIENDI SPES NULLA:) Ita ut rebellio non „niſi internecione rebellium finiri queat: ubi de„nuo notandum abuſive bellum hoc dici, & vi„ctoriæ nomen huc non pertinere.

„l) (JUS ILLUD SUPEREMINENS NON PROMI„SCUE COMPETERE:) Sed ſaltem intra fines legi„timæ adminiſtrationis.

„m) (SED QUATENUS COMMUNITER EXPEDIT:) „Princeps jus ſubditis quæſitum auferre non pot„eſt niſi (1) ob utilitatem publicam (2) in pœnam.

„n) (IN REGIMINE NON DOMINICO:) Grotius „ſtatuit in dominico ſeu patrimoniali regno re„gem pro lubitu de juribus ſubditorum diſponere „poſſe, quod alibi late refutavimus.

„o) (SED CIVILI:) Id eſt ex populi voluntate „delato.

„p) (PLERUMQUE AUTEM COMMUNITER EXPE„DIT PACTA TALIA SERVARE:) Cum in arbitrio „ſit regentis, judicare an utile ſit an non, ex hac „ratione parum ſecuritatis ſibi promittere pote„runt ſubditi rebelles: Vera ratio eſt quod prin„ceps rebellibus, qua rebellibus, ob utilitatem pu„blicam fidem dederit, quam proinde auferre „nequit.

„q) (QUO EA PERTINENT QUÆ DE PRÆSEN„TI STATU TUENDO ALIBI A NOBIS DICTA „SUNT:) *Vid. l. 2. c. 4. §. 8 n. 3.*

„r) (UBI HUJUS DOMINII USUM RES EXIGIT, „COMPENSATIO TAMEN FACIENDA:) Ita ut Prin„ceps ſi ob neceſſitatem publicam res ſubditis an„tea rebellibus, contra fidem datam eripit, pro il„lis ſatisfacere debeat: Adeoque fidem non fran„git, ſed ſalva fide jure ſuo utitur, neque tunc „tanquam in rebelles id ſtatuit ſed ex jure illo „quod in quoscunque cives principi competit.

„s) (INFRA:) §. 14. & 15.

„(AD §. VIII.) Auctor porro ad evitandum du„bium, quod ob utilitatem publicam jus ſubditis,

„olim

§. VIII.

1. Præterea poſſunt pacta [a] ſanciri jurejurando, nec tantum a rege [b] aut ſenatu, [c] ſed & ab ipſa civitate, quomodo in leges ſuas Lacedæmonios [d] jurare fecit Lycurgus, Athenienſes Solon, & [e] ne perſonarum mutatione jus jurisjurandi intercideret repeti quotannis jusjurandum. [f] Id enim ſi fiat, omnino [g] ne publicæ quidem utilitatis cauſa recedendum a promiſſo erit: [h] nam & de ſuo cedere civitas potuit, [i] & verba poſſunt ita eſſe aperta ut nullam exceptionem admittant. Valerius Maximus Athenas ita alloquitur: *Lege legem quæ te jurejurando obſtrictam tenet.* Romani hoc genus [k] leges ſacratas appellabant [l] per quas ipſe populus Romanus, ut [m] Cicero pro Balbo explicat, religione obligabatur. *Plut. Lycurg. pag. 57. Idem, Vit. Solon. pag. 92. Lib. V. c. 3. n. 3. ext.*

2. Eſt ad hanc rem pertinens diſputatio per ſe obſcurior apud [n] Livium libro tertio, ubi ex ſententia multorum Juris interpretum ait: [o] tribunos eſſe ſacroſanctos, [p] non etiam ædiles, judices, decem viros, [q] quorum tamen ſi cui noceretur id non jure fieret. [r] Cauſa diſcriminis eſt, [s] quod ædiles atque alii lege ſola defendebantur: [t] quod autem poſtremum populus juſſiſſet id ratum erat; [u] manente tamen lege nemini contra agere jus erat; [v] at tribunos religio publi-

„olim rebellibus, ex pacto quæſitum auferri poſſit, „cautelam hanc affert, ut jurato ſanciantur pacta, „& tunc principem teneri putat: At jam ſatis demonſtratum eſt eum etiam ſine juramento obligari.

„a) (SANCIRI JUREJURANDO:) Uti omnia pacta poſſunt firmari adjectione rei ſacræ cujus metu abſterreatur promittens ne violet illa, ita & pacta inter regem & ſubditos inita.

„b) (AUT SENATU:) Qui repræſentant civitatem.

„c) (SED ET AB IPSA CIVITATE:) Id eſt a „populo in ſtatu populari.

„d) (JURARE FECIT LYCURGUS:) *Juſt. 3. 3.*

„e) (NE PERSONARUM MUTATIONE:) Ne poſteri exciperent, jusjurandum illud fuiſſe perſonale, atque ideo obligaſſe tantum jurantes.

„f) (ID ENIM SI FIAT:) Id eſt ſi pactum jure jurando ſancitur.

„g) (NE PUBLICÆ QUIDEM UTILITATIS CAUSA RECEDENDUM A PROMISSO ERIT:) Tales „promiſſiones etiam non juratæ, nec ob publicam „utilitatem tolli poſſunt.

„h) (NAM ET DE SUO CEDERE CIVITAS POTUIT:) Obligando ſe, quod mutare nolit.

„i) (ET VERBA POSSUNT ITA ESSE APERTA „UT NULLAM EXCEPTIONEM ADMITTANT:) Adeoque nec exceptionem metus.

k) (Grot.) (LEGES SACRATAS APPELLABANT:) Vide *Manutium* de legibus.

„l) (PER QUAS IPSE POPULUS ROMANUS RELIGIONE OBLIGABATUR:) Quia earum obſervantiam jurato promiſit: de quo mox plenius „agemus.

„m) (CICERO PRO BALBO:) *C. 15.*

„n) (LIVIUM LIBRO TERTIO:) *C. 55. & L. 9. c. 9.*

„o) (TRIBUNOS ESSE SACROSANCTOS:) Id eſt „inviolabiles *d. l. 9. c. 9.*

„p) (NON ETIAM ÆDILES:) De Ædilium origine & officio *Vid. Heinecc. antiq. L. 1. tit. 2. §. 25. ſeq.*

„q) (QUORUM TAMEN SI CUI NOCERETUR, „ID NON JURE FIERET:) Quia noceretur ei cui „id lege non licet. *Liv. d. c. 55.*

„r) (CAUSA DISCRIMINIS EST:) Quod nimirum *tribuni* ſacroſancti dicantur, non *ædiles.*

„s) (QUOD ÆDILES ATQUE ALII LEGE SOLA „DEFENDEBANTUR:) Non juris jurandi religione.

„t) (QUOD AUTEM POSTREMUM POPULUS JUSSISSET ID RATUM ERAT, &c.) Adeoque populus legem illam tollere potuiſſet.

„u) (MANENTE TAMEN LEGE, NEMINI CONTRA AGERE JUS ERAT:) Quamdiu lex ſublata „non eſt, tuti erant ex lege.

„v) (AT TRIBUNOS RELIGIO PUBLICA POPULI ROMANI TUEBATUR:) Tribunos vetere jurejurando plebis, cum primum eam poteſtatem „creavit, ſacroſanctos fuiſſe interpretes illi docebant apud *Liv. d. c. 55.*

„w) (NAM

blica populi Romani tuebatur, [w] nam jusjurandum interceſſerat, [x] quod ab his ipſis qui juraverant ſalva religione tolli non poterat. *Cap. 89* Dionyſius Halicarnaſſenſis libro ſexto: Βρῦτος ἐκκλησίαν συναγαγὼν συνεβούλευε τοῖς δημόταις ἱερὰν καὶ ἄσυλον, ἀποδεῖξαι τὴν ἀρχὴν νόμῳ τε καὶ ὅρκῳ βεβαιοῦντας αὐτῷ τὸ ἀσφαλὲς, ἐδόκει ταῦτα πᾶσι: [y] *Brutus concione advocata auctor Quiritibus fuit, ut magiſtratum hunc non lege tantum ſed & jurejurando inviolabilem redderent, quod omnibus placuit.* [z] Hinc lex illa ſacrata appellatur. Ideoque improbatum fuit bonis [aa] factum Tiberii Gracchi, cum Octavio tribunatum abrogavit, dicens tribunitiam poteſtatem a populo habere ſanctimoniam, [bb] non adverſus populum. [cc] Ergo ut diximus jurejurando & civitas & rex obſtringi poterunt, etiam in cauſa ſubditorum.

§. IX.

Sed & tertio, [a] qui metum non intulit, promiſſio valide fiet: [b] nec

„w) (NAM JUSJURANDOM INTERCESSERAT:) „Quod ex modo allegato loco Livii apparet unde „religione eos inviolatos eſſe ait. Conf. *Liv. l.* „*9. c. 9.*

„x) (QUOD AB HIS IPSIS QUI JURAVERANT „SALVA RELIOIONE TOLLI NON POTERAT:) Mu„tuo enim conſenſu leges hæ latæ, & juramento „firmatæ ſunt: adeoque quod mutua voluntate „conventum eſt altero invito tolli noo poteſt.

„y) (BRUTUS:) L. Junius, unus e primis tri„bunis plebis.

„z) (HINC LEX ILLA SACRATA APELLABA„TUR:) Imo ſacratæ non inde vocantur quia po„pulus de ſervanda illa lege juravit. Nam plures „leges ſacratæ exſtabant, quæ jurejurando noo „erant munitæ. Talis lex erat ne cujus militis „ſcripti nomen niſi ipſo volente deleretur, item „ne quis ubi tribunus militum fuit poſtea ordinum „ductor eſſet. *Manut. de Leg. Rom. c. 12. Augu*„*ſtin. de Leg. Verb. ſacrata lex.* Vetant leges ſa„cratæ privatis hominibus irrogari; id eſt privile„gia dari. *Cicero pro Sexto: Auguſtin d. l.* item ne „de capite civis niſi comitiis centuriatis rogare li„ceret *Cic. pro Sexto. & de legibus l. 3. apud Ma*„*nut. d. l. c. 16.* Sacratæ igitur dicebantur quia is „qui adverſus eas faceret *ſacer* alicui Deorum cum „familia pecuniaque fiebat *Feſtus voce ſacrata le*„*ges* (idem quoque Paulus Diacoous *in epitome* „*ibidem* ſtatuit:) ubi ſimul quosdam opinari ait „*ſacratas dici, quas plebs jurata in monte ſacro* „*ſciverit:* Ex præmiſſis igitur patet, etiam illam „legem qua ſancitum eſt, *ut qui Tribunis, ædili*„*bus, judicibus, decemviris nocuiſſet ejus caput* „*Jovi ſacrum eſſet, familia ad ædem Cereris, Li*„*beri, liberaque venum irent.* ad ſacratas referri „poſſe: *Vid. Liv. d. c. 55.*

aa) (Grot.) (FACTUM TIBERII GRACCHI:) Vide id late narratum *Plut.* in ejus vita. (pag. 83. *& ſeq.*)

„bb) (NON ADVERSUS POPULUM:) Recte pro„bis viris hoc factum improbatum fuit, quia po„pulus ipſe per patres hanc legem probavit; *Liv.* „*d. l. c. 56.*

„cc) (ERGO UT DIXIMOS JUREJURANO ET CI„VITAS ET REX OBSTRINGI POTERUNT, ETIAM „IN CAUSA SUBDITORUM:) Hoc omnino verum „eſt: at etiam *citra juramentum* obligantur ex „promiſſo ſubditis, utut rebellibus, facto.

„a) (QUI METUM NON INTULIT PROMISSIO „VALIDE FIET:) Auctor ſubditis rebellibus hic „conſilium dat, ut per tertium, qui metum non „intulit, promiſſum accepteut: huic enim excepti„onem metus opponi non poſſe: Valere autem ta„lem promiſſionem tertio factam ait, etſi ejus ni„hil interſit.

Verum ex hac promiſſione illi tertio jus oon oritur ſed tantum ſubditis: & tertius qui eorum nomine & voluntate fidem recipit, nudum eſt inſtrumentum, omneque jus ad cauſam pertinet adeoque & tertio exceptio metus obſtaret.

ADDITIO.

„Auctor ſupponit caſum ubi inter conditiones „pacis vel capitulationis (ut vocant) hoſti promit„timus, transfugas vel rebelles ſubditos puniri non „debere: Hoc pactum omnino etiam prodeſt ipſis „ſubditis, & ſi paciſcens contra fidem datam eos „violet, & ſubditis fit injuria, & tertio, cui ſe„curitas ſubditorum promiſſa eſt.

„Neque obſtat inutile eſſe pactum quod alii „fit, in primis cum non interſit paciſcentis: Reſp. „Jure naturæ omne pactum valet etſi alterius non „interſit: *Vid. l. 2. c. 11. §. 1.* Sed & maxime hic „intereſt ejus qui transfugas quos recepit ſecuros „eſſe vult; hinc ſancte tales conventiones obſer-

„vari

[b] nec ſcrutabimur quid aut quatenus ejus interſit, quæ juris Romani ſunt ſubtilitates. [c] Natura enim omnium hominum intereſt ut hominibus aliis conſulatur. Sic Philippo, [d] pace cum Romanis inita, jus ſæviendi in Macedonas qui in bello ab eo defecerant ademptum legimus. *Livius lib. 39. c. 23.*

§. X.

Sed &, quemadmodum probavimus [a] alibi, [b] ſtatus mixtos interdum exiſtere, [c] ſicut de ſtatu puro in purum [d] ita & in mixtum tranſiri pactis poteſt: ita ut [e] ſubditi qui fuerant incipiant ſummum habere imperium, [f] aut certe partem ejus [g] etiam cum libertate partis ejus vi tuendæ.

§. XI.

I. [a] Bellum vero ſolenne, [b] id eſt, publicum utrinque & indictum, [c] ſicut alia habet peculiaria [d] in jure externo poſita, [e] ita & hoc, ut quæ in eo bello aut ejus finiendi cauſa promittuntur adeo ſint valida, ut ex cauſa metus injuſte illati invito eo cui promiſſa ſunt in irritum deduci non poſſint: quia [f] ſicut alia multa quantumvis

„vari ſolent, hodieque.

„*b*) (NEC SCROTABIMUR QUID AUT QUATE-„NUS EJUS INTERSIT:) Sufficit enim promiſſum, „id eſt jus translatum eſſe io eum cui promittitur „*Vid. l. 2. c. 11.* §.

„*c*) (NATURA ENIM OMNIUM HOMINUM IN-„TEREST UT HOMINIBUS ALIIS CONSULATUR:) „Id quod intereſt nunquam hoc ſenſu ſumitur in „jure: Rectius igitur dicendum eſt promiſſum va-„lere etſi alterius non interſit.

d) (Grot.) (PACE CUM ROMANIS INITA, JUS SÆVIENDI IN MACEDONAS QUI IN BELLO AB EO DEFECERANT ADEMTUM LEGIMUS:) Eſt ſimile exemplum apud *Parutam* lib. VI.

„*a*) (ALIBI:) *L. 1. c. 3. §. 17.*

„*b*) (STATUS MIXTOS INTERDUM EXISTERE:) „Ubi poteſtas ſumma & populo & regi competit. „at ſtatus mixtos oon dari probavimus in *Diſſ.* „*proœm. XII.* §. *624.*

„*c*) (SICUT DE STATU PURO IN PURUM:) Ita „enim ſubditi qui antea ſub ſtatu mere Monarchi-„co fuerunt, liberi pactis fieri poſſunt, quod exem-„plis Helvetiæ & Belgii infra confirmabimus.

„*d*) (ITA ET IN MIXTUM TRANSIRI PACTIS „POTEST:) Imo mixtoram illam noo pertinere ad „ſtatum ſed ad adminiſtrationem probavimus *d.* „*§. 624.*

„*e*) (SUBDITI QUI FUERANT, INCIPIANT „SUMMUM HABERE IMPERIUM:) Ut Helvetii ex-„cuſſo Auſtriacorum, Belgæ Hiſpanorum jugo.

„*f*) (AUT CERTE PARTEM EJUS:) Diximus „imperium non dividi ſed adminiſtrationem.

„*g*) (ETIAM CUM LIBERTATE PARTIS EJUS „VI TUENDÆ:) Si ſcilicet Rex promittens fidem „datam non ſervaverit: at id ex pacto eſt. *L. 1. c.* „*4. §. 8. §. 13.*

(AD §. XI.) Auctor metum bellicum non infirmare pacta, idqoe ex jure gentium externo in bello ſolenni ita introductum eſſe ait: At diximus nec jure naturali nec civili pacta vi & metu inita infirmari.

„*a*) (BELLUM VERO SOLENNE:) De bello ſo-„lenni & minus ſolenni Vide Diſſert. proœm IX. „§. 63. ſeq. *Diſſert. IV. §. 14.*

„*b*) (ID EST PUBLICUM UTRINQUE ET IN-„DICTUM:) *Vid. l. 2. c. 3. §. 4.*

„*c*)(SICUT ALIA HABET PECULIARIA:) Ipſum „jus gentium non tantum, ſed & particularia illa „jura bello ſolenni jure gentium tributa merum „figmentum eſſe probavi. d. §. 4.

„*d*) (IN JURE EXTERNO POSITA:) Cujus effe-„ctum eſſe fingit, ut poſſeſſor talis tutus ſit apud „omoes gentes, ut non poſſit res ab eo repeti, „nec is tanquam fur ac prædo puniri: quæ omnia „exploſimus *dict. diſſ.* IX.

„*e*) (ITA ET HOC UT QUÆ IN EO BELLO „PROMITTUNTUR SINT VALIDA:) Imo id ex ipſo „jure naturæ eſt, non demum ex ficto aliquo ju-„re gentium externo.

„*f*) (SICUT ALIA MULTA QUANTUMVIS VI-„TIO NON CARENTIA EX JURE GENTIUM PRO „JUSTIS &c.) *Vid. diſſert proœm. IV* §. *18. ſeq.* „*Diſſ. IX. §. 65. ſeq.* & ea quæ notavimus *dict.* „*diſſ IV. §. 29. & dict. Diſſ. IX. §. 168.*

tumvis vitio non carentia ex jure gentium pro juſtis habentur, [g] ita & metus qui tali bello utrinque infertur: [h] Quod ni id placuiſſet, bellis talibus quæ valde ſunt frequentia nec modus, nec finis potuiſſet imponi: [i] quod tamen fieri intereſt humani generis. [k] Et hoc poteſt intelligi jus illud eſſe bellicum quod cum hoſte ſervan-
De off. III. 29. dum ait Cicero, cui & [l] alibi dictum, hoſtem in bello jura retine-
Verr. IV. 55. re, ſcilicet [m] non tantum naturalia, ſed & quædam ex gentium conſenſu orta.

2 [n] Neque tamen hinc ſequitur, eum qui tale quid bello injuſto extorſit, ſalva pietate, ſalvis viri boni officiis, poſſe retinere quod accepit, [o] aut etiam cogere alterum ut ſtet pactis ſive juratis, ſive injuratis. [p] Intus enim, & ipſa rei natura id injuſtum manet: [q] neque interna hæc injuſtitia actus tolli poteſt, niſi ex novo & vere libero conſenſu.

§. XII.

Cæterum quod metum dixi haberi pro juſto qui bello ſolenni infertur, [a] de eo metu intelligi debet quem jus gentium non impro-

g) (Grot.) (ITA ET METUS QUI TALI BELLO UTRINQUE INFERTUR:) Vide dictum ſcriptorem *de compoſitione pacis.*

ADDITIO.

Negamus quædam jure gentium pro juſtis haberi, quæ vitio non carent: Negamus metum qui bello utrioque infertur jure gentium demum juſtum eſſe: Verius eſt metum hunc jure naturæ juſtum eſſe.

„*h*) (QUOD NI ID PLACUISSET BELLIS TALI„BUS &c. NEC FINIS IMPONI POTUISSET:) Ex „hac ipſa ratione apparet hoſti ſervandam eſſe fi„dem non ex placito gentium ſed ex naturæ rati„one, ex medii nimirum neceſſitate; quia alias „læſiones forent immortales, quæ tamen ceſſant „ubi ſatisfactum eſt læſo; eſt autem ſatisfactum „ubi injuria pacto vel transactione remiſſa eſt.

„*i*) (QUOD TAMEN FIERI INTEREST HUMANI „GENERIS:) Imo non ideo quia intereſt generis „humani inter quasdam enim Americæ gentes bel„la ſunt perpetua, neque tamen humani generis „hactenus intereſt: Vera ratio eſt, quod transacti„one remittatur injuria.

„*k*) (ET HOC POTEST INTELLIGI JUS ILLUD „ESSE BELLICUM:) Imo Cicero loquitur de jure „naturæ, non de ficto aliquo jure gentium exter„no quod in bello ſolenni obtineat.

„*l*) (ALIBI:) *Orat. in Verrem IV.*

„*m*) (NON TANTUM NATURALIA SED ET QUÆ„DAM EX GENTIUM CONSENSU ORTA:) Imo tan„tum de naturalibus loquitur: nam jus gentium „voluntarium Ciceroni cognitum non fuit.

„*n*) (EUM QUI TALE QUID BELLO INJUSTO „EXTORSIT SALVA PIETATE &c. POSSE RETI„NERE:) Nam jure gentium ſaltem ad effectus „externos pacta ejusmodi ſervanda eſſe dixit, *n. 1.*

„*o*) (AUT ETIAM COGERE ALTERUM UT STET „PACTIS:) Si ſcilicet id quod promiſſum eſt præ„ſtitum nondum eſt.

„*p*) (INTUS ENIM ET IPSA REI NATURA ID „INJUSTUM MANET:) Id eſt juxta juſtitiam inter„nam, quæ ex jure naturæ eſt, & extra quam „nullam juſtitiam inter gentes agnoſcimus: Vid. „*indicem* voce *juſtitia interna.* Cœterum fruſtra „hæc ab Auctore tractaotur: Supponit enim bel„lum injuſtum eſſe; At paſſim diximus bellum „inter duas ſummas poteſtates nec juſtum nec in„juſtum aſſeri poſſe, quia uterque juſtitiam cauſæ „ſibi tribuit, nec judex inter eos eſt: Adeoque „ſemper inter eos ſervanda ſunt pacta.

„*q*). (NEQUE HÆC INJUSTITIA ACTUS TOLLI „POTEST NISI EX NOVO ET VERE LIBERO CON„SENSU:) Adeoque jure naturæ tunc demum fi„dem hoſti, ex injuſta cauſa bellum gerenti, ſer„vandam eſſe ait, ſi fides illa novo actu & libera „voluntate poſtea ratificetur: At diximus, talia „pacta ſemper ſervanda eſſe, nec novo actu opus „eſſe.

a) (DE EO METO INTELLIGI DEBET, QUEM JUS GENTIUM NON IMPROBAT:) Sic nihil prodeſt extorquenti promiſſio, quam legato capto is extorſit. *Mariana* xxx. [Cap. 12. & 19. Sed exemplum

probat. [b] Nam ſi ſtupri inferendi metu extortum ſit quippiam, aut alio terrore contra datam fidem, verius erit rem conſtitutam intra jus naturale. [c] quia jus gentium ad talem metum ſuam vim non porrigit.

§. XIII.

I. Servandam autem fidem etiam perfidis & nos * in generali tractatione ſupra diximus, & idem docet Ambroſius: quod haud Lib. II. c. XIII.
dubie [a] porrigendum ad hoſtes quoque perfidos quales Pœni, [b] qui- §. 16. Offic. I.
bus 29.

plum non quadrat. Vide Notas noſtras Gallicas *J. B.*]

ADDITIO.

„Dixi (1) Non dari bellum ſolenne ex ſenſu „Auctoris, (2) non dari jus gentium voluntari„um, nedum (3) Verum eſſe eo jure gentium „effectus quosdam tribui externos bellum gerenti„bus: (4) fidem metu bellico extortam etiam ju„re naturæ valere dixi. Certum igitur eſt plane „hic non ſpectari an jus gentium improbet me„tum, an non.

„*b*) (NAM SI STUPRI INFERENDI METU EX„TORTUM SIT QUIPPIAM &c. VERIUS ERIT REM „CONSTITUTAM INTRA JUS NATURALE:) Dixi„mus omnem fidem, quovis metu datam, ſer„vandam jure naturæ eſſe: adeoque etiam eam quæ „metu ſtupri ſit; at alia quæſtio eſt an propter „hanc injuriam agere quis ad reparandum poſſit? „quod affirmamus ſed peculiari actione.

„Equidem jure civili quidem diſtinguitur inter „metum juſtum & injuſtum: ad eum effectum ut „exceptio metus non detur ob metum injuſtum, „nec reſcindatur [illegible]ctum niſi ob metum juſtum: „At jus hoc civil[illegible]ter duas gentes bellum geren„tes allegari nequit. *Vid. ſupra l. 2. c. 11. §. 7. & „c. 12. §. 10.*

„*c*) (QUIA JUS GENTIUM AD TALEM METUM „VIM SUAM NON PORRIGIT:) Dixi jus gentium „non dari, et promiſſum ſtupri metu jure naturæ „valere ac promittentem inde obligari, at quia „cauſa metus ipſo naturæ jure, inter hoſtes quo„que, illicita eſt, ideo ſeparata actione coactus „agere poteſt ad omne id quod intereſt. Adeoque „jus naturæ omnino vim ſuam etiam ad talem me„tum porrigit, ita ut promittens inde obligetur.

„(AD §. XIII.) Auctor ait etiam hoſti perfido „fidem eſſe ſervandam? Quod plenius explicavi„mus *l. 2. c. 13. §. 16. Vid. infr. l. 3. c. 23. §. 12.*

„*) (IN GENERALI TRACTATIONE:) Ubi de „promiſſis juratis in genere egit: *L. 2. c. 13. §. 16.*

a) (PORRIGENDUM AD HOSTES QUOQUE PERFIDOS:) Nam ex eo quod hoſtis delinquit, nobis delinquendi facultas nulla competit.

Neque *obſtat* (1) quod ex delicto hoc hoſtis teneatur ad reparationem: Reſp. Imo remiſiſſe videtur hanc injuriam dum contrahit cum perfido at ideo fidem datam fallere nequit:

Obſtat (2) quod agenti ubique obſtet exceptio non impleti a ſua parte contractus, & quod dolo facere videatur qui petit ex contractu quem ipſe non adimplevit. Reſp. Hoc verum eſt *ſi* promiſſio reſpectum habuerit alterius promiſſionis, quia tunc ineſt conditio, *ſi & tu fidem mihi ſervaveris.* ſecus *ſi* diverſi generis ſunt promiſſa: tunc enim alterius perfidia mihi licentiam non dat delinquendi: *Vid. ſupr. c. 13. § 16.*

Obſtat (3) jus talionis: Sane in alio improbare hoſtis perfidus non poteſt, quod in ſe probat: Idque conſenſu gentium probari videtur: Poeta ait fallere fallentem fraudemque repellere fraude, exemploque licet ludere quemque ſuo.

Conſentire videtur jus civile in *L. 21. c. pact. l. 6. c. transact. l. 7. comm. utr. jud. l. 13. §. 8. Act. emt.* Conf. *Beſold. in Diſſ. de pace c. 6. §. 9. Ayala de jure belli l. 1. c. 6.* Reſp. Vel fides reciproca data eſt ante perfidiam hoſtis, vel poſt: PRIMO caſu diximus diſtinguendum eſſe *an* promiſſio reſpectum habuerit alterius promiſſionis, tunc enim frangi vieiſſim fides poteſt, quia ea ineſt conditio *ſi alter impleverit.* *an* vero diverſi generis ſint promiſſa: tunc recedere a fide data non licere. Neque jure talionis, utpote quod tantum obtinet cum tantundem quis recipit, non ubi tantundem delinquit.

ADDITIO.

„Si gens quædam hoſtilis olim fidem nobis da„tam violavit, (qua perfidiæ nota Carthaginenſes „celebres fuere,) quæritur an talionis jure nos „quoque fidem ipſis datam violare poſſimus? Re„cte hoc negat Grotius, quia ultimum pactum „cum perfido, a ſcientibus talem eſſe initum, „adeoque perfido ex voluntate & conſenſu noſtro „jus quæſitum eſt: quod extra omne dubium con„ſtituitur in allegato exemplo Pœnorum, ubi de „præcedenti perfidia pace transactum fuit.

„Equidem negari nequit, nos id, quod ex pa„cto debemus, retinere poſſe, donec hoſtis id „quod ex præcedenti pacto forte præſtare tenetur, ſi „de eo transactum non eſt, ſolvat, at hoc non infert „perfidiam, ſed ſecuritatem ſaltem nobis paramus.

„Sed & ſi hoſtis noviſſimum pactum a ſua „parte non implet, nec nos ei ſtare tenemur: „mutuo enim conſenſu a conventione receditur.

„*b*) (QUIBUS ROMANI FIDEM SANCTE SERVA-

 „VE-

bus Romani fidem ſancte ſervaverunt. *Senatus non eos quibus hoc*
Lib. VI, c. 6. n. 3. *præſtabatur aſpexit*, ait in hoc argumento Valerius Maximus. Et
Bell. Catil. c. 50. Ed. Waſſ. Salluſtius: *Bellis Punicis omnibus, cum ſæpe Carthaginenſes & in pace & per inducias multa nefanda facinora feciſſent, nunquam ipſi per occaſionem talia fecere.*

Bell. Hiſp. p. 288. Ed. H. Steph. 2. Appianus de Luſitanis fœdifragis, quos Sergius Galba nova pactione deceptos trucidaverat: ἀπιςίᾳ μὲν ἄρα ἀπιςίαν μετιὼν, ἐκ ἀξίως δὲ ῥωμαίων μιμέμενος βαρβάρες: *Perfidia perfidiam ultus contra Romanam dignitatem barbaros imitabatur.* Eoque nomine idem Galba poſtea a Libone tribuno plebis accuſatus eſt: quam rem narrans
Lib. VII c. 1. n. 2 Valerius Maximus, *Miſericordia*, inquit, *illam quæſtionem non æquitas rexit:* (male editur *texit*) *quoniam quæ innocentiæ tribui non poterat abſolutio, reſpectui puerorum data eſt.* Cato in Originibus
Cic. de orat. Lib I. c. 53. & Bruto c. 20. ſcripſerat, [e] niſi pueris & lacrymis uſus eſſet, pœnas eum daturum fuiſſe.

§. XIV.

Sed ſimul ſciendum eſt, [a] duobus modis fieri poſſe ut quis a perfidia vacet, nec tamen id faciat quod promiſſum eſt, [b] defectu ſcilicet conditionis, & [c] per compenſationem. [d] Defectu conditionis non vere liberatur promiſſor, ſed eventus oſtendit nullam eſſe obligationem, ut [e] quæ non niſi ſub conditione contracta erat. Et huc referendus caſus, [f] ſi prior alter non implerit quod ex ſua parte implere tenebatur. Nam unius ejuſdemque contractus capita ſingula

„VERUNT:) Quia fides ut perfidis data, eoque in„juria & vindicta remiſſe erat.

„e) (NISI PUERIS ET LACRYMIS USUS ESSET:) „C. Sulpitii Galli hominis gratioſi ad plebem, fi„lio, pupillo ſuo, & duobus parvis ſuis, quorum „ſe, tanquam in procinctu teſtamentum faceret, „ſine libra & tabulis Pop: Rom: inſtituere tu„torem orbitati dicebat; atque hi fletu ſuo popu„lum moverunt. *Gron. h.*

„a) (DUOBUS MODIS FIERI POSSE UT QUIS A „PERFIDIA VACET, NEC TAMEN ID FACIAT „QUOD PROMISSUM EST:) Minus proprie dicitur „his caſibus eum quis non facit id quod promiſ„ſum eſt, *a perfidia vacare &c.* Nam primo ca„ſu in hunc eventum nihil promiſſum eſt, adeo„que fruſtra de perfidia quæritur, in ſecundo caſu „impletur promiſſum dum tantundem præſtatur, „adeoque ei cui promittitur nihil abeſt.

„b) (DEFECTU SCILICET CONDITIONIS:) Si „quis non ſimpliciter promiſit, ſed ſub certa con„ditione, quæ poſtea deficit, in hunc caſum nihil „promiſſum eſt, adeoque nihil eſt quod præſtari „debeat.

„c) (PER COMPENSATIONEM:) Si is cui ego „promiſi, viciſſim mihi tantundem debet ex alia „cauſa. Vide *indicem* voce *compenſatio Add. §.* „*ſeq.*

„d) (DEFECTU CONDITIONIS NON VERE LI„BERATUR PROMISSOR:) Quia nunquam obliga„tus fuit deficiente conditione.

„e) (QUÆ NON NISI SUB CONDITIONE CON„TRACTA ERAT:) Adeoque effectum nunquam „habuit, conditione quippe deficiente.

„f) SI PRIOR ALTER NON IMPLERIT QUOD „EX SUA PARTE IMPLERE TENEBATUR:) Imo „hic caſus huc non pertinet, Neque hic ulla con„ditio ſubeſt: Sed vera ratio cur alter quoque re„ſilire e pacto abſque perfidia poſſit, ſi unus ſta„re nolit, hæc eſt, quod cum neuter implere pro„miſſa velit, communi conſenſu recedunt, eo„que liberentur ab obligatione ſemel rite con„tracta.

„g)

alia aliis ineſſe videntur per modum conditionis, [h] quaſi expreſſum eſſet, hæc ita faciam ſi & alter faciat quæ promiſit. Ideo [i] Tullus Albanus reſpondens, *Deos teſtes facit*, [k] *uter prius populus res repetentes legatos aſpernatus dimiſerit, ut in eum omnes expetant clades belli.* [l] *Nam tenebitur pro ſocio*, ait Ulpianus, [m] *qui ideo renunciavit, quia conditio quædam qua ſocietas erat inita ei non præſtatur.* [n] Hanc ob cauſam quoties alia mens eſt, ſolet diſerte poni, ut ſi contra hanc aut illam partem quid fiat [o] cætera non eo minus rata maneant. *Apud Liv. I. 22.* *L. 14. D. pro ſocio.*

§. XV.

[a] Compenſationis originem alibi indicavimus, cum diximus nos ſi quod noſtrum eſt, aut quod nobis debetur, conſequi aliter non *Lib. II, c. VII, § 2.*

„*g*) (ALIA ALIIS INESSE VIOENTUR PER MODUM CONOITIONIS:) Hoc jam refutavimus; „uterque pure ex hoc pacto obligatur: Si vero „unus reſilit ab articulo pacti, recedit quoque a „reliquis qui reſpectum ad illum articulum habeot: „adeoque alter quoque reſilire poteſt ab eodem „non tantum articulo, ſed ab omnibus, qui arti„culo illi certo reſpectu inſunt: Non ob defectum „conditionis, quæ oon eſt, ſed ob mutuum diſ„ſenſum. *Vid. c. 20. §. 35.*

„*h*) (QUASI EXPRESSUM ESSET HÆC ITA FA„CIAM SI ET ALTER &c.) Figmentum hoc eſt, „quod ex præcedentibus deſtruitur.

„*i*) (TULLUS:) Apud *Liv. l. 1. c. 22.*

„*k*) (UTER PRIUS POPULUS:) Hic non de pa„cto agitur, ſed de mutua violatione legatorum „quod an jure talionis fieri poſſit, alibi vidimus.

„*l*) (NAM TENEBITUR PRO SOCIO, AIT ULPI„ANUS:) Pro *nam* lege *non.* Vid. Ulpianus *in l.* „*14. ff. pro ſocio.*

„*m*) (QUI IDEO RENUNCIAVIT, QUIA CONDI„TIO QUÆOAM:) Recte: dum enim alter condi„tiooem non præſtat, alter vero ſocietati renun„ciat mutuo conſenſu recedere a ſocietate viden„tur.

„*n*) (HANC OB CAUSAM:) Scilicet ut elidatur „illa difficultas, quod ouo articulo rupto alter „quoque recedere poſſit.

„*o*) (COETERA NON EO MINUS RATA MANE„ANT:) De qua quæſtione late alibi egimus.

(AO §. XV.) Alter modus quo fieri poteſt ut quis a perfidia vacet, nec tamen id facit quod promiſſum eſt, Authori eſt *compenſatio*: At hic quoque verum noo eſt quod Auctor ſtatuit, non fieri quod promiſſum eſt: Nam qui compenſat revera alteri ſatisfacit, & ipſo jure tollitur debitum, nihil enim alteri amplius abeſt neque promittens plus ſuo habet.

a) (Grot.) (COMPENSATIONIS ORIGINEM ALIBI INOICAVIMUS:) *Tertullianus* Scorpiaco: *nulli compenſatio invidioſa eſt, in qua aut gratiæ aut injuriæ communis eſt ratio.* (Cap. 6.)

ADDITIO.

„Principia Grotii hæc ſunt: Supponit in pri„mævo rerum ſtatu omnia fuiſſe communia, & do„minia rerum facto demum hominum (nimirum „diviſione & accedente tacito hominum conſen„ſu occupatione) introducta eſſe.

„Introducto autem dominio ſequi, ait, ex ipſa „dominii vi ac natura, id eſt ex juſtitia expletri„ce, ut ſi rem ipſam quæ mea fuit conſequi non „poſſum, aliud tantuodem valens accipiam ab eo „qui rem meam detinet, vel eam mihi debet, „quia morali æſtimatione idem eſt: *L. 2. c. 7. §.* „*2. n. 1.* neque enim me juris mei explementum „conſequi, niſi tantundem accipiam. *ibid.*

„Atque hinc compenſationem originem capere „ait *hoc. §. 15.* Si enim pro eo quod noſtrum eſt, „tantundem in re quavis accipere poſſumus, mul„to magis poſſumus id quod jam penes nos eſt ſi„ve corporale ſit, ſive incorporale, retinere: Uo„de concludit, nos id quod alii debemus com„penſare poſſe cum eo quod alius nobis debet, ſi „non amplius valet quam res noſtra: *d. §. 15.*

„Compenſationem ergo Grotius deducit ex lege „naturæ, ſed ex lege naturæ pro certo rerum ſtatu, „quod ſequitur introducto dominio: *d. c. 7. §. 2. n. 1.*

„At ſæpius jam dictum eſt verum non eſſe (1) „in primævo rerum ſtatu omnia fuiſſe communia „& (2) dominia facto demum hominum intro„ducta eſſe: Sunt enim a primæva natura, (3) „Verum non eſt, compenſationem tunc demum lo„cum habere, cum aliter rem meam conſequi „non poſſum: ea enim locum habet, etſi actione „rem meam facili via conſequi poſſim.

„Vera igitur ratio compenſationis hæc eſt: „Naturali jure debitor A ideo obligatur credito„ri B. quia ille aliquid alieni in bonis ſuis habet „quod

non poſſumus ab eo qui noſtrum habet, aut nobis debet, [b] tantundem in re quavis accipere poſſe: [c] unde ſequitur, ut multo magis poſſimus id quod penes nos eſt, [d] ſive corporale eſt, ſive incorporale retinere. Ergo quod promiſimus [e] poterit non præſtari, ſi non amplius valet quam res noſtra quæ ſine jure eſt penes alterum. [f] Seneca libro de beneficiis ſexto: *Sic debitori ſuo creditor ſæpe damnatur, ubi plus ex alia cauſa abſtulit quam ex credito petit. Non tantum inter creditorem & debitorem judex ſedet qui dicat pecuniam credidiſti. Quid ergo? agellum quem non emeras poſſides: æſtimatione facta debitor diſcede qui creditor veneras*

§. XVI.

[a] Idem erit [b] ſi ex alio contractu is qui cum negotium eſt plus aut

„quod huic deeſt, & quod proinde huic tribuere „tenetur.

„Tota hæc obligationis ratio ceſſat, ſi creditor „B. viciſſim tantundem debet debitori A. Tunc „enim revera neuter vel plus vel minus ſuo in „bonis habet, ſed utrique plene ſatisfactum eſt.

„At requiritur (1) ut debitum utrinque ſit *li-„quidum*; ſane ſi alter neget ſe debere nec de ve-„ritate debiti conſtet, creditor alter per compen-„ſationem non acciperet tantundem id eſt æque „liquidum; (2) ut eadem quantitas debeatur, id eſt „ut res ſit fungibilis, Nam in his demum ſingulæ „partes ſunt æquales æſtimatione, adeoque in his „tantum rebus tantundem reſtitui poteſt. In omni-„bus aliis rebus partes ſunt inæquales, adeoque ex „ſola quantitate res cum alia re comparari nequit. „Sane allegare debitor non poteſt creditori ſatis „factum eſſe qui negat ſe eandem æſtimationem „recipere.

„Atque hæc principia juris naturalis in jus Ro-„manum ſunt tranſlata: *Vid. jus meum controv.* „*tit. de Reb. cred. quæſt.* 14. & 55.

„Bene autem a *compenſatione* diſtinguendum „eſt jus *retentionis*: Hoc enim etiam in illiquidis „& rebus diverſi generis obtinet; Quia ſecuritatis „ſaltem gratia, usque dum id quod alter viciſſim „debet plene probatum fuerit, vel æſtimatio officio „judicis peracta fuerit, res vel debitum retinetur: „Hinc præſtita cautione jus illud retentionis lo-„cum non habet: toto ergo cœlo retentio differt „a compenſatione.

„*b*) (TANTUNDEM IN RE QUAVIS ACCIPERE „POSSE:) Nam ex hypotheſi Grotii lege naturæ, „quæ ex ipſa dominii natura ac vi ſequitur, ali-„enatio fit quoque expletione juris, id eſt ſi tan-„tundem accipio *L.* 2. *c.* 7. *§.* 2. *n.* 1.

„*c*) (UNDE SEQUITUR UT MULTO MAGIS POS-„SIMUS ID QUOD PENES NOS EST.) Imo hæc „non eſt ratio compenſationis ſed ea quam modo „allegavimus.

„*d*) (SIVE CORPORALE EST SIVE INCORPORA-„LE:) Compenſatio ob quodvis debitum fieri pot-„eſt ſive ex contractu ſive ex delicto oriatur modo „liquidum utrinque, & quantitas debita ſit: Sane „injuria tunc non eſt in eo qui paratus eſt præſta-„re, ſi & alter præſtet, ſed in eo qui id quod æqua-„liter debet viciſſim præſtare nequit.

„*e*) (POTERIT NON PRÆSTARI, SI NON AM-„PLIUS VALET:) Pro præſtito enim habetur ſi al-„ter tantundem debet, tunc enim nec alteri ali-„quid abeſt, nec alter plus ſuo habet.

f) (Grot.) (SENECA LIBRO DE BENEFICIIS VI.) Cap. 4.

„*g*) (AGELLUM QUEM NON EMERAS POSSI-„DES &c.) Magis huc pertinent, quæ præmiſit „Seneca: *pecuniam aliquis mihi credidit, ſed do-„mum meam incendit, penſatum eſt creditum dam-„no, nec reddidi illi, nec tamen debeo*: Hæc autem „intelligenda ſunt ex ſenſu juris Romani, ſi is qui „damnum paſſus eſt pecuniariter agit, & quan-„titas definita eſt, tunc enim hic compenſationem „opponere poteſt, *L.* 10. *§.* 2. *ff. comp.* Extra hunc „caſum ſi creditor exigit debitum, non poteſt ei „a debitore opponi tu tantundem mihi debes, quia „ſervum occidiſti, pecus abegiſti &c. domum in-„cendiſti, & creditor vel neget factum, vel neget „tantundem damni datum eſſe: Sane ipſe Seneca „fatetur hoc caſu *æſtimatione* opus eſſe: quæ ſup-„ponit de quantitate non conſtare. Poteſt igitur „creditor debitum liquidum interim exigere: Sed „& in genere notandum Senecam inſignem fuiſ-„ſe philoſophum, at juris prudentiæ parum peri-„tum.

„(AD §. XVI.) Grotius in §. præcedenti egit „de retentione rei alienæ pro re noſtra quam alius „penes ſe habet. Hic agit de retentione rei alienæ „pro debito, quod is, cujus res penes me eſt, ex „alio contractu mihi debet.

„*a*) (IDEM ERIT:) Id eſt poſſumus id quod pe-„nes nos eſt, reetinere.

„*b*) (SI EX ALIO CONTRACTU IS QUI CUM „NEGOTIUM EST PLUS AUT TANTUNDEM DE-BET:)

aut tantundem debet, [c] idque ego aliter conſequi non valeo. In foro quidem, ut [d] idem Seneca ait, [e] actiones quædam ſeparantur, nec confunditur formula: ſed illa exempla, ut ibidem dicitur [f] certis legibus continentur, quas neceſſe eſt ſequi: [g] lex legi non miſcetur: eundum eſt qua ducimur. [h] Jus gentium iſta diſcrimina non agnoſcit, [i] ubi ſcilicet alia juris ſui obtinendi ſpes non eſt.

§. XVII.

[a] Idem dicendum erit ſi qui promiſſum urget [b] non contraxerit, ſed damnum dederit. [c] Seneca ibidem. [d] *Colonum ſuum non tenet,* [e] *quamvis tabellis manentibus, qui ſegetem ejus proculcavit, qui ſuccidit arbuſta, non quia recipit quod pepigerat,* [f] *ſed quia ne reci-*

„BET:) Verum hoc eſt, poſitis terminis habilibus ſi nimirum debitum utrinque eſt liquidum & res ejusdem ſiut generis.

„c) (IDQUE EGO ALITER CONSEQUI NON VALEO:) Imo etſi aliter conſequi valeam: nam ipſo jure tollitur obligatio ex rationibus ante allegatis.

d) (Grot.) (IDEM SENECA.) Eodem libro, capitibus 6. & 7.

„e) (ACTIONES QUÆDAM SEPARANTUR:) Ita ſunt diverſæ ut compenſari nequeant: Sed ſeparatim invicem inſtitui debent: At hoc verum tantum eſt ubi vel illiquidæ ſunt vel ubi de æſtimatione certatur, adeoque ubi non conſtat an tantundem ſit id quod debetur: idque jurisquoque naturalis eſt.

„f) (CERTIS LEGIBUS CONTINENTUR:) Sed hæ leges ratione naturali nituntur.

„g) (LEX LEGI NON MISCETUR EUNDUM EST QUA DUCIMUR:) Id eſt cum ex unoquoque negotio tum depoſiti tum furti (nam de iis agitur) propria & ſeparata actio detur legibus, non poteſt depoſitum cum furto nec contra conpenſari, uti id ipſe explicat *depoſitum habet actionem propriam tam me hercule quam furtum. d. c. 6.* At ſtatim jam demonſtrabimus hæc diſcrimina non ex ineptiis juriſconſultorum, ſed ex ipſa ratione naturæ originem trahere.

„h) (JUS GENTIUM ISTA DISCRIMINA NON AGNOSCIT:) De jure gentium voluntario id fateor, quia tale non agnoſco: At de jure gentium, quod & naturale eſt, id nego: Tota enim ratio compenſationis in eo conſiſtit, quod is, a quo ex pacto rem fungibilem peto, mihi ſolutionis loco aſſignare poſſit id quod viciſſim ei debeo, & quod tantundem eſt. Hoc enim caſu alteri nihil abeſt, nec ego plus meo habeo.

„Quoties igitur (1) res non ſunt ejusdem generis, nec (2) ejusdem bonitatis vel (3) nec certo ac liquide debentur: nec natura compenſatio fit, ſed unuſquisque ſeparata actione agit.

„Atque huc pertinet exemplum quod Liberalis propoſuit apud Senecam *d. l. 6. c. 5. in fin. Si qui apud me pecuniam depoſuerit idem mihi poſtea furtum fecerit:* Hoc caſu ſeparatæ actiones obtinent, nec is qui pecuniam depoſitam habet furtum cum depoſito compenſare poteſt: quia res furto ablata non eſt ejusdem generis, & non ſtatim apparet quid quale & quantum debeatur, examinari igitur prius furtum, & res æſtimari debent &c. Non ergo is qui ex depoſito agit repelli poteſt exceptione, *tu mihi ex furto debes,* quia nondum conſtat an tantundem fur debeat neque id certum aut liquidum eſt, adeoque aſſeri nequit furi nihil abeſſe, & depoſitario præciſe tantundem deberi.

„i) (UBI SCILICET ALIA JURIS SUI OBTINENDI SPES NON EST:) Jus naturæ omnino agnoſcit iſta diſcrimina etſi alia juris ſui obtinendi ſpes ſit, quia ſi utrinque liquidum eſt debitum compenſando neuter plus ſuo habet, neutri aliquid abeſt. Eoque jus ſuum cuique tribuitur.

„a) (IDEM DICENDUM ERIT:) Id eſt ut id quod penes nos eſt retinere poſſimus.

„b) (NON CONTRAXERIT SED DAMNUM DEDERIT:) Imo compenſatio tunc locum non habet, quia non idem genus nec eadem quantitas debetur nec debitum utrinque certum eſt.

c) (Grot.) (SENECA IBIDEM:) Dicto cap. 4.

„d) (COLONUM SUUM NON TENET:) Id eſt non agere cum effectu contra conductorem poteſt ut ille mercedem promiſſam ſolvat.

„e) (QUAMVIS TABELLIS INTEGRIS:) Id eſt etſi inſtrumentum locationis producatur.

„f) (SED QUIA NE RECIPERETUR EFFECIT &c.) Adeoque locator, proculcando v. g. ſegetem, effecit, ne conductor fructus ex re locata percipiat.

„Equidem compenſatio hic locum non habet: nam a parte locatoris certum eſt debitum ex Tabulis, & conſtat quid quale & quantum debeatur, at a parte conductoris debitum, in primis ſi locator id neget, *certum* non eſt: Et ſi de damno in genere dato conſtaret, nondum tamen

reciperetur effecit. Mox alia addit exempla: [g] *Pecus abegiſti, ſervum ejus occidiſti.* [h] Deinde: [i] *licet me comparare inter ſe quantum profuerit mihi quiſque aut quantum nocuerit, & tum pronuntiare utrum plus debeatur mihi, an debeam.*

§. XVIII.

Poſtremo [a] & quod ex pœna debetur ei quod promiſſum eſt,
Cap. 5. poteſt contribui, quod [b] eodem loco late explicatur: [c] *Et beneficio gratia debetur, & injuriæ ultio; nec ego gratiam illi debeo, nec*
Cap. 6. *ille mihi pœnam:* [d] *alter ab altero abſolvimur,* [e] mox: [f] *comparatione facta inter ſe beneficii & injuriæ,* [g] *videbo an etiam ultra mihi debeantur.*

§. XIX.

1. Sed ſicut ſi quid inter litigantes convenerit, ei quod promiſſum eſt [a] opponi lite manente non poterit, aut actio de qua lis erat,

„conſtat quid quale & quantum debeatur, adeo„deficit eadem *quantitas* & idem *genus*, eoque „& compenſatio: At ſi locator non ſit ſolvendo „vel retineri vel deponi pecunia, vel cautio loca„tori præſtari debet.

„*g*) (PECUS ABEGISTI SERVUM EJUS OCCI„DISTI:) Tota compenſationis ratio hic ceſſat, „res utrinque nec ejuſdem generis nec ejuſdem bo„nitatis eſt, adeoque ſeparata actione quiſque jus „ſuum perſequi debet.

h) (Grot.) (DEINDE:) Dicto cap. 6.

„*i*) (LICET ME COMPARARE INTER SE:) Hoc „exemplum pertinet, ad diſciplinam Ethices: „Nam Auctor proponit caſum ubi quis beneficium „in me contulit, & poſtea injuriam fecit, & quæ„rit, an ſeparatæ hinc oriantur actiones, ita ut „illi reddere beneficium tenear, ille pœnam mi„hi debeat, an vero beneficium & injuria compen„ſentur *Sen. l. 6. de benef. c. 5.* Liberalis prius „negabat, & ſeparationem actionis inter inepti„as Juriſconſultorum referebat Seneca *in c. 6.* dubio „huic reſpondet legibus id conſtitutum eſſe in debi„tis juris, quas neceſſe eſſet ſequi; at *beneficium* de „quo quæſtio propoſita erat, nulli legi ſubjectum „eſſe, & a ſolo arbitrio ejus dependere, qui be„neficium accepit: indeque eum æſtimare an in„juria accepta tanti ſit, ut eum liberet ab ἀντιδώρῳ: „Apparet igitur hic non eſſe mutuum debitum, „(alter enim qui injuriam mihi fecit, non habet „actionem ex beneficio mihi ante dato,) adeoque „fruſtra de compenſatione quæri.

„*a*) (ET QUOD EX POENA DEBETUR EI QUOD „PROMISSUM EST POTEST CONTRIBUI:) Verum „hoc eſt ſi id quod ex pœna debetur eſt certum & „liquidum, uti ſi pœna pecuniaria decreta eſt *l.* „*10. §. 2. ff. compenſ.*

„*b*) (EODEM LOCO:) *Sen. de benef. l. 6. c. 5. pr.*

„*c*) (ET BENEFICIO GRATIA DEBETUR:) Dixi „in §. præced exemplum hoc huc non pertinere, „gratia quæ ex beneficio debetur non eſt debitum „juris, ſed ſola pœna injuriæ: adeoque cum mu„tua hic debita non ſint, leges compenſationis hic „applicari non poſſunt.

„*d*) (ALTER AB ALTERO ABSOLVIMUR:) Ju„re naturæ id verum non eſt, non enim mutuum „hic ſubeſt debitum.

„*e*) (MOX:) *d. l. 6. c. 6.*

f) (Grot.) (COMPARATIONE FACTA:) Eodem cap. 6.

„*g*) (VIDEBO:) Adeoque is qui beneficium & „injuriam ab altero accepit, expendit, an ob ac„ceptum beneficium injuriæ vindictam remittere „debeat? quod plane ad compenſationis materi„am non pertinet.

(AD §. XIX.) Quæritur *an uti inter privatos ita & in bello inter duas ſummas poteſtates poſſit fieri compenſatio?* Reſp. ſi promiſſum quid ſit bello vel lite durante non poteſt penſari cum eo de quo lis eſt: Verum ſi liquida ſint, poteſt: quia jure naturæ non ſpecies ſed æs & æſtimatio inſpicitur *Vid. ſupr.* §. 7. Si proinde invicem tantundem debent, neuter plus ſuo habet.

„*a*) (OPPONI LITE MANENTE NON POTERIT, „AUT ACTIO DE QUA LIS ERAT &c.) Ponamus „Cajum promiſiſſe Sejo 100. & cum Sejus nega„ret ſolutionem, cauſam in judicium deductam „eſſe: Pendente lite Sejus ex alia cauſa promittit „ſe Cajo 100 daturum. quæritur an Sejus 100 hæc, „cum illis 100 quæ in lite ſunt, compenſare poſ„ſit? Negatur quia 100 quæ in lite ſunt, non ſunt „liquida, quia de illis adhuc diſceptatur: adeoque „Cajus non acciperet tantundem.

b)

erat, [b] aut litis damna & impenſæ, ita nec manente bello compenſari poterit aut id unde ortum eſt bellum, aut [c] quidquid bellico gentium jure fieri ſolet. [d] Negotii enim natura, ne nihil actum ſit, oſtendit conveniſſe ſepoſitis belli controverſiis; [e] nam alioqni nulla eſſet pactio quæ non poſſet eludi: nec forte male huc aptem quod [f] apud eundem quem jam laudavi aliquoties Senecam eſt: *Nullam excuſationem receperunt (majores) ut homines ſcirent fidem utique præſtandam. Satius enim erat* [g] *a paucis etiam juſtam excuſationem non accipi, quam ab omnibus aliquam tentari.*

2. [h] Quæ ergo ſunt quæ compenſari cum eo quod promiſſum eſt poterunt? nimirum [i] ſi quid alter, quamvis ex alio contractu, inter bellum initio debet: [k] ſi damnum dedit intra induciarum tempora: [l] ſi legatos violavit; [m] aut aliud quid fecit quod inter hoſtes jus gentium damnat.

3. Obſervandum tamen [n] ut inter easdem perſonas fiat compenſatio

„b) (AUT LITIS DAMNA ET EXPENSÆ:) Cum enim cauſa ipſa adhuc in lite ſit, nondum certum aut liquidum eſt, an damna & expenſæ litis debeantur, adeoque compenſari cum novo debito certo & liquido non poſſunt.

„c) (QUICQUID BELLICO GENTIUM JURE FIERI POTEST:) Adeoque hoſtis qui debitor eſt non poteſt debitum compenſare cum damnis quæ occaſione belli inferuntur: nam id quoque in lite eſt an damna durante bello data reparari debeant: adeoque illiquidum cum liquido compenſari nequit.

„d) (NEGOTII ENIM NATURA, NE NIHIL ACTUM &C. SEPOSITIS BELLI CONTROVERSIIS:) Vera ratio eſt, quia antiquum debitum quod hoſtis compenſare vult, liquidum non eſt, cum bello de eo diſceptetur: hoſtis igitur qui durante bello cum hoſte contrahit, belli controverſiam ſepoſuiſſe videtur.

„e) (NAM ALIOQUI NULLA PACTIO ESSET QUÆ NON POSSET ELUDI:) Quia hoſtis ei qui ex nova promiſſione agit, ſemper opponere poſſet, tu mihi debes ex cauſa ob quam bellum gerimus, ſive rem, ſive damna, ſive expenſas.

f) (Grot.) (APUD EUNDEM, QUEM JAM LAUDAVI ALIQUOTIES, SENECAM EST:) De Benef. VII, 16.

ADDITIO.

„Nihil aliud ex hoc Senecæ loco elicitur quam fidem datam eſſe ſervandam & legislatores nullam exceptionem ideo accipere.

„g) (A PAUCIS ETIAM JUSTAM EXCUSATIONEM NON RECIPI:) Imo non eſt juſta excuſatio ſi debitor creditori opponeret, ego pecuniam incendio perdidi, adeoque eam tibi reddere non poſſum; (de tali caſu loquitur, Seneca) Nam res perit ſuo domino.

„h) (QUÆ ERGO SUNT QUÆ COMPENSARI CUM EO QUOD PROMISSUM EST POTERUNT?) In genere dicendum, quoties res ejusdem generis liquido invicem debentur.

„i) (SI QUID ALTER, QUAMVIS EX ALIO CONTRACTU INTER BELLUM INITIO DEBET:) Adeoque ſi durante bello, & cauſa, adhuc controverſa, hoſtes qua hoſtes ſibi mutuo quædam promiſerunt, vel ex aliis cauſis invicem debent, compenſatio locum habet ſi utrinque liquidum eſt debitum & ejusdem generis.

„k) (SI DAMNUM DEDERIT INTRA INDUCIARUM TEMPORA:) Imo hoc caſu non tantum per compenſationem retinere debitum poteſt, ſed ob violatas inducias, novamque inde datam belli cauſam, prædæ loco id retinere poteſt ſalvo eo quod ſibi debetur.

„l) (SI LEGATOS VIOLAVIT:) Idem hic dicendum, vel compenſare poteſt ſi vult debitum, vel jure prædæ id retinere, ob novam hanc injuriam.

„m) (AUT ALIUD QUID FECIT QUOD INTER HOSTES JUS GENTIUM DAMNAT:) Rectius quod jus naturæ damnat, uti ſi jus quod etiam hoſti tribui debet violetur: At tunc læſum jure prædæ retinere debitum poſſe, diximus.

„n) (UT INTER EASDEM PERSONAS FIAT COMPENSATIO:) Id eſt inter mutuos debitores *l. 2. ff. l. 4. c. de comp.* cujuscunque ſexus, ætatis & conditionis. *Laut. comp. p. 270.* tunc enim denum dici poteſt ei qui a me petit ſatisfactum „eſſe

ſatio, *o* ac ne jus tertii cujusquam lædatur; *p* ita tamen ut ſubditorum bona pro eo *quod civitas debet jure gentium obligata intelligantur, ut *q* alibi diximus:

Libro III, c. II, §. 2.

4. Addamus & hoc, *r* generoſi eſſe animi ſtare fœderibus etiam poſt aliquid injuriæ acceptum: quo nomine ſapiens Indus Iarchus laudabat regem, qui læſus a vicino fœderato, ὐ παρέλυσε τὺς ὅρκυς, ὕτω βεβαίως ὀμωμοκέναι φήσας, ὡς μηδὲ ὁπότε ἠδικεῖτο λυπεῖν αὐτόν: *non diſceſſit a jurata fide s ajens tam ſancte ſe juraſſe ut alteri ne poſt acceptam quidem injuriam nociturus eſſet.*

Philoſt. lib. III, c. 9 (cap 20. Ed. Olear.)

5. Quæ vero de fide hoſtibus data incidere ſolent quæſtiones, ferme omnes ſolvi poſſunt, *t* ſi adhibeantur regulæ ſupra traditæ cum de vi, *u* cum quorumvis promiſſorum, *w* tum ſpeciali jurisjurandi, *x* fœderis ac ſponſionum *y* & de regum jure ac obligatione, *z* deque ambiguis interpretandis diſſertavimus. Tamen ut & antedictorum uſus ſit manifeſtior, & ſiquid præterea controverſi eſt diſcutiatur, *aa* ſpecialium quæſtionum frequentiores atque illuſtriores attingere non pigebit.

Lib. II. c XI XIII. XV. XVI

CAP.

„eſſe, ſi is tantundem a me in ſuis bonis habet: „quæ ratio ceſſat, ſi non is ſed tertius mihi debet, „v. g. creditoris mei filius, uxor, pupillus &c. „*Laut p. 271.* Secus ſi ſint creditoris mei credi„tores, *Vid. Jus meum controv. tit. de obligat.* „*q. 7.*

„*o*) (AC NE JUS TERTII CUJUS QUAM LÆDA„TUR:) Partes enim ſuo facto jus tertio quæſi„tum auferre non poſſunt.

„*p*) (ITA TAMEN UT BONA SUBDITORUM:) „Hoc non ſit per compenſationem, ſed jure pi„gnoris; non tollitur hic debitum, uti in com„penſatione, ſed manet, & in ejus ſecuritatem „retinetur res capta donec ſatisfiat.

„*) (QUOD CIVITAS JURE GENTIUM OBLIGA„TA INTELLIGATUR:) Imo id non ex jure genti„um demum, ſed ex ipſa ratione naturali ſequitur.

„*q*) (ALIBI:) *L. 3. c. 2. §. 2.*

„*r*) (GENEROSI ESSE ANIMI STARE FOEDE„RIBUS ETIAM POST ALIQUID INJURIÆ ACCE„PTUM:) Hoc virtutis eſt non juris: adeoque „huc non pertinet.

„*s*) (AJENS TAM SANCTE SE JURASSE:) Pi„etatis hoc eſt, non neceſſitatis.

„*t*) (SI ADHIBEANTUR REGULÆ SUPRA TRA„DITÆ:) Quas tamen ſæpius fallere in ipſa tracta„tione vidimus.

„*u*) (TUM QUORUMVIS PROMISSORUM:) De „quibus *l. 2. c. 11. & 12.*

„*w*) (TUM SPECIALI JURISJURANDI:) De quo „*L. 2. c. 13.*

„*x*) (FOEDERIS AC SPONSIONUM: *L. 2. c. 15.*

„*y*) (ET DE REGUM JURE AC OBLIGATIONE:) „*L. 2. c. 14.*

„*z*) (DEQUE AMBIGUIS INTERPRETANDIS:) *L.* „*2. c. 16.*

„*aa*) (SPECIALIUM QUÆSTIONUM FREQUENTI„ORES:) Hinc (1) tractat de fide data qua bellum „finitur *c.* 20. (2) de fide data manente bello, uti „tempore induciarum &c. *c.* 21. (3) de fide a du„cibus belli data, *c.* 22. (4) de fide a privatis data „in bello. *c.* 23. (5) de fide tacita *c.* 24.

An

CAPUT XX.

De fide publica qua bellum finitur, ubi de pacis pactione, de ſorte, de certamine condicto, de arbibitrio, deditione, obſidibus, pignoribus.

I. *Fidei inter hoſtes diviſio ad ordinem ſequentium.*
II. *Pacem facere in regio ſtatu eſſe regis.*
III. *Quid ſi rex ſit infans, furioſus, captivus, exſul?*
IV. *In procerum aut populi ſtatu jus pacis faciendæ eſſe penes plures.*
V. *Quomodo imperium, aut pars imperii, aut regni bona, pacis cauſa valide alienentur.*
VI. *Quatenus ex pace per regem facta populus aut ſucceſſores teneantur.*
VII. *Res ſubditorum pace concedi poſſe ob utilitatem publicam, ſed cum onere damni reſarciendi.*
VIII. *Quid de rebus jam bello amiſſis.*
IX. *Non diſtingui hic inter quæſita jure gentium & jure civili.*
X. *Utilitatem publicam apud externos pro probata haberi.*
XI. *Regula generalis in pace interpretanda.*
XII. *In dubio credi conventum ut res maneant quo ſunt loco, quod quomodo accipiendum.*
XIII. *Quid ſi convenerit ut reſtituantur omnia in eum ſtatum, quo ante bellum fuerant?*
XIV. *Tunc, qui ſui juris cum eſſent ſponte ſe alicui ſubjecerunt, non reddi.*
XV. *Damna bello data remiſſa in dubio cenſeri;*
XVI. *Non etiam quæ, ante bellum privatis debebantur.*
XVII. *Pœnas etiam ante bellum publice debitas in dubio, remiſſas cenſeri.*
XVIII. *Quid de jure privatorum ad pœnas?*
XIX. *Jus quod ante bellum publice obtendebatur, ſed controverſum erat, facile cenſeri remiſſum.*
XX. *Capta poſt pacem reddenda.*
XXI. *De pacto reddendarum rerum, quæ bello captæ ſunt, regula quædam.*
XXII. *De fructibus.*
XXIII. *De nominibus regionum.*
XXIV. *De relatione ad pactum antecedens: & de eo per quem ſtetit.*
XXV. *De mora.*
XXVI. *In dubio interpretationem faciendam contra eum qui leges dedit.*
XXVII. *Diſtinguuntur, novam bello cauſam præbere, & pacem rumpere.*
XXVIII. *Quomodo rumpatur pax faciendo contra id quod omni paci ineſt:*
XXIX. *Quid ſi ſocii vim intulerint?*
XXX. *Quid ſi ſubditi: & quomodo eorum factum approbatum cenſeri debeat?*
XXXI. *Quid ſi ſubditi alii militent?*
XXXII. *Quid ſi ſubditis nocitum ſit ubi diſtinctio adhibetur.*
XXXIII. *Quid ſi ſociis? ubi item diſtinguitur:*
XXXIV. *Quomodo rumpatur pax faciendo contra id quod in pace dictum eſt.*
XXXV. *An facienda diſtinctio capitum pacis.*
XXXVI. *Quid ſi pœna ſit adjecta?*
XXXVII. *Quid ſi neceſſitas obſtiterit?*
XXXVIII. *Pacem manere, ſi id velit is qui læſus eſt.*
XXXIX. *Quomodo rumpatur pax faciendo contra id quod eſt de ſpeciali natura cujusque pacis.*
XL. *Amicitiæ nomine quid veniat?*
XLI. *Subditos & exſules recipere an contra amicitiam ſit.*
XLII. *Sorte quomodo bellum finiatur.*
XLIII. *Quomodo condicto certamine, & an id licitum.*
XLIV. *An factum regum populos hic obliget.*
XLV. *Quis victor cenſendus.*
XLVI. *Quomodo per arbitrium finiatur, bellum & arbitrium hic intelligi ſine provocatione.*
XLVII. *Arbitros in dubio intelligi adſtrictos juri:*
XLVIII. *Arbitros de poſſeſſione pronuntiare non debere.*
XLIX. *Quæ ſit vis deditionis puræ.*
L. *Quod officium victoris circa eos qui ſic ſe dedunt.*
LI. *De deditione conditionata.*
LII. *Obſides dari qui poſſint & debeant.*
LIII. *Quod jus in obſides.*
LIV. *An fugere obſidi liceat.*
LV. *An obſes in aliam cauſam recte retineatur.*
LVI. *Mortuo eo pro quo quis obſes venit obſidem liberari.*
LVII. *Rege qui obſidem dedit mortuo, an obſes teneatur.*
LVIII. *Obſides interdum principaliter obligari: & alterum ex alterius facto non teneri.*
LIX. *Pignorum obligatio qualis?*
LX. *Luendi jus quando amittatur?*

§. I.

1. Inter hoſtes quæ conveniunt, [a] fide aut expreſſa, aut tacita con-

(AD §. 1.) Pax in genere ſumitur pro quiete & concordia: *Vid. cap. 1. §. licet &c. X. de judic. c. 1. in fin. X. de Treuga & pace.* in ſpecie vero pro pacto quo bellum componitur *L. 1. §. 1. L. 5. §. 1. ff. de pact.* Nomen igitur eſt a paciſcendo, & ſupponitur lis quædam inter paciſcentes, quæ pactione hac finitur.

Conſtat ex his pacem vel a natura eſſe, vel ex

 pacto

conſtant. [b] Fides expreſſa [c] aut publica eſt, [d] aut privata. [e] Publica aut ſummarum poteſtatum [f] aut inferiorum. [g] Quæ ſummarum eſt poteſtatum aut bello finem imponit, [h] aut eo manente vim habet. [i] In his quæ bellum finiunt ſpectantur principalia [k] & acceſſiones. Principalia ſunt ipſa [l] quæ bellum finiunt, ſive actu ſuo, ut pactiones, [m] ſive ex conſenſu ad aliud relato, [n] ut ſortes, [o] prælii exitus, [p] arbitri pronuntiatio, [q] quorum illæ mere ſunt fortuitæ, [r] alia duo caſum temperant cum viribus animi aut corporis, aut cum facultate judicante.

§. II.

Pactiones inire quæ bellum finiant, [a] eorum eſt quorum eſt bellum; [b] rei enim ſuæ quiſque moderator. Unde ſequitur [c] ut in
Vide lib. II. c. XV. §. 3 bello utrinque publico hoc [d] eorum ſit qui ſummi imperii exercendi jus habent. [e] Regis igitur hoc erit [f] in ſtatu vere regio, [g] modo is rex etiam jus habeat non impeditum.

§. III.

pacto: *illa* bello prior eſt, quia is ſtatus naturæ eſt, *hac* poſterior, quia bellum præcedit, quod pactione componitur: de *hac* hic agitur non de *illa*:

Cum vero Auctor in genere capite præcedenti demonſtraverit, *fidem hoſti quoque ſervandam eſſe*, Hic jam porro ait fidem, quæ hoſti datur, vel dari *ad finiendum bellum*, de qua *hoc capite* agit, vel *durante bello*, ut in induciis de qua *cap. ſeq.*

ADDITIO.

„Compendium Syſtematis Grotiani circa fidem „publice datam hoſti expoſuimus in Diſſ. *proœm.* „*XII.* §.

„a) (FIDE AUT EXPRESSA AUT TACITA CON„STANT:) Omnis enim voluntas vel tacite vel ex„preſſe id eſt verbis vel factis declaratur; *Pof.* „*J. G. IV.*

„b) (FIDES EXPRESSA:) Imo & *tacita* fides eſt „vel publica vel privata: de qua *tacita* fide ago„tur *infra c. 24.*

„c) (AUT PUBLICA:) De qua *c. 20. 21. & 22.*

„d) (AUT PRIVATA:) De qua *c. 23.*

„e) (PUBLICA AUT SUMMARUM POTESTA„TUM:) De qua hoc capite vigeſimo agitur.

„f) (AUT INFERIORUM:) Quæ non tenet rem „pub[illegible]m niſi juſſu ſuperioris fiat, & hæc ergo „dependent a conſenſu ſuperioris: *Vid. cap. 22.*

„g) (QUÆ SUMMARUM POTESTATUM EST AUT „BELLO FINEM IMPONIT:) Quod fit per pacem „de qua *h. c.* 20.

„h) (AUT EO MANENTE VIM HABET:) Ut „in pacto induciarum, commeatus &c. *Vid. c. 21.*

„i) (IN HIS QUÆ BELLUM FINIUNT:) Id eſt „in pacto de pace.

„k) (ET ACCESSIONES:) De quibus infra §. 52.

„l) (QUÆ BELLUM FINIUNT SIVE ACTU SUO „UT PACTIONES:) Adeoque ubi partes ſuo con„ſenſu ſuaque voluntate, extra relationem ad aliud „finem bello imponunt.

„m) (SIVE EX CONSENSU AD ALIUD RELA„TO:) Ubi partes de pace conſentiunt, relatione „habita ad id quod arbitri, &c. deciſuri ſunt.

„n) (UT SORTES:) *Vid. infr. §. 42.*

„o) (PRÆLII EXITUS:) *Vid. infr. §. 43. 44. 45.*

„p) (ARBITRI PRONUNCIATIO:) *Vid. infr.* §. „46. 47. & 48.

„q) (QUORUM ILLÆ MERE SUNT FORTUITÆ:) „Scilicet ſortes.

„r) (ALIA DUO CASUM TEMPERANT &c.) „Adeoque ubi præter fortunam & prudentia & „fortitudo operantur.

„a) (EORUM EST QUORUM EST BELLUM:) „Id eſt ſummæ poteſtatis: Tranſigitur enim de „bello, de quo nemo diſponere poteſt, niſi cujus „eſt jus belli: Unde nec belli dux, nec alii priva„ti pacem inire poſſunt.

„b) (REI ENIM SUÆ QUISQUE MODERATOR:) „Quæ ratio deſumta eſt ex *l. 21. C. Mand.*

„c) (UT IN BELLO UTRINQUE PUBLICO:) Di„ximus alibi non dari aliud *bellum* inter gentes „niſi utrinque publicum.

„d) (EORUM SIT QUI SUMMI IMPERII EXER„CENDI JUS HABENT:) Adeoque qui ſuperiorem „& ſic judicem non habent.

e) (Grot) (REGIS IGITUR HOC ERIT:) *Mariana XXI. I.*

„f) (IN STATU VERE REGIO:) Quis ſtatus ſit „vere regius explicavimus *L. 1. c. 3 §. 7. ſeq.*

„g) (MODO IS REX JUS HABEAT NON IMPE„DITUM:) Id eſt modo non ſit reſtricta ejus pot„eſtas, pacto aut jurejurando ne pacem facere poſ„ſit,

§. III.

1. Nam rex qui ætatis eſt ejus, [a] quæ judicii maturitatem non habet, [b] (quod in regnis aliquibus lege definitur, [c] alibi probabilibus conjecturis erit æſtimandum) [d] qui imminutæ mentis eſt [e] pacem facere non poteſt. Idem dicendum eſt [f] de rege captivo, [g] ſi modo regnum ex conſenſu populi ortum habet; [h] non enim credibile eſt a populo imperium delatum ea lege, ut & a non libero exerceri poſſit. Ergo & hoc caſu imperii [i] non quidem jus totum, [k] ſed exercitio & quaſi tutela erit penes populum, [l] aut eum cui id populus commiſerit.

Vide lib. I. c. III. §. 24.

2 De

„ſit, abſque conſenſu procerum &c. *d. c. 3. §. 11.* „*ſeq.*

(AD §. III.) Auctor dixit regem in ſtatu regio pacem facere poſſe. Excipit autem merito infantes & furioſos. Etſi enim jus regni habeant, adminiſtratio tamen eis committi nequit: Sed vel tutores vel curatores eis dantur: Si natura ſunt inhabiles, nec jus eis competit.

„*a*) (QUÆ JUDICII MATURITATEM NON HA„BET &c.) Uti ſi ſit infans vel impubis: ſi enim „puber eſt, maturum judicium, adeoque & admi„niſtrandi facultatem habet: at ſi legibus regni „fundamentalibus certa ætas definita eſt, interim „curator conſtituitur Conf. *l. 2. c. 5. §. 5. L. 1. c.* „*3. §. 24. l. 2. c. 3. §. 6.*

„*b*) (QUOD IN REGNIS ALIQUIBUS LEGE DE„FINITUR:) Exempla retulimus ſupra *L. 1. c. 3.* „*§. 15.*

„*c*) (ALIBI PROBABILIBUS CONJECTURIS:) Ubi „certum pubertatis tempus lege definitum non eſt „res dependet a circumſtantiis, an capax ſit admi„niſtrationis.

„*d*) (QUI IMMINUTÆ MENTIS EST:) Uti ſi ſit „furioſus vel mente captus.

„*e*) (PACEM FACERE NON POTEST:) Etſi enim „jus imperii habeat, non tamen adminiſtrat, in„deque nec pacem facit, qui eſt actus judicii.

f) (Grot.) (DE REGE CAPTIVO:) Vide *Guicciardinum* lib. XVI. & lib. XVIII. non ſemel.

Rex captivus, non jus tantum imperii retinet, ſed & adminiſtrationem, quia caſus ille, impedimentum illud temporarium, non aufert ipſi facultatem diſponendi, non magis quam alia abſentia neceſſaria. Ergo retinet jus pacis faciendæ, certe ſaltem inter Chriſtianos; prout igitur ille intra fines legitimæ adminiſtrationis diſponit, ita jus eſt: At ſi de rebus publicis diſponit, ſi partes regni alienat &c. abſque conſenſu ſtatuum id fieri nequit. Hinc pacem a Franciſco initam ſtatus Galliæ ratam habere noluerunt. *Vid. Froſſard. l. 1. pag. 39. & Auctor: des diſcours Merveilleux de la vie de Catherine de Medicis p. 125.* ubi alia affert exempla.

Neque obſtat reges captivos eſſe in poteſtate hoſtium, adeoque facultatem diſponendi de jure publico ipſis non competere: Reſp. imo poſſunt etiam per alios, & per literas, diſponere eodem modo, uti abſentes alii.

Tres autem caſus contingere poſſunt circa fidem a principe captivo ad componendum bellum data: *Vel* enim promittit rem ſuam privatam, & tunc ſemper valet pax inita, ex *pos. J. G. VI.* quia prout quisque de jure ſuo diſponit, ita jus eſt: *Vel* ſpondet rem publicam, aut ſtatus, ratihabituros pacem, tunc non valet niſi reſpublica conſenſerit: *vel* promittit ſe ceſſurum parte imperii: Hæc promiſſio non valet, niſi conſentientibus illis quorum intereſt, vel niſi facultas alienandi jure quæſita ſit. *Vid. L. 1. c. 3. §. 12. & L. 2. c. 6. §. 3. 7. 8. 10. 11.*

„*g*) (SI MODO REGNUM EX CONSENSU POPULI „ORTUM HABET:) Adeoque in regno patrimoni„ali regem captivum pacem facere poſſe ait, quia „præſumtio illa, quæ in regnis, ex populi conſen„ſu delatis, locum habet, hic ceſſat, & captus „de ſuo jure diſponit. Nos alibi diximus regna „patrimonialia non dari.

„*h*) (NON ENIM CREDIBILE EST:) Sæpius di„ctum eſt ex vagis ejusmodi præſumtionibus nul„lum jus naturæ ſequi: Ex tali præſumtione in„ferri quoque poſſet, credibile non eſſe populum „voluiſſe imperium ab alio ex quavis cauſa abſen„te exerceri.

i) (Grot.) (NON QUIDEM JUS TOTUM:) *Arumæus* in Aureæ Bullæ diſcurſu: *Rudolphus Palatinus metu in Angliam profugerat, Henricus Moguntinus a Treverenſi vi erat ejectus. Electuram tamen eo non perdidere.*

ADDITIO.

„Imo nec pro parte: Princeps enim omne jus „imperii retinet.

„*k*) (SED EXERCITIO ET QUASI TUTELA ERIT „PENES POPULUM:) Imo adminiſtratio erit penes „eos quorum curæ eam captus commiſit: Si nihil „diſpoſuit, eis adminiſtratio competit qui ſpem „proximam ſuccedendi habent.

„*l*) (AUT EUM CUI ID POPULUS COMMISIT)

2. De his tamen [m] quæ privatim ſua ſunt ſiquid pepigerit rex etiam captivus valebit, ad exemplum eorum [n] quæ de privatis conventionibus dicemus. Quod ſi exſul ſit rex, [o] pacemne facere poterit? Sane, ſi conſtet eum non obnoxium vivere: [p] cæteroqui [q] parum a captivo ſors ejus diſtabit: nam ſunt [r] & laxæ cuſtodiæ.
Cic. de off. III. 27. Regulus ſententiam in Senatu dicere recuſavit, dicens [s] quamdiu jurejurando hoſtium teneretur, non eſſe ſe Senatorem.

§. IV.

1. In procerum aut populi imperio [a] jus paciſcendi erit penes majorem partem, [b] illic conſilii publici, [c] hic civium ſententiæ dicendæ [d] jus ex more habentium, ſecundum ea quæ diximus [e] alibi.
Lib. II. c. V. §. 17. Itaque ſic pacta obligabunt [f] etiam eos qui aliter ſenſerunt: Livius,
Lib. XXXII. c. 20. *Ubi ſemel decretum erit, omnibus id, etiam quibus ante diſplicuerit, pro bono atque utili foedere defendendum.* Dionyſius Halicarnaſſenſis,
L. XI. c. 56. δίκαιον πείθεσθαι τοῖς ὑπὸ πλειόνων κριθεῖσιν, *parendum his quae pars major cenſuerit.* Appianus,
Immo Polyb. V. 49. δεῖ πάντας τὸ κριθὲν ἀπροφασίστως ποιεῖν *Omnes decreto obſequi tenentur, nulla admiſſa excuſatione.* [g] Plinius: *quod plu-*

„Diximus & jus populi & adminiſtrandi facultatem ceſſare quamdiu ex familia agnati ſuperſunt.

„*m*) (QUÆ PRIVATIM SUA SUNT, SI QUID „PEPIGERIT:) Hoſti enim fides qua hoſti data ſervanda eſt.

„*n*) (QUÆ DE PRIVATIS CONVENTIONIBUS „DICEMUS:) *Infra c. 23.*

o) (Grot.) (PACEMNE FACERE POTERIT:) *Lucanus:*

Vejos habitante Camillo
Illic Roma fuit. (Pharſ. V. 28.)

Vide *Chaſſanæum* de gloria mundi parte V, conſid. 89.

ADDITIO.

„Rex injuris ejectus retinet jus imperii, etſi cives homaginm tyranno præſtiterint: At quia regnum ab uſurpatore occupatum neque ipſe, neque per alios adminiſtrare poteſt, inde hactenus deficit in exule naturalis facultas rem tenendi, Effectus hujus rei inſignis hic eſt quod vicini ſequantur præſentem poſſeſſionem: adeo ut cum Uſurpatore quoque pacem ſtatuere poſſint, *Vid. l. 1. c. 4. §. 15. pag. 365.* Secus ac in rege captivo, qui facultatem naturalem retinet, & per alios adminiſtrat, adeoque & ſolus pacem facere poteſt.

„*) (SI CONSTET EUM NON OBNOXIUM VIVERE:) Imo, etſi obnoxius vivat, i. e. ſervitutem ſerviat, id enim, ex judicio ſuæ civitatis, injuris contingit hoſtis, quæ jus Principi in ſua civitate quæſitum auferre nequit.

„*p*) (COETEROQUI:) Si obnoxius vivit.

„*q*) (PARUM A CAPTIVO SORS EJUS DISTAT:) Si ad certum ſaltem tempus dimiſſus eſt, manet captus & omnia jura captorum in eum obtinent.

„*r*) (NAM SUNT ET LAXÆ CUSTODIÆ:) Supponit enim dimiſſum eſſe captivo ſub lege redeundi: hic manet captus etiam cum apud ſuos moratur, ex pacto.

„*s*) (QUAMDIU JURE JURANDO HOSTIUM TENERETUR, NON ESSE SE SENATOREM:) Argumento hoc probare vult etiam regem, ſi ad tempus dimittitur, non deſinere eſſe captum.

„*a*) (JUS PACISCENDI ERIT PENES MAJOREM „PARTEM:) In genere jus paciſcendi eſt penes ſummam poteſtatem, in qua ſi plures concurrunt, jus demum oritur ex eo quod major pars ſtatuit: *l. 2. c. 5. §. 17.*

„*b*) (ILLIC CONSILII PUBLICI:) Sic. v. g. apud Venetos major pars procerum in ſtatuenda pace obtinet.

„*c*) (HIC CIVIUM SENTENTIÆ:) Nam in ſtatu populari imperium eſt penes populum, adeoque ſinguli ibi jus ſententiæ dicendæ habent, qui vero plerumque per deputatos jus hoc exercere ſolent, ut in Belgio, apud Helvetios &c.

„*d*) (JUS EX MORE HABENTIUM:) Aliquando enim per deputatos comparere ſolent, aliquando ſinguli cives ſolent ad commune concilium vocari.

„*e*) (ALIBI:) *L. 2. c. 5. §. 17.*

„*f*) (ETIAM EOS QUI ALITER SENSERUNT:) Quia tenentur majorem partem ſequi *Vid.*

„*g*) (PLINIUS:) *L. 6. ep. 13.*

h)(QUOS)

pluribus placuiſſet, cunctis tenendum. Quos autem obligat pax, iisdem & volentibus prodeſt. *L. VI. epiſt. 13.*

§. V.

1. Nunc de rebus pactioni ſubjectis videamus. Imperium aut omne, aut ejus partem reges, quales nunc ſunt [a] plerique, regnum habentes [b] non in patrimonio ſed tanquam in uſufructu, [c] paciscendo alienare non valent. Imo antequam regnum accipiant, quo tempore populus adhuc ipſis ſuperior eſt, [d] lege publica tales actus in futurum plane irriti reddi poſſunt, [e] ita ut nec ad id quod intereſt obligationem pariant. [f] Atque id populos voluiſſe credibile eſt, [g] ne alioqui ſi ad id quod intereſt ſalva eſſet actio contrahenti, ſubditorum bona pro debito regis caperentur, [h] ac ſic de non alienando imperio vana eſſet cautio. *Vasq. contr. ill. l. 1. c. 4. ibi multos allegat, & c. 5. vide ſupra lib. 1. c. VI. §. 3. & ſeq.*

2. Ergo ut imperium totum valide tranſeat, [i] populi totius conſen-

„*b*) (QUOS AUTEM OBLIGAT PAX, IISDEM ET „VOLENTIBUS PRODEST:) Si enim onera pacis in„itæ eis utut invitis, incumbunt, commoda quoque „pacis percipere debent: At recte addit Auctor „*volentibus*: Nem invitis beneficium obtrudi ne„quit.

(AD §. V.) Quæritur, de quibus rebus pax fieri poſſit? Reſp. de omnibus rebus, donec quædam probentur exceptæ, modo intra fines adminiſtrationis legitimæ rex diſponat. Hinc aliquando pars territorii, nedum res ſacræ aut Eccleſiaſticæ alienari poſſunt, ſi de utilitate Imperii id ſit, quod judicium in dubio eſt penes Principem: Ita Hebræorum reges res ſacras ſæpius dederunt hoſtibus *2. Reg. 18. v. 15.* Conf. *Gudelin. de jur. pac. c. 5. & 9.* De rebus ſacris & ſanctis id probavi late *in Diſp. de evocat. Sacr. Sect. 3. §. 21. ſeq. ubi* §. *33. & ſeq.* demonſtravi ineptam eſſe Romani pontificis proteſtationem contra pacem Monaſterienſem & Osnabrugenſem.

ADDITIO.

„Excerpta ex hac diſputatione, huc pertinentia „Vide *ſupra l. 3. c. 5. §. 6. lit. s & pag. 123.* Add „*Diſp. B. Parentis de Poſtliminio &c. Sect. fin.* „§. 8. & 9.

„*a*) (PLERIQUE:) Imo omnes: regna enim pa„trimonialia in ſenſu Auctoris non dari certum „eſt.

„*b*) (NON IN PATRIMONIO SED TANQUAM IN „USU FRUCTU:) De regno patrimoniali & uſu„fructuario, & de hujus diſtinctionis nævis paſſim „egimus: Vide *indicem* voce *regnum patrimoniale.*

„*c*) (PACISCENDO ALIENARE NON VALENT:) „Quia tueri civitatem debent, & ideo conſtituti „ſunt reges; Non autem tuetur qui alienat.

„*d*) (LEGE PUBLICA TALES ACTUS IN FUTU„RUM IRRITI REDDI POSSUNT:) Imo non opus „ad id eſt ſpeciali lege, ſed ipſo jure irriti ſunt „actus quibus pars imperii alienatur.

„*e*) (ITA UT NEC AD ID QUOD INTEREST „OBLIGATIONEM PARIANT:) Imo qui rem alie„nam alii vendit &c. tenetur ad id quod intereſt, „etiam jure naturali: *Vid. ſupra l. 2. c. 10. §. 8.*

„*f*) (ATQUE ID POPULOS VOLUISSE CREDIBI„LE EST:) Ex ejuſmodi conjecturis nullum jus „oritur: ratio naturæ certa eſt, qui promittit id „quod præſtare nequit, tenetur ad id quod inter„eſt.

„*g*) (NE ALIOQUI &c. SUBDITORUM BONA „&c. CAPERENTUR:) Si princeps promiſſum, vel „id quod intereſt, non præſtat injuria agit, & „ſubditi injuriam illam approbant, eamque armis, „ſi creditor ad reparationem agit, defendunt, na„turali quoque jure bona ſubditorum capi poſſunt, „quia reparationi juris noſtri reſiſtunt.

„*h*) (ET SIC DE ALIENANDO IMPERIO VANA „ESSET CAUTIO:) Senſus eſt, quod Rex per indi„rectum alienare poſſet partem imperii, ſi id quod „intereſt præſtare teneretur: quia creditor, ſi jus „id petendi haberet, capere res civitatis poſſet: „fingit, igitur credibile eſſe populos ea lege detu„liſſe imperium regi, ne tale promiſſum implere, „nec id quod intereſt præſtare teneatur: Vix cre„dibile eſt Authorem ſerio hæc ſcripſiſſe. Dixi (1) „naturale eſſe ut rex præſtet tantundem: dixi (2) „ſi id præſtare nolit ſubditos quoque ex injuria „principis teneri, ſi eam defendunt: dixi (3) ex „conjectura, qua quid populum voluiſſe credibile „eſt, nullum jus oriri. Nedum (4) populum, ſi ex„preſſis quoque verbis tale promiſſum nullum de„clarat, jus creditori quæſitum auferre poſſe.

„*i*) (POPULI TOTIUS CONSENSU OPUS EST:)

 „Nam

ſenſu opus eſt, qui expediri poteſt [k] per partium legatos quos Ordines vocant. [l] Ut pars aliqua imperii valide alienetur duplici opus eſt conſenſu, & corporis, & ſpecialiter ejus partis de qua agitur, [m] ut quæ invita a corpore cui coaluit avelli nequeat. Sed pars ipſa tamen valide in ſe imperium [n] transſcribet ſine populi conſenſu, in ſumma atque alias inevitabili neceſſitate, [o] quia eam poteſtatem credibile eſt exceptam cum ſocietas civilis coita eſt.

3. At [p] in regnis patrimonialibus quo minus rex regnum alienet nihil impedit. Fieri tamen poteſt ut talis rex partem aliquam imperii alienare non valeat, [q] ſi nempe regnum ſub onere ejus non dividendi in proprietatem acceperit. [r] Bona vero quæ regni dicuntur quod attinet, [s] poſſunt & hæc in patrimonium venire regis duobus modis, [t] aut ſeparabiliter, [v] aut individue cum ipſo regno. Si hoc modo, [w] transſcribi poterunt; [x] ſed non niſi cum regno: [y] ſi illud, [z] etiam ſeorſum.

Lib. 11, *c.* 11. §. 13. 4. Qui vero reges in patrimonio regnum non habent, his [aa] vix eſt

„Nam de ejus jure agitur: quod facto tertii ei auferri nequit.

„*k*) (PER PARTIUM LEGATOS, QUOS ORDINES „VOCANT:) Ut in comitiis imperii, ubi populus „quoque per deputatos comparet.

„*l*) (UT PARS ALIQUA IMPERII VALIDE ALI„ENETUR DUPLICI OPUS EST CONSENSU:) Late „de eo actum eſt ſupra *l.* 2. *c.* 6. §. 3. & 4.

„*m*) (UT QUÆ INVITA A CORPORE CUI COA„LUIT AVELLI NEQUIT:) Si pars alienatur de „duorum jure agitur; nimirum de jure totius po„puli, cujus pars eſt ea quæ alienatur multitudo, „tum de jure illius partis, quæ ea lege in civitatem „tranſiit, ut jura ejus communibus viribus contra „injurias hoſtium defendantur.

„*n*) (TRANSCRIBET SINE POPULI CONSENSU „IN SUMMA ATQUE ALIAS INEVITABILI NECES„SITATE:) De quo plenius egimus *d. c.* 6. §. 5. „& 6. Exemplum occurrit in ordine Teutoni„co, qui ſe ſe imperio Romano exemit, & feudi „jure a Polonis ſuas provincias recognovit.

„*o*) (QUIA EAM POTESTATEM CREDIBILE EST „EXCEPTAM CUM SOCIETAS CIVILIS COITA EST:) „Ex eo quod credibile eſt, nulla decidendi ratio „deſumi poteſt. Vera naturæ ratio hæc eſt, quia „ea lege in civitatem coivere familiæ, ut civitas „eas contra vim hoſtilem defendat: Si vires de„ficiunt, res redit in priſtinum ſtatum, id eſt pars „illa civitatis fit ſui juris *d. c.* 6 § 5. & 6.

„*p*) (IN REGNIS PATRIMONIALIBUS QUO MI„NUS REX REGNUM ALIENET &c.) Regna patri„monialia non dari vidimus: adeoque fruſtra quæ„ritur an alienari a rege poſſint: Cæterum hoc „verum eſt regna jure belli populo alicui quæſita, „eſſe patrimonialia intuito populi victoris, adeo„que a populo alienari poſſe, etiam invitis eis qui „bello in plenam populi victricis poteſtatem vene„runt. *Vid. l.* 1. *c.* 3. §. 12.

„*q*) (SI NEMPE REGNUM SUB ONERE EJUS NON „DIVIDENDI IN PROPRIETATEM ACCEPERIT:) Si „populus victus tali conditione ſe dedit, regnum „eſt quidem in patrimonio populi (non regis) ſed „ſub conditione ne ſeparari regnum poſſit; proin„de populus victor alienare illud pro parte ſine con„ſenſu populi victi nequit, totum poteſt.

„*r*) (BONA VERO QUÆ REGNI DICUNTUR:) „Ut regalia majora &c. de quibus vide ſupra *l.* 2. „*c.* 6. §. 10. & 11.

„*s*) (POSSUNT ET HÆC IN PATRIMONIUM RE„GIS VENIRE:) Imo non poſſunt niſi conſenſu „populi, & tunc populus alienat, non rex.

„*t*) (AUT SEPARABILITER:) Absque regno.

„*v*) (AUT INDIVIDUE CUM IPSO REGNO:) „Diximus non dari regnum patrimoniale, adeo„que nec bona regni in patrimonio eſſe poſſunt, „quia ſunt pars regni; non ergo valet alienatio „niſi ex conſenſu populi.

„*w*) (TRANSCRIBI POTERUNT:) Id eſt alienari „poſſunt.

„*x*) (SED NON NISI CUM REGNO:) Imo ſi re„gnum ipſum eſſet patrimoniale illud pro lubitu „alienare & dividere poſſet.

„*y*) (SI ILLUD:) Id eſt ſeparabiliter bona re„gni in patrimonium regis veniſſent.

„*z*) (ETIAM SEORSUM:) Absque regno: At „omnia hæc gratis dici ex præcedentibus apparet.

„*aa*) (VIX EST UT JUS REGNI BONA ALIE„NANDI CONCESSUM VIDEATUR:) Quod late pro„bavimus

eſt ut jus regni bona alienandi conceſſum videatur, [bb] niſi diſerte id appareat ex primitiva lege, [cc] aut more cui contradictum nunquam ſit.

§. VI.

Sed & quatenus promiſſo regis populus ac ſimul ſucceſſores obligentur [a] alibi diximus: nempe [b] quatenus obligandi poteſtas ſub imperio comprehenſa eſt, [c] quod nec in infinitum protrahi, [d] nec ad anguſtias nimias arctari debet, ſed ita intelligi [e] ut valeat quod probabili ratione nititur. Plane aliud erit [f] ſi quis rex ſimul ſubditorum dominus ſit, neque tam [g] civile [h] quam familiare imperium acceperit: [i] ut qui bello victos in ſervitutem redigunt: [k] aut ſi in perſonam quidem dominium non habeat, ſed in res habeat, ut Pharao in terra Ægypti ex emto, [m] & alii qui advenas in ſuum privatum receperunt. Nam hic [n] jus præter regium accedens [o] efficit ut ex eo conſiſtat, quod alioqui per ſe ſolo regio jure conſiſtere non poſſet.

Lib. II. c. XIV. §. 10. & ſeq. Vid. Vasq. d. d. c. 5. n. 9.

Supra lib. III, cap. 8. §. 2.

§. VII.

„bavimus ſupra *l. 2. c. 6. §. 11. ſeq.*

„*bb*) (NISI DISERTE ID APPAREAT EX PRI„MITIVA LEGE:) Tunc valet alienatio ex conſen„ſu populi.

„*cc*) (AUT MORE CUI CONTRADICTUM NUN„QUAM SIT:) Id eſt tacito populi conſenſu: *d.* „*c. 6. §. 11.*

(AD §. VI) Quatenus populus & ſucceſſores ex promiſſis regis obligentur, explicavimus ſupra libro ſecundo capite decimo quarto, & diximus Regem ſemper paciſci ut Regem, adeoque ut caput reipublicæ: Indeque ſemper obligari rempublicam quatenus jus rite conſtitutum & quæſitum eſt: Niſi appareat eſſe perſonale *Dict. l. 2. c. 16. §. 16. & c. 15.*

„*a*) (ALIBI:) *L. 2. c. 14. §. 10. & 11. & c. 16.* „*§. 16. L. 2. c. 13. §. 17. & l. 3. c. 19. §. 5.*

b) (Grot.) (QUATENUS OBLIGANDI POTESTAS SUB IMPERIO COMPREHENSA EST: QUOD NEC IN INFINITUM PROTRAHI, NEC AD ANGUSTIAS NIMIAS ARCTARI DEBET.) Vide *Reinking* lib. 1, claſſe III. cap. 5. num. 30. vide & ſupra lib. II, cap. XIV. §. 7. & 12.

ADDITIO.

„Rectius, ſi alienatio fit intra fines adminiſtra„tionis, (quod judicium in dubio eſt principis.)

„*c*) (QUOD NE IN INFINITUM PROTRAHI:) „Quia jus imperii delatum eſt ea intentione & le„ge, ut princeps adminiſtret, non ut perdat.

„*d*) (NEC AD ANGUSTIAS NIMIAS ARCTARI „DEBET:) Quaſi omnis de jure & rebus imperii „diſponendi facultas, ſi de re ſit imperii, Principi „demi debeat.

„*e*) (UT VALEAT QUOD PROBABILI RATIONE „NITITUR:) Rectius ut valeat quatenus diſponi„tur intra fines adminiſtrationis.

„*f*) (SI QUIS REX SIMUL SUBDITORUM DOMI„NUS SIT:) Imo tale regnum patrimoniale non „dari, alibi diximus.

„*g*) (CIVILE:) Id eſt ex delatione populi.

„*h*) (QUAM FAMI[illegible]RE:) Id eſt patrimoniale.

„*i*) (UT QUI BELLO VICTOS IN SERVITUTEM „REDIGUNT:) Imo bello victi, non ſunt in *patri„monio regis*; at verum eſt eos *in patrimonio po„puli eſſe*, conſtitutos. *Vid. ſupr. l. 1. c. 3. §. 17.* „*lit. b. c.*

„*k*) (AUT SI IN PERSONAM QUIDEM DOMI„NIUM NON HABEAT, SED IN RES HABEAT:) „Imo nec tunc regnum fit patrimoniale regi, quia „dominium privatum quidem regis eſt, ſed im„perium manet populi.

„*l*) (UT PHARAO IN TERRA ÆGYPTI EX EM„TO: Pharaonem jus privatum quidem hac emti„tione quæſiviſſe alibi diximus, *Vid. ſupra l. 1. c.* „*3. §. 12. pag. 274.* ſed non jus imperii plenum, „i. e. dominium abſolutum in populum.

„*m*) (ET ALII QUI ADVENAS IN SUUM PRI„VATUM RECEPERUNT.) Nam tunc quoque fieri „& conſtitui regnum patrimoniale ait Auctor, „quando paterfamilias latifundia poſſidens extra„neum alia lege in ſuas terras habitantem recipe„re non vult *l. 1. c. 3. §. 8. n. 3.* ubi pro[illegible]imus „hoc exemplum huc plane non quadrare.

„*n*) (JUS PRÆTER REGNUM ACCEDENS:) Sci„licet jus dominicum, quod non eſt pars imperii „a populo conceſſi.

„*o*) (EFFICIT UT EX EO CONSISTAT, QUOD „ALI-

§. VII.

1. Diſputari & hoc ſolet, [a] quid in res ſingulorum poſſint pacis cauſa ſtatuere qui reges ſunt, [b] nec in res ſubditorum aliud jus habent quam regium. [c] Alibi diximus * res ſubditorum [d] ſub eminenti dominio eſſe civitatis, [e] ita ut civitas, [f] aut qui civitatis vice fungitur, [g] iis rebus uti, easque etiam perdere & alienare poſſit, non tantum ex ſumma neceſſitate, [h] quæ privatis quoque jus aliquod in aliena concedit, [i] ſed ob publicam utilitatem, [k] cui pri-

„ALIOQUI PER SE, SOLO JURE REGIO, CONSI-„STERE NON POSSET:) Senſus eſt, quod alienatio „a tali rege facta, qui præter imperium etiam jus „dominii habet, valeat non ex jure regio ſed ex „jure dominico: Quod late refutavimus. *d. l. 1. „c. 3. §. 8.*

a) (QUID IN RES SINGULORUM PACIS CAUSA STATUERE POSSINT REGES:) Summæ poteſtates (1) recte pacis cauſa alienant ea quæ publica ſunt, adeoque & partem imperii, & ſacra quoque: (2) diſponere poſſunt de his quæ bello capta ſunt, ut nimirum reſtituantur hoſtium ſubditis, quibus res illæ ablatæ fuerunt. (3) Eadem ratio eſt in amiſſis bello, de quibus ſumma poteſtas itidem pace diſponere poteſt, ne recipiantur ea quæ hoſtis ſubditis noſtris prædæ jure eripuit. Alibi enim diximus principem jure imperii quoque jura privata auferre ſubditis poſſe, ſi ſumma utilitas reipublicæ id exigit: Quod in rebus occupatione bellica nobis quæſitis eo magis obtinere debet, quia res hoſtiles civibus noſtris non acquiruntur niſi ſub conditione tacita, ut ſalvum ſit principi jus reſtituendi, ſi aliter forte pax fieri non poſſit: idque ex natura occupationis quæ rem noſtram facit cum ſuo jure; occupatio autem bellica non dat jus perpetuum, quia adhuc de ea diſputatur, & ſic iterum auferri poteſt poſſeſſori: Idque verum eſt, licet capiens rem captam alienaverit. *Vid. diſp. de amn. Sect. 6. §. 13.*

An (4) Res ſingulorum ſubditorum alienari pacis cauſa poſſunt? Affirmatur: At quia unus civium præ altero gravari non debet, cum omnes æqualiter defendere rempublicam teneantur, id, in quo gravatus eſt vel ex ærario, vel publica contributione ei reſtituendum eſt. *Vid. Grot. §. 7. n. 2. & §. 8.*

An (5) Princeps pacis cauſa remittere poteſt damna ſubditis ſuis, vel ante bellum motum vel poſt illata? Affirmatur, quia etiam intra fines imperii juſti jura privatis quæſita auferri poſſunt, ſi publica neceſſitas aut utilitas id exigit.

[illegible]que & (6) quæritur an Princeps damna durante bello ſubditis data reſarcire teneatur? Negatur (1) quia Princeps non ſuo jure bellum gerit ſed jure civitatis, neque ultro bellum illud gerit ſed jure neceſſariæ defenſionis: Adeoque cum ejus non ſit negotium, cum ipſe vi officii ſubditos tueatur, nulla ejus culpa eſt, adeoque nulla ad reſtituendum obligatio. Sane (2) damnum ab hoſte illatum merus caſus eſt, hic caſus nocet domino: Sed & (3) damnum datum eſt culpa hoſtis, qui ex judicio noſtræ civitatis injuria agit; adeoque contra eum ſolum actio eſſet: Denique & (3) nemo tenetur vel alii obligatur, niſi qui ultra ſuum aliquid habet vel agit: At diximus Principem non habere ultra ſuum, ſed hoſtem, qui res ſubditorum cepit, & dictum quoque eſt principem non agere ultra ſuum, quia vi officii bellum gerit, adeoque culpa ejus non eſt.

Excipe caſum ſi princeps ſuo facto, etſi occaſione belli, damnum dat, uti ſi propugnaculi faciendi cauſa privati territorium occupat: id enim ex publico reſarciri debet quia in communem utilitatem hoc factum redundat, adeoque communiter ſarciendum, quod communiter debetur.

ADDITIO.

„Hæc omnia late tractavit B. parens *in diſpu-„tatione de poſtliminio. Sect. 6. & 7.* & nos in „commentario ad *l. 3. c. 9. & c. 16.* Merito autem „excipitur caſus ſi hoſtis pace reparationem da-„mni promiſit.

„*b*) (NEC IN RES SUBDITORUM ALIUD JUS „HABENT QUAM REGIUM:) Quod conſiſtit in ju-„re tuendi res ſubditorum non perdendi.

„*c*) (ALIBI:) *Vide l. 1. c. 1. §. 6. c. 3. §. 6. l. „2. c. 14. §. 7.* & *indicem* voce *dominium eminens.*

*) (Grot.) (RES SUBDITORUM SUB EMINENTE DOMINIO ESSE CIVITATIS:) *Gail.* 11, obſ. 57.

„*d*) (SUB EMINENTI DOMINIO:) Dominii vox „male in imperiis adhibetur: *Vid. dict. l. 1. c. 1. §. 6.*

„*e*) (ITA UT CIVITAS:) In ſtatu ſcilicet po-„pulari.

„*f*) (AUT QUI CIVITATIS VICE FUNGITUR:) „Id eſt rex &c.

„*g*) (IIS REBUS UTI EASQUE ETIAM PERDE-„RE POSSIT:) Quia cives tenentur opibus & ope-„ris tueri rempublicam.

„*h*) (QUÆ PRIVATIS QUOQUE JUS ALIQUOD „IN ALIENA CONCEDIT:) Paſſim hæc principia „refutavimus. Vid. *indicem* voce *neceſſitas.*

„*i*) (SED OB PUBLICAM UTILITATEM:) Vide „*indicem* voce *jus quæſitum.*

„*k*) (CUI PRIVATAS CEDERE ILLI IPSI VOLU-

„ISSE

privatas cedere illi ipſi voluiſſe cenſendi ſunt qui in civilem cœtum coierunt.

2. Sed addendum eſt, id cum ſit, [l] civitatem teneri his qui ſuum amittunt ſarcire damnum de publico, in quod publicum nomen [m] & ipſe qui damnum paſſus eſt, ſi opus eſt, contribuet. Neque hoc onere levabitur civitas, [n] ſi nunc forte ei præſtationi par non ſit, ſed quandocumque copia ſuppetit, [o] exſeret ſeſe quaſi ſopita obligatio.

Vasq. lib. 1. c. 5. Romcons 310. Sylv. in verb. belli 1. §. 13.

§. VIII.

Neque illud indiſtincte admitto quod dicit Ferdinandus Vaſquius, [a] agnoſcere civitatem non debere id damnum quod jam bello datum eſt, [b] eo quod jus belli talia permittat. [c] Nam jus illud belli populos alios ſpectat, [d] ut alibi expoſuimus: [e] partim & hoſtes inter ſe, [f] non cives inter ſe, [g] qui cum ſocii ſint æquum eſt ut communia habeant damna, quæ ſocietatis cauſa contingunt. Plane

Lib. 1. contr. ill. c. 4 in fine.

Lib 111. c. VI §. 2. c. X. §. 5. L. cum duob. 52. § quidam 4. D. pro ſocio.

„iſse censendi sunt &c.) Ea enim lege homines in civitatem coëunt, ut ſingulorum jura tuta ſint; communi igitur opera & ope defendere civitatem tenentur.

„l) (civitatem teneri his qui suum amittunt sarcire damnum de publico:) Civitas tenetur reſarcire quæ rex huić vel illi imperat ut de ſuo tribuat, alius enim præ alio defendere rempublicam non tenetur.

„m) (et ipse qui damnum passus est, contribuet:) Quia ad defenſionem reipublicæ ipſe quoque concurrere debet.

„n) (si nunc forte ei præstationi par non sit:) Tunc enim non jus deficit, ſed juris executio.

„o) (exseret sese quasi sopita obligatio:) Juris enim noſtri executio nullo tempore præſcribitur. *Vid. l. 2. c. 4.*

„a) (agnoscere civitatem non debere id damnum quod jam bello datum est:) Sententia vera eſt, ſed ratio fallit: Civitas non tenetur reſarcire damnum quod civibus durante bello ab hoſtibus illatum eſt, quia naturaliter caſum fert dominus, at hic merus caſus eſt (cum jure bellum geri dicatur ex judicio noſtræ civitatis,) adeoque damnum non culpa vel injuria noſtra ſed hoſtis datum eſt, ex quo proinde non nos ſed hoſtes conveniendi, quia civitas noſtra nihil ultra limm habet. *Vid. §. prec. quæſt. 6.*

„b) (eo quod jus belli talia permittat:) Falſa hæc eſt ratio, quia ex judicio noſtræ civitatis, injuria hoſtis damnum dat, adeoque dicendum non jure, ſed caſu & vi damnum datum eſſe, caſum autem præſtat dominus.

„c) (nam jus illud belli populos alios spectat:) Qui ex conſtituto gentium tenentur hoſtem capientem, ſi bellum ſolenne eſt, in poſſeſſione defendere: quam fabulam examinavimus alibi. *Vid. Diſſ. proœm. IX. §. 53. ſeq.*

„d) (ut alibi:) Syſtema hoc Grotianum, quaſi *jure naturæ* capere ſaltem liceat in bello juſto, & non niſi ad quantitatem pœnæ vel debiti: & quaſi *jure gentium voluntario* demum in bello ſolenni id eſt publico, & indicto, etiam injuſto, placuerit ut capiens dominium externum acquirat, paſſim refutavimus *Vid. diſſertationem proœmialem IV. & IX. §. 63. ſeq.*

„e) (partim et hostes inter se:) Singula jura ex hypotheſi Grotii recenſuimus in *Diſſ. proœm IX. §. 67.* ſed cum jus tale gentium, quod in ficto aliquo bello ſolenni obtineat, non detur, jus illud fictum nec valere poterit inter hoſtes inter ſe.

„f) (non cives inter se:) Adeoque civem contra civem jus belli allegare non poſſe merito contra Vaſquium aſſerit: At contra Grotium quoque merito aſſerimus, agnoſcere civitatem non teneri damnum quod bello datum eſt. Civitas enim excipere contra ſubditos, ad reparationem damni agentes, non poteſt, jure belli id damnum datum eſſe. At excipere poteſt citra culpam civitatis & hoſtis injuria damnum hoc datum eſſe, indeque illam ad ejus reparationem non teneri.

„g) (qui cum socii sint æquum est ut communia habeant damna:) Imo communio hæc damnorum obtinet ſaltem in ſocietate bonorum, ubi etiam lucrum commune eſt: At cives neque lucrum invicem communicant, neque ſocietatem bonorum inter ſe conſtituunt:

 „Ad-

ne [b] civili lege & hoc conſtitui poterit, ut rei bello amiſſæ cauſa nulla adverſus civitatem actio ſit, [i] ut ſua quisque acrius defendat.

§. IX.

[a] Sunt qui latum diſcrimen collocant inter ea [b] quæ civium ſunt ex gentium jure & ea [c] quæ eorundem ſunt ex jure civili, ut in hæc jus laxius regi concedant, [d] etiam auferendi ſine cauſa & compenſatione, in illa non item: Perverſe: nam dominium [e] ex qualicunque cauſa ortum ſit, [f] ſuos ſemper effectus habet ex ipſo jure naturali, ut ſcilicet auferri nequeant [g] niſi ex cauſis quæ aut dominio inſunt ſuapte natura, [h] aut ex dominorum facto ortum habent.

§. X.

Sed [a] hæc inſpectio, niſi ex publica utilitate res privatorum concedantur, [b] regem ſpectat & ſubditos, [c] ut illa de damno farciendo civitatem & ſingulos. [d] Nam externis, qui cum rege contrahunt, ſufficit factum regis, [e] non tantum ob præſumptionem quam ſecum adfert dignitas perſonæ, [f] verum etiam ob gentium jus,

Lib. III, c. 11. quod bona ſubditorum obligari ex facto regis patitur.

§.XI.

„Adeoque verius eſt, uoumquemque civium da„mnum vi hoſtili illatum ſuo jure ferre utpote „caſu datum.

„b) (CIVILI LEGE ET HOC CONSTITUI POTE„RIT:) Imo jure oaturali id obtinet: & hoc ſe„cuti ſunt Jureconſulti Romani io *l. 52. §. 4. ff.* „*pro ſoc.* ubi damoum a ſocio repetitur ooo a ci„vitate.

„i) (UT SUA QUISQUE ACRIUS DEFENDAT:) „Vana hæc eſt ratio, cum experientia doceat, vi „majori plerumque res ab hoſte capi: Verius igi„tur eſt, ideo damnum tale a civitate reſtitui oon „debere, quia ſioe culpa ejus, adeoque caſu datum „eſt.

„a) (SUNT QUI LATUM DISCRIMEN COLLO„CANT:) De quæſtione ao Princeps jus ſubditis „ex jure civili quæſitum auferre poſſit, egimus ſu„pra *l. 2. c. 14. §. 8.*

„b) (QUÆ CIVIUM SUNT EX GENTIUM JURE:) „V. g. quæ ex titulo occupationis, etiam hoſtilis, „jure traditiooìs, ſpecificationis &c. acquiſivere.

„c) (QUÆ EORUNDEM SUNT EX JURE CIVILI:) „V. g. ex præſcriptiooe, ex teſtamento &c.

„d) (ETIAM AUFERENDI SINE CAUSA ET COM„PENSATIONE:) Quia quod lege conceſſum eſt, „cootraria lege tolli poſſe videtur. *Vid. ſupr. c.* „*c. 19. §. 7.*

„e) (EX QUALICUNQUE CAUSA:) Sive res noſtra „fiat ex jure gentium, ſive ex jure civili.

„f) (SUOS SEMPER EFFECTUS HABET EX JU„RE NATURALI UT SCILICET AUFERRI NEQUE„AT:) Regula enim naturæ eſt, ut quod noſtrum „eſt, ſine facto ooſtro auferri nobis noo poſſit.

„g) (NISI EX CAUSIS QUÆ AUT DOMINIO IN„SUNT SUAPTE NATURA:) De modis finiendi ju„ris io re egimus *in Diſſ. proœm. XII. §. 322. ſeq.*

„h) (AUT EX DOMINORUM FACTO ORTUM HA„BENT:) De modis quibus finitur obligatio per„ſonæ egimus. *d. l. 2. c. & Diſſ. proœm. XII, §.* „348. *ſeqq.*

„a) (HÆC INSPECTIO, NISI EX PUBLICA UTI„LITATE RES PRIVATORUM CONCEDANTUR:) „Quam regulam Auctor poſuit *§. 7. n. 1.*

„b) (REGEM SPECTAT ET SUBDITOS:) Ioter „eos diſceptari debet an publica ſit utilitas aonon: „& diximus in dubio judicium eſſe penes regem.

„c) (UT ILLA DE DAMNO SARCIENDO CIVI„TATEM ET SINGULOS:) Nam de horum jure a„gitur, tertii autem non intereſt.

„d) (NAM EXTERNIS QUI CUM REGE CON„TRAHUNT SUFFICIT FACTUM REGIS:) Hoſtis „enim qui injuriam ſibi tum a rege, tum a ſub„ditis, factum regis defendentibus, illatam con„tendit, utriusque res capere poteſt jure belli, ne„dum belli finieodi cauſa a rege oblatas acceptare: „An vero Rex offerre poſſit, ea cum ſubditis „quæſtio eſt, hoſtis ſuo jure utitur.

„e) (NON TANTUM OB PRÆSUMTIONEM QUAM „SECUM ADFERT DIGNITAS PERSONÆ:) Imo hæc „præſumtio jus ſubditis quæſitum auferre non „poſſet.

„f) (VERUM ETIAM OB GENTIUM JUS QUOD „BO-

§. XI.

1. Circa interpretandas pacis conventiones obſervandum eſt [a] quod ſupra a nobis eſt traditum, [b] quo quidque plus habet fa- voris, eo laxius accipiendum: [c] quo longius abit, eo reſtrictius. L. 11. c. XVI. §. 11. 12. Si [d] jus naturæ merum ſpectamus, [e] maximus favor in eo eſſe videtur ut ſuum quisque conſequatur, quod Græci dicunt ἕκαςον ἔχειν τὰ ἑαυτῦ: [f] & proinde videtur ambigue poſitorum interpretatio eo ducenda, [g] ut qui juſta arma habuit id conſequatur ob quæ arma ſumpſit, & damna ſumptusque recuperet: [h] non item ut pœnæ nomine quicquam lucretur, id enim odioſius.

2. Sed [i] quia ad pacem veniri vix ſolet injuriæ confeſſione, ideo [k] ea ſumenda eſt in pactis interpretatio quæ partes quoad belli juſtitiam quam maxime æquet: [l] quod fieri ſolet duobus maxime modis: aut [m] ut quarum rerum rerum turbata bello poſſeſſio eſt, ex for-

„BONA SUBDITORUM OBLIGARI EX FACTO REGIS „PATITUR:) Hoc non demum eſt ex jure Gentium voluntario, ſed ex ipſo jure naturæ: *Vid. lib. 3. c. 2. per tot.*

„(AD §. XI.) Auctor agit de interpretatione „pacis dubiæ usque ad §. 41. Nimirum (1) circa „damnum ab hoſte datum usque ad §. 22. (2) „quando pax rupta videatur: usque ad §. 41.

„a) (QUOD ſupra *l. 2. c. 16. §.* 11. *&* 12.

„b) (QUO QUIDQUE PLUS HABET FAVORIS „EO LAXIUS ACCIPIENDUM:) Regulam hanc inter„pretationis eſſe mere civilem diximus *d. c.* 16. *§.* „10. ſeq. jure naturæ nil valet inter partes diſpo„nentes niſi quatenus conſtat de utriusque volun„tate, neque extenſio ibi ob cauſæ favorem fieri „poteſt: Sed ſi partes non conveniunt ceſſat di„ſpoſitio.

„c) (QUO LONGIUS ABIT EO RESTRICTIUS:) „In cauſis ſcilicet odioſis: quod jure naturæ ve„rum non eſſe dixi. *d. l.*

„d) (JUS NATURÆ MERUM:) Quod Auctor di„ſtinguit a jure gentium voluntario, in bello ſo„lenni introducto, *Vid. ſupr c.* 1. §. 1.

„e) (MAXIMUS FAVOR IN EO ESSE VIDETUR, „UT SUUM QUISQUE CONSEQUATUR:) Hoc non „eſt ob favorem, ſed ex ratione naturæ quæ ſuum „cuique tribuere jubet.

„f) (ET PROINDE VIDETUR AMBIGUE POSI„TORUM INTERPRETATIO EO DUCENDA:) Imo „ſi id quod ponitur ambiguum eſt; ſi alter negat, „alter affirmat, nulla eſt diſpoſitio: & res ad pri„ſtinum redit ſtatum i. e. ad bellum.

„g) (UT QUI JUSTA ARMA HABUIT ID CON„SEQUATUR OB QUÆ ARMA SUMSIT:) At uterque „ait ſibi juſta eſſe arma, alteri injuſta, & judex „hujus cauſæ inter partes non eſt, in cujus igitur „favorem quæſo interpretatio fieri deberet, & quis „interpretabitur.

„h) (NON ITEM UT POENÆ NOMINE QUIC„QUAM LUCRETUR: ID ENIM ODIOSIUS:) Hæc „pro lubitu ſine ulla ratione ita finguntur: dixi „(1) fruſtra hæc jura tribui ei qui *juſtam* cauſam „habet: nam uterque eam ſibi aſſerit. Sed & „(2) ex dictis in *Diſſ. proœm. IX. §. 68. & l. 3. c.* „1. *pag.* 14. *& ſupra l.* 3. *c.* 1. §. 4. *lit. d.* conſtat „etiam ex mero jure naturæ in infinitum, & ul„tra quantitatem debiti, vel modum pœnæ, capi „res hoſtiles poſſe, adeoque hunc effectum non „demum jure gentium voluntario introductum „eſſe.

„i) (QUIA AD PACEM VENIRI VIX SOLET IN„JURIÆ CONFESSIONE:) Ipſe ergo Auctor per„ſpicit effectu carere ea quæ de *juſta* cauſa aſſe„ruit, quia uterque ſuam cauſam juſtam eſſe con„tendit, adeoque inania ſunt quæ de interpreta„tione vel ex favore vel ex odio fingit. Iudex „enim inter bellum gerentes non eſt.

„k) (EA SUMENDA EST IN PACTIS INTER„PRETATIO QUÆ PARTES QUOAD BELLI JUSTI„TIAM QUAM MAXIME ÆQUET:) At hæc quo„que interpretationis regula abſque effectu eſt. „Nam uterque litigantium aſſerit alterum injuris „bellum geſſiſſe, adeoque negant belli juſtitiam „utrinque æquam eſſe, nec illam interpretationem „admittunt, neque judicem hac in cauſa habent.

„l) (QUOD FIERI SOLET:) Scilicet ut partes „quoad juſtitiam belli æquentur.

m) (Grot.) (UT QUARUM RERUM TURBATA BELLO POSSESSIO EST, EX FORMOLA JURIS ANTIQUI COMPONATUR:) Vide *Parutam* lib. V.

ADDITIO.

„Senſus formulæ eſt, ut omnia reſtituantur in „pri-

formula juris antiqui componatur: (quæ verba ſunt [n] Menippi in
Livius lib 34. c. 57. oratione qua de fœderum generibus diſſerit) [o] ut res maneant quo ſunt loco: quod Græci dicunt ἔχοντες ἃ ἔχουσι.

§. XII.

1. Ex his duobus [a] poſterius in dubio magis eſt ut præſumatur, quia facilius eſt, & nullam inducit mutationem. [b] Hinc eſt
L. in bello 12. D. de captivis. illud quod a [c] Tryphonino notatum eſt, [d] ut in pace illis demum captivis poſtliminium ſit de quibus id in pactis erat comprehenſum,
Supra hoc libro c. 9. §. 4. ut [e] recte emendare Fabrum diximus ſupra, [f] & certis argumentis evicimus, [g] Sic & transfugæ non reddentur niſi convenerit. [h] Nam

„priſtinum ſtatum.

„n) (MENIPPI:) Apud *Liv. l. 34. c. 56.*

„o) (AUT UT RES MANEANT QUO SUNT LOCO:) Ut ſervet quisque quod bello cepit *Gron. h.*

„a) (POSTERIUS IN DUBIO MAGIS EST UT PRÆSUMATUR:) Quando in pace nihil dictum eſt de damnis utrinque datis, & ſumtibus factis, Auctor ait in ambiguo eſſe an omnia reſtituenda an vero in eodem ſtatu quo nunc ſunt, ſint relinquenda: Poſterius autem præſumi, ſtatuit, tum quia mutatio ſtatus præſentis non præſumitur, tum quia ad damni reſtitutionem nemo tenetur niſi vel ex conſenſu, vel ex culpa ſua: Hic autem paciſcentem nec ex conſenſu teneri quia non intervenit, nec ex culpa ſua, quia jure ſe bellum geſſiſſe ait.

„b) (HINC EST:) Scilicet quod facta pace præſumatur pactum, ut res maneant quo ſunt loco, adeoque ut ſervet quisque quod bello cepit.

„c) (TRYPHONINO:) In *l. 12. pr. ff. de capt. & poſtl.*

„d) (UT IN PACE ILLIS DEMUM CAPTIVIS POSTLIMINIUM SIT DE QUIBUS ID IN PACTIS ERAT COMPREHENSUM:) Non ergo illis de quibus in pace nihil dictum eſt: De his enim præſumi putat paciſcentes conveniſſe ut res maneant in quo ſunt loco, id eſt ut maneant captæ: Equidem res vera eſt, at ratio non conſiſtit in præſumto pacto, ſed in lege Romanorum, quæ, odio captivorum, noluit beneficium poſtliminii ipſis indulgere, ab antiquo enim minus indulgens in captivos fuit civitas *Livius l. 22. c. 59.* Add. *ſupra l. 3. c. 9. §. 1. pag. 222.* Sane aliis captis, qui armis victi non ſunt, omnino poſtliminium etiam in pace datur, etſi eorum facta non ſit mentio, uti ei qui ſubito exorto bello capitur, & fato in ſervitutem redigitur *l. 12. pr. Capt.* item qui ab eis capitur cum quibus amicitia nobis non eſt. *l. 5. §. 2. Eod.*

„e) (RECTE EMENDARE FABRUM:) Qui pro *nihil* in dicta lege 12. legit *id.*

„f) (ET CERTIS ARGUMENTIS EVICIMUS:) Nam & ſubjecta ratio & oppoſitum membrum eam emendationem aperte evincunt. *Vid. l. 3. c. 9. §. 4. n. 1.*

„g) (SICUT TRANSFUGÆ NON REDDENTUR NISI CONVENERIT:) Auctor ex eadem præſumtione, (quod partes, ſi in pace nihil dictum eſt, conveniſſe videantur, ut maneant res in quo ſunt ſtatu,) infert eos qui ab hoſtibus ad nos transfugiunt reddi non debere: atque de hoc caſu Celſum loqui putat in *l. 51. ff. A. R. D.* dum ait *transfugam jure belli recipi.*

„Equidem eos qui ab hoſte ad nos transfugiunt reddi hoſti non debere, ipſa naturæ ratio dictat, tum quia cuilibet licet domicilium mutare, tum quia is qui ab hoſte ad nos transfugit noſtras jam partes ſequitur, & deſinit eſſe hoſtis, adeoque nulla ratio dari poteſt cur reddi hoſti debeat; neque de eo in jure Romano quæſtio eſt.

„Equidem aliquando in deditione urbium, imo in pace quoque de reddendis transfugis agitur, ſed id fieri demum ſolet, quando capitulatio vel pax aliter obtineri nequit; ſane cum proprii cives tali caſu dedi hoſti jure poſſint, nedum transfugæ.

„Hinc jam conſtat male Auctorem huc referre dictum Celſi, *quod transfuga* id eſt qui ab hoſte ad nos transfugit *jure belli recipiatur;* adeoque reddi non debeat hoſti, niſi id in pace dictum ſit: Celſus enim plane non loquitur de transfuga qui hoſtem deſerit & ad caſtra noſtra perfugit, (etſi Cujacius quoque *lib. 4. obs. 9.* id ſtatuat) ſed de eo qui ex noſtris ad caſtra hoſtis transfugit, atque a nobis recipitur: de eo enim quæritur an ſervus fiat, adeoque an jure belli eum recipiamus: Hoc affirmat Celſus: Sane transfuga hoſtis eſt *l. 7. ff. re milit.* & tanquam hoſtis interfici poteſt ubi invenitur *l. 3. §. f. Siccar.* Adeo ut ſi recipiatur torqueatur & ad beſtias damnetur *l. 3. §. 10. Re milit. l. 7. Eod.* vel vivus exuratur *l. 8. §. 2. Pœn.* &, ſi ultro redit, in inſulam deportetur *l. 5. §. 4. re milit. l. 13. §. f. Siccar.*

„Sed & Celſum de transfuga qui a nobis ad hoſtes transfugit loqui, vel ex ipſa materia, de qua ibi

[b] Nam transfugas jure belli recipimus: id eſt [i] per jus belli licet nobis admittere & noſtris adſcribere eum qui partes mutat. [k] Res cæteræ tali pacto manent penes tenentem. *L. transfugam. 51. D. de acq. rer. dom.*

2. Illud autem tenere [m] non civiliter [n] ſed naturaliter ſumitur: [o] in bellis enim ſufficit facti poſſeſſio [p] nec alia attenditur. [q] Agros autem diximus ita teneri, ſi munitionibus quibusdam clauſi ſunt: [r] nam temporariam inſeſſionem ut [s] per ſtativa hic non ſpectari: Demoſthenes pro Cteſiphonte feſtinatum ait a Philippo ut quæ poſſet loca occuparet, gnarus ut res erat, [t] pacis confecto negotio, retenturum ſe quæ teneret. [u] Incorporalia non tenentur niſi per *Dec. T. 111 conſ. 74. Supra libro 3. c. 6. §. 4. Pag. 316. B.*

„ibi agitur, apparet: refertur enim effatum Celſi in „titulo de acquirendo rerum dominio, & ea oc„caſione ait transfugam jure belli id eſt tanquam „hoſtem recipi: & pro capto haberi, indeque „æque capientium fieri ac res hoſtiles, quæ apud „nos inveniuntur: *d. l.* 51.

h) (Grot.) (TRANSFUGAS JURE BELLI RECIPIMUS:) Supra hoc libro cap. 1. in fine. in pace conveoire & hoc ſolet, ne transfugæ recipiantur. Vide pacem Juſtiniani cum Choſroë apud *Menandrum Protectorem.* (Pag. 118. *Ed. Hæſchel.*)

ADDITIO.

„Ex dictis apparet Juriſconſultum de eo qui a „nobis transfugit & redit loqui, & de re hoſtili „quæ apud nos eſt: & de illo ait eum jure belli „recipi id eſt ut hoſtem; hanc jure occupationis „fieri occupantis.

„*i*) (PER JUS BELLI LICET NOBIS ADMITTERE ET NOSTRIS ADSCRIBERE EUM QUI PARTES „MUTAT:) Adeoque eum, qui ex hoſte ad nos „transfugit: At probavimus, Celſum de tali trans„fuga non loqui, ſed de eo qui a nobis profugit, „& redit, hic nun niſi jure belli recipitur: id eſt „tanquam hoſtis.

„*k*) (RES CÆTERÆ TALI PACTO MANENT „PENES TENENTEM:) Si ſcilicet in pace nibil de „rebus captis dictum eſt, tunc enim ratio natura„lis obtinet quod res ab hoſtæ captæ cedant occu„panti. *l. 5. §. ſ. A. R. D.*

„*l*) (ILLUD AUTEM TENERE:) Dixit enim res „cæteras (extra transfugas) tali pacto manere pe„nes *tenentem.*

„*m*) (NON CIVILITER:) Id eſt ſi ſolo animo „tenetur.

„*n*) (SED NATURALITER:) Ita ut res ſit in „poteſtate noſtra corporali.

„*o*) (IN BELLIS ENIM SUFFICIT FACTI POS„SESSIO:) Auctor ſupr. *c. 6. §. 2. n. 4* acquiſiti„onem per capturam rei hoſtilis *naturalem* acqui„ſitionem vocari dixit, *quia non cauſam aliquam ſed* „*ipſum nudum factum ſpectari & ex eo jus naſci* „putat: Quod refutavimus *ibidem*: Sane captura „rei hoſtilis inter modos acquirendi *juris genti*„*um* refertur, *quod cum humano genere originem* „*cepit. L. 1. pr. junct. l. 5. §. ſ. ff. A. R. D.*

„*p*) (NEC ALIA ATTENDITUR:) Auctor enim „ſupponit jure naturæ non licere capere res hoſtis „niſi ex juſta belli cauſa, & intra modum debiti „& pœnæ; Neque dominium acquiri niſi ad com„penſationem debiti. *Vid. proœm. IX. §. 62.* Ad„eoque jure gentium demum introductum eſſe, ut „ex injuſta quoque cauſa promiſcue, & in infini„tum capere rem hoſtilem liceat, atque ideo do„minium hoc externum vocari ubi ſufficere putat „*facti poſſeſſionem:* Nos rationem cur naturali ju„re de juſtitia cauſæ conſtare non poſſit inter du„as gentes, quarum utraque ſuam cauſam juſtam „aſſerit, & quæ judicem non habent, alibi expo„ſuimus: Diximus quæſtionem hanc de juſtitia „cauſæ in ſuſpenſo eſſe, eamque non niſi per ulti„mam victoriam decidi, adeoque ex hoc demum „tempore conſtare, quis juſtum bellum geſſerit „quis injuſtum. Durante igitur bello captura rei „hoſtilis pro juſta habenır intra fines cujusque ci„vitatis: Adeoque *jus* hoc ſimile eſt aliis juribus „quæ ex incertitudine morali oriuntur, v. gr. quod „pater præſumatur, qui ex juſtis nuptiis liberos „ſuſcipit, quod probaſſe videatur qui plures teſtes „pro ſe habet &c. quo pertinent omnes caſus ubi „non jus ſed probatio deficit. In his enim cauſis „itidem Deo judicium relinquendum eſt.

„*q*) (AGROS AUTEM DIXIMUS ITA TENERI SI „MUNITIONIBUS QUIBUSDAM CLAUSI SUNT:) „Tunc enim agri ſunt in noſtra poteſtate & cu„ſtodia: *Vide l. 3. c. 6. §. 4.*

„*r*) (NAM TEMPORARIAM INSESSIONEM HIC „NON SPECTARI:) Quia res non eſt in noſtra „poteſtate & cuſtodia quamdiu recipi poteſt. *d.* „*c. 6. §. 4.*

„*s*) (PER STATIVA:) Caſtra ad tempus poſi„ta. *Gron. b.*

„*t*) (GNARUS UT RES ERAT:) Adeoque ſcie„bat per occupationem temporariam ſe domi„nium, nondum acquiſiviſſe.

„*u*) (PACIS CONFECTO NEGOTIO RETENTU„RUM SE QUÆ TENERET:) Quia ſcilicet ſuperi-

 „or

ſi per res quibus adhærent [v] ut ſervitutes prædiorum [w] aut per perſonas quarum ſunt, [x] dum ne in ſolo quod hoſtium fuit exercenda ſint.

Supra lib. III. cap. VII. §. 4.

§. XIII.

[a] In altero illo paciſcendi genere, [b] quo reſtituitur poſſeſſio bello turbata, notandum eſt [c] ultimam quæ ante bellum fuit poſſeſſionem reſpici, [d] ita tamen ut privatis dejectis [e] interdicto aut [f] vindicatione apud judicem experiri liceat.

§. XIV.

At ſiquis [a] ſui juris populus ſponte ſe bellantium, [b] alteri ſubjecerit

„or erat armis adeoque quasvis conditiones præ-
„ſcribere Græcis potuit:

u) (INCORPORALIA NON TENENTUR NISI PER
„RES QUIBUS ADHÆRENT:) Vid. ſupra *l. 3. c. 7.*
„*§. 4. c. 8. §. 4. n. 2. c. 9. §. 6. n. 1.*

v) (UT SERVITUTES PRÆDIORUM:) Adeoque
„qui tenet rem, eam tenet cum ſua qualitate. *Vid.*
„*l. 1. c. 1. §. 4.*

„w) (AUT PER PERSONAS QUARUM SUNT:)
„*Vid. l. 3. c. 7. §. 4.* Ita enim capta perſona, et-
„iam occupatæ cenſentur obligationes Conf. *Jus*
„*meum controv. tit. de jurisd. q. 25.*

„x) (DUM NE IN SOLO QUOD HOSTIUM FUIT
„EXERCENDA SINT:) Ponamus civem noſtrum
„ab hoſte capi, poſtea pace facta convenisse ut
„omnia in ſtatu quo nunc ſunt maneant. Auctor
„recte ait hoc caſu obligationes quoque quæ per-
„ſonæ cohærent, capientis manere, dummodo
„in hoſtis territorio capto debeatur: Secus ſi in
„noſtra civitate ei debeatur, quia hoſtis hæc de-
„bita non tenet.

„Quid ſi capto debeatur in pacati territorio?
„Reſp. hæc quoque debita cedunt capienti: quia
„medii ſtatum præſentem pro jure habeot, i. e.
„ſequuntur poſſeſſionem. *Vid. ſupr. c. 7. §. 3. n. 2.*
„aliud, ex eadem ratione dicendum, ſi creditor
„poſtliminio reverſus, & debitum nondum ex-
„actum eſt.

„a) IN ALTERO ILLO:) *Vid.* §. 11. *n. 2. &*
„*§. 12. n. 1.*

„b) (QUO RESTITUITUR POSSESSIO BELLO
„TURBATA:) i. e. quo res reſtituitur in ſtatum
„quo fuit ante bellum.

c) (ULTIMAM QUÆ ANTE BELLUM FUIT:) Ita pace Osnabrugenſi in Palatinatu reſtitui omnia debebant in ſtatum quo fuere anno 1618. in reliquis Germaniæ provinciis, quo fuere anno 24. die prima Januarii: Inter Tridentinum Principem & Venetos pace cautum fuit, ut poſſeſſiones reſtituerentur: Ille cœpto bello occupaverat caſtrum quod ſecutis finitisque induciis Veneti recuperaverant; Quæritur ad quem reverti caſtrum illud pace præfata facta debeat. *Alciatus* pro Principe reſpondit, *Gentilis* pro Venetis. *de jure bell. L. 2. c. 2.* cujus ſententia vera eſt, quia Veneti caſtrum illud tenuerunt ante bellum.

„d) (ITA TAMEN UT PRIVATIS DEJECTIS
„INTERDICTO &C. EXPERIRI LICEAT:) Si forte
„paulo ante bellum vis illata eſt, nec jure vindica-
„ri potuit propter bellum ſuperveniens: tunc
„finito bello, ſi legibus pacis cautum eſt ut turbata
„poſſeſſio reſtituatur, etiam hæc poſſeſſio privata
„reſtituenda eſt, ſed officio judicis, inſtitutaque
„actione: Nam is ſtatus fuit ante bellum.

„e) (INTERDICTO:) Quando ſola poſſeſſio pe-
„titur.

„f) VINDICATIONE:) Quando ipſa proprie-
„tas, reique dominium petitur.

(AD §. XIV.) Quæritur an etiam dediti reſtituantur, ſi in pacis tabulis dictum ſit omnia in priſtinum ſtatum eſſe reſtituenda? Negatur (1) quia omnis reſtitutio intelligitur tantum de iis quæ vi hoſtili facta & turbata ſunt, non quæ ultro dedita a populo libero (ſi enim a non libero, & inferiore deditio facta eſt, ea non præjudicat publico, ſed id hoſtis vi tenet, & tum dici non poteſt quod populus jus ſuum ultro dederit) (2) Lex igitur reſtitutionis ad ea pertinet, ad quæ amneſtia i. e. ad ea quæ noſtro judicio injuria ablata ſunt: at qui ultro ſe dedunt, omnium judicio jure agunt, adeoque ad eos nec amneſtia nec reſtitutio pertinet: Accedit (3) quod transigatur pace ſaltem de eo quod controverſum eſt, at dediti non ex belli cauſa dubia, ſed ultronea deditione in poſſidentis ſunt poteſtate.

„a) (SUI JURIS POPULUS:) Si enim populus
„eſt alterius juri ſubjectus, dedere alii imperium
„in ſeſe non poteſt utpote quod ejus non eſt: Ni-
„ſi populus, in cujus poteſtate eſt, defendere eum
„aut non poſſit, aut nolit.

„b) ALTERI SUBJECERIT: i. e. citra vim ejus
„imperio ſe ſubmiſerit.

„c) (AD EUM RESTITUTIO NON PORRIGE-
„TUR: Quia non injuria belli capti ſunt, ſed ul-
„tronea voluntate in alterius poteſtatem tranſierunt.

„d)(

cerit, [c] ad eum reſtitutio non porrigetur, [d] ut quæ ad ea tantum pertineat quæ vi, metu facta ſunt, aut alioqui dolo non niſi in hoſtem licito. Sic pace inter Græcos Thebani [e] Platæam retinuerunt, dicentes, ὐ βίᾳ ἀλλ' ὁμολογίᾳ αὐτῶν προχωρησάντων καὶ ὐ προδόντων ἔχειν τὸ χωρίον: *habere ſe eum locum non vi, non proditione, ſed eorum quorum erat libera voluntate.* [f] Parique jure Niſæa penes Athenienſes manſit. Eadem diſtinctione adverſus Ætolos utebatur [g] T. Quinctius: *Captarum*, inquiens, *urbium illa lex. Theſſaliæ civitates ſua voluntate in ditionem noſtram venerunt.* *Livius lib. 33. c. 13.*

§. XV.

[a] Si nihil aliud convenerit, [b] omni pace id actum cenſeri debet ut quæ bello data ſunt damna eorum nomine actio non ſit, [c] quod de damnis etiam privatim acceptis intelligendum eſt: [d] nam & hæc belli effecta ſunt. [e] In dubio enim ita cenſentur contrahere voluiſſe bellantes, [f] ut neuter injuſtitiæ damnaretur.

§. XVI.

„d) (UT QUÆ AD EA TANTUM PERTINEAT, „QUÆ VI METU FACTA SUNT:) Adeoque inju„ria, ex judicio ſcilicet noſtræ civitatis; at ſi „quis populus liber durante hoc bello, ultro ſe „dedat, id nec ex ſuæ civitatis judicio injuſtum „eſt.

e) (Grot.) (PLATÆAM RETINUERUNT:) Locus hic eſt apud *Thucydidem V.* (Cap. 17.) Præceſſerat ſimilis lib. III. μὴ ἀνάδοτος εἴη ἡ Πλάταια, ὡς αὐτῶν ἑκόντων προχωρησάντων *ne reddenda ſit Platæa, cum ejus urbis homines ſponte acceſſerint.* (Cap. 52, In iis autem, quæ ſtatim ſequuntur poſt locum primum, legitur quoque quod Auctor ait de *Niſæa.*

„f) (PARIQUE JURE:) *Thucyd. l. 4. p. m.* 173. „*&* *p.* 192. *pr.*

„g) (T. QUINCTIUS:) apud *Liv. l.* 33. *c.* 13.

„a) (SI NIHIL ALIUD CONVENERIT:) Scl. ut „quæ bello damna data ſunt, eorum nomine actio „detur, tunc enim damna reſtituuntur ex pacto.

b) (OMNI PACE IN ACTUM CENSERI DEBET UT QUÆ BELLO SUNT DAMNA DATA EORUM NOMINE ACTIO NON SIT:) Pace facta ſi de damnis & injuriis nihil dictum ſit, hæc nec reſtitui in priſtinum ſtatum, nec in quo ſunt manere neceſſe eſt, ſed lis durat, quia etiam facta pace damna illa injuria nobis data aſſerimus: Adeoque etſi vi damna illa repetere non poſſimus, tamen (1) jure poſtliminii res nobis ablatas recipimus: (2) damna rerum ab Autoribus vindicamus ſi illi intra noſtros fines ſint (3) jura quoque & nomina ab hoſte extorta in pace vindicare poſſumus &c. de quibus late egimus in diſputatione de poſtliminio &c. *Vid. Diſp. de Poſtlim. &c. Sect.* 2. *&* 3.

Hinc vel clauſula amneſtiæ adjici ſolet vi cujus omnia manere debent in ſtatu quo nunc ſunt, *d. diſp. Sect.* 4. vel lex reſtitutionis additur paci, & tunc vi pacti omnis in priſtinum ſtatum reſtitui debent.

ADDITIO.

„Verior mihi videt ſententia Authoris, damno„rum bello datorum nomine nullam eſſe actio„nem ſi nihil in pace delictum ſit: ſolo poſtliminii „jure excepto, nam hæc conditio naturali jure „ineſt rebus captis. *Grot. l. 2. c. 16. §. 1.*

„c) (QUOD DE DAMNIS ETIAM PRIVATIM AC„CEPTIS &c.) Si privatorum prædia incenſa iis„que bona erepta ſunt.

„d) (NAM ET HÆC BELLI EFFECTA SUNT:) „Adeoque damna caſu data videntur, qui nocet „dominis.

„e) (IN DUBIO ENIM ITA CENSENTUR CONTRA„HERE VOLUISSE:) Ex conjectura tali voluntatis „altero inprimis negante, nullum jus oriri poteſt.

„f) (UT NEUTER INJUSTITIÆ DAMNARETUR:) „Vera ratio eſt quod bello per pacem compoſito „omnis coactio ſublata ſit, & ſolus caſus excipia„tur, ſi perſonæ & res noſtræ civitatis poſtliminio „revertuntur.

„(AD §. XVI.) Quæritur an, etiam ea quæ pri„vatis deberi cœperunt belli tempore, pace inita „remiſſa cenſeantur? Auctor id negat: & recte „Nam diximus debitum hoc non vi ac metu bel„lico adeoque non injuria contractum eſſe.

§. XVI.

Dec. conſ. 61. Non tamen & quæ privatis deberi cœperunt belli tempore condonata cenſeri debent: *a* nam hæc non belli jure quæſita ſunt, *b* ſed bello tantum exigi vetita. Itaque *c* ſublato impedimento *d* vim ſuam retinent. *e* Jus vero quod ante bellum fuit, quanquam nemini facile ademptum cenſeri debet, *f* (hanc enim ob cauſam maxime ut ſua tenerentur res publicæ civitateſque conſtitutæ ſunt, ut recte ait Cicero) *L. II. De offic. c. 21.* *g* intelligendum id tamen de eo jure quod ex rerum inæqualitate naſcitur.

§. XVII.

a De jure ad pœnas non æque; nam id jus quatenus inter ipſos reges aut populos verſatur *b* remiſſum ideo cenſeri debet, ne pax non ſatis pax fit, ſi veteres ad bellum cauſas relinquat. *c* Quare & ignorata hic venient ſub verbis generalibus, ut de mercatoribus Romanis quos a Carthaginenſibus merſos ignorabant Romani, narrante *d* Appiano, *κράτιςαι διαλλαγαὶ ἐν αἷς ὐδὲν ἐςιν ἔγκοτον ὐδὲ μνησίκακον*, in-

„*a*) (NAM HÆC NON BELLI JURE QUÆSITA:) „Sed ex pacto.

„*b*) (SED BELLO TANTUM EXIGI VETITA:) „Si actionem intentaret creditor, hoſtis debitum „illud ſibi addicere poſſet prædæ jure.

„*c*) (SUBLATO IMPEDIMENTO:) Id eſt bello „per pacem finito.

„*d*) (VIM SUAM RETINENT:) Id eſt cum eſſe„ctu peti poſſunt, quia prædæ loco antea non ceſſit, „& pace facta cedere nequit.

„*e*) (QUANQUAM NEMINI FACILE ADEMTUM „CENSERI DEBET:) Quia jus illud non ex cauſa „belli adeoque, ex judicio quoque civitatis hoſtilis, „jure quæſitum fuit.

„*f*) (HANC ENIM OB CAUSAM:) Vide *indi*„*cem*, voce *civitas*.

„*g*) (INTELLIGENDUM ID TAMEN DE EO JU„RE QUOD EX RERUM INÆQUALITATE NASCI„TUR:) Et unde jus oritur minus habenti Vid. „*l.* 2. *c.* 12. §. 8. hoc igitur jus nemini facile ad„emtum videri ait. At alibi probavimus nemini „ex inæqualitate jus naſci, ſed unumquemque de „jure ſuo pro lubitu, etiam inæqualiter, diſpone„re poſſe, & jus eſſe prout diſponit.

a)(Grot.) (DE JURE AD POENAS NON ÆQUE:) *Gail*, de arreſtis c. XIV. n. 7.

ADDITIO.

Quæritur an ſi crimen ab hoſte ſive ante bellum, ſive durante bello, commiſſum in nos ſit, illud finito bello vindicare poſſimus? Quod merito affirmamus (1) ſi vera injuria eſt & omnium conſenſu pro injuria habetur, uti ſi contra jus gentium, quo hoſtis hoſti obligatur, aliquid commiſſum ſit, quod exemplis late demonſtravimus *in Diſſ. de poſtlim. Sect. 3. t. 2. §. 8. & 9.*

ADDITIO.

„Quæritur an pœnæ quoque, quæ cœperunt de„beri belli tempore, condonatæ cenſeantur, ſi „nihil de pœnis earumque remiſſione in pace, di„ctum ſit? Grotius diſtinguit, an jus ad pœnas in„ter reges aut populos ipſos verſetur, an inter pri„vatos: & illo non hoc caſu pœnas remiſſas vi„deri ait: Ego neutro caſu condonatas eſſe pœnas „puto: nam eadem ratio hic obtinet quæ in de„bito civili. *Vid.* §. 16. Modo bellum non ex in„juria propter quam pœna exigitur datum ſit.

„*b*)(REMISSUM IDEO CENSERI DEBET NE PAX „NON SATIS PAX SIT &c.) I. e. ne bello per „pacem finito, occaſio detur novo bello: At tunc „cauſa belli non in eo erit qui ad pœnam agit, ſed „qui reparationem negat, adeoque nulla ratio da„ri poteſt cur, ut evitetur hæc injuria alteri jus „quæſitum auferri debeat.

„*c*) (QUARE ET IGNORATA HIC VENIENT „SUB VERBIS GENERALIBUS:) Contradictio eſt, „remiſſum videri de quo cogitatum non eſt.

„*d*) (APPIANO:) Exemplum hoc plane ad quæ„ſtionem Auctoris non pertinet. Nam crimen hoc „commiſſum non erat ſtante bello, ſed eo finito; „poſtquam id reſciverunt Romani, merito quod „prius fœdus violatum eſſet, cauſati ſunt, adeo„que minando bellum Pœnis imparatis, eos ade„ge-

inquit Dionyſius Halicarnaſſenſis: *optimæ conciliationes quæ iram & offenſarum memoriam delent.* Iſocrates Plataica: εἰρήνης οὔσης οὐ προσήκε μνησικακεῖν περὶ τῶν τότε γενομένων: [e] *In pace non decet ante peccata exſequi.* Antiq. Rom Lib III. c. 8. pag. 138. Ed Oxon Pag 12. B Ed H. Steph.

§. XVIII.

[a] De privatorum jure ad pœnam [b] non tanta eſt ratio ut remiſſum cenſeatur: [c] quia ſine bello judiciis expediri poteſt. Tamen cum hoc jus, [d] non ita noſtrum ſit ut quod ex inæqualitate naſcitur, [e] & pœnæ ſemper aliquid odii habeant, [f] levis verborum conjectura ſufficiet ut hoc quoque donatum intelligatur.

§. XIX.

Quod vero [a] diximus jus quod ante bellum fuit [b] ademptum facile cenſeri non debere: id [c] in privatorum jure firme tenendum eſt, [d] in jure autem regum & populorum facilius eſt ut condonatio aliqua intelligatur facta, [e] ſi modo verba [f] ut conjecturæ non improbabiles ſuppetant: maxime vero [g] ſi jus de quo agitur non liquidum erat, ſed in controverſia poſitum. [h] Benignum enim eſt credere id actum, ut belli ſemina evellerentur. Idem quem modo laudavi Dionyſius Halicarnaſſenſis: οὐκ ἀπόχρη τοῦτο μόνον ἡμᾶς σκοπεῖν ὅπως ἂν τὴν παροῦσαν ἔχθραν διαλυσαίμεθα πρὸς ἀλλήλους, ἀλλ' ὥστε μηδ' αὖθίς ποτε L. 3. c. 9.

„gerunt ad novum fœdus, quo Sardinia ceſſerunt. „*Gron. h.*

„e) (IN PACE NON DECET ANTE PECCATA „EXEQUI:) Non loquitur de jure ad pœnas quæ „deberi cœperunt belli tempore, ſed de peccatis „durante bello commiſſis, hæc omnino remiſſa „cenſentur bello per pacem compoſito.

„a) (DE PRIVATORUM JURE AD POENAM:) „Nam quatenus jus ad pœnam *inter ipſos reges* „*aut populos* verſatur id remiſſum cenſeri debere, „dixit §. *præced.*

„b) (NON TANTA EST RATIO:) Inter reges „enim & populos intereſſe dixit, ne veteres ad bel„lum cauſæ relinquantur.

„c) (QUIA SINE BELLO JUDICIIS EXPEDIRI „POTEST:) Adeoque ibi metus belli non eſt.

„d) (NON ITA NOSTRUM SIT UT QUOD EX „INÆQUALITATE NASCITUR:) Et quod proinde „non facile ademtum cenſeri dixit, *ſupra §. 16.*

„e) (ET POENÆ SEMPER ALIQUID ODII HA„BEANT:) Ubi interpretationem reſtrictive fieri „debere putat. *Vid. §. 11. n. 1.*

„f) (LEVIS VERBORUM CONJECTURA SUFFI„CIT:) Sæpius dictum eſt, ex conjecturis nullum „jus deduci poſſe: Cæterum nos in præcedenti §. „probavimus injurias ante bellum commiſſas, et„iam pace facta vindicari poſſe; niſi illæ ipſæ in„juriæ cauſam bello dederint.

„a) (DIXIMUS:) *Supra §. 16.*

„b) (ADEMTUM FACILE CENSERI NON DEBE„RE:) Quia populus aut rex jura ſubditorum tue„ri tenetur *d. §. 16.*

„c) (IN PRIVATORUM JURE FERME TENEN„DUM EST:) Id eſt in injuriis a privatis invicem „datis ante bellum inchoatum.

„d) (IN JURE AUTEM REGUM ET POPULO„RUM FACILIUS &c. Imo eadem ratio eſt, nam „per pacem ſaltem tranſigitur de damnis bello da„tis, non de iis quæ ante bellum data ſunt, adeo„que actio eo nomine ſalva eſt.

„e) (SI MODO VERBA:) Levis verborum con„jectura *Vid. §. præced.*

„f) (AUT CONJECTURÆ NON IMPROBABI„LES:) Diximus ex conjecturis jus non oriri, ſed „ex ſola voluntate partium ſufficienter declarata: „qualis non eſt, ſi pace nihil de remiſſione juris „ante bellum quæſiti dictum eſt.

„g) (SI JUS DE QUO AGITUR NON LIQUI„DUM ERAT:) imo tunc plane jus agendi non „competit.

„h) (BENIGNUM ENIM EST CREDERE:) Quid „non ex ejusmodi conjecturis inferri poſſet? Ve„ra ratio eſt, quod jus dubium ſit, quo caſu jus „belli non obtinet.

ποτε πολεμήσωμεν ἔτι δεῖ παρασκευάσασθαι. ἐ γὰρ ἀναβολὰς ποιησόμενοι τῶν κακῶν συνηλύθαμεν, ἀλλ' ἀπαλλαγάς: *Non tam cogitandum eſt de ſarcienda in præſens amicitia,* [i] *quam id curandum ne bello iterum implicemur; neque enim ad differenda ſed ad auferenda mala convenimus*: quæ po-
Pag 164. C. ſtrema verbo tenus ferme deſumpta ſunt ex Iſocrate, oratione de Pace.

§. XX.

[a] Quæ poſt perfectas pactiones capta ſunt reddenda ſatis conſtat; [b] ſublatum enim jam erat belli jus.

§. XXI.

Alciat. v. Reſp. 17. At in pactionibus [a] quæ ſunt de reddendis his quæ bello capta ſunt, primum [b] latius interpretandæ quæ mutuæ ſunt [c] quam quæ claudicant: deinde [d] quæ de hominibus agunt plus favoris habent quam quæ de rebus: [e] & inter eas quæ de rebus, hæ quæ de agris plus [f] quam quæ de rebus mobilibus: & quæ de his [g] quæ penes publicum ſunt plus quam quæ penes privatos: & inter eas quæ penes

„i)(QUAM ID CURANDUM NE BELLO ITERUM „IMPLICEMUR:) Hoc verum, at alia quæſtio eſt „an, ut id evitetur, alteri jus quæſitum auferri de„beat: quod merito negamus. Diximus cauſam „novi belli non eum eſſe qui pœnam ante bellum „debitam exigit, ſed eum qui reparationem ne„gat. *Vid. lib. 6.* § 17.

„a) (QUÆ POST PERFECTAS PACTIONES:) „Etiamſi forte publicata nondum ſit pax.

„b) (SUBLATUM ENIM JAM ERAT JUS BELLI:) „Utpote quod pace facta deſiit: exemplum ex „Appiano allegavimus ſupra §. 17. *in fin.*

„(AD §. XXI.) Auctor hactenus egit de inter„pretatione pacis *in qua nihil dictum eſt de debitis* „*ſive ante bellum ſive in bello* contractis: Hic ex„ponit regulas interpretationis in caſu, ubi tabu„lis pacis cautum eſt *de reddendis his quæ bello* „*capta ſunt.* Si enim dubium aliquod ibi oritur „circa reſtitutionem, (1) ait laxiorem obtinere in„terpretationem in reſtitutionibus mutuis, quam „in reſtitutione unilaterali: (2) majorem in re„ſtitutione perſonarum quam rerum: (3) in re„ſtitutione rerum majorem favorem eſſe immobi„lium quod mobilium, (4) in mobilibus publi„carum magis quam privatarum (5) in privatis „earum magis quæ lucrativo titulo poſſidentur, „quam quæ oneroſo.

„At omnia hæc gratis dicuntur. Quoties nihil „dictum eſt pace de rebus captis, injuria manet, „& id ſaltem cautum eſt ne vi repetantur: Quo „ipſo non impeditur, quo minus res, jura, & „perſonæ poſtliminii jure recipi poſſint.

„a) (QUÆ SUNT DE REDDENDIS:) Adeoque „quibus reſtituitur poſſeſſio bello turbata *Vid.* §. „*11. n. 2. & §. 13.*

„b) (LATIUS INTERPRETANDÆ QUÆ MUTUÆ „SUNT:) Adeoque ubi reciproce omnia in priſti„num ſtatum reſtitui debent.

„c) (QUAM QUÆ CLAUDICANT:) Id eſt ubi ab „una ſaltem parte reſtitutio fieri debet: Diximus „utrobique idem jus obtinere.

„d) (QUÆ DE HOMINIBUS AGUNT PLUS FA„VORIS HABENT:) Jure naturæ non quæritur de „favore, ſed de voluntate declarata.

„e) (ET INTER EAS HÆ QUÆ DE AGRIS PLUS „&c.) Imo eadem utrobique eſt ratio, & reddi „debent tantum quatenus inter partes diſpoſitum „apparet: Si de utriusque conſenſu certo non con„ſtat nihil actum eſt.

„f) (QUAM QUÆ DE REBUS MOBILIBUS:) De „his reſtituendis vix ulla pace caveri ſolet; quia „res exitum habere nequit, probari enim deberet „(1) rem ablatam eſſe, (2) quis eam teneat &c. „& (3) ſi res periit, valor probandus eſſet &c. „Hinc legimus certam, reſtitutionis ſummam ſæ„pius pace ſtipulatam, nunquam vero reſtitutio„nem rerum mobilium injunctam eſſe.

„g)(QUÆ PENES PUBLICUM SUNT PLUS QUAM „QUÆ PENES PRIVATUM:) Ita ut ea ſaltem reſti„tuenda ſint, quæ reſpublica cepit, non quæ pri„vati: At ſi in genere omnia bello capta reſtitui „cautum eſt, etiam ea reſtitui debent quæ privati „ceperunt.

„h)

nes privatos, [h] plus illæ quæ reddi jubent lucrativo titulo poſſeſſa [i] quam oneroſo, ut [k] quæ emtionibus, quæ dotibus tenentur. *Cic. de Offic. II. 23.*

§. XXII.

[a] Cui pace res conceditur ei & fructus conceduntur [b] a tempore conceſſionis, [c] non retro, quod recte defendit Cæſar Auguſtus contra Sextum Pompejum, qui Peloponneſo ſibi conceſſa, [d] ſimul etiam tributa quæ pro exactis annis debebantur ſibi vindicabat. *App. civ. V p. 716*

§. XXIII.

[a] Nomina regionum accipienda ex uſu præſentis temporis, [b] non tam vulgi quam peritorum; nam a peritis negotia talia tractari ſolent.

§. XXIV.

[a] Habent & illæ regulæ frequentem uſum, [b] quoties relatio fit ad pactum antecedens aut vetus, [c] toties repetitas cenſeri qualitates aut conditiones priore pacto expreſſas: Et pro faciente habendum qui facere voluit, [d] ſi per alterum quicum controverſia eſt ſtetit quo minus fieret. *Quint. decl. 343*

§. XXV.

„*h*) (PLUS ILLÆ QUÆ REDDI JUBENT LUCRA-„TIVO TITULO POSSESSA:) Ut ex donato, lega-„to &c.

„*i*) (QOAM ONEROSO:) Imo nullum favorem „habent pacta quæ reddi jubent *lucrativo titulo* „poſſeſſa. Nam ſi id pacto expreſſum eſt reddi de-„bent, non quia cauſa eſt favorabilis, ſed quia „partes ita diſponunt; quæſita autem titulo one-„roſo non reddi debeot, quia ſaltem ea quæ titu-„lo lucrativo poſſeſſa ſunt, ſub lege reſtitutionis „continentur.

„*k*) (QUÆ EMTIONIBUS QUÆ DOTIBUS TENEN-„TUR:) St quis hoſtium civi domum ſuam ven-„diderit, vel filiam elocaverit &c.

a) (CUI PACE RES CONCEDITUR EI ET FRUCTUS CONCEDUNTUR:) Fructus ſequuntur cauſam rei, ac ſunt ejus acceſſio.

b) (A TEMPORE CONCESSIONIS:) Ex eo enim tempore demum jus recuperat in rem, adeoque & in ejus acceſſiones.

c) (NON RETRO:) Excipe, ſi vel pactione continetur ut omnia damna reſtituantur, vel pactione nihil de damnis dictum ſit, tunc etiam fructus retro reſtitui debent, quia ratione damnorum, quo etiam pertinent fructus erepti, lis manet.

d) (SIMUL ETIAM TRIBUTA QUÆ PRO EXACTIS ANNIS DEBEBANTUR:) Adeoque quæ Au-„guſtu jam quæſita erant jure rei: *Vid. Appian. bell. liv. l. 5.*

ADDITIO.

„Plenius hanc rem explicavit B. parens in *diſſ. Part III.* „*de poſtlim. Sect. 6 §. 11. & 12.*

„*a*) (NOMINA REGIONUM ACCIPIENDA EX USU „PRÆSENTIS TEMPORIS:) De ejus enim temporis „voluntate quæritur, adeoque verba ſumenda ſunt „juxta ſignificationem tempore diſpoſitionis uſita-„tam. Unde deciditur prætenſio Regis Galliæ in „regnum Auſtraſiæ, de qua vide Jus publ. noſtrum „*c. 5. §. 19. ſeq.* Ita Capitanatum ducatum, diviſa „ex pacto cum Hiſpanis Neapoli, antiqua appella-„tione petierunt Galli: *Vid. Hennig. in not. h.* „Sed bello pulſi totum regnum amiſere quod bel-„luoi deſcribunt Paulus Jovius, Cominæus &c.

„*b*) (NON TAM VULGI QUAM PERITORUM:) „De hac interpretandi regula late egimus *Supra* „*l. 2. c. 16. §. 3.*

„*a*) (HABENT ET ILLÆ REGULÆ &c.) Scilicet „regulæ interpretationum.

„*b*)(QUOTIES RELATIO FIT AD PACTUM AN-„TECEDENS, AUT VETUS:) In novioribus pacis „tractatibus, pacta præcedentis fundamenti loco „poni ſolent.

„*c*) (TOTIES REPETITAS CENSERI QUALITA-„TES AUT CONDITIONES PRIORE PACTO EX-„PRESSAS:) Hoc eſt quod ad ajunt relatum eſſe „in ſuo referente cum omnibus ſuis qualitatibus. „*Vid. Barbos loc. comm. voc. relatio art. 17.* At „hoc non ex aliqua ſequitur interpretatione, ſed „ex diſpoſitione expreſſa partium, quæ id quod „in relato continetur valere voluerunt.

„*d*) SI PER ALTERUM, QUI CUM CONTROVER-„SIA EST, STETIT:) Quia petere non poteſt im-

§. XXV.

Quod vero quidam ajunt [a] moræ purgationem intra breve tempus admitti, verum non eſt, [b] niſi improviſa neceſſitas impedimento fuerit. Nam quod canones nonnulli purgationi tali favent mirum non eſt, [c] cum eorum officium ſit Chriſtianos ad ea permovere quæ caritati mutuæ conveniunt. At in hac quæſtione de pactis interpretandis non jam quærimus quid melius ſit imo [d] nec quid a quoque religio & pietas expoſcat; [e] ſed ad quid cogi poſſit, [f] quod totum verſatur in eo jure quod externum diximus.

§. XXVI.

In dubio autem ſenſu magis eſt [a] ut contra eum fiat interpretatio [b] qui conditiones elocutus eſt, [c] quod eſſe ſolet potentioris (eſt ejus qui dat non qui petit conditiones pacis dare, [d] ait Annibal) *L. Veteribus 39. D. de pactis.* ſicut & contra venditorem fit interpretatio. [e] Habet enim quod ſibi imputet qui non apertius locutus eſt: alter autem quod plures ſenſus recipiebat, [f] id ſuo jure accipere potuit in partem ſibi utiliorem, [g] unde alienum non eſt quod Ariſtoteles dixit: *Ethic. Nicom. VIII, 15.* διὰ τὸ χρήσιμον τῆς φιλίας ὔσης ἡ τȣ̃ παθόντος ὠφέλεια μέτρον ἐςιν: *Ubi utilitatis cauſa ami-*

„plementum qui ipſe impedivit quo minus imple„atur: *Laut. Comp. p. 52.*

„Quid ſi tertius impediat? Reſp. tunc non habe„tur pro facto, ſed tenetur is qui non fecit ad „omne id quod intereſt: At hic agere contra eum „poteſt per quem ſtetit, ad damni inde dati re„parationem:

„a)(MORÆ PURGATIONEM INTRA BREVE TEM„PUS ADMITTI, VERUM NON EST:) Quia culpa „commiſſa adeoque ſemel jus natum eſt: niſi ju„ſta moræ cauſa ſit, tunc enim culpa ceſſat adeoque „& effectus moræ *l. 22. l. 23. ff. Uſur.*

b)(Grot.) (NISI IMPROVISA NECESSITAS IMPEDIMENTO FUERIT.) Vide *Albertum Argentinenſem.*

„c) (CUM EORUM OFFICIUM SIT CHRISTIANOS „AD EA PERMOVERE:) i. e. ad ea quæ virtutis & „perfectionis ſunt.

„d) NEC QUID A QUOQUE RELIGIO AUT PIE„TAS EXPOSCAT:) Hoc enim ad Theologiam & „Ethicam pertinet.

„e) (SED AD QUID COGI POSSIT:) Scilicet „armis.

f) (QUOD TOTUM VERSATUR IN EO JURE „QUOD EXTERNUM DIXIMUS:) i, e. quod impu„nitatem inter homines concedit, conſcientiam au„tem tutam non reddit: quod alibi examinavi„mus: Vide *indicem* voce *jus externum*:

a) UT CONTRA EUM FIAT INTERPRETATIO QUI CONDITIONES ELOCUTUS EST:) Imo hoc pœnale eſt, adeoque non a natura: utpote juxta quam injuria agit is qui ex pactione obſcura jus petit.

b)(Grot.) (QUI CONDITIONES ELOCUTUS EST:) *Plautus* Perſa: *tua merx, tua indicatio eſt* (IV. 4. 37.) In hac re ſolet prior loqui is qui plus valet. Ut vero petantur conditiones, loqui prior ſolet qui eſt infirmior. *Plutarchus* Sulla: τῶν δεομένων ἐςὶ τὸ προτέρȣς λέγειν· τοῖς δὲ νικῶσιν ἐξαρκεῖ τὸ σιωπᾶν· *eorum eſt prius loqui qui opus habent pace, victori ſatis eſt tacere* (Pag. 467. C.)

„c) (QUOD ESSE SOLET POTENTIORIS:) omnis „quæſtio eo recidit an diſpoſitio certa ſit, ſi enim „obſcura eſt & partes inter ſe non conveniunt, „nihil exinde peti poteſt, ſive potentior ſive infe„rior formulam dictaverit aut conceperit.

„d) (AIT HANNIBAL apud *Liv. l. 30. c. 30.* at „non loquitur de conditionibus obſcuris.

„e) (HABET ENIM QUOD SIBI IMPUTET:) Hæc „ratio mere pœnalis eſt, adeoque juris civilis. Vid. „*l. 39. ff. de pact. l. 21. 32. 33. ff. Cont. Emt.* Conf. „ſupra *l. 2. c. 16. §. f.*

„f) (ID SUO JURE ACCIPERE POTUIT IN PAR„TEM SIBI UTILIOREM:) Imo jure naturæ eadem „ratione dici poſſet, ſibi imputare debere, quod, „cum elocutio plures ſenſus reciperet, verum ſen„ſum ab altero percontatus non fuerit.

„g) (UNDE ALIENUM NON EST:) Imo hoc „effatum plane huc non pertinet.

„g)

amicitia eſt, ibi ejus qui accipit utilitas, b ejus quod debetur menſura eſt.

§. XXVII.

„b) (EJUS QUOD DEBETUR MENSURA EST:) „i. e. talis amicitia non æſtimatur ex animo & „intentione, ſed ex utilitate quæ in accipientem „redundat.

(AD §. XXVII.) In quæſtione, *quando pax rupta cenſeatur?* Author recte diſtinguit an pax rupta, an vero nova belli cauſa data ſit: *Illo* caſu enim lis prior reviviſcit, quia pax per quam ſopita erat, impleta non eſt: *hoc* caſu manet prior pax & ex nova injuria agitur. Ita inter Luſitanos & Hiſpanos bellum fuit de regno Luſitaniæ, quo ſopitn lis oova de navigatione orta eſt; in qua non amplius quæſtio erat de regno Luſitaniæ, nam cum rege Luſitaniæ qua tali agebatur, adeoque prior pax ſalva manebat.

Ita inter Perſeum & Romanos, inter quos fœdus erat, *ne Perſeus ſocios Populi Romani bello inquietaret*, quæſitum eſt, An contra hoc foedus egerit Perſeus eo, quod Abrypolim toto regoo expuliſſet: & merito id negatur, quia Perſeus ſe vi defendebat contra invadentem:

Effectus inſignis hic eſt, quod *priori* caſu reparatio prioris injuriæ exigatur, omnisque damni dati priori bello: *poſteriori* caſu autem ſatisfactio ſalteio æſtimatur ex quantitate damni ex nova cauſa dati.

Quær. An pace ab uno rupta alter quoque rumpere poſſit? Negatur ſed læſus bello alterum adigere debet ut impleat: Adeoque hic bellum gerit non animo violandi priorem pacem, ſed ut reparetur injuria ipſi violatione pacis illata.

ADDITIO.

„Grotius prolixe admodum tractat quæſtionem, „quando pax rupta cenſeatur! Rumpi enim pacem „triplici modo ait (1) Si paciſcens aliquid facit con„tra id quod omni paci ineſt: (2) Si quid fit contra „id quod in pace dictum eſt: aut (3) contra id quod „ex pacis cujusque natura ineſt *l. 3. c. 20. §. 27.*

Ad PRIMUM modum refert (1) Si absque no„va belli cauſa vis infertur vel ab ipſo paciscente: „vel a Sociis, ſi ita pace inter partes conven„tum eſt ut ex facto Sociorum quoque tenean„tur, vel a ſubditis, ſi vel juſſu publico vim in„tuerunt, vel civitas approbat; *d. c.* 20. *§.* 28. non „ſi ſubditi iojuſſu publico aliis militant *d. c. 20. §.* „*29.* Si absque nova belli cauſa vis infertur noo „tantum toti corpori ſed & ſingulis ſubditis, nec „civitas reparare injuriam velit, modo lædentes „non ſint prædones in quos judicium ceſſat, quin & „ſociis, pace comprehenſis *d. c. 20. §. 30.* nam ſi non „comprehenſi ſunt, aſſiſtere eis licere ait, ſed ru„ptam pacem oon cenſeri *d. c. 20. §. 33.*

„Ad SECUNDUM modum refert non tantum ſi pa„ciſcens faciendo, id quod pace promiſſum eſt vio„lat, ſed & ſi omittendo *d. c. 20. §. 34.* etiamſi „minimum pacis caput violetur, *d. c. 20. §. 35.* „adeo ut nec moræ purgatio intra breve tempus „admittatur *d. c. 20. §. 35.* Ubi Grotius monet, „ne faciles ſimus ad reſiliendum ex levi cauſa a „pace *d. c. 20. §. 35. & §. 36.*

„Cæterum auctor ait (*a*) non ruptam videri pa„cem ſi pœna adjecta eſt in caſum violationis & „illa ſolvatur: *d. c. 20. §. 36.* nec (*b*) ſi res perierit „vel præſtatio ſit impoſſibilis; at tunc teneri pa„ciſcentem ad id quod intereſt: *d. c. 20. §. 37.* „Denique & (*c*) ait læſum ſervare pacem poſſe „etſi clauſula adjecta ſit ut rupta pax ſit ſi viole„tur *d. c. 20. §. 38.*

„Ad TERTIUM modum refert, ſi aliquid ſit quod „ſpecialis pacis natura repudiat *d. c. 20. §. 39.* uti „ſi paciſcens quid contra amicitiæ officia facit, „ſi nimirum pax ſub lege amicitiæ inita eſt *d. c.* „*20. §. 40.* quo refert omnes injurias noo armatas & quæ contumeliæ nomine veniunt *d. c. 20.* „*§. 40. n. 1.* uti (*a*) minas atroces (*b*) exſtructio„nes arcium in finibus quæ non tuendi ſed nocendi „cauſa fiuot, (*c*) inſolitam copiarum conſcriptio„nem, modo juſta indicia ſint contra paciſcentem „parari *d. c. 20. §. 40. n. 3.*

„Addit non temere interpretandam eſſe hanc „calumniam; *d. c. 20. §. 40. n. 1.* atque hinc pro „violatione amicitiæ non habenda eſſe (*a*) ſi perſo„næ conjunctæ aut ſubditæ ipſi qui cum pax inita „eſt, injuria infertur, uti ſi ſtuprum vel adulteri„um cum ea committitur: *d. c. 20 §. 40. n. 2.* (*b*) „ſi quis ſubditos alterius recipiat *d. c. 20. §. 41. n.* „*1.* nec (*c*) ſi perfugium exſulibus dat. *d. c. 20. §.* „*41. n. 1.* in quos tamen ſi pœnæ rei ſunt judici„um dandum eſſe ait *d. c. 20. §. 41. n. 2.* Excipit „auteoi caſum ubi pars civitatis, vel is qui ſacra„mento adſtrictus eſt, vel ſervus recipitur, hoc „enim abque iojuria fieri non poſſe ait: *d. c. 20.* „*§. 41. n. 2.*

„Equidem *duobus prioribus* modis pacem rum„pi certum eſt, at, quod ad *tertium* modum atti„net, is dubio non caret. Sane officia amicitiæ „nihil aliud ſunt quam officia caritatis, ex qua al„teri jus oon oriri, adeoque nec præſtandi neceſſi„tatem ſequi, ipſe docuit *Vid. Diſſ. proœm 11. §.* „*9. &* 10. Sed & negamus actus illos, quos „Auctor ad officia amicitiæ refert, eo pertinere, „minas enim atroces evomere, arces exſtruere „nocendi cauſa, exercitum conſcribere contra vi„cinum &c. violationem juris inferunt, & totidem „ſunt injuriæ, ad quarum reparationem agere poſ„ſumus: Denique negamus per hac iojurias pacem „priorem rumpi, nam novæ hæ ſunt injuriæ, quæ „novam bello cauſam dant: Niſi aſſerere valimus „pacem priorem omni nova injuria, novaque belli „cauſa rumpi. Quod ipſe Grotius tameo negat „*§. 27. & 28.* Cæterum alibi probavimus, pace „ab uno rupta, alteri quoque jus eſſe inde receden„di Conf. *ſupra c. 19. §. 14.*

§. XXVII.

Quotidiani uſus & illa diſputatio eſt, [a] quando pax rupta cenſeatur: quod Græci vocant [b] παρασπόνδημα; [c] non enim idem eſt novam bello cauſam præbere [d] & pacem rumpere; ſed multum inter hæc intereſt, [e] tum ad committendam pœnam a peccante, [f] tum ad liberandam in cæteris fidem ejus in quem peccatum eſt. Rumpitur pax tribus modis, [g] aut faciendo contra id quod omni paci ineſt, [h] aut contra id quod in pace dictum eſt aperte, [i] aut contra id quod ex pacis cujusque natura debet intelligi.

§. XXVIII.

Contra id [a] quod omni paci ineſt fiet, [b] ſi vis bellica inferatur, nimirum ubi nulla nova ſubeſt cauſa: quæ ſi probabiliter adſerri poteſt, [c] ſatius eſt injuſtitiam ſine perfidia, quam cum perfidia admiſ-
Lib. 1. c. 123. ſam credi. Illud Thucydidis vix opus habet moneri; λύουσι τὰς σπονδὰς οὐχ οἱ ἀμυνόμενοι; ἀλλ' οἱ πρότεροι ἐπιόντες: [d] *Pacem rumpunt non qui vim vi arcent ſed qui priores vim inferunt.* [e] Hoc poſito, [f] a quibus

g &

,,a) (QUANDO PAX RUPTA CENSEATUR:) *Vid.* ,,*Burgers. Obs. 86. cent. 1.*

,,b) (Παρασπόνδημα:) A παρασπονδέω fœdus frangu, ex παρὰ contra, & σπονδαὶ fœdera.

,,c) (NON ENIM IDEM EST NOVAM BELLI ,,CAUSAM PRÆBERE:) Tunc enim ſalva manet ,,prior pax, neque priſtina injuria reſuſcitatur, ,,neque ejus reparatio petitur.

,,d) (ET PACEM RUMPERE:) Tunc enim prior ,,cauſa reviviſcit, & ex ea reparatio petitur.

,,e) (TUM AD COMMITTENDAM POENAM A ,,PECCANTE:) Quia gravior eſt injuria quæ cum ,,perfidia i. e, violatione pacis, conjuncta eſt.

,,f) (TUM AD LIBERANDAM IN CÆTERIS ,,FIDEM:) Nam ſi alter rumpit pacem in quibus- ,,dam articulis, nec ego fidem in cœteris adim- ,,plere teneor: Vide ſupra *l. 3. c. 19. §. 14.*

,,g) (AUT FACIENDO CONTRA ID QUOD OMNI ,,PACI INEST:) *Vid. §. 28. usque ad §. 34.*

,,h) (AUT CONTRA ID QUOD IN PACE DI- ,,CTUM EST:) *Vid. 34. usque ad §. 39.*

,,i) (AUT CONTRA ID QUOD EX PACIS CU- ,,JUSQUE NATURA:) *Vid. §. 39. 40 & 41.*

,,a) (QUOD OMNI PACI INEST:) Etſi forte id ,,verbis expreſſum non ſit.

,,b) (SI VIS BELLICA INFERATUR NIMIRUM ,,UBI NULLA NOVA SUBEST CAUSA:) Vix eſt ut ,,pace facta quis vim alteri inferat non allegata ,,nova cauſa.

,,c) (SATIUS EST INJUSTITIAM SINE PERFI- ,,DIA ADMISSAM CREDI:) Si quis novam infert ,,injuriam, nihil agit contra capita pace deciſa, ,,adeoque perfidiam non committit; pax ſalva ma- ,,net ratione prioris cauſæ: ſed nova injuria eſt ,,novaque injuriæ cauſa.

d) (Grot.) (PACEM RUMPUNT NON QUI VIM VI ARCENT, SED QUI PRIORES VIM INFERUNT:) Vide *Ammianum Marcellinum* initio libri XXIX. qui ſic de Romanis: *opera conſulta retro cedentes, ne ferro violarent adverſorum quenquam primi, & judicarentur diſceſſi fœderis rei, ultima trudente neceſſitate congreſſi ſunt.* Armenii in oratione ad Choſroën apud *Procopium* Perſicorum II. (c. 3) λύουσι μὲν γὰρ τὴν εἰρήνην οὐχ οἳ ἂν ἐν ὅπλοις γένοιντο πρῶτοι, ἀλλ' οἳ ἂν ἐπιβουλεύοντες ἐν σπονδαῖς τοῖς πέλας ἁλοῖεν· *rumpunt pacem non qui primi in armis ſunt, ſed qui fœderis tempore deprehenduntur inſidiati alteris.* Apud eundem Vandalicorum II. Mauri: λύουσι γὰρ τὰς σπονδὰς, οὐχ ὅσοι ἀδικούμενοι ἐκ τοῦ ἐμφανοῦς τοὺς πέλας κατηγοροῦντες ἀφίστανται, ἀλλ' ὅσοι ὑποσπόνδους ἔχειν ἀξιοῦντές τινας, εἶτα βιάζονται. καὶ τὸν Θεὸν πολέμιον σφίσι ποιοῦνται, οὐχ οἳ ἂν τὰ σφέτερα αὐτῶν κομιζόμενοι ἐφ' ἑτέρους χωροῖεν, ἀλλ' ὅσοι τῶν ἀλλοτρίων ἐπιβατεύοντες ἐς κίνδυνον πολέμου καθίστανται *frangunt pacis fœdera, non qui injuriis affecti, palamque id deqeſti ad alios ſe transferunt, ſed qui, quos fœderatos habere volunt, violant: Deumque ſibi faciunt hoſtem, non ſi qui rebus ſuis ſecum ſumtis ad alios tranſeant, ſed ſi qui aliena invadentes eorum dominos in belli pericula cogunt.* (Cap. 11.)

,,e) (HOC POSITO:) Imo ex hoc poſito non- ,,dum ſequitur deciſio quæſtionis, *quando pax ru-* ,,*pta cenſeatur* ſed ſemper curate dignoſcendum ,,eſt, an contra pacis articulos aliquid fiat, an ex ,,nova cauſa vis inferatur.

,,f) (A QUIBUS:) V. g. an etiam a ſociis illa- ,,ta vis rumpat pacem *Vid. §. ſeq.*

,,g)

g & quibus illata vis armata pacem ſolvat videndum eſt.

§. XXIX.

a Qui ſocii fuerunt b ſiquid tale faciant, pacem rumpi video eſſe qui ſentiant. c Nec nego ita conveniri poſſe, d non proprie ut ex alieno facto alius fiat pœnæ obnoxius, ſed ut pax non videatur plene inita, ſed ſub conditione, e partim poteſtativa, f partim caſuali. Verum g hoc modo facta pax, ni manifeſte appareat, credi non debet: h eſt enim enorme, & communi pacem facientium voto non convenit; ergo i qui vim intulerunt, k aliis non adjuvantibus, pacis ruptæ tenebuntur; l & in eos bellandi jus erit, non in alios: contra quam Thebani aliquando m contra Lacedæmoniorum ſocios dixerunt. *Pauſ. IX. c. 1.*

§. XXX

„g) (ET QUIBUS:) V. g. an rupta pax cenſea-„tur ſi vis non toti civitati, ſed quibusdam ſubdi-„tis infertur, vel ſociis &c. *Vid. §. 32. ſeq.*

(AD §. XXIX.) Quæritur an pactiones rumpantur ſi ſocius meus, vel ſubditi mei, aliquid articulis pacis contrarium agunt? Negatur: Non enim tenetur ſocius ex facto & injuria *ſocii*, ſane imputari ei nulla ratione poteſt quod ſocius belli prioris facit: Neque poteſt id comprehendi in fœdere, quia quisque tantum diſponit de ſuo jure & facto, non de alieno quod in ejus poteſtate non eſt: Unde abſurdum eſſet, ideo quod Galli pacem Osnabrugenſem, toties fregerunt, Suecis, qui tunc belli ſocii erant, bellum inferre. Sed & contrahens non tenetur ex injuria *ſubditorum* quia cum ſubditis non eſt contractum: neque ex eorum facto respublica obligatur quamdiu factum illud non approbat.

Bretislaus Boemiæ rex, cum Poloni invaſiſſent fines ſuos, bellum meditabatur quia conſenſu Regis Caſimiri, vel diſſimulatione ſaltem factum fuiſſe ſuſcipio erat: At ſaniores conſilium dabant interrogandum prius eſſe Caſimirum, num publico conſilio ſubditi id fecerint; quo negato, Rex prædones furca ſuſpendit *Dubrav. Hiſt. Bœm l. 7.* Exc: (1) ſi ſocii ejus qui olim hoſtis erat periculum receperunt, & fidem pro ſociis interpoſuerunt (2) ſi ſubditi ſociorum publico conſilio hoſti noſtro militant: tunc enim hoſtes ſunt, quia cauſam & partes ejus defendunt. Hinc cum Tuſculani faterentur publico conſilio ſe militaſſe Volſcis contra Romanos, Camillus inde concludebat Tuſculanos a ſocietate deſciviſſe. *Liv. l. 6. c. 25.* & Hernicis, captos in Volſcorum bello repetentibus, ut ſuis legibus in eos animadverterent, negatum id fuit *Liv. l. 6. c. 17. in fin.* quia publica ope Volſcos adjuverant *d. l. 6. c. 13. in fin.* Conf. *Auth.* §. 31. (3) Si paciſcens ſubditos contra pacis articulos agentes vel non impediverit, cum potuerit, vel punire eos noluerit, tunc enim ipſius contrahentis injuria eſt.

„a) (QUI SOCII FUERUNT:) Eorum, ſcilicet, „quibus cum pacem fecimus.

„b) (SI QUID TALE FACIANT:) Quo pax „rumpitur quæ cum ſocio eorum contracta fuit.

„c) (NON NEGO ITA CONVENIRI POSSE:) Ut „ſcilicet pax rupta cenſeatur, etiamſi ſocii pa-„ciſcentis aliquid contrarium paci ſtatuerint.

„d) (NON PROPRIE UT EX ALIENO FACTO:) „Adeoque tenetur paciſcens non ex delicto, ſed „ex pacto, eodem modo uti fidejuſſur qui pro „delinquente cautionem interpoſuit; aliter enim „pacem non iniit is qui addidit talem legem, & „ſecuritatem non tantum contra paciſcentem, ſed „& contra ejus ſocios ſibi parare voluit, atque id „utrinque placitum eſt.

„e) (PARTIM POTESTATIVA:) Quatenus ab „ipſius promittentis arbitrio pendet.

„f) (PARTIM CASUALI:) Quatenus pendet ab „arbitrio tertii, ſocii &c.

„g) (HOC MODO FACTA PAX &c. CREDI NON „DEBET:) Id dependet a voluntate & diſpoſitione „partium, de qua plene conſtare debet.

„h) (EST ENIM ENORME ET COMMUNI PA-„CEM FACIENTIUM VOTO NON CONVENIT:) Si „de voluntate conſtat, ſemper tenetur promittens, „ſi id dubium ſit, nihil actum eſt, quia deficit vo-„luntas.

„i) (QUI VIM INTULERUNT:) Contra pacis le-„ges.

„k) (ALIIS NON ADJUVANTIBUS:) I. e. non „aſſiſtentibus iis qui in præcedenti bello ſocii fu-„ere: hæc enim ſocietas deſiit pace inita.

„l) (ET IN EOS BELLANDI JUS EST, NON IN „ALIOS:) Illi enim ſoli injuriam faciunt.

„m) (CONTRA LACEDÆMONIORUM SOCIOS &c.) „Platæenſes, ſcl. quod Lacedæmonii, quorum illi „ſocii fuerant in bello, Cadmea ex inſidiis occu-„pata pacem rupiſſent, quamvis Platæenſes ipſi „nihil deliquiſſent: *Pauſan. l. 9. p. m 544.* Vid. „*Gron. h.*

§. XXX.

Si quid [a] ſubditi per vim armatam faciunt, ſine juſſu publico, videndum erit an privatorum factum [b] publice probatum dici poſſit: ad quod tria requiri, [c] ſcientiam, puniendi potentiam, & neglectum, ex his quæ [d] ſupra tractavimus facile poteſt intelligi. Scientiam evincunt [e] facta manifeſta aut [f] denuntiata. [g] Potentia præſumitur [h] niſi defectio appareat; neglectum oſtendit elapſum temporis ſpatium, quale in quaque civitate ad crimina punienda ſumi ſolet: [i] Et talis neglectus [k] decreto idem valet, nec aliter accipiendum quod ait apud Joſephum Agrippa, regem Parthum arbitraturum pacem rumpi, [l] ſi ſubditi ſui contra Romanos armati procedant.

L. II. c. XXI. §. 2 & ſeq.

Bell Jud Lib II. Cap 16. §. 4 pag. 190. Edit Hudſon. L. Bat.

§. XXXI.

Quæri ſæpe ſolet an & hoc locum habeat, ſi cujus ſubditi [a] non per ſe arma moveant, [b] ſed aliis bellum gerentibus militent. Certe Cerites adud [c] Livium ſe purgant, ſuos non publico conſilio militaſſe. Eademque [d] Rhodienſium fuit defenſio. [e] Et verius eſt, ut id quoque permittendum non ſit, niſi probabilibus argumentis appareat [f] actum aliud, ut nunc interdum fieri ſolet, exemplo veteri Ætolorum, quibus pro jure erat, [g] ἄγειν λάφυρον ἀπὸ λαφύρȣ, [h] *ex omni*

L. VII. c. 20. Gell VII. c. 3.

„*a*) (SUBDITI PER VIM ARMATAM FACIUNT „SINE JUSSU PUBLICO:) Dictum eſt principem ex „facto ſubditorum privatis, quo prior pax viola„tur, non teneri: at ſi requiſitus prædones non „puniit, tenetur omnino ex rupta pace, quia fa„ctum ſubditorum probat Conſ. *l.* 2. *c.* 15. §. 16 „*n.* 4. & *infr. c.* 21. §. 13.

„*b*) (PUBLICE PROBATUM DICI POTEST:) Ita ut „ipſe populus vel princeps pacem rupiſſe videatur.

„*c*) (SCIENTIAM, PUNIENDI POTENTIAM ET „NEGLECTUM:) Requiritur igitur (*a*) ut Populus „ſciat ſubditum vim inferre, (*b*) ut poſſit eam in„hibere, & (*c*) cum inhibere nequit, ut eum vel „dedere vel. punire detrectet.

„*d*) (SUPRA:) *l.* 2. *c.* 21. §. 2. *ſeq.*

„*e*) (FACTA MANIFESTA:) Manifeſta ſunt, „quæ ita publice fiunt ut civitas non poſſit igno„rare *Gron. h.*

„*f*) (DENUNCIATA:) Si civitati, ab eo cui fa„ctum ſignificatum eſt. *Gron. h.*

„*g*) (POTENTIA PRÆSUMITUR:) Quia legitimi „imperii pars eſt cogere ſubditos delinquentes.

„*h*) (NISI DEFECTIO APPAREAT:) Niſi mani„feſta ſeditione ſubditi ſe Principi opponant.

„*i*) (ET TALIS NEGLECTUS:) Puniendi reos.

„*k*) (DECRETO IDEM VALET:) Id eſt periode „in culpa eſt civitas, ac ſi decreto publico facinus „eſſet perpetratum. *Vid. Gron. h.*

„*l*) (SI SUBDITI SUI CONTRA ROMANOS AR„MATI PROCEDANT:) Agrippa dehortabatur Ju„dæos ne bellum cum Romanis inchoarent, ob „oculos eis ponit reſiſtendi impotentiam nec au„xilium ſperandum eſſe ab Adiabenis; Parthorum „enim regem id non permiſſurum, ſed potius ar„bitraturum fœdus quod cum Romanis initum „erat, eſſe temeratum, ſi quis de his qui ſubjecti „ſunt ejus imperio adverſum Romanos in bellum „procederet: Addit Auctor hoc intelligendum „eſſe ſi Rex potuit impedire & debuit.

„*a*) (NON PER SE ARMA MOVEANT:) Incur„ſus faciendo in fœderatorum terras.

„*b*) (SED ALIIS BELLUM GERENTIBUS MILI„TENT:) Sive mercede conducti, ſive gratis.

„*c*) (LIVIUM:) *L.* 7. *c.* 19. & 20.

„*d*) (RHODIENSIUM:) Qui, utut citra decretum „popularibus ſuis permiſere ut Macedoniæ regi „contra Romanos adjutarent. *Gell. l.* 7 *c.* 3 *pr.*

„*e*) (ET VERIUS EST UT ID QUOQUE PERMIT„TENDUM NON SIT:) Imo ſubditis operam ſuam „aliis locare licitum eſt.

„*f*) (ACTUM ALIUD:) Id eſt permiſſum eſſe „genti cum qua pax mitur, ut aliis militent.

g) (Grot.) (Ἄγειν λάφυρον ἀπὸ λαφύρȣ:) *Plautus* Truculento: *de præda prædam capio.* (II. 7. 15, 16.)

„*h*) (EX OMNI PRÆDA PRÆDAM SUMERE:) „Quia

omni præda prædam ſumere, cujus moris hanc vim eſſe ait [i] Poly-
bius: κἂν ἕτεροί τινες πολεμῶσι πρὸς ἀλλήλȣς, ὄντες Αἰτωλῶν φίλοι καὶ σύμμα- Polyb. libro 17.
χοι, μηδὲν ἧττον ἐξεῖναι τοῖς Αἰτωλοῖς ἄνευ κοινȣ̃ δόγματος καὶ παρ' ἀμφοτέροις c. 4. 5.
πολεμȣ̃σι τὴν χώραν ἄγειν τῶν ἀμφοτέρων: *Etiamſi non ipſi ſed alii bellum
gerant amici ipſorum aut ſocii, ut eo non minus Ætolis liceat* [k] *citra
publicum decretum utrique parti militare & utrinque prædas agere.*
Livius de iisdem: *Juventutem adverſus ſuos ſocios publica tantum* Lib. 31.
auctoritate demta militare ſinunt, & contrariæ ſæpe acies in utraque c. 34.
parte Ætolica auxilia habent. [l] Olim Etruſci, negato Vejentibus
auxilio, ſi qui ſuæ juventutis [m] voluntarii ad id bellum irent non Liv lib.
impediebant. V. c. 17.

§. XXXII.

I. [a] Rurſum pax rupta cenſeri debet, non modo [b] ſi toti cor-
pori civitatis, [c] ſed & ſi ſubditis vis armata inferatur, nimirum [d] ſi-
ne nova cauſa. Nam [e] ut omnes ſubditi tuti ſint pax initur: eſt
enim pax actus [f] civitatis pro toto & pro partibus. [g] Imo etſi cau-
ſa nova ſubſit, per pacem licebit ſe ſuaque defendere. [h] Naturale
enim hoc, ut ait [i] Caſſius, arma armis repellere: [k] ideo abdica- L. vim
tum inter pares non eſt ut facile credatur; [l] ulciſci autem aut abla- vi, 1. §. 17. D de
ta recuperare per vim non licebit, niſi poſtquam judicium erit ne- vi & vi arm.
gatum.

„Quia enim utrique bellantium parti militabant, „ab utraque præda paſſim ſumebant.

i) (Grot.) (POLYBIUS:) Vide eum & in Excerptis. (*num. 6.*)

k) (Grot.) (CITRA PUBLICUM DECRETUM:) Idem de Hunnis Sabiris ſuo tempore narrat *Agathias* libro IV. (Cap. 3.)

„*l*) (OLIM ETRUSCI:) *Liv. l. 5. c. 17.*

„*m*) (VOLUNTARII:) Aliud igitor obtinet, ſi „publico decreto aliis militent, tunc enim augen„tur hoſtium vires facto ejus qui pacem nobiscum „iniit, adeoque is hoſtis fit & reparationi juris „noſtri reſiſtit: exempla vidimus *ſupra* §. 29. „Equidem Helvetos hodieque promiſcue legiones „ſuas aliis locare ſolere conſtat, quin utrique bel„lantium auxilia ejusmodi mittere ſolent, quod „ſpeciali diſſertatione defendit Bochsius: *Vid.* „*Biblioth. Germ.*

a) (RURSUM:) Hactenus vidimus, quando pax rupta videatur ſi ſocii vel ſubditi noſtri vim inferunt aliis; Jam quæritur quando rupta cenſeatur, ſi ſubditis vel ſociis noſtris ab aliis vis infertur.

b) (SI TOTI CORPORI:) Uti ſi toti civitati vis infertur.

c) (SED ET SI SUBDITIS:) Si ſubditi noſtri ab eis cum quibus pax nobis eſt, læduntur, & ſatisfactio negatur, bellum eſt ex nova cauſa: niſi contra pacis articulos læduntur, tunc priſtinum bellum redintegratur.

„*d*) (SINE NOVA CAUSA:) Id eſt ex tali cau„ſa quæ per pacem ſopita eſt. Nam ſi nova eſt „injuria non rumpitur pax.

„*e*) (UT OMNES SUBDITI TUTI SINT PAX „INITUR:) Hoc verum eſt, ſed ſaltem ut tuti ſint „contra injurias illo bello ſopitas: ſi vero nova „infertur injuria, ex cauſa de qua priori bello quæ„ſitum non fuit, pax prior non rumpitur.

„*f*) (CIVITATIS PRO TOTO ET PRO PARTI„BUS:) Id eſt non tantum pro toto corpore, ſed „& pro ſingulis civibus.

„*g*) (IMO ETSI NOVA CAUSA SUBSIT PER „PACEM LICEBIT SE SUAQUE DEFENDERE:) Id eſt „pax prior non obſtat quo minus novas injurias „repellere armis quoque poſſimus.

„*h*) (NATURALE ENIM HOC:) Jure neceſſariæ „defenſionis.

„*i*) (CASSIUS:) *L. 1. §. 27. vi & vi arm.* Vid. „*ſupr. L. 1. c. 1. per tot.*

„*k*) (IDEO ABDICATUM INTER PARES NON „FACILE EST UT CREDATUR:) Facultas ſe de„fendendi contra novam injuriam non ſequitur „ex illa conjectura: ſed quia priori pace de inju„riis futuris non eſt transactum.

„*l*) (ULCISCI AUTEM AUT ABLATA RECUPE„RARE PER VIM NON LICEBIT, NISI POSTQUAM „JUDICIUM ERIT NEGATUM:) Tunc enim ter„mini neceſſariæ defenſionis adſunt. Conf. *Lib. 2.* *c.*

gatum. *m* Hæc enim res moram fert: * illa non fert.

2. At *n* ſi quorum ſubditorum ita perpetuum ſit maleficium ac juri naturæ contrarium, ut quod faciunt *o* id credendi ſint omnino facere, rectoribus ſuis improbantibus, *p* & in eos judicium poſtulari non poſſit, quales ſunt *q* qui piraticam exercent, ab his & res *r* recuperare & ultionem expoſcere licebit tanquam a deditis. At *s* alios innocentes eo nomine armis impetere id vero eſt contra pacem.

§. XXXIII.

1. *a* Sociis quoque vis armorum illata pacem rumpit: *b* ſed his Lib. II. c. 16. §. 13 demum qui in pace comprehenſi ſunt, ut *c* oſtendimus cum *d* Saguntinam controverſiam examinavimus. Urgent hoc Corinthii in Cap. 5. §. 37. oratione quæ eſt apud Xenophontem Hiſtoriæ Græcæ ſexto: πᾶσιν ὑμῖν πάντες ἡμεῖς ὠμόσαμεν, *omnes nos vobis omnibus juravimus.* Quod ſi ipſi ſocii non pepigerint ſed alii pro ipſis, *e* idem tamen ſtatuendum erit, *f* poſtquam ſatis conſtat eos ſocios pacem ratam habuiſſe; nam quamdiu adhuc incertum eſt an ratam habere velint, *g* hoſtium loco ſunt.

2

„*c. 21. §. 3. 4. 5. 6. 7. & c. 25.* §. 1. 2. 3. Sane judicio negato injuria eſt ipſius civitatis, quæ vel „punire ſubditos vel eos dedere non vult.

„*m*) (HÆC ENIM RES MORAM FERT:) Nondum enim conſtat an civitas approbet injuriam, „adeoque tempus requiritur ad explorandam civitatis mentem.

„*) (ILLA NON FERT:) Scilicet defenſio contra repentinam vim aut aggreſſionem *Gron. h.* „fruſtra enim is cui actu vis infertur provocaret „ad judicium.

n) (Grot.) (SI QUORUM SUBDITORUM ITA PERPETUUM SIT MALEFICIUM:) Ita Auguſtus judicavit contra Syllæum pro Herode. *Joſephus* XVI, 10. § 8. *Ed. Hudſon.*

„*o*) (ID CREDENDI SINT OMNINO FACERE „RECTORIBUS SUIS IMPROBANTIBUS:) Rectores „enim non deliquerunt ſed ſubditi; adeoque ex „propria culpa conveniri nequeunt.

„*p*) (ET IN EOS JUDICIUM POSTULARI NON „POTEST:) Si forte ſeſe ejus poteſtati ſubtraxerunt. *Vid.* §. 30.

„*q*) (QUI PIRATICAM EXERCENT:) Adeoque „nec vera gens ſunt, nec alterius imperio parent.

„*r*) (RECUPERARE LICEBIT TANQUAM A DE„DITIS:) Ideo tota ratio deditionis hic ceſſat: ſed „jure neceſſariæ defenſionis ubique contra eos ad „reparationem injuriæ agere, ac pœnas ab eis ſumere poſſumus.

„*s*) (ALIOS INNOCENTES EO NOMINE ARMIS „IMPETERE:) Injuria omnino eſſet, ſi Princeps „ob ſubditorum latrocinia, quæ impedire nequit, „bello peteretur: nulla enim ejus eſt culpa.

a) (Grot.) (SOCIIS QUOQUE VIS ARMORUM ILLATA PACEM RUMPIT:) *Thuanus* lib. LXV. anno CIƆIƆLXXVIII. Eſt &, quod huc pertineat, apud *Haræum*, tomo II hiſtoriæ Brabanticæ in anno CIƆIƆLVI.

„*b*) (SED HIS DEMUM QUI IN PACE COMPRE„HENSI SUNT:) Etſi ipſis ignorantibus pace com„prehendantur; quia uti ſociorum cauſam de„fendere poſſumus armis, ita & pactis: Atqui „aliis paciſci non poſſumus: Reſp: verum hoc eſt „ad eum effectum ne tertio inde actio detur, ac „paciſcens jus habet agendi ex pacto, ne alius læ„datur: Si igitur tertius ille contra pactum læditur, ei aſſiſtere & lædentem ad implendum pro„miſſum adigere poſſumus, hactenus enim jus no„ſtrum eſt ex pacto.

„*c*) (OSTENDIMUS:) *L. 2. c. 16 §. 13.*

„*d*) (SAGUNTINAM CONTROVERSIAM:) Ubi „quæſitum fuit an futuri ſocii etiam fœdere com„prehendantur.

„*e*) (IDEM TAMEN STATUENDUM ERIT:) Nimirum rumpi pacem ſi vis Sociis inferatur.

„*f*) (POSTQUAM SATIS CONSTAT EOS SOCI„OS PACEM RATAM HABUISSE:) Imo id opus „non eſt, ſi ſocius ille ſaltem fuit inſtrumentum „alterius ad quem cauſa pertinet, hac enim de„ciſa omnis lis etiam intuitu inſtrumenti ceſſat.

„*g*) (HOSTIUM LOCO SUNT:) Diximus id verum non eſſe de ſociis qui alterius cauſæ ſaltem

sece-

2. [h] Aliorum ſociorum, [i] ut & cognatorum & affinium, [k] qui nec ſubditi ſunt, nec in pace nominati, [l] ſeparata cauſa eſt, [m] nec ad pacem ruptam vis in eos trahi poteſt; neque tamen ſequitur, ut & [n] ſupra diximus, bellum eo nomine [o] ſuſcipi non poſſe, [p] ſed id bellum erit ex nova cauſa. Cap. 69. Dec. conſ. 331

§. XXXIV.

Rumpitur & pax, [a] ut diximus, [b] faciendo contra id quod in pace dictum eſt: ſub faciendo autem [c] comprehenditur & non facere quod [d] & cum oportet.

§. XXXV.

[a] Neque admittam hic diſcrimen capitum pacis quæ majoris, quæque minoris momenti ſint. [b] Satis enim magna ut ſerventur vi-

„accedunt, horum enim ratihabitio neceſſaria „non eſt, ſed cauſa principali compoſita hoſtes „eſſe deſinunt.

„At ſi ſocii belli non ſunt inſtrumentum cau„ſæ principalis, ſed propriam injuriam vindicant, „verum eſt pacem cum altero ſociorum factam, „non pertinere ad alterum ſocium, niſi cum hoc „quoque pax inita ſit. Hic igitur hoſtis manet.

„h) (ALIORUM SOCIORUM:) Qui pace com„prehenſi non ſunt.

„i) (UT ET COGNATORUM ET AFFINIUM:) „Qui cauſam familiæ jure defendere poſſunt.

„k) (QUI NEC SUBDITI SUNT:) Si enim ſub„diti ſunt, pace omnino uti omnes alii ſubditi „comprehenduntur.

„l) (SEPARATA CAUSA EST:) Id eſt non „comprehenduntur pace, quod modo refutavimus: „*Vid. lit. g.*

„m) (NEC AD PACEM RUPTAM VIS IN EOS „TRAHI POTEST:) Contrarium modo demon„ſtravimus.

„n) (SUPRA:) *D. l. 2. c. 25. §.*

„o) (SUSCIPI NON POSSE:) Imo poteſt & de„bet; pax enim rumpitur intuitu cauſæ principa„lis, ſi ejus inſtrumentum læditur propter veterem „cauſam.

„p) (SED ID BELLUM ERIT EX NOVA CAU„SA:) Imo vetus cauſa redintegratur, rupta ſcl. „pace, qua ſocius comprehenditur ipſo jure.

„a) (UT DIXIMUS:) *Supra §. 17.*

„b) (FACIENDO CONTRA ID QUOD IN PACE „DICTUM EST:) Nam de eo fidem dedit, quam „violat ſi pactis non ſtet

„c) (COMPREHENDITUR ET NON FACERE:) „Si ſcilicet aliquid omittit quod ex diſpoſitione „pacis facere debuit: Vide *indicem* voce *factum.*

„d) (ET CUM:) Id eſt ſi non facit eo tempo„re quo debuit facere.

(AD §. XXXV.) Quæritur an uno pacis articulo rupto pax tota rupta videatur? Reſp. diſtinguendum eſſe inter articulos diverſos, & connexos: Si pacis capita inter ſe plane ſunt *diverſa* ſeparatamque & litem & cauſam contineant, uno violato alterum non violatur, quia contrarium eſt unum eſſe violatum & tamen utrumque; & quia ſeparata utriusque eſt obligatio, cujusque propria quoque violatio eſt, & tot ſunt paces quot pacta, tot pacta quot res, etſi in iiſdem tabulis: Eodem modo uti is qui in eodem inſtrumento 500 promittit & domum vendit, ſi domum tradit, & non 500, violat quidem ſtipulationem, at non contractum venditionis: Hinc etſi Rex Galliæ pacem Osnabrugenſem in articulo ceſſæ Gallis Alſatiæ violaverit, tamen pax illa in cœteris capitibus duravit.

At ſi capita pacis inter ſe ſunt *connexa*, uno rupto reliqua quoque rupta cenſentur de quo plenius egimus *l. 3. c. 19. §. 14. & ſupra §. 27.* Conf. *l. 2. c. 15. §. 15.*

ADDITIO.

„Si quis articulum pacis violat, verius eſt ab al„terius arbitrio dependere, *an* ipſe quoque a pace „recedere & priorem cauſam reſuſcitare velit, „(tunc enim mutuo conſenſu a pace receditur & res „ad priſtinam redit cauſam:) *an* vero ſervare pa„cem, & violantem armis ad implendum cogere „velit, tunc enim pax ſaltem quoad illum articu„lum rupta cenſetur *Vid. Diſſert. proœm. IX. §.* „*125. & Diſſ. XII. §.* Conf. *dict. loc.*

„a) (NEQUE ADMITTAM HIC DISCRIMEN:) „Recte ait Auctor opinionem quorundam, quaſi „ob gravem transgreſſionem pax rumpatur, non „ob leviorem, rejiciendam eſſe: Quia pax rumpi„tur quoties fides ea data violatur etſi in re „minima.

„b) (SATIS ENIM MAGNA:) Veram rationem „jam expoſui,

„c)

videri debent quæ pace comprehenſa ſunt. [c] Bonitas tamen, maxime Chriſtiana, leviores culpas, accedente præſertim pœnitentia, facilius condonabit, ut illud locum habeat.

Sen. Agam. v. 243

[d] *Quem pœnitet peccaſſe, pæne eſt innocens.*

Vide ſupra lib. II c. 15. §. 15.

Sed quo magis paci caveatur, [e] conſultum erit ut capitibus minoris momenti adjiciatur, ut ſi quid adverſus ea factum erit, pacem non rumpat: [f] aut ut arbitri prius adeantur quam arma inferre liceat, quod erat in fœdere Peloponneſiaco, memorante Thucydide.

Lib. V. c. 79.

§. XXXVI.

Et plane ſentio id actum videri, [a] ſiqua ſpecialis pœna adjecta ſit: non quod neſciam poſſe ita contrahi, ut electio ſit ejus cui facta eſt injuria, pœnam malit an a transactione recedere, [b] ſed quod negotii natura hoc quod dixi potius requirat. Illud quidem conſtat; & jam [c] ſupra dictum a nobis eſt, & hiſtoriæ auctoritate probatum, pacem non rumpere qui pactis ſimpliciter factis [d] poſterior non ſtat: [e] neque enim tenebatur niſi ſub conditione.

Lib III. c XIX. §. 14.

§. XXXVII.

Quod ſi neceſſitas aliqua in cauſa ſit, quo minus pars una impleat id quod promiſſum eſt, [a] puta ſi res perierit, [b] aut ablata ſit, [c] aut factum redditum ſit aliquo eventu impoſſibile, [d] pax quidem rupta non cenſebitur: nam, ut diximus, non ſolet illa pendere a conditione caſuali. Sed alter [e] optabit [f] an expectare malit, ſiqua ſpes ſit

„c) (BONITAS TAMEN MAXIME CHRISTIANA:) „Hoc ad virtutem pertinet non ad jus naturæ.

„d) (QUEM POENITET PECCASSE:) Add. *Liv.* „*l. 28. c. 29.* In genere de remiſſione pœnæ ex capite pœnitentiæ actum eſt ſupra *l. c. §.*

e) (Grot.) (UT CAPITIBUS MINORIS MOMENTI ADJICIATUR, UT SI QUID ADVERSUS EA FACTUM ERIT, PACEM NON RUMPAT:) Vide egregium exemplum in pace Juſtiniani, Juſtinianum inter & Choſroën. *Menander Protector* eam habet. (Pag. 118. *Ed. Hæſchel.*)

„f) (AUT UT ARBITRI PRIUS ADEANTUR:) „His enim caſibus ſalva manet pax ex pacto, at id „res arbitrii eſt. De arbitris in genere egimus *ſu*„*pra l. c. §.*

a) (Grot.) (SI QUA SPECIALIS POENA ADJECTA SIT:) Ut in Gotthorum pactis cum Francis. Vide *Procopium* Goth. 1. (Cap. 13.)

„b) (SED QUOD NEGOTII NATURA HOC QUOD „DIXI POTIUS REQUIRAT:) Auctor putat pœna „paci adjecta ſufficere ſi pœna ſolvatur neque tunc „pacem rumpi: At verius eſt hoc pacto electio„nem conceſſam videri ei cui injuria facta eſt, ut „poſſit vel ad implendum agere vel ad pœnam; „alter igitur non liberabitur offerendo pœnam. „*Vid. Diſſ. B. Par. de electione rei conventi.*

„c) (SUPRA:) *L. 3. c. 19. §. 14.*

„d) (POSTERIOR NON STAT:) Cum prior alter „non ſteterit, & ipſe poſtea ea implere ceſſaverit. „*Gron. b.*

„e) (NEQUE ENIM TENEBATUR NISI SUB CON„DITIONE:) Scilicet, *ſi alter prior præſtiterit:* „Vera ratio eſt, quod mutuo conſenſu tunc receſ„ſiſſe videantur, *d. c. 19. §. 14.*

„a) (PUTA SI RES PERIERIT:) Quæ ſcilicet „ex pacis diſpoſitione dari debet.

„b) (AUT ABLATA SIT:) A furibus, prædoni„bus &c.

„c) (AUT FACTUM REDDITUM SIT ALIQUO „FACTO IMPOSSIBILE:) Uti ſi promiſit auxilia „quibus ipſe indiget. *L. 2. c. 16. §. 27. n. 1.*

„d) (PAX QUIDEM RUPTA NON CENSEBITUR:) „Nam quod non impleatur, non ejus eſt factum, „ſed caſus, quem nemo præſtat. Si autem culpa „ejus accedit, inde tenetur.

„e) (OPTABIT:) Id eſt eliget.

„f) (AN EXSPECTARE MALIT SI QUA SPES EST:)

ſit impleri promiſſum ſerius poſſe, [g] an æſtimationem accipere, [h] an mutuis præſtationibus iſti capiti reſpondentibus aut æquum valentibus liberari.

§. XXXVIII.

Certe, [a] etiam poſt læſam fidem, integrum eſt innocenti pacem ſervare, ſicut [b] Scipio fecit poſt multa Carthaginenſium perfida facta, [c] quia contra obligationem faciendo nemo ſe obligationi eximit: &, ſi additum eſt ut tali facto pax rupta habeatur, [d] adjectum id cenſeri debet in commodum innocentis duntaxat, ſi eo uti velit.

Vide ſupra hoc libro c. XIX. §. 13, 14.

§. XXXIX.

[a] Poſtremo diximus, pacem ſolvi faciendo id [b] quod ſpecialis pacis natura repudiat.

§. XL.

I. [a] Si quæ contra amicitiam ſunt, rumpunt pacem, quæ ſub amici-

„EST:) Quod locum habet ſi impedimentum „eſt temporarium.

„g) (AN ÆSTIMATIONEM ACCIPERE:) Aliud „tantundem valens. *Gron. h.*

„h) (AN MUTUIS PRÆSTATIONIBUS:) Sibi re„mitti quod ipſe facturum ſe promiſit, in com„penſationem quod ab altero non præſtatur *Gron. h.*

„Senſus igitur hujus §. eſt, quod is per quem „non ſtat quo minus pactum impleatur non rum„pit pacem: quod verum omnino eſt.

„a) (ETIAM POST LÆSAM FIDEM INTEGRUM „EST INNOCENTI PACEM SERVARE:) Ille enim „jus ſuum ex pace non perdidit ullo facto: nec „alter obligationem ſua perfidia tollere poteſt.

„b) (SCIPIO:) Atque ideo Indorum rex lauda„tur a Jarcha: *Vide ſuprà l. 2. c. 19. §. 19. n. 4.*

„c) (QUIA CONTRA OBLIGATIONEM FACIENDO „NEMO SE OBLIGATIONI EXIMIT:) Nemo violando „pactum jus alii ex eodem pacto quæſitum auferre „poteſt.

„d) (ADJECTUM ID CENSERI DEBET IN COM„MODUM INNOCENTIS:) Ita ut hujus ſit optio, an „recedere, an vero ad implementum agere velit: „quod omnino verum eſt: quia alias obligatio „in arbitrium partium conferretur, quod cum na„tura obligationis pugnat.

„a) (POSTREMO DIXIMUS:) *Vid. ſupr. §. 27.*

„b) (QUOD SPECIALIS PACIS NATURA REPUDI„AT:) Uti ſi aliquid contrarium amicitiæ quæ „omni paci ineſt, fiat de quo jam plenius.

„a) (SI QUÆ CONTRA AMICITIAM FIUNT, „RUMPUNT PACEM QUÆ SUB AMICITIÆ LEGE „CONTRACTA EST:) Valde diſputatur quid Juris „Conſulti Romani per FOEDUS AMICITIÆ intel„lexerint. Grotius per tale fœdus intelligit *pactum, „quo bello pace compoſito partes paciſcentes ſibi „mutua amicitiæ officia invicem promittunt. h. §. „40.* Adeoque quo illi qui hoſtes fuere conveni„unt ut tuti eſſent publico nomine qui ab his ad „illos veniſſent, ut tunc captivitate ſublata ceſſa„ret & poſtliminium. *Grot. l. 3. c. 9. §. 18. n. 3.* „Eoque refert ſententiam Proculi in *l. 7. pr. ca„ptiv.*

„Huic autem *fœderi amicitiæ* opponit FOEDUS „SINE AMICITIA. Quando nimirum fœdus belli „duntaxat publici componendi aut cavendi cauſa „initur non facta mentione amicitiæ: Tale enim „fœdus nec captivitati in poſterum nec poſtlimi„nio obſtare putat: Atque huc refert effatum „Pomponii *l. 5. §. 2. ff. Eod.* Add. *Grot. d. c. 9 „§. 18. n. 3.*

„Atque hinc ita argumentatur: *cum enim dixit* „FOEDUS AMICITIÆ CAUSA, *oſtendit & alia poſſe „eſſe fœdera quibus amicitiæ jus non inſit.*

„At in commentario ad *d. c. 9. §. 18.* notavi„mus (1) Nunquam talem gentem extitiſſe quæ „pace facta prædandi licentiam admiſerit. Sane „(2) omne pactum quo bellum componitur, ami„citiam comprehendit, & diſceptatio per vim tol„litur: adeoque (3) cum ratione pugnat aſſertio „*jus prædandi poſt fœdus quo bellum componitur „ſalvum eſſe.* Diximus (4) Pomponium in *d. l. 7.* „FOEDUS AMICITIÆ non opponere FOEDERI SINE „AMICITIA (tale enim concipi nequit) ſed NUDÆ „AMICITIÆ, de qua differentia, ejusque effectu „late egimus *d. §. 18.*

„Sed & (5) admittendum non eſt quod Auctor „ait, *fœdus amicitiæ cauſa initum nil niſi officia „amicitiæ comprehendere, & iis neglectis rumpi „fœdus, indeque juſtam oriri belli cauſam:* Sane

citiæ lege contracta eſt: [b] quod enim inter cæteros ſolius amicitiæ officium exigeret, hic etiam pacti jure præſtandum eſt. [c] Et huc, [d] non vero ad quamvis omnino pacem ([e] eſt enim & fœdus, non amicitiæ cauſa, ut nos Pomponius docet) refero multa quæ de injuriis non armatis & contumelia a legum peritis diſſertari ſolent, & præcipue illud Tulli: *Poſt reditum in gratiam ſiquid eſt commiſſum,* [f] *id non neglectum ſed violatum putatur, nec imprudentiæ ſed perfidiæ aſſi-*

L. Poſt liminio 5. D. de capt. Pro Gabin. Apud Hieronym. Apol. adv. Rufin.

„leges amicitiæ nulla certa regula continentur, adeoque definitum non eſt quæ nam ſint officia amicitiæ: Inter leges amicitiæ referri ſolet, idem velle & idem nolle, ſubvenire amico indigenti &c. quis autem dixerit, eum qui cum fœdus amicitiæ contractum eſt, armis me cogere poſſe, ut cum eo in eadem ſim opinione, ut neceſſitatibus ejus ſuccurram &c.

„Alio igitur modo conciliari debent Proculus & Pomponius: Res ita ſe habet. Neuter horum Juriſconſultorum loquitur de caſu ubi bellum præceſſit, quod pace finitum eſt per fœdus amicitiæ.

„Pomponius enim diſerte ſupponit caſum ubi bellum cum gente non eſt ſed pax, adeoque ubi gens illa hoſtis non eſt: verba Pomponii hæc ſunt. *In* PACE *quoque poſtliminium datum eſt, nam ſi cum gente aliqua neque amicitiam, neque hoſpitium, neque fœdus amicitiæ cauſa factum habemus,* HI HOSTES QUIDEM NON SUNT, *quod autem ex noſtro ad eos pervenit, illorum fit, & liber homo noſter, ab eis captus, ſervus fit, & eorum. Idemque eſt ſi ab illis ad nos aliquid perveniat, hoc quoque igitur caſu poſtliminium datum eſt.* Apparet igitur hic agi de gente cum qua nec amicitia nec fœdus amicitiæ nobis intercedit; de populis qui hoſtes non ſunt & cum quibus pax eſt: Adeoque ubi plane quæſtio non eſt de caſu, *ubi partes bello compoſito fœdus contrahunt ſine lege amicitiæ &c.* quem Grotius contra verba legis ſupponit.

„Sed & apud Proculum nulla quæſtio eſt *de bello per pacem compoſito.* Sed in genere tradit, poſtliminium non eſſe cum gente cum qua amicitia nobis eſt, aut fœdus amicitiæ, etſi nunquam antea bellum cum eis fuerit: & rationem addit, *Etenim quid inter nos atque eos poſtliminii opus eſt, cum & illi apud nos & libertatem ſuam & dominium rerum ſuarum æque ac apud ſe retineant, & eadem apud eos nobis contingant. l. 7. pr. captiv.* Fruſtra igitur Grotius ſupponit Proculum loqui de pacto ſeu fœdere quo partes paciſcentes mutua amicitiæ officia ſibi promittunt: Nam (1) ne verbum quidem de bello per fœdus amicitiæ compoſito exſtat: Sane (2) omne fœdus quo bellum componitur ſupponit amicitiam, (3) Non omne fœdus quo bellum componitur ſupponit amicitiam, (3) Non omne fœdus, quod amicitiæ cauſa contrahitur ſupponit præcedens bellum, iniri enim tale fœdus intuitu commerciorum, ſecuritatis mutuæ &c. poteſt. Optime Menippos a fœdere quo bellum componitur diſtinguit, *cum qui NB. hoſtes nunquam fuerunt ad amicitiam ſociali fœdere inter ſe jungendam coeunt.* apud *Grot. l. 2. c. 15. §. 4.* ſed & (4) nec ex *fœdere amicitiæ quo bellum componitur* neceſſario ſequitur officia amicitiæ præſtanda eſſe; Hinc ſi in fœdere amicitiæ nihil de bello captis dictum eſt, reverſi etiam invito amico recipi poſſunt, cujus rei rationem alibi explicavimus.

„Cæterum dubia quæ circa utramque legem moveri ſolent reſolvimus ſupra *l. 3. c. 9. §. 18.*

„*b*) (QUOD INTER CÆTEROS SOLIUS AMICITIÆ OFFICIUM EXIGERET, HIC ETIAM PACTI JURE PRÆSTANDUM ESSET:) Dixi: Si nihil præter officia amicitiæ præſtanda eſſent, abſque effectu fore pactum: Dixi omne fœdus quo bellum componitur amicitiæ cauſa iniri, neque tamen ideo jus poſtliminii circa damna bello data ceſſare, ſi de iis non tranſactum, id eſt ſpeciatim in pace de illis id dictum non eſt.

„*c*) (ET HUC &C. REFERO MULTA QUÆ DE INJURIIS NON ARMATIS ET CONTUMELIA &C. DISSERTARI SOLENT:) Ex his ipſis exemplis apparet, tunc demum fœdus amicitiæ cauſa initum rumpi *ſi jus fœderati læditur:* Non autem læditur ſi nuda officia amicitiæ negantur.

„*d*) (NON VERO AD QUAMVIS OMNINO PACEM:) Qua ſcl. officia amicitiæ promiſſa non ſunt, adeoque ubi Auctor ſupponit, jus capiendi res & perſonas eorum cum quibus fœdus ſine amicitia contractum eſt, ſalvum eſſe, indeque & poſtliminium obtinere: At hæc nec juri naturæ, nec juri Romano convenire vidimus.

„*e*)(EST ENIM FOEDUS NON AMICITIÆ CAUSA UT POMPONIUS NOS DOCET:) *V. ſup lib. 2. c. 15. §. 5.* Diximus (1) contradictionem eſſe fœdus cum hoſte initum & pace bellum compoſitum eſſe, neque tamen inter paciſcentes eſſe *amicitiam*, id eſt manere jus prædandi: Diximus (2) Pomponium *fœdus amicitiæ* non opponere *fœderi ſine amicitia:* (tale enim fœdus non datur:) ſed *amicitiæ ſine fœdere:* Aliæ enim ſunt gentes *amicæ* ſaltem, aliæ gentes *fœderatæ*: At utræque in eo conveniunt, quod neutras prædare liceat quia pax cum iis eſt, nec hoſtes ſunt, adeoque poſtliminio opus non eſt: *Vid. ſupr. l. 3. c. 9. §. 18.*

„*f*) (IN NON NEGLECTUM SED VIOLATUM PUTATUR:) Loquitur Cicero de inimicis reconciliatis, & quærit, an ſi quid poſt reditum in gratiam commiſſum eſt, imprudentiæ vel perfidiæ aſſignari debeat: & recte ait *perfidiæ id aſſignari debere*; at alia quæſtio eſt an rupta amici-

„tia

aſſignatur. Sed hic quoque *g* detrahenda quantum fieri poteſt facto invidia.

h Itaque perſonæ quamvis conjunctæ aut ſubditæ facta injuria, ipſi quicum pax inita eſt facta non cenſebitur, niſi aperte ad ipſius ſugillationem facta ſit, *i* quam naturalem æquitatem in * ſervis atrociter læſis ſequuntur leges Romanæ: & *k* adulterium aut ſtuprum libidini potius quam inimicitiæ imputabitur: *l* & invaſio rei alienæ novæ potius cupiditatis reum faciet, quam fidei læſæ. *L. item 15 § fi. quis 35. D d injur. Inſtit § ſervis 3 eod. tit. Alex. 1. Conſ n. 3.*

m Atroces ſane minæ *n* nulla nova cauſa præcedente cum amicitia pugnant: & *o* huc referam arces in finibus ſtructas non tuendi ſed nocendi cauſa, & inſolitam copiarum conſcriptionem, *p* ſi juſtis ſatis indiciis appareat in non alium hæc, quam in eum quicum pax facta eſt, comparari.

§. XLI.

I. *a* Subditos ſingulos qui ex altera ditione in alteram migrare

„tia jus ei agendi contra perfidum competat, quod „negamus niſi jus ejus læſum ſit.

„*g*) (DETRAHENDA QUANTUM FIERI POTEST „FACTO INVIDIA:) Quod ita explicat Gronovius: „ne nimis cito in bellum ruatur: factum, quamvis malignum leniori potius animo accipiatur, & „mitiori vocabulo appelletur, quam graviore & „invidioſiore *Gron. b* Sed gratis hæc dicuntur: „Rectius diſtinguimus an jus alterius facto illo læ„ſum ſit, an non: priori ſolo caſu fœdus amici„tiæ ruptum cenſetur, non caſu poſteriori, & ſo„lo priori caſu jus belli obtinet, non poſteriori: „Nunquam autem jus alterius læditur, ſi tantum „officia amicitiæ denegantur fœderato: quod ex „ſequentibus exemplis magis illuſtrabitur.

„*h*) (ITAQUE PERSONÆ QUAMVIS CONJUNCTÆ „FACTA INJURIA, IPSI QUI CUM PAX INITA „EST FACTA NON CENSEBITUR:) Adeoque contra „fœdus amicitiæ peccatum non eſſe, neque illud „ruptum eſſe videbitur: quod hactenus verum eſt, „quia cum conjunctis fœdus initum non eſt.

„*) (NISI APERTE AD IPSIUS SUGILLATIONEM „FACTA SIT:) Nam ipſi fœderato tunc injuria in„fertur adeoque cum jus fœderati læditur, ipſe „reparationem injuriæ armis poſtulare poteſt.

„*i*) (QUAM NATURALEM ÆQUITATEM IN SER„VIS ATROCITER LÆSIS SEQUUNTUR LEGES RO„MANÆ:) Ut lcl. læſio ad domini offenſam per„tineat ſi ad ejus ſugillationem facta fuerit *l. 15. §. „35. ff. injur. §. 3. Inſt. Eod.*

„*k*) (ADULTERIUM AUT STUPRUM LIBIDINI „POTIUS:) Imo hoc quoque caſu rumpitur ami„citia & fœdus amicitiæ, at præterea jus fœderati „violatur dum ejus thorum violat, vel familiæ ſtu„prum infert: Hic igitur jus belli obtinet non quia „fœdus amicitiæ læſum eſt, id eſt quia officia ami„citiæ violata ſunt, ſed quia jus alterius læditur.

„*l*) (ET INVASIO REI ALIENÆ NOVÆ POTIUS „CUPIDITATIS REUM FACIET QUAM FIDEI LÆ„SÆ:) Adeoque jus belli in talem invaſorem non „obtinet quia officia amicitiæ violavit, ſed quia „jus fœderati læſit: & hæc violatio eſt nova belli „cauſa.

„*m*) (ATROCES SANE MINÆ CUM AMICITIÆ „PUGNANT:) Adeoque rumpi putat fœdus amici„tiæ, quia atrociter fœderato minari pugnat „cum amicitiæ & benevolentiæ regulis: At nec „ideo bellum obtinet, niſi jus fœderati læſum ſit, „quod ex formula minarum, & intentione minan„tis dijudicari debet.

„*n*) (NULLA NOVA CAUSA PRÆCEDENTE:) Si „nova cauſa præceſſit, minæ illæ non pugnant „cum amicitia, utpote quæ per novam illam cau„ſam jam rupta fuit. At neque ex nova illa cauſa, „neque ex minis propterea ſecutis belli jus obti„net, niſi jus alterius inde lædatur.

„*o*) (HUC REFERAM ARCES IN FINIBUS EX„STRUCTAS &C. NOCENDI CAUSA:) Si de animo „nocendi certo conſtat, jus alterius læditur, adeo„que ex hac injuria (non ob violatam amicitiam) „jus belli obtinet. Cæterum alibi probavimus cui„que in ſuo licere propugnacula exſtruere, nec „animum inde nocendi præſumi.

„*p*) (SI JUSTIS SATIS INDICIIS APPAREAT &c. „IN EUM QUI CUM PAX FACTA EST, COMPA„RARI:) Sed de eo conſtare debet per actus quos„dam externos. *Vid ſupra l. 2. c. 1. §. 5. n. 1. 2. „& §. 17. l. 2. c. 12. § 5. n. 1. L. 2. c. 2. §. 13. n. „4. L. 2. c. 22. § 5.* At tunc dicendum eſt, jus „belli obtinere non ob violatam amicitiæ legem, „ſed ob violationem juris alieni.

a) (Grot.) (SUBDITOS SINGULOS, QUI EX AL-

re volunt ſuſcipere [b] non eſt contra amicitiam. Neque enim [c] na-
L. 11, c. V. §. 24 turalis tantum [d] ſed & favorabilis eſt iſta libertas, ut [e] alibi dixi-
mus. Eodem loco pono [f] perfugium exſulibus datum. Nam in
Ibid. §. 25. exſules, [g] ut ex Euripide diximus alibi, [*] nullum jus civitati. Per-
L. 41. c. 41. ſeus apud Livium recte, *Quid attinet cuiquam exſilium patere, ſi nusquam exuli futurus eſt locus*? Ariſtides Leuctrica ſecunda: δέξασθαι
Immo Orat. Leuctr. I. p. 105. C. Tom. I. τὰς ἐκπεσόντας, vocat κοινὸν ἅπασιν ἀνθρώποις: [b] *commune jus hominum exſules recipere.*

2. Plane [i] oppida aut magnos cœtus, qui [k] civitatis partem integrantem faciant, [l] recipere non licet, ut [m] alibi diximus: neque magis eos [n] qui ex ſacramento, [o] aut aliter miniſterium, [p] aut ſervitutem debent. De his autem [q] qui belli ſorte ſervi ſunt idem introductum gentium jure, [r] apud quosdam populos, [s] ſupra me-
Lib III. c. 7. §. 1. ſ. moravimus. Sed & de [t] his qui exſules non acti pœnam juſtam effu-
L. 11, c. 21. §. 3. & ſeq. giunt dedendis egimus [u] alibi.

§. XLII.

TERA DITIONE IN ALTERAM MIGRARE VOLUNT, SUSCIPERE NON EST CONTRA AMICITIAM:) Solon: γενέσθαι πολίταις ἐ δίδωσι πλὴν τοῖς φεύγουσιν ἀειφυγίᾳ τὴν ἑαυτῶν, ἢ πανεςίοις Ἀθήναζε μετοικιζομένοις ἐπὶ τέχνῃ. *civium albo aſſcribi non ſivit, niſi eos qui e ſua patria in exilium perpetuum ejecti eſſent, aut cum omni familia artificii alicujus exercendi cauſa Athenas migraſſent.* [Plutarch Vit. Sol. pag 91. E.] Perſeus apud *Appianum* in Excerptis Legationum num. 25. κοινῷ γε πάντων ἀνθρώπων νόμῳ, καθὰ καὶ ὑμεῖς τῶν ἑτέρων φεύγοντας ὑποδέχεσθε· *feci hoc communi hominum jure, quomodo & vos alibi ejectos ſuſcipitis.* (Pag. 367. *Ed. Fulv. Urſin.*) Commune hoc jus pactis firmari aut adſtringi ſolet. Vide pacem Antiochi apud *Polybium* Exc. Leg. n. 35. & apud *Livium.* (Lib. 38. c. 38.) pacem inter Romanos & Perſas apud *Menandrum Protectorem.* (Pag. 117, 118. *Ed. Hæſchel.*) *Simlerum* de Helvetiorum inter ſe pactis. *Aradii, regibus Syriæ inter ſe certantibus, obtinuere, ut fugientes ſuſcipere poſſent, ſed non emittere.* Teſtatur id *Strabo* XVI. (Pag. 754. *Ed. Caſaub. Pariſ.*)

„*b*) (NON EST CONTRA AMICITIAM:) Civis „eonit migrare volens ſuo jure utitur, nec is qui „migrantem recipit jus alterius violat, adeoque alii „non fit injuria.

„*c*) (NATURALIS:) Quia quisque de ſuo jure „domicilii diſponere poteſt. Vid. ſupra *L. 2. c. 5.* „*§. 24.*

„*d*) (SED ET FAVORABILIS:) Favor jure natu„ræ nec jus dat nec aufert.

„*e*) (ALIBI:) *D. l. 2. c. 5. §. 24. l. 2. c. 2. §. 16.* „*& 17.*

„*f*) (PERFUGIUM EXULIBUS DATUM:) De qua „re late actum eſt *l. 2. c. 21. §. 5. & 6.*

„*g*) (UT EX EURIPIDE DIXIMUS ALIBI:) *L. 2.* „*c. 5. §. 25.*

„*) (NULLUM JUS CIVITATI:) Nam qui in ex„ſilium mittitur in pœnam, jure civitatis privatur: „quo ipſo non excluditur ab extraneis civitatibus, „ſi illæ recipere eum velint.

„*b*) (COMMUNE JUS HOMINUM:) Idem Perſeus „dixit in notis Autoris.

i) (Grot.) (OPPIDA AUT MAGNOS COETUS, QUI CIVITATIS PARTEM INTEGRANTEM FACIANT, RECIPERE NON LICET, UT ALIBI DIXIMUS:) Libro 11, cap. V. §. 24. Vide & *Bizarum* libro 12.

„*k*) (QUI CIVITATIS PARTEM INTEGRANTEM „FACIANT:) I. e. qui partem civitatis conſtituunt, „ita ut civitas ipſa minuatur ſi ſecedat pars.

„*l*) (RECIPERE NON LICET:) Pars illa populi „quæ migrare vult, non eſt ſui juris, ſed depen„det ab arbitrio totius civitatis; hoc jus auferri „toti populo nequit, adeoque deſerere civitatem „parti populi non licet.

„*m*) (ALIBI:) *D. l. 2. c. 5. §. 24.*

„*n*) (QUI EX SACRAMENTO:) Qui jurarunt ſe „nunquam alio migraturos.

„*o*) (AUT ALITER:) Qui operas ſuas ad cer„tum tempus, vel in perpetuum locarunt.

„*p*) (AUT SERVITUTEM DEBENT:) Id eſt qui „in pœnam ſervi facti ſunt.

„*q*) (QUI BELLI SORTE SERVI SUNT, IDEM „INTRODUCTUM GENTIUM JURE:) Imo id non „demum ex gentium jure eſt, ſed ex ipſo jure „naturæ: in ſervum enim dominium jure belli „quæſitum mihi eſt, quod vicinus recipiendo ſer„vum auferre mihi nequit.

„*r*) (APUD QUOSDAM POPULOS:) Imo apud „omnes, & ſoli eximuntur Chriſtiani ac Mahu„metanæ ſectæ addicti. *Vid. ſupr. c. 7. §. 9.*

„*s*) (SUPRA:) *L. 3. c. 7. §. 9.*

„*t*) (QUI EXULES NON ACTI:) Qui non ſunt „damnati exilio ſed metu pœnæ ultro aufugiunt.

„*u*) (ALIBI:) *L. 2. c. 21. §. 5. & 6.*

„(AD

§. XLII.

a Sortis aleæ ſubjici belli exitus licite non ſemper poteſt, *b* ſed tum demum quoties de re agitur in quam plenum habemus dominium. Nam ad ſubditorum vitam, pudicitiam, & ſimilia tuenda, *c* civitas, & ad bonum civitatis tuendum *d* rex arctius obligatur, quam ut omittere poſſit eas rationes, quæ ad ſui & aliorum tutelam maxime ſunt naturales. Attamen *e* ſi vera æſtimatione qui injuſto bello impetitur tanto ſit inferior ut reſiſtendi nulla ſpes ſit, videtur

ſor-

„(AD §. XLII.) Auctor hactenus egit de fide „ſummarum poteſtatum publica, qua finit bello „imponitur, & quidem quatenus ſpectantur prin„cipalia quæ bellum finiunt actu ſuo, nimirum „per pactiones: Hic agitur de eadem fide quia fi„nis quidem bello imponitur, quatenus ibi ſpe„ctantur principalia ex conſenſu ad aliud relato: „ut ſortes, prælii exitus &c. *Vid. ſupr.* §. *1.*...

a) (SORTIS ALEÆ SUBJICI BELLI EXITUS LICITE NON SEMPER POTEST:) Quæritur an belli cauſa poſſit ſorti, ſeu certamini ſingulari committi, aut arbitris? Ubi (1) notandum neutram partem ad id teneri, quia ſunt actus liberæ voluntatis, adeoque iis omiſſis pars poteſt victoriam ultimam armis proſequi: at (2) quæritur an ſua natura id licitum ſit? Equidem exempla illuſtria ſunt in Romulo qui Acronem Regem Cæninenſium vicit, omniaque ſpolia Jovi Feretrio tulit apud *Plut. in Romulo.* Alia exempla ſunt inter Manlium & Gallum *Liv. l. 7. c. 10;* inter M. Valerium Corvinum & Gallum *L. 7. c. 26.* inter Jubellium Taureum Campanum, & Claudium Aſellum *Liv. l. 23. c. 47.* inter T. Manlii filium & Geminium Metium Latinum *Liv. l. 8. c. 7.* inter Badium Campanum & Q. Criſpinum Romanum *Liv. l. 25. c. 18.* Comes Thuringiæ provocavit Henricum Leonem quod Cæſari infidus fuiſſet: Sunt autem e contrario qui rejecere duellum, uti Auguſtus Antonii; Carolus V. Franciſci; Metellus Sertorii; Antigonus Pyrrhi; Fabius Annibalis provocationem.

Auctor, & Petr. Bellus *p. 2. tit. 15. §. 1.* negativam tuentur; homines enim (1) invitari ad delicta, Deumque tentari, (2) certos modos introductos eſſe a jure & moribus dandi regna quos rex tollere nequeat: (3) præjudicium fieri ſucceſſoribus: (4) intereſſe quoque ſubditorum ne ſubjiciantur novo domino.

Ego nihil injuſti hic ſubeſſe exiſtimo, ſi ipſe populus conſentit (1) quia licitum eſt id permittere millenis, nedum paucis, & uni: quod enim permiſſum eſt multis, idem permittitur cuique eorum: Sane (2) cui licitum eſt quod plus eſt, ei & quod minus eſt, & cum longe minore damno, periculo, & ſanguine: (3) Quia prælium ipſum eſt ſors & belli alea, dubiusque eventus, illud igitur iisdem rationibus & magis oppugnaretur, quo exempla in contrarium allegata refutantur.

At alia quæſtio eſt an ſolus rex decernere id poſſit? Quod merito negamus quia totis viribus reſiſtere & tueri rempublicam non vero aleæ tam incertæ eam committere debet: Et cum ordinarium remedium ſit bellum, non poteſt eo omiſſo ſingularem modum inducere.

„Sors in genere eſt, quoties incertus eſt even„tus, ac de ejus natura late actum eſt *l. 2. c. 23.* „*§. 9.* ubi ſimul demonſtravimus, neminem teneri „jus ſuum ſorti committere: Sane is, qui rejicit „ſortem, ſuo jure utitur & de ſuo jure diſponit: „Neque natura ſequitur ex ſolo jactu ſortis jus huic „vel illi competere: Denique hæc ſpecies trans„actionis eſt, quæ non niſi ex utriusque conſenſu „valet.

„Unde conſtat verum non eſſe ſententiam Zi„gleri, qui putat ſortem rejici non poſſe, quia præ„ſtat rem ſorti committere, quam tot belli diſcri„mina ſubire. Sane jure naturæ Princeps omnia re„media adhibere debet ad tuendum jus civitatis, „non vero ea adhibet qui ſorti rem committit: „Ideo enim in civitatem coivere ſubditi ut com„munibus armis jura eorum defendantur, non ut „ſorti res relinquatur.

„*b*) (SED TUM DEMUM QUOTIES DE RE AGI„TUR IN QUAM PLENUM HABEMUS DOMINIUM:) „Nam tunc pro lubitu de ea diſponere, eam alie„nare adeoque & ſorti committere poſſumus.

„Idem obtinet ſi *jus* aliquod noſtrum eſt v. g. „jus pignoris, ſervitutis, vel aliud quod ex obli„gatione perſonæ ſequitur; id enim in noſtro pa„trimonio eſt adeoque pro lubitu de eo diſponere „poſſumus, etſi *res* ipſa non ſit in dominio noſtro „*Vid. Zigl. hic.*

„*c*) (CIVITAS:) Ea enim lege coeunt familiæ „in civitatem ut communibus auxiliis defendan„tur.

„*d*) (REX ARCTIUS OBLIGATUR QUAM UT „OMITTERE POSSIT &c.) Princeps omni vi & „opera tueri & civitatem & jura ſingulorum tene„tur, non ergo ſorti committere jura hæc poteſt.

„*e*) (SI VERA ÆSTIMATIONE QUI INJUSTO „BELLO PETITUR TANTO SIT INFERIOR:) Imo „absque conſenſu populi res ſorti nunquam com„mitti poteſt, de ejus enim jure agitur.

„*f*)

ſortem offerre poſſe ut certum periculum incerto evadat; *f* hoc enim eſt de malis minimum.

§. XLIII.

1. Sequitur valde agitata quæſtio *a* de prœliis, *b* quæ definito numero condicuntur *c* belli finiendi cauſa, puta inter ſingulos, utrimque, ut Æneam & Turnum, Menelaum & Paridem; inter binos utrimque ut inter Ætolos & Eleos; inter ternos utrimque, ut inter Horatios Romanos & Curiatios Albanos; inter tricenos utrimque, ut inter *d* Lacedæmonios & Argivos.

Pauſan. Lib. V. T. Liv. 1. 24. & ſeqq.

2. *e* Si jus gentium externum tantum ſpectamus, non eſt dubitandum *f* quin per idipſum talia certamina ſint licita: *g* hoſtium enim cædem id *h* jus indiſcrete permittit. Quod *i* ſi vera eſſet veterum Græcorum, Romanorum, & aliarum gentium opinio, quemque vitæ ſuæ eſſe ſummo jure dominum, *k* jam & interna juſtitia talibus prœliis non deeſſet. Sed *l* hanc ſententiam rectæ rationi ac Dei præceptis pugnare *m* aliquoties jam diximus; *n* in proximi caritatem peccare eum qui, ob res quibus carere poſſumus retinendas, hominem occidit *o* alibi oſtendimus & ratione & ſacrorum oraculorum auctoritate.

Lib. II. c. 19. §. 5. & II. § 21. Lib. II. c. 1. § 12. & ſeqq.

3. Ad-

„*f*) (HOC ENIM EST DE MALIS MINIMUM:) „Adeoque juxta leges bonæ adminiſtrationis præ„ferendum, at diximus id non niſi accedente con„ſenſu populi fieri poſſe.

„*a*) (DE PRÆLIIS:) Quæ ſunt ſpecies ſortis, „eaque occaſione hic tractantur.

„*b*) (QUÆ DEFINITO NUMERO:) Ubi juben„tur pauci decertare fato & eventu populi utrius„que *Vid. l. 2. c. 23. §. 10. Gron. b.*

„*c*) (BELLI FINIENDI CAUSA:) Si enim gloriæ „cauſa, vel ad animandos milites id fiat, alia „quæſtio eſt, de qua mox.

„*d*) (LACEDÆMONIOS ET ARGIVOS:) Ducibus „Othryade ac Theſſandro; alia exempla vide *ſu„pra l. 2. c. 23. §. 10.*

„*e*) (SI JUS GENTIUM EXTERNUM TANTUM „SPECTAMUS:) Quod in bello ſolenni, id eſt „publico & indicto, gentes introduxerunt.

„*f*) (QUIN PER ID IPSUM TALIA CERTAMI„NA SINT LICITA:) Tale jus gentium non dari „paſſim probavimus; ceterum certamina pro fini„endo bello, approbante populo jure naturæ licita „eſſe vidimus §. præcedenti.

„*g*) (HOSTIUM ENIM CÆDEM ID JUS INDIS„CRETE PERMITTIT:) Imo ipſum naturæ jus in„diſcrete cædem hoſtium permittere probavimus „*ſupra l. 3. c. 4.* Si ſcilicet uterque ſe jure, alte„rum injuria agere, contendit.

„*h*) (INDISCRETE:) Id eſt non habita ratione „an juſta belli cauſa ſit an non, nec non an hoſtis „lædatur ultra debiti vel pœnæ modum: per rei „naturam enim de juſtitia cauſæ conſtare nequit, „cum neuter judicem habeat.

„*i*) (SI VERA ESSET VETERUM GRÆCORUM „ROMANORUM ET ALIARUM GENTIUM OPINIO:) „Imo nunquam hæc fuit opinio nec Græcorum „nec Romanorum, nec aliarum gentium: idque „ipſe Auctor obſervavit *ſupra l. 2. c. 19. § 5.* Conf. „ea quæ diximus ad *l. 2. c. 1. §. 3. 8. 9. & 12.*

„*k*) (JAM ET INTERNA JUSTITIA TALIBUS „PRÆLIIS NON DEESSET:) Nec revera deeſt, „quia vitam pro patria exponere laudabile maxi„me eſt, & ipſe Auctor fatetur *n. ſeq.*

„*l*) (HANC SENTENTIAM RECTÆ RATIONI AC „DEI PRÆCEPTIS REPUGNARE: &c.) Sed & re„pugnare communi gentium conſenſui vidimus. „*d. l. 2. c. 19. §. 5.* Neque enim Stoicorum aut „Gymnoſophiſtarum pauciſſima exempla jus ali„quod Gentium externum conſtituunt.

„*m*) ALIQUOTIES:) Præter loca jam allegata „Vide *l. 2. c. 17. §. 2. n. 1. l. 2. c. 21. §. 11. n. 2. „l. 3. c. 6. §. 6. l. 2. c. 25. §. 3. n. 3. l. 3. c. 20. § „53. l. 9. c. 11. §. 18. & l. 3. c. 4. §. 14.*

„*n*) (IN PROXIMI CARITATEM PECCARE:) „Id eſt contra regulas perfectionis & virtutis.

„*o*) (ALIBI OSTENDIMUS:) *L. 2. c. 1. §. 12. ſeq.*

„*p*)

3. Addemus nunc, p & in ſe & in Deum peccare, qui vitam ſibi a Deo pro magno beneficio conceſſam tam vili æſtimat. Si res bello digna agitur, ut multorum innocentium ſalus, q pro ea totis viribus nitendûm eſt. r Condicto certamine uti, tanquam teſtimonio bonæ cauſæ aut judicii divini inſtrumento, vanum eſt & a vera pietate alienum. *Th 2.2. q. 95. art. 8. & ibi Cajet.*

4. Una res eſt quæ tale certamen s juſtum ac pium poteſt reddere ex una duntaxat parte, ſi alioqui omnino expectandum ſit ut *Cajetan. d. l.* t qui injuſtam cauſam fovet victor ſit futurus, cum magna innocentium ſtrage; u nihil enim ei imputandum eſt qui mavult ea ratione certare, quæ ſpem ipſi maxime probabilem oſtentat. v Sed & hoc verum eſt, quædam quæ non recte fiunt, ab aliis tamen recte non probari ſed permitti, ut graviora mala quæ aliter vitari non poſſunt vitentur; quomodo multis in locis tolerantur w & improba fœnora, x & impudicitiam profeſſæ mulieres.

5. Quod ergo y ſupra diximus cum de præveniendo bello agetur, ſi duo quos inter de regno controverſia eſt parati ſint inter ſe armis cernere, z pati id poſſe populum, ut major calamitas cæteroqui imminens evitetur, aa idem & cum de bello finiendo agitur dicen- *Lib II. c. 23. §. 10. Ægid Regius diſp. 32 dub. 2. n. 18.*

„p)(ET IN SE ET IN DEUM PECCARE QUI VITAM &c.) Imo poſitis terminis habilibus non „peccat qui vitam prodigit pro patria.

„q) (PRO EA TOTIS VIRIBUS:) Non ergo per „certamina ſingularia: contrarium probavimus ſupra *lit. a.*

„r) (CONDICTO CERTAMINE UTI TANQUAM „TESTIMONII BONÆ CAUSÆ AUT JUDICII DIVINI INSTRUMENTO, VANUM EST:) Imo totum „bellum alea eſt, & prælia quæ totis viribus committuntur inſtrumenta ſunt divini judicii; cur „igitur certamina ſingularia, quæ minori periculo „& ſanguine expediuntur, non æque pro inſtrumentis judicii divini haberi debeant, rationem „non percipio.

„s) (JUSTUM AC PIUM POTEST REDDERE EX „UNA TANTUM PARTE:) Auctor jure naturæ, „quod internum vocat, certamina ſingularia licita „regulariter non eſſe dixit: excipit caſum ſi is „qui injuſtam cauſam fovet ſuperior eſt armis, „tunc enim alterum, penes quem cauſæ juſtitia „reſidet, offerre prælium jure poſſe, ait, quia eſt „unicum & neceſſarium defenſionis medium: „Sed fruſtra hæc dicuntur, quia de juſtitia cauſæ „non conſtat, utraque pars ait ſe jure, alterum injuria agere, adeoque quælibet pars etiam juxta „juſtitiam internam, ſi putet ſe juſtam habere cauſam, prælium offerre vel acceptare poteſt.

„t) (UT QUI INJUSTAM CAUSAM FOVET:) „Imo ſi id dubium eſt, uti ex aſſertione partium „ſemper eſt; ſatius eſt bellum paucorum ſanguine finire quam gentis forte interitu: Modo populus conſentiat: *Vid. §. 42.*

„u) (NIHIL ENIM EI IMPUTANDUM EST:) „Sed nec ei aliquid imputandum eſt, qui conſenſu eorum quorum intereſt, prælium paucorum „præfert prælio gentis.

„v) (SED ET HOC VERUM EST:) Adeoque „Auctor putat certamina ejusmodi permitti aliquando, non probari, indeque admitti ſaltem „quoad effectum impunitatis: quod jam refutavimus.

„w) (ET IMPROBA FOENERA:) Jure naturæ „non dantur improba fœnera, uti probavimus *l. „2. c. 12. §. 20. n. 3.*

„x)(ET IMPUDICITIAM PROFESSÆ MULIERES:) „Scortationem tolerari ad evitanda majora mala „teſtantur Roma, Anglia, Belgium &c. Sed non „tamen ideo ſcorta ſunt impunita, quia plurima „privilegia alijs civibus communia jis auferuntur: „*Conf. l. 2. c. 20. §. 42; & l. 3. c. 4. §. 2. n. 2.*

„y) (SUPRA:) *l. 2. c. 23. §. 10.*

„z) (PATI ID POSSE POPULUM:) Si duo ex „eadem familia de regno certant, certum eſt populum de ſucceſſione judicare non poſſe, adeoque nec ejus conſenſum requiri, ſi ſucceſſores „inter ſe armis cernere parati ſint, Populi enim „non intereſt, quia imperium in eadem familia, „ut quam contulit, manet.

„aa) (IDEM ET CUM DE BELLO FINIENDO „AGI-

cendum erit. [bb] Quomodo Aſſyrium regem Cyrus provocavit, & apud Lib. III. c. 12. Dionyſium Halicarnaſſenſem Metius ait, non iniquum fuiſſe [cc] ut ipſi principes populorum armis rem inter ſe diſceptarent, ſi de ipſorum non de populorum potentia aut dignitate controverſia fuiſſet. Sic [dd] Heraclium Imperatorem cum Coſroë filio Perſarum Regis pugnaſſe ſingulari certamine legimus.

§. XLIV.

Cæterum [a] qui ſic in prælii exitum conjiciunt controverſiam, [b] ſibi quidem jus ſi quod habent adimere poſſunt, [c] non & alteri qui non habet dare, [d] in illis quidem regnis quæ in patrimonio non ſunt. Itaque ut valeat pactio, [e] & populi [f] & ſi qui jam nati jus ad ſucceſſionem habent conſenſum neceſſe eſt accedere: [g] in feudis non liberis, [h] etiam domini ſive ſenioris.

§. XLV.

1. Sæpe [a] in talibus præliis quæri ſolet [b] uter pro victore ſit ha-

„AGITUR DICENDUM ERIT:) Nimirum ut ipſi „reges de regno certantes inter ſe certamine ſin„gulari dimicent. *d. c.* 23. §. 10.

bb) (Grot.) (QUOMODO ASSYRIUM REGEM CYRUS PROVOCAVIT:) [Apud XENOPHONTEM, *De Cyri inſtit.* Lib. V. c. 3. n. 4.] Et multo ante Hyllus Euryſtheum. Vide *Euripidem* Heraclidis. [verſ. 804, & *ſeqq.* At aliter rem narrat DIODORUS SICULUS, *Bibl. Hiſtor.* Lib. IV. c. 59. 60. *J. B.*]

cc) (Grot.) (UT IPSI PRINCIPES POPULORUM „ARMIS REM INTER SE DISCEPTARENT:) Hoc Adrianopolitæ reſpondebant Mahumeti de ipſo & Muſa Zelebe. *Leunclavius* lib. XI. Sic Cuniberius Langobardorum rex Alachin provocat. *Paulus Warnafredi* lib. V. (*Cap.* 40.) Sic de Cherſonis caſtro Pharnacus cum Sauromato pugnare volebat, ne multitudo ob ipſorum controverſiam periculis objiceretur; narrat *Conſtantinus Porphyrogenneta* capite de caſtro Cherſonis. Vide exemplum ſingularis certaminis de regno apud *Pontanum* hiſtoria Danica: & quæ de provocationibus inter Carolum V. Imperatorem & Franciſcum Primum Galliæ regem, narrant hiſtorici. [Certamen ſingulare, de quo *Pontanus*, fuit inter *Edmundum* & *Canutum.* Vide *Lib.* V. pag. 151, *Ed. Amſt.* 1631. Illius autem inter *Pharnacum* & *Sauromatum*, nullum eſt veſtigium in Cap. *De caſtro Cherſonis*, quod eſt ultimum *Lib.* II. *Conſt. Porphyrogenneta de Thematibus*; neque alibi in toto opere. *J. B.*]

dd) (Grot.) (HERACLIUM:) Vide *Aymoinum* libro IV, cap. 21. & *Fredegarium* cap. 64.

„*a*) (QUI SIC:) Per ſortem ſeu monomachiam.

„*b*) (SIBI QUIDEM JUS QUOD HABENT ADIMERE „POSSUNT:) Nam ita conſentiunt & diſponunt.

„*c*) (NON ET ALTERI QUI NON HABET DA„RE:) Id eſt non victori acquiritur regnum, quia „victus non habet jus dandi ſeu alienandi regnum.

„*d*) (IN ILLIS QUIDEM REGNIS QUÆ IN PA„TRIMONIO NON SUNT:) Id eſt quæ ex populi „voluntate deferuntur: Aliud ergo Auctor obti„nere putat in regnis patrimonialibus, quæ pleno „jure regi quæſita ſunt, in his enim regem & ſi„bi jus adimere, & victori dare poſſe ait: At ſæ„pius dictum eſt invito regis non dari regnum „patrimoniale.

„*e*) (ET POPULI &c. CONSENSUM NECESSE „EST ACCEDERE:) Quia de ejus jure agitur, niſi lis „ſit inter duos ſucceſſores ejuſdem familiæ *Vi.* §. „*præc. lit. z.*

„*f*) (ET SI QUI JAM NATI:) Nondum enim „natis jus quæſitum non eſſe putat, adeoque hos „in ea ſaltem jura ſuccedere putat quæ pater tem„pore nativitatis habuit: Vide tamen *l.* 2. *c.* 4. §. „10. *n.* 2.

„*g*) (IN FEUDIS NON LIBERIS:) Id eſt non „francis; at idem eſt in feudis francis, quia fideli„tas tamen juratur domino, cum qua pugnat aliena„tio, quæ tali pacto in eventum continetur: *B. Par.* „*Hyp. Jur. feud. Vit.* §. 47.

„*h*) (ETIAM DOMINI:) Exemplo res clara fiet: „Ponamus Curlandiæ duces bello cum Suecis im„plicatos eſſe: Duces illi controverſiam in prælii „exitum conjicere non poterunt, niſi (1) conſenſu „populi (2) agnatorum, qui ſpem ſuccedendi ha„bent (3) Regis Poloniæ qui dominus eſt dire„ctus, & cui per eventualem alienationem jus „quæſitum auferri nequit.

„*a*) (IN TALIBUS PRÆLIIS:) In quorum exitum „litigantes controverſiam conjiciunt.

b) (Grot.) (UTER PRO VICTORE SIT HABENDUS:)

habendus. [c] Victi non poſſunt videri niſi qui aut omnes occubuerunt, aut in fugam dati ſunt. Sic [d] in fines ſe aut oppida recipere apud Livium victi ſigna. Lib III c.2.3.

2. Apud tres nobiles hiſtoricos, Herodotum, Thucydidem, Polybium [e] tres proponuntur de victoria controverſiæ, quarum prima ad condictum certamen pertinet. Sed ſi quis recte advertat, inveniet omnibus illis præliis, ſine vera victoria diſceſſum. [f] Nam Argivi non fugati ab Othryade ſed nocte ſuperveniente abierant, victores ſe rati & id ſuis renuntiaturi. Herod. l.c. 82. [g] Neque Corinthios fugaverant Corcyrei, ſed Corinthii cum fœliciter pugnaſſent, Athenienſium claſſem validam conſpicati nullo cum Athenienſibus virium periculo facto ceſſim ierant. Thuc l. c.51. 54. Philippus vero Macedo Attali quidem navem a ſuis deſertam ceperat, at claſſem [h] nihil minus quam fugaverat. Itaque ut [i] Polybius notat, magis pro victore ſe gerebat, quam victorem ſe ſentiebat. Lib 16. c. 1 pag. 1014. 1015. Ed. Amſt

3. Illa vero, [k] ſpolia legere, [l] cadavera ad ſepulturam concedere,

DUS:) *Ennius* [Apud *Servium*, in Fragm.]
Qui vicit non eſt victor niſi victus fatetur.
Vide *Scaligerum* ad illud Feſti, *berbam do.*

ADDITIO.

Duplici ſenſu quis victor dici poteſt, vel prælio vel bello: priori ſenſu ſæpius dubia eſt victoria, at cum per prælium bellum non finiatur, quoad effectum juris nihil intereſt, uter pro victore ſit habeodus. Exempla ubi uterque ſibi victoriam arrogavit, exſtant apud Auctorem. Ita cum Carolus, Galliæ Rex, ex Italia rediret, eique ſe Gonzaga Mantuæ dux opponeret, ancipiti prælio diſceſſum: Gallus enim iter ſibi aperuit, Dux vero impedimenta cepit, uterque igitur victoriam ſibi aſſeruit; *Vid. Aut cas illuſtr. pag. 67.* Ita in prælio navali inter Belgas & Suecos apud Haſniam dubia fuit victoria: Item inter Attalum & Philippum, ubi Attalus fugata Philippi claſſe univerſi prælii gloriam obtinuit, ſed cum ipſius Attali a ſuis ſeparati navis capta eſſet, Philippus ſibi tribuit victoriam. *Polyb. Hiſt. l. 16. c. 5.* In prælio Luzenſi dubiam fuiſſe victoriam ait *Brachel l. 4.* Sed ſtudio partis, cum Wallenſteinius pulſus aufugerit.

Exempla de varia victoria vide apud *Liv. l. 5. c. 28. Thucyd. l. 1. p. 29. 30. 56. & 57. & l. 7. p. 422. Martial. Spect. 29. Thuan. l. 14. p. 295. & l. 1. pag. 2. Conf. Liv. L. 4. c. 39. Juſt. l. 6. c. 6. Alexand. Gen. l. 4. c. 7.* Teſm h.

Si vero ipſa controverſia in prælii exitum conjicitur, maximopere intereſt noſſe, uter victor ſit, & uter ceſſerit, i. e. uter bello vicerit.

„c) (VICTI NON POSSUNT VIDERI NISI &c.) „Signa ergo fracti animi adeſſe debent; exempla „allegavit Author ſupra §. 43.

d) (Grot.) (IN FINES SE AUT OPPIDA RECIPERE APUD LIVIUM VICTI SIGNA:) Et apud *Guicciardinum*, lib. 11.

„e) (TRES PROPONUNTUR DE VICTORIA CON„TROVERSIÆ:) Id eſt tria controverſiarum ejus„modi exempla *Gron. h.*

„f) (NAM ARGIVI:) Uterque ſibi victoriam „vindicabat, Argivi quidem quod ſuorum plures „ſuperfuiſſe dicerent: Lacedæmonii vero quod „qui eorum ſuperfuerant, fugiſſent, ſuus autem „perſtitiſſet, & hoſtium corſos ſpoliaſſet. *Herod. „l. 1. p. m. 15.*

„g) (NEQUE CORINTHIOS:) Hiſtoriam vide apud „*Thucydidem l. 2. p. m. 22. & ſeq.*

„h) (NIHIL MINUS QUAM FUGAVERAT:) E „contrario Attalus fugavit claſſem Philippi.

„i) (POLYBIUS:) *L. 16. c. 5.*

„k) (SPOLIA LEGERE, CADAVERA &c.) Quæ „indicia ſunt locum aciei antea communem, „nunc eſſe ejus qui ſpolia legit, & cadavera con„dit. *Juſtin. 6. 6. Gron. h.*

„l) (CADAVERA AD SEPULTURAM CONCEDE„RE:) *Plutarchus* Ageſilao: ὡς δὲ ἔπεμψαν οἱ πολέμιοι νεκρῶν ἀναίρεσιν αἰτοῦντες, ἐσπείσατο, καὶ τὴν νίκην οὕτως ἐκβεβαιωσάμενος, εἰς Δελφοὺς ἀπεκομίσθη· *poſtquam autem hoſtes miſere ut mortuos tollere liceret, conceſſit, eoque modo victoriæ teſtimonium adeptus Delphos abiit.* (Pag. 606. B.) Idem Nicia: καὶ τοι κατὰ νόμον τινα καὶ συνήθειαν οἱ νεκρῶν ὑπὸ [illegible]δῶν λαβόντες ἀναίρεσιν, ἀπολέγεσθαι τὴν νίκην, καὶ τρόπαιον ἱστάναι τοὺς τούτων τυχόντας οὐκ ἔνθεσμον ἦν· *quanquam more & inſtituto recepto qui mortuos deportandos* con-

Lib. 29. 40. re, [m] prælio iterum laceſſere, quæ & dictis locis & apud Livium aliquoties reperias ut ſigna poni victoriæ, per ſe nihil probant, niſi quatenus cum aliis indiciis, [n] valent ad docendam hoſtium fugam. Et certe [o] qui loco ceſſit in dubio magis eſt ut fugiſſe credatur. At ubi victoriæ firma argumenta non ſunt res [p] manet eo loco quo ante prælium fuit; & [q] aut ad bellum, [r] aut ad novas pactiones veniendum eſt.

§. XLVI.

L. ſocietatem 76. D. pro ſocio. 1. Arbitriorum [a] Proculus nos docet [b] duo eſſe genera; [c] unum ejusmodi, ut ſive æquum, ſive iniquum parere debeamus, quod obſervatur, ait, [d] cum ex compromiſſo ad arbitrum itum eſt; [e] alterum ejusmodi, ut ad boni viri arbitrium redigi debeat, cujus generis exemplum habemus [f] in Celſi reſponſo: *Si libertus*, inquit, *L. Si libertus. 30. D. de op. lib.* *ita*

conceſſu acceperant, cenſebantur a ſe abdicaſſe victoriam, & qui id impetraſſent, eis jus non erat trophæa figendi. (Pag. 527. A. B.)

„m) (PRÆLIUM ITERUM LACESSERE:) Quod „detrectet hoſtis, neque audeat prodire in æquum „*Liv. l. 22. c. 12. Gron. h.*

„n) (VALENT AD DOCENDAM HOSTIS FUGAM:) Adeoque vi pacti bello victus cauſam „amittit.

„o) (QUI LOCO CESSIT:) Alter enim viribus „hoc ipſo eſt ſuperior.

„p) (MANET EO LOCO QUO ANTE PRÆLIUM „FUIT:) Id eſt ambigua *Gron. h.* Inter Petrum Arragonium & Carolum Andegavenſem prælium „indictum eſt cum certa manu, hic venit & diſ„ceſſit, ille poſt diſceſſum comparuit. Papa arbi„tratus eſt neutrum victorem eſſe, & repetendum „eſſe prælium.

„q) (AUT AD BELLUM:) Quia per ſingulare „certamen res deciſa non eſt.

„r) (AUT AD NOVAS PACTIONES:) Id eſt no„vum certamen decerni debet, uti Papa decidit in „caſu ante allegato.

„a) (PROCULUS:) *L. 76. ff. pro ſocio.*

„b) (DUO ESSE GENERA:) Præterea aliud eſt „genus arbitrorum qui ad tentandam amicabilem „compoſitionem eliguntur. *L. 13. §. 2. Rec. arb.* „*ibique Goth.* At de quibus hic quæſtio non eſt, „quia non eliguntur ad finiendam litem.

„c) (UNUM EJUSMODI UT SIVE ÆQUUM SIVE „INIQUUM STATUANT, PARERE DEBEAMUS:) „Nam in ejus ſententiam compromittunt partes, „& declarant ſe pro jure habituros quod pronun„tiaverit. *l. 27. §. 2. l. 76. pro ſoc. arg. l. 99. pr.* „*V. O.*

„d) (CUM EX COMPROMISSO AD ARBITRUM „ITUM EST:) Adde, ea intentione *ut ſententiam* „*dicat l. 13. §. 2. l. 1. l. 3. & rubric. ff. de receptis* „*qui arbitrium receperunt ſententiam dicant:* ad„eoque ut arbiter electus ſit *ad finiendas lites. d. l. 1.*

„e) (ALTERUM EJUSMODI UT AD BONI VIRI „ARBITRIUM REDIGI DEBEAT:) Doctores non ſa„tis indigitarunt differentiam horum arbitrorum „a priori ſpecie: quæ tamen clara & maxime „perſpicua eſt ex exemplis a Juris conſultis allegatis.

„Juriſconſulti per *poſterius* arbitrorum genus „non intelligunt tales, qui electi ſunt ut cauſam „decidant, ut de jure pronuntient, ut ſententiam „dicant, vel ut lites finiant. Sed tales, qui a par„tibus electi ſunt, ut opus definiant, ut in locati„one operis *l. 77. ff. pro ſocio*, vel partes determinent „ut in ſocietate *l. 76. pro ſocio* vel precium ut in em„tione *l. f. C. Contr. emt.* vel Mercedem ut in con„ductione *l. 25. pr. locat* vel ſufficientiam cautio„nis. *l. 9. ff. Qui ſatiſd. cog.*

„Hi igitur arbitri non judices ſunt, ſed æſti„matores. Partes non promittunt ſe pro jure ha„bituros quod judicaverint, ſed rogant eos ut tan„quam boni viri, *partes, precium* vel *mercedem* „definiant &c. & ſperant quoque eos ut bonos vi„ros arbitraturos eſſe. *l. 30. op. libert.*

„Si facta definitione appareat arbitrum non ut „bonum virum definiſſe, res reducitur ad arbitri„um boni viri, id eſt ad judicem (bonus enim vir „idem eſt quod judex *l. 47. §. 2. ff. fidejuſ. lib. l.* „*137. §. 2. ff. V. O. l. 17. §. 5. ff. injur*) res defer„tur: qui æſtimationem reducit ad æquitatem. *l.* „*32. §. 1. Reg. jur*, ſeu ut bonus vir judicare de„buiſſet: *Vid. l. 9. ff. Quo ſatisd.*

„Et cum ejusmodi æſtimatores plerumque con„ſtitui ſoleant in ipſo contractu locationis, emti„onis, ſocietatis &c. actione ex hoc ipſo contra„ctu, utpote bonæ fidei, iniquitatem æſtimationis „corrigendam eſſe cenſuerunt Juriſconſulti Ro„mani. Actio enim ex contractu bonæ fidei datur „ad omne id quod ex natura negotii æquum & bo„num eſt, *l. 11. §. 1. Act. emt. §. fin. Inſt. Obl. quæ* „*ex Cons. l. 6. §. 5. Emt. vend. l. 31. pr. depos. l.* „*2. §. f. Oblig. & Act. §. 29. Inſt. de Action.*

„f) (IN CELSI:) *L. 30. ff. oper libert.*

„g)

ita juraverit dare ſe quot operas patronus arbitratus ſit, non aliter ratum fore arbitrium patroni g quam ſi æquum arbitratus ſit. Sed hæc jurisjurandi interpretatio ut Romanis legibus induci potuit, h ita verborum ſimplicitati per ſe ſpectatæ non convenit. Illud tamen verum manet, i utrovis modo arbitrum ſumi poſſe, k aut ut conciliatorem tantum, quales Athenienſes inter Rhodios & Demetrium fuiſſe legimus; l aut ut cujus dicto parendum omnino ſit. m Et hoc eſt genus de quo nos hic agimus, & de quo nonnulla n ſupra diximus o cum de cavendi belli rationibus loqueremur. *Lib. 11. c.23.§.8.*

2. Quanquam vero etiam de talibus arbitris, in quos compromiſſum eſt, lex civilis ſtatuere poſſit, & alicubi ſtatuerit, p ut ab iis provocare & de injuria queri liceat, q id tamen inter reges ac populos locum habere non poteſt. r Nulla enim hic eſt poteſtas ſu-

„g) (QUAM SI ÆQUUM ARBITRATUS FUERIT:) „Adeoque res reducitur ad arbitrium boni viri id „eſt judicis qui cognoſcit, an æſtimatio ita facta „ſit, uti a bono viro fieri debet, alias, corrigit „inæqualitatem *l. 76. l. 78. l. 79. l. 80. pro ſocio.*

„h) (ITA VERBORUM SIMPLICITATI PER SE „SPECTATÆ NON CONVENIT:) Revera eadem ra„tio militat in arbitris *qui inique æſtimant*, ac in „illis *qui inique decidunt:* Sibi enim imputare de„bent qui in alterius æſtimationem compromiſe„runt, *l.* 27. §. 2. *Dec. arb*: Cum vero utroque „caſu ſupponatur partes compromiſiſſe in *arbitri„um boni viri*, id eſt ut bonus vir æſtimare vel ju„dicare debuiſſet &c utroque caſu jus Romanum „ſuccurrit, ac utrique remedium ſuppeditat, & qui„dem contra arbitrium ejus qui male æſtimavit, „dedit *reductionem ad arbitrium boni viri*; contra „arbitrium ejus qui male judicavit, exceptionem „doli. *Vid. lit. p.* At id meri juris eſt poſitivi.

„i) (UTROVIS MODO ARBITRUM SUMI POSSE:) „Scilicet in negotiis bellicis, adeoque eligi poſſunt „vel ut litem decidant, vel ut definiant partes, „precium &c.

„k) (AUT UT CONCILIATOREM TANTUM:) „Imo hoc tertium eſt arbitrorum genus, diverſum „ab iis quorum mentio fit a Proculo; cum enim „hi tantum ad tentandam amicabilem compoſiti„onem eligantur, nihil definiunt, nedum decidunt. „Conf. *l.* 13. §. 2. *ff. recept.*

„Hos arbitros, ſi inter Principes eliguntur Me„diatores vocamus, de quibus vide integram di„ſputationem B. Parentis *de Mediatoribus.*

„l) (AUT UT CUJUS DICTO PARENDUM OMNI„NO SIT:) Tale arbitrium paceRiſwicenſi inter „domum Palatinam & Aurelianenſem decretum „eſt, ubi Rex Galliæ & Imperator, iisque diſ„ſentientibus, Papa arbiter eſt conſtitutus. Ita in „celebri illa Wildfangiatus cauſa arbitri electi ſunt „Rex Galliæ & Rex Sueciæ, quorum deciſum vim „ſententiæ obtinuit, & laudum Heilbrunnenſe vo„catur.

„m) (ET HOC EST GENUS DE QUO HIC AGI„MUS:) Quando ſcilicet partes bellum gerentes „in judicium tertii alicujus compromittunt, ejusque „judicio ſe ſtaturos promittunt.

„n) (SUPRA:) *L. 2. c. 23. §. 8.*

„o) (CUM DE CAVENDI BELLI RATIONIBUS „LOQUEREMUR:) Ubi ſimul diximus neminem te„neri ad ejusmodi arbitros provocare, neque pro„poſitos acceptare.

„p) (UT AB IIS PROVOCARE ET DE INJURIA „QUERI LICEAT:) Jure Romano provocare licet, „tantum ab iis qui tanquam æſtimatores electi „ſunt, & inique æſtimant, *l. 76. 78. l. 79. ff. pro „ſoc. l. 9. Qui ſatiſd. cog*: non vero ab iis qui ad „decidendas lites electi ſunt *l. 27. §. 2. ff. recept. „arb. l. 3. c. Recept. arb.* etſi inique pronuncient. At „ſi victor ex laudo actionem inſtituebat, repelli „potuit exceptione doli, ſi arbiter dolo, vel contra „jus arbitratus fuerit: *d. l. 3. l. 32. §. 14. Rec. arb.* „Conf. *Jus noſtrum Controv. Tit. de recip. arbi„tris.*

q) (Grot.) (ID TAMEN INTER REGES ET PO„PULOS LOCUM HABERE NON POTEST:) *Mariana* libro XXIX, 15. *Bembus* libro IV. (*fol. 62.*) Paces per arbitrum factas habes aliquam multas in Polonica hiſtoria *Cromeri* libris X. XVI. XVIII. XXI. XXIV. XXVII. XXVIII. Habes & in Danica *Pontani* libro II. confer quæ nos ſupra libro II, c. „XXIII. §. 18.

ADDITIO.

„Inter hos enim ex diſpoſitione juris oritur, at „diſpoſuere, quod ſtare velint arbitrorum judicio.

„r) (NULLA ENIM HIC EST POTESTAS SUPE„RIOR QUÆ PROMISSI VINCULUM AUT IMPEDI„AT:) Principes enim ſubditorum pactis leges da-

ſuperior quæ promiſſi vinculum aut impediat, aut ſolvat. [r] Standum ergo omnino; ſive æquum, ſive iniquum pronuntiaverint, ita *Præf. nat. hiſt. p. 3 Edit. Harduin* ut Plinii illud huc recte aptes: [s] *ſummum quisque cauſæ ſuæ judicem facit, quemcunque eligit.* Aliud enim eſt [u] de arbitri officio, [v] aliud de compromittentium obligatione quærere.

§. XLVII.

1. In arbitri officio ſpectandum, [a] an electus ſit in vicem judicis, [b] an cum laxiore quadam poteſtate, quam arbitri quaſi pro- *Lib. III. de benef. 7.* priam vult Seneca cum dicit: *melior videtur conditio cauſæ bonæ,* [c] *ſi ad judicem quam ſi ad arbitrum mittitur:* [d] *quia illum formula includit, & certos quos non excedat terminos ponit, hujus libera & nullis adſtricta vinculis religio & detrahere aliquid poteſt & adjicere, & ſententiam ſuam, non prout lex aut juſtitia ſuadet,* [e] *ſed prout hu- Rhet. 1. c. 13. in fin. manitas & miſericordia impulit regere.* Ariſtoteles quoque ἐπιεικοῦς id eſt æqui & commodi hominis eſſe ait, εἰς δίαιταν μᾶλλον ἢ εἰς δίκην βούλεσθαι ὁ γὰρ διαιτητὴς τὸ ἐπιεικὲς ὁρᾷ. ὁ δὲ δικαστὴς τὸν νόμον, καὶ τούτου ἕνεκα διαιτητὴς εὑρέθη ὅπως τὸ ἐπιεικὲς ἰσχύῃ: *Nam* [f] *arbiter id quod æquum eſt reſpicit; judex legem: imo arbiter ejus rei cauſa repertus eſt* [g] *ut valeret æquitas.*

2. Quo in loco æquitas non proprie ſignificat, [h] ut alibi partem illam

„re, eorumque vim coarctare, nc ſtatuere poſſiut, ne valeat pactum ſi æquum pronuntiatum „non fuerit.

„r) (STANDUM ERGO OMNINO SIVE ÆQUUM „SIVE INIQUUM PRONUNTIAVERINT:) Non enim „eſt iniquum, quia partes in id conſenſere, *l. 27. §. 2. recept. arb.*

„s) (SUMMUM QUISQUE SUÆ CAUSÆ JUDICEM „FACIT:) A quo nulla provocatio locum habet.

„u) (DE ARBITRI OFFICIO:) Quid ille, tanquam „vir bonus facere debeat. de quo *§. ſeq.*

„v) (ALIUD DE COMPROMITTENTIUM OBLIGA„TIONE QUÆRERE:) Nam compromittentes pa„ciſcuntur ſe ſtaturos judicio tertii, adeoque pro „æquo habituros quicquid ille judicaverit.

„a) (AN ELECTUS SIT IN VICEM JUDICIS:) Ita „ut judicare ſaltem poſſit juxta ſcriptam formu„lam.

„b) (AN CUM LAXIORE QUADAM POTESTATE:) „Ut poſſit etiam præterea ex æquo & bono ſta„tuere: *Gron. h.*

„Imo in arbitri officio ſaltem ſpectandum quid „in compromiſſum venerit: Sane aliud ei non li„cebit, quam quod ibi, ut efficeret cautum eſt. „*l. 32. §. 15. Recept. arb. l. 21. §. 6. Eod. L. 46. Eod.* „Si tota cauſa in compromiſſum venit, omnia „continentur quæ ad cauſam illam pertinent.

„c) (SI AD JUDICEM QUAM SI AD ARBI„TRUM MITTITUR:) Seneca non loquitur de ju„dice arbitro, ſed de judice dato: qui tantum „judicat juxta formulam præſcriptam; at arbiter „judex judicat de tota cauſa adeoque etiam de fru„ctibus uſuris &c. dolo & culpa &c. & de omni„bus quæ ad cauſam pertinent. Hinc Fellus *voce* „*Arbiter pag. 253. Arbiter eſt qui totius rei arbi*„*trium habet ac poteſtatem* Conf. *Goth. ad. l. 32. §.* „*15. recept. arb. lit. b.* Add. *infr. §. 48. d. l. 2. d.* „*l. 32.*

„d) (QUIA ILLUM FORMULA INCLUDIT:) „*Vid. Heinecc. Antiq. Rom. l 4. t 6. §. 36. 39.* „*ſeq. Car. Sigon: de judic. Rom. l. 1. 24, pag.* 495. „*ſeq. Briſſon. form v. p. 378.*

„e) (SED PROUT HUMANITAS:) Nam ſententia „ejus valet etſi iniqua ſit, ſibi enim imputare de„bet quod compromiſerit. *l. 27. §. 2. Rec. arb.*

„f) (ARBITER ID QUOD ÆQUUM EST RESPI„CIT JUDEX LEGEM:) Id eſt judex datus judicat „juxta formulam præſcriptam; judex arbiter ex „æquo & bono de tota cauſa.

„g) (UT VALERET ÆQUITAS:) Ut ſcl. de omni „eo quod ex natura negotii æquum & bonum eſt „judicet.

„h) (UT ALIBI PARTEM ILLAM JUSTITIÆ „&c.) Quæ corrigit id in quo lex deficit ob uni„verſalitatem *Vid. l 2. c. 16.* §. 26. *n.* 2. quod la„te explicat Grotius in Schediaſmate quod ad cal„cem hujus libri adjecimus, & de *æquitate* inſcri„bit. Rectius per æquitatem, quæ pars juſtitiæ eſt „intel-

illam juſtitiæ quæ legis ſonum generalem ex mente auctoris adductius interpretatur [i] (nam hæc & judici commiſſa eſt) [k] ſed omne id quod rectius fit quam non fit, etiam extra juſtitiæ proprie dictæ regulas. Sed [l] tales arbitri ſicut inter privatos & ejusdem imperii cives frequentes ſunt, [m] & ſpecialiter Chriſtianis commendantur ab Apoſtolo Paulo, 1 Cor. VI, [n] ita in dubio non debet tauta poteſtas conceſſa intelligi: [o] in dubiis enim quod minimum eſt ſequimur: præcipue vero id [p] locum habet inter ſummam poteſtatem obtinentes, qui [q] cum judicem communem non habeant, arbitrum [r] cenſendi ſunt adſtrinxiſſe iis regulis, quibus judicis officium adſtringi ſolet.

§. XLVIII.

Illud tamen obſervandum eſt, arbitros lectos a populis aut ſummis poteſtatibus [a] de principali negotio pronuntiare debere, [b] non de

„intelligi ſolet ratio legis.

„i) (NAM HÆC ET JUDICI COMMISSA EST:) „Nam hic quoque non verba legis ſed rationem „ejus inſpicere debet: de tali igitur æquitate hic „plane non quæri ait.

„k) (SED OMNE ID QUOD RECTIUS FIT QUAM „NON FIT, ETIAM EXTRA JUSTITIÆ REGULAS:) „Verba hæc ſunt quæ nihil ſignificant: Arbi- „ter ex æquo & bono judicare dicitur, quia de „omni eo cognoſcit quod ad cauſam compromiſ- „ſi pertinet. *Vid. ſupr. lit. c.*

„l) (TALES ARBITRI SICUT INTER PRIVATOS „&c. FREQUENTES SUNT:) Hinc totus titulus in „jure Digeſtorum invenitur. *De receptis qui ar- „bitrium recepere ut ſententiam dicant.*

„m) (ET SPECIALITER:) Nam Apoſtolus im- „probat quod frater cum fratre judicio contendat „apud infideles *1. Cor. 6. v. 1. ſeq.* quem locum „explicavimus ſupra *l. 1. c. 2.* § Cæterum genti- „les quoque Philoſophi æqui & commodi homi- „nis eſſe ajunt, malle ire ad arbitrum *viden. præ- „ced.* eoque evitare ruinoſum judicii ſtrepitum.

„n) (ITA IN DUBIO NON DEBET TANTA POT- „ESTAS CONCESSA INTELLIGI:) Imo poteſtas illa „judicandi ex æquo & bono ſequitur ex natura „compromiſſi; per quod tota cauſa arbitrio judi- „cis defertur: ſecus ac in judicibus datis, qui jure „Romano ultra formulam præſcriptam procedere „non potuerunt.

„o) (IN DUBIIS ENIM QUOD MINIMUM EST „SEQUIMUR:) *Vid. l. 9. l. 34. ff. R. J. ubique Goth.* „At dubii hic nihil ſubeſt: qui compromittit, „compromittit in totam cauſam, ſecus ac in ju- „dice dato.

„p) (LOCUM HABET INTER SUMMAM POTES- „TATEM OBTINENTES:) Ut ſcl. in dubiis quod „minimum eſt ſit ſequendum.

„q) (CUM JUDICEM COMMUNEM NON HABE- „ANT:) Qui juxta formulam præſcriptam de cau- „ſa cognoſcat.

„r) (CENSENDI SUNT ADSTRINXISSE IIS RE- „GULIS QUIBUS JUDICIS OFFICIUM ADSTRINGI SO- „LET:) Imo ſi Principes cauſam per compromiſ- „ſum ad arbitrum deferunt, omnia ea quæ ad cau- „ſam illam ex æquo & bono referri poſſunt, ſub „compromiſſo ſua natura continentur. Sane ſub „officio ordinario judicis quoque omnis cauſa com- „prehenditur *l. 61. Judic.* judex autem datus non „eſt judex ordinarius, quis jure Romano non ni- „ſi juxta formulam præſcriptam cognoſcit; quæ „ratio inter Principes ceſſat.

(AD §. XLVIII.) Auctor putat arbitros non poſſe ſtatuere de poſſeſſione: Quod admittendum non eſt, ſi de ſola poſſeſſione litigatur: Neque concedi poteſt, quod Auctor ait, judicia poſſeſſoria eſſe juris civilis, contrarium enim demonſtravimus *l. 2. c. 8. §. 2.* Sane cum omnes controverſiæ ad arbitros deferri poſſint, nullam video rationem cur non & poſſeſſiones litigioſæ: Atque ita in laudo Heilbrunnenſi quædam tantum quoad poſſeſſionem, reſervato petitorio, deciſa legimus.

a) (Grot.) (DE PRINCIPALI NEGOTIO PRONUNTIARE DEBERE, NON DE POSSESSIONE:) Id Dux Sabaudiæ dicebat in controverſia Saluciæ. Vide *Serranum* Henrico IV. [aut potius eum qui *Serrani* Hiſtoriam ulterius deduxit.]

„b) (NON DE POSSESSIONE:) Quid ſi de ſola „poſſeſſione quæſtio ſit? Sane de dominio tunc „pronuntiare abſurdum eſſet *Vid. lit. ſeq.*

„c) (NAM POSSESSORIA JUDICIA JURIS CIVILIS „SUNT:) Judicia poſſeſſoria naturali quoque rati- „one diſtincta eſſe a judiciis petitoriis, & aliud „eſſe jus poſſeſſionis, aliud jus proprietatis proba- „vimus in *Diſſert. proœm. XII. §. 597.* Nulla ergo „ratio dari poteſt, cur arbiter, cui tota cauſæ de-

 ciſio

de poſſeſſione; [c] nam poſſeſſoria judicia juris civilis ſunt: [d] Jure gentium poſſidendi jus dominium ſequitur. [e] Ideo dum cauſa cognoſcitur nihil eſt innovandum, [f] tum ne præjudicium fiat, [g] tum
Lib XL. c. 17. quia difficilis eſt recuperatio. Livius in hiſtoria diſceptatorum inter populum Carthaginenſem & Maſiniſſam [h] *Legati*, inquit, *jus poſſeſſionis non mutarunt.*

§. XLIX.

1. [a] Alterius generis eſt arbitri ſumtio, cum quis ipſi hoſti de ſe arbitrium permittit, [b] quæ eſt deditio pura, [c] ſubditum faciens eum qui ſe dedit, ei vero cui fit deditio [d] ſummam deferens poteſtatem. ἐπιτρέπειν τὰ καθ' αὑτὸν dicunt Græci. Sic [e] Ætolos in Sena-
Livius lib. 38. c. 49. tu rogatos legimus, permitterentne de ſe arbitrium populo Romano. Conſilium L. Cornelii Lentuli apud Appianum, circa finem
Bell. Punic p. 34 Ed.H. Steph. belli Punici ſecundi, de re Carthaginenſium hoc erat: [f] *Permittant*, inquit, *Carthaginenſes ſe arbitrio noſtro ut victi ſolent, & multi antehac fecerunt: videbimus deinde nos, & ſi quid fuerimus largiti* [g] *habe-*

„ciſio delata eſt, non poſſit per interlocutionem „prius pronunciare de poſſeſſione, tum ut conſtet „quis probare teneatur, tum ut appareat quis interim fructus percipere debeat. Sed & de ſola „poſſeſſione lis intercedere eaque lis in arbitrium „tertii conferri poteſt.

„d) (JURE GENTIUM POSSIDENDI JUS DOMINIUM:) Errorem hunc Auctoris refutavi *Supra* „*l. 3. c. §. & Diſſ. proœm. XII. §. 589. ſeq.*

„e) (IDEO DUM CAUSA COGNOSCITUR NIHIL „EST INNOVANDUM:) Cum uterque poſſeſſionem „prætendat, & uterque alterum innovationis accuſet, id ipſum prius decidi, & ſic poſſeſſionis „ratio definiri debet.

„f) (TUM NE PRÆJUDICIUM FIAT:) Uterque „ſibi præjudicium fieri ait, ſi pendente lite poſſeſſione, quam uterque ſibi aſſerit, cedere alter deberet: Adeoque hoc præjudicium prius decidi „debet.

„g) (TUM QUIA DIFFICILIS EST RECUPERATIO:) Uterque litigantium id allegare poſſet, adeoque hæc lis decidi debet & poteſt; antequam „de principali negotio pronunticiur.

„h) (LEGATI JUS POSSESSIONIS NON MUTARUNT:) Ex hoc ipſo Livii loco apparet, aliud eſſe „*poſſeſſionem*, aliud *poſſeſſionis cauſam*: cum enim „legati Romanorum, tanquam arbitri, inter Carthaginenſes & Maſiniſſam, cauſam de agro cognoſcerent illi titulum ſaltem allegabant, *quod* „*ager primo majorum fuiſſet, deinde a Syphace ad* „*ſe perveniſſet*. Maſiniſſa NB. *& cauſa & poſſeſſione* ſe ſuperiorem eſſe contendebat, & tum addit „Livius *l. 40. c. 17. legatos poſſeſſionis jus non mutaſſe NB. cauſam integram Romam ad Senatum* „*rejeciſſe*: Adeoque in poſſeſſorio ſaltem pronunciarunt, petitorii ſeu cauſæ deciſionem populo „Romano relinquentes, qui tandem cauſam pro „Carthaginenſibus decidit, ſed illi bello magis „quam ex judicio legatorum agrum vindicare cupiebant, & ideo a Romanis bellum contra eos „decretum eſt, quod exitio fuit Carthaginenſibus. „*Liv. epit. l. 48.*

„a) (ALTERIUS GENERIS EST ARBITRI SUMTIO CUM QUIS IPSI HOSTI &c.) Ad arbitrorum proprie dictorum genus non pertinet hæc „ſpecies, qua quis ſe arbitrio hoſtis ſubmittit: ibi „enim partes non compromittunt in ſententiam „aut judicium tertii, ſed alter alteri ſe pleno jure „dedit, adeoque omne jus ſuum & arbitrium in „alterius poteſtatem transfert.

„b) (QUÆ EST DEDITIO PURA:) De conditionata *Vide §. 51.*

„c) (SUBDITUM FACIENS EUM QUI DEDIT:) „De qua deditione late egimus ſupra *c.* 4. §. 10. „12. & 13.

„d) (SUMMAM POTESTATEM DEFERENS:) Imo „& dominicam, nam dediti abſque conditione „ſervi ſunt. *d c.* 4. §. 12.

„e) (ÆTOLOS IN SENATU ROGATOS LEGIMUS:) „Phraſis illa, *alterius arbitrio ſe ſubjicere*, generalis eſt, & continere quoque poteſt plenum dominium: unde Ætoli metuebant ne permiſſo „libero arbitrio in corpora ſua ſæviretur *Liv. l.* „*37. c. 7.* Ætoli igitur merito exprimi cupiebant „*quarum rerum arbitrium ſenatus in ſe permitterent?* quod cum Romani exprimere nollent, infecta pace legati dimiſſi ſunt. *Liv. l. 37. c. 1.*

„f) (PERMITTANT CARTHAGINENSES SE ARBITRIO NOSTRO:) Arbitrium hic itidem ſumitur „pro poteſtate dominica, nam ipſa corpora ſibi „dedi prætendebant.

„g) (HABEBUNT NOBIS GRATIAM:) Quia id „be-

bebunt nobis gratiam: [h] *neque enim fœdus dicere poterunt; permultum autem intereſt. Quamdiu fœdera cum illis inimus, ut ea rumpant ſemper aliquid cauſabuntur tanquam læſi adverſus aliquam fœderis partem. Nam quia multa ſunt dubiæ interpretationis, patet ſemper perplexandi materia. At ubi ut deditis abſtulerimus arma, corpora ipſa acceperimus in poteſtatem, tum demum intelligent nihil ſe habere proprium, demittent animos, & quodcunque a nobis acceperint id tanquam de alieno datum libentibus animis accipient.*

2. Sed hic quoque diſtinguendum eſt, [i] quod victus pati debeat, & [k] quid victor jure, [l] quid etiam ſalvo omni officio facere poſſit, [m] quid denique eum maxime deceat. Victus poſt deditionem [n] nihil non patiendum habet; quippe jam ſubditus [o] & ſi jus belli externum reſpicimus, eo in loco ut ei nihil non eripi poſſit, [p] etiam vita, etiam libertas perſonalis, multo magis bona, [q] non publica tantum [r] ſed & ſingulorum. *Ætoli*, inquit alio loco [s] Livius, *permiſſo libero arbitrio, ne in corpora ſæviretur metuebant.* Citavimus [t] alibi: *ubi omnia ei qui armis plus poteſt dedita ſunt, quæ ex iis habere victor, quibus mulctari eos velit, ipſius judicium atque arbitrium eſt.* Eodem illud [u] Livii pertinet: *Romanis mos vetuſtus erat, cum quo nec fœdere, nec æquis legibus jungerentur amicitia, non prius imperio in eum tanquam pacatum uti, quam omnia divina humanaque dediſſet, obſides accepti, arma ademta, præſidia urbibus impoſita forent.* [v] Etiam occidi licite interdum deditos oſtendimus.

Lib. 38 c. 7. — Lib. 3 c. 8. §. 4. — Lib. VII. — Lib 3. c. 11. §. 16.

§. L.

1. At victor [a] nequid injuſte faciat ſpectare primum debet [b] ne quem

„beneficio Romanorum non fœderi deberent.

„h) (NEQUE ENIM FOEDUS DICERE POTERUNT:) „Ex fœdere quicquam illis deberi *Gron. h.*

„i) (QUOD VICTUS PATI DEBEAT:) Id eſt quæ „ſit conditio ejus qui ſe dedit de quo mox.

„k) (QUID VICTOR JURE &c.) *Vid. § ſeq. n. 1.*

„l) (QUID ETIAM SALVO OMNI OFFICIO FA„CERE DEBEAT:) *Vid. §. ſeq. n. 1. & ſeq.*

„m) (QUID DENIQUE MAXIME EUM DECEAT:) „Id eſt quid ex perfectionis & virtutis regulis face„re debeat victor.

„n) (NIHIL NON PATIENDUM HABET QUIPPE „JAM SUBDITUS:) Imo omnia pati debet non tan„quam ſubditus ſed tanquam ſervus.

„o) (ET SI JUS BELLI EXTERNUM RESPICI„MUS:) Id eſt jus gentium quod Auctor in bello „ſolenni introductum eſſe fingit.

„p) (ETIAM VITA ETIAM LIBERTAS:) Quia „dediti ſervi fiunt in quos jure naturæ quoque „omnia licent.

„q) (NON PUBLICA TANTUM:) Quæ civitatis „ſeſe dedentis ſunt.

„r) (SED ET SINGULORUM:) Quæ ad ſingulos „jure dominii pertinuerunt.

„s) (LIVIUS:) *L 37. c. 7.*

„t) (ALIBI:) *L. 3. c. 8. §. 4.*

„u) (LIVII:) Formulam deditionis ſimilem „vide apud eundem *l. 1. c. 37.*

„v) (ETIAM LICITE:) Id eſt non tantum jure „externo, ſed & jure interno: nimirum ſi is qui „deditur aut ante fuit in numero graviter delin„quentium, aut poſtea fidem a ſe datam in re „magna fefellit. Vid. *ſupr. l. 3. c. 11. § 18. n 2.* „Nos ſæpius diximus non dari tale jus externum „& in deditos ſæviri poſſe etiam jure interno „quateous ſervi fiunt.

„a) (NE QUID INJUSTE FACIAT:) Id eſt con„tra jus internum, nam jure externo omnia ei li„cere in deditos docuit. *§. præced. n. 1.*

„b) (NE QUEM OCCIDAT NISI ID SUO FACI-

quem occidat, niſi id ſuo facinore meritum; ſic & [c] ne cui quicquam auferat, niſi in juſtam pœnam. [d] Intra hunc autem modum, [e] quantum ſecuritas patitur, ad clementiam & liberalitatem propendere [f] ſemper honeſtum eſt, interdum pro circumſtantiis [g] etiam ex morum regula neceſſarium.

Lib. 3. c. 15. in fin. 2. Diximus [h] alibi bellorum egregios fines quoties ignoſcendo transigitur. Lib. 13. c. 21. Nicolaus Syracuſanus apud Diodorum: παρέδωκαν ἑαυτὺς μετὰ τῶν ὅπλων πιςεύσαντες τῇ τῶν κρατύντων εὐγνωμοσύνῃ. διόπερ ὐκ ἄξιον αὐτὺς τῆς ἡμετέρας ψευσθῆναι φιλανθρωπίας: *tradiderunt ſe cum armis confiſi clementiæ victoris: quare indignum foret eos decipi ſpe noſtræ bu-* Cap. 23. *manitatis.* Poſtea: τίς Ἑλλήνων τὺς παραδόντας αὐτὺς καὶ τῇ τῶν κρατύντων εὐγνωμοσύνῃ πιςεύσαντας ἀπαραιτήτυ τιμωρίας ἠξίωσεν: *Quis unquam Græcorum eos qui ſe clementiæ victoris permitterent, indeprecabili ſuppli-* Bell. Civ. v. p. 697. *cio puniendos cenſuit?* Et Cæſar Octavius apud Appianum L. Antonium qui ſe deditum venerat alloquens, σπονδὰς μὲν τιθέμενος ἔτυχες ἂν ἠδικημένυ καὶ νενικηκότος, ἄσπονδον δὲ σαυτόν τε καὶ τὺς φίλυς ἐπιτρέπων ἡμῖν καὶ τὸν ςρατὸν, ἀφαιρῇ μὲν πᾶσαν ὀργὴν, ἀφαιρῇ δὲ καὶ τὴν ἐξυσίαν ἣν σπευδόμενος ἂν ἔδωκας (male editur ἔδωκα) ὑπ' ἀνάγκης. συμπέπλεκται γὰρ οἷς ἄξιον ὑμᾶς παθεῖν τὸ προσῆκον ὧν ἐμὲ δίκαιόν ἐςι ποιεῖν. ὃ δὴ προτιμήσω: *Si ad fœdera paciſcenda veniſſes [i] ſenſiſſes me & victorem & injuria affectum; nunc cum te & amicos & exercitum arbitrio noſtro permittis demis mibi iram, demis & eam poteſtatem quam in fœdere coactus eſſes concedere. [k] Nam cum eo quod vos dignum eſt pati, ſimul jam & alterum ſpectandum eſt, [l] quid me facere par ſit: atque boc præferam.*

3.

„NORE MERITUM: Nos alibi diximus hoſtem ſemper morte dignum eſſe, quia vitæ & bonis noſtris inſidiatur, & reparationi juris noſtri, opibus, operis, & conſilio reſiſtit, factumque ſuæ civitatis approbat, & approbare tenetur; atque ideo, ſi in poteſtatem noſtram venit, morte mulctari, nedum in ſervitutem detrudi poſſe.

„c) (NE CUI QUICQUAM AUFERAT:) Mortem merito, qualis ſemper eſt hoſtis, vitam, nedum libertatem, jure & in pœnam auferri poſſe, alibi demonſtravimus.

d) (Grot.) (INTRA HUNC AUTEM MODUM, QUANTUM SECURITAS PATITUR, AD CLEMENTIAM ET LIBERALITATEM PROPENDERE SEMPER HONESTUM EST:) Vide nobile exemplum Ferdinandi Legionenſium regis apud *Marianam* lib. XI. c. 15. Et repete quæ nos ſupra hoc libro, cap. XI. §. 14. & 15.

ADDITIO.

Honeſtatis id eſt, adeoque virtutis, non vero juris; ſecus ſi deditio ſub conditione clementiæ facta, eaque a victore promiſſa eſt, tunc enim exciditur ſævitia, & quicquid eum elementis in genere pugnat.

„e) (QUANTUM SECURITAS PATITUR:) Etſi ergo deditus pœnam mereatur, tamen quia clementiæ victoris ſe tradidit, eam magis victor ſequi debet, ad tantum quatenus id ſalva ſecuritate publica fieri poteſt.

„f) (SEMPER HONESTUM EST:) De eo non quærimus, ſed ſaltem de eo quod jure licet.

„g) (ETIAM EX MORUM REGULA NECESSARIUM:) Ratione ſcilicet politica accedente.

„h) (ALIBI:) *L. 3. c. 15. in fin.*

„i) (SENSISSES ME ET VICTOREM ET INJURIA AFFECTUM:) Duras tibi conditiones præſcripſiſſem, quod & poſſum ut victor, & jure poſſum ut affectus injuria. *Gron. b.*

„k) (NAM CUM EO QUOD VOS DIGNUM EST PATI:) Adeoque jure omnia in deditos licere, neque iis injuriam fieri hoc ipſo innuebat.

„l) (QUID ME FACERE PAR SIT:) Id eſt quid clementia & humanitas ſuggerat.

„m)

3. Occurrit ſæpe in Romanis hiſtoriis locutio [m] tradere ſe in fidem, tradere in fidem & clementiam. Sic apud Livium lib. XXXVII. Cap. 3.
Legationes finitimas tradentes in fidem civitates ſuas benigne audivit. Lib. XLIV. *Paulo, ut ſe ſuaque in fidem & clementiam populi Romani* Cap. 4.
permitterent, contendente, ubi de rege Perſeo ſermo eſt; ſciendum autem eſt his verbis [n] nihil aliud quam deditionem meram intelligi: [o] neque fidei nomen his in locis aliud ſignificare, quam ipſam probitatem victoris cui ſe victus committit.

4. [p] Nobilis eſt apud Polybium & [q] Livium hiſtoria de Phanea Ætolorum legato, qui in oratione ad Manium Conſulem eo prolapſus eſt ut diceret, διότι κέκριται τοῖς Αἰτώλοις σφᾶς αὐτὰς ἐγχειρίζειν Polyb. Exc. Leg.
εἰς τὴν Ῥωμαίων πίςιν *Ætolos* (ita vertit Livius) *ſe ſuaque fidei populi Ro-* 13. pag.
mani permittere. Cumque percunctanti Conſuli iterum [r] id affir- 1116 Ed. Amſt.
maſſet, poſtulaſſe Conſulem, ut quidam [s] belli incentores ſibi ſine Lib. 36. c. 28.
mora dederentur. Cum Phaneas excepiſſet, non in ſervitutem ſed in fidem tuam nos tradimus, & quod imperaretur non eſſe moris Græcorum, reſpondiſſe Conſulem nihil ſe curare quid Græci eſſet moris, ſe more Romano [t] imperium habere in deditos ſuo decreto, & catenis vinciri legatos juſſiſſe. [u] In Græco eſt; περὶ τᾶ δέοντος καὶ καθήκοντος ποιεῖτε λόγον δεδωκότες ἑαυτὰς εἰς τὴν πίςιν: *De officio & decoro hic diſputatis, cum jam vos fidei noſtræ permiſeritis?* [v] Ex his verbis apparet quantum impune & non violato gentium jure facere poſ-

„m) (TRADERE SE IN FIDEM:) Vid. *Liv. l.* „*42. c. 8. Val. Max. 6. 5. 1. Briſſon. de form. 4.* „*p. 355. Teſm. b.*

„n) (NIHIL ALIUD QUAM DEDITIONEM MERAM INTELLIGI:) Idque Polybius diſerte teſtatur, cujus verba recenſet Auctor in nota ſequenti: „Contrarium exemplo Faliſcorum probat Valerius Maximus *l. 6. c. 5. n. 1. adverſus quem* (ei„vitatem Faliſcorum deditam) *ſævire cupiens po-* „*pulus Romanus, poſtquam a Papirio* (*cujus manu,* „*jubente conſule, verba deditionis ſcripta erant*) „*doctus eſt Faliſcos non poteſtati, ſed fidei ſe Ro-* „*manorum commiſiſſe, omnem iram depoſuit.* Sic ſe„natus admodum improbavit, quod M. Popilius „Ligures deditos in fidem populi Romani, ſub „corona vendiderit, addens, *tot millia innoxio-* „*rum capitum fidem implorantia populi Romani,* „*ne quis unquam ſe poſtea dedere auderet, peſſimo* „*exemplo veniſſe* apud *Liv. l. 42. c. 8.*

o) (Grot.) (NEQUE FIDEI NOMEN HIS IN LOCIS ALIUD SIGNIFICARE QUAM IPSAM PROBITATEM VICTORIS, CUI SE VICTUS PERMITTIT:) Polybius: παρὰ Ῥωμαίοις ἰσοδυναμεῖ τό, τε εἰς τὴν πίςιν αὐτὸν ἐγχειρίσαι, καὶ τὸ τὴν ἐπιτροπὴν δῦναι περὶ αὐτᾶ τῷ κρατᾶντι· *apud Romanos idem valent, ſe in fidem alicujus committere, & victori de ſe ſtatuendi liberam facere poteſtatem.* (Ibid) Græci dicunt, εἰς δίκην σφᾶς αὐτᾶς παραδιδόναι. ut *Thucydides* libro III. (Cap 67.) ait: καθ' αὐτῶν ἐπιτρέπειν ἐξουσίαν, ut *Diodorus Siculus* lib. XIV. (Cap. 112. pag. 453. *Ed. H. Steph.* ubi addisur, τὴν πᾶσαν &c.)

p) (Grot.) (NOBILIS EST APUD POLYBIUM:) In excerptis legationum num. 13.

„q) (LIVIUM:) *L. 36. c. 28.*

„r) (ID AFFIRMASSET:) Et decretum concilii „in quo id ſcriptum erat, oſtendiſſet.

„s) (BELLI INCENTORES:) Id eſt Auctores.

„t) (IMPERIUM HABERE IN DEDITOS SUO DE„CRETO:) Hinc Livius addit, *tandem cujus condi-* „*tionis eſſent ſenſere, & Phaneas ſe quidem ſcire* „*facienda eſſe quæ imperentur dixit &c.* & mox „*ingemuerunt quidem principes conditioni ſuæ, pa-* „*rendum tamen victori cenſebant. d. l. 36. c. 28.*

„u) (IN GRÆCO EST &c.) Scilicet Polybii.

„v) (EX HIS VERBIS APPARET QUANTUM IM„PUNE ET NON VIOLATO GENTIUM JURE FACE„RE POSSIT:) Imo loquitur de jure naturæ, quod „ex natura deditionis infertur non de jure aliquo „gentium externo, quale cognitum nec Græcis „nec Romanis fuit, nedum de aliqua impunitate: „Huic juri naturæ opponit Polybius *officium & de-* corum.

poſſit is, in cujus fidem populus aliquis ſe permiſit. [w] Neque tamen hac poteſtate uſus eſt Romanus Conſul, ſed & legatos dimiſit, & [x] Ætolorum concilio de integro deliberandi fecit poteſtatem. Sic Val. Max. lib. 6. c. 5. n. 1. Populus Romanus [y] Faliſcis reſpondiſſe legitur, edoctum ſe, Faliſcos ſe non poteſtati ſed fidei Romanorum commiſiſſe: & de Campa- Liv. lib. 8. c. 2. nis legimus, eos non fœdere ſed deditione in fidem veniſſe.

5. [z] Ad officium vero ejus cui facta eſt deditio non male retule- L. 1. de clem. 7. ris Senecæ illud: *Clementia liberum arbitrium habet:* [aa] *non ſub formula* [bb] *ſed ex æquo & bono judicat, & abſolvere illi licet, &* [cc] *quanti vult taxare litem:* [dd] Neque referre exiſtimo an dedens ſe dicat ſe dedere alterius ſapientiæ, an moderationi, an miſericordiæ, hæc enim omnia [ee] blandimenta ſunt; res manet [ff] ut victor arbiter fiat.

§. LI.

Sed ſunt tamen & [a] deditiones conditionatæ, quæ aut ſingulis conſulunt, ut [b] quibus vita ſalva [c] aut corporum libertas, [d] aut & quædam bona excipiuntur, [e] aut etiam univerſitati, quarum nonnullæ etiam [f] mixtum quoddam imperium poſſunt induere, de quo Lib. 1. c. 3. §. 17. egimus [g] alibi.

§. LII.

„*corum*, tanquam res virtutis & arbitrii, quæ a „clementia victoris dependent.

„*w*) (NEQUE TAMEN HAC POTESTATE USUS „EST CONSUL ROMANUS:) Imo uſus eſt, dum le„gatos deditorum, negantes imperata facere, ca„tenis vinciri juſſit.

„*x*) (ÆTOLORUM CONCILIO DE INTEGRO DE„LIBERANDI FECIT POTESTATEM:) Conſul Au„ctores belli depoſcebat, legati decem dierum in„ducias petebant, ut in concilio de eo decerneretur. „Concilium noluit in genere ſe dedere, idque „poſtea aliquoties recuſavit. *Liv. l. 36. c. 29. l. 37.* „*c. 7. & c. 49. L. 38. c. 8.* tandem certis conditi„onibus pax cum Ætolis inita eſt. *Liv. c. 38. §. 11.*

„*y*) (FALISCIS:) Verba ex Valerio Maximo „modo adduximus.

„*z*) (AD OFFICIUM VERO EJUS &c.) Hæc per„tinent ad Ethicam non ad jus naturæ.

„*aa*) (NON SUB FORMULA:) Quæ judici præ„ſcripta erat. *Vid. §. 47. n. 1.*

„*bb*) (SED EX ÆQUO ET BONO:) Pro ut mi„ſericordia & humanitas impellunt. *d. §. 47. n. 1.*

„*cc*)(QUANDO VULT TAXARE LITEM:) Quan„tum vult, imponere mulctam. *Gron. h.*

„*dd*) (NEQUE REFERRE EXISTIMO:) Sufficit „enim quod in poteſtatem victoris ſe dedant.

„*ee*) (BLANDIMENTA SUNT:) Solebant enim „Romani rerum acerbitatem verbis mitigare, quod „exemplis probat Gronovius *in not. h. §.*

„*ff*) (UT VICTOR ARBITER FIAT:) Et libe„ram de victis ſtatuendi poteſtatem habeat.

„*a*) (DEDITIONES CONDITIONATÆ:) Omni „pacto conditiones adjici poſſunt, & prout par„tes diſponunt ita jus eſt. De deditione conditio„nata actum eſt ſupra *l. 2. c. 15. §. 7. n. 2. l. 3. c.* „*4. §. 12.*

„*b*) (QUIBUS VITA SALVA:) Ita Gabeonitæ „vitam ſibi ſalvam ſtipulabantur.

„*c*) (AUT CORPORUM LIBERTAS:) Ne ſervi fi„ant.

„*d*) (AUT ET QUÆDAM BONA:) Exempla vi„de ſupra *l. 3. c. 6. §. 11. n. 2.*

„*e*) (AUT ETIAM UNIVERSITATI:) Ut jus „magiſtratus retineat &c.

„*f*) (MIXTUM IMPERIUM POSSUNT INDUCE„RE:) Quomodo id fiat expoſitum eſt. *l. 1. c. 3.* „*§. 17.* Et tunc ſeſe dedentes non plus juris poſ„ſunt transferre ac ipſi habent, indeque de ſua „ſaltem imperii parte diſponunt.

„*g*) (ALIBI:) *D. l. 1. c. 3. §. 9. n. 1. & §. 17.*

(AD §. LII.) Princeps obſides dare poteſt, etiam invitos; etſi onera aliis civibus communia ſint, quia in iis quæ præſtari tantum poſſunt a quibusdam, & a capacibus, electio & judicium principis eſt, ut in milite eligendo: Sed princeps ipſis vel hæredibus eorum damna penſare tenetur, utpote quæ ex communi cauſa ſentiunt: Cæterum obſidis perſona libera manet, quia obſes non eſt bello captus: Mortuo obſide is, qui dedit obſidem, liberatur, ſi perſonæ obſes eſt, uti fuit Demetrius

§. LII.

[a] Acceſſiones pactionum ſunt [b] obſides & [c] pignora. [d] Obſides diximus dari [e] aut ſua voluntate, [f] aut ejus qui imperium habet; nam in ſummo civili imperio comprehenditur [g] & jus in actiones ſubditorum, ut in bona. Sed civitas aut ejus rector [h] tenebitur illud incommodum ei qui patitur, aut proximis repenſare; & ſi plures ſint, quorum quis obſes eat reipublicæ nihil interſit, danda opera videtur [i] ut ſorte res dirimatur. [k] In vaſallum, niſi idem ſubditus ſit, jus hoc feudi dominus non habet: neque enim reverentia & obſequium, quæ debet, [l] huc usque pertingunt.

§. LIII.

[a] Interfici obſidem poſſe diximus, [b] per jus gentium externum; non etiam interno jure, [c] niſi par ipſius culpa accedat. [d] Servi quoque non fiunt: imo [e] & jure gentium bona habere & hæredibus relinquere poſſunt, [f] quanquam Romano jure cautum eſt ut bona corum in fiſcum cogantur. *L. Divor. 31. D de jure fiſci.*

§. LIV.

metrius apud *Juſtin l. 34. c. 3. & ibi not.* Secus ſi ratione reipublicæ, ſi Icl. ad hanc res pertinet *l. 5. §. 2. ff. de poſtlim.*

ADDITIO.

„Princeps, obſidem etiam invitum dare omol„no poteſt: *Vid. lit. f.* neque is ſervus ſit, quam„diu princeps fidem datam colit: At ubi eam vi„olat, hoſtis eſſe incipit, & obſides qui judicium „principis ſequi tenentur, itidem pro hoſtibus re„putantur, adeoque omnia in eos quæ in captos „& ſervos, licent.

„a) (ACCESSIONES PACTIONUM:) Hactenus „Auctor egit de fide publica qua bellum finitur, „quatenus in illa ſpectantur principalia *Vid. ſupr.* „§. 1. Sequitur nunc tractatio de eadem fide qua„tenus in illa ſpectaotur acceſſiones *ibid.*

„b) (OBSIDES:) De quibus agit usque ad §. 59.

„c) (PIGNORA:) De quibus §. 59.

d) (Grot.) (OBSIDES DIXIMUS DARI:) Hoc libro, c. IV. §. 14. vide & caput XI. §. 18.

„e) (AUT SUA VOLUNTATE:) Exempla dedi„mus ſupra *l. 3. c. 11. §. 18.*

„f) (AUT EJUS QUI IMPERIUM HABET:) Et„iam invitis obſidibus: quia ſi tenentur defende„re rempublicam opibus & operis: Neque obſtat „onera reipublicæ noo poſſe uni præ alio imponi. „Reſp. Verum eſt omnes teneri, ſi per omnes res „expediri poteſt, non ſi pauci ſaltem, iique capa„ces requiruntur: Cum igitur omnes dedi non „poſſint, ex medii neceſſitate quidam ſaltem inde „eligi debent.

„g) (ET JUS IN ACTIONES SUBDITORUM UT „IN BONA:) Vide indicem voce *dominium emi„nens.*

„h) (TENETOR ILLUD INCOMMODUM REPEN„SARE:) Quia hactenus cauſa communis eſt, & „quod pro omnium ſalute impoſitum eſt, ab „omnibus ſuſtineri debet.

„i) (OT SORTE RES DIRIMATUR:) Quia inter „plures capaces unus præ altero noo tenetur, ad„eoque ſorti res committeoda eſt: Secus ſi rei„publicæ interſit ex paribus quosdam retineri.

„k) (IN VASALLUM JUS HOC FEUDI DOMI„NUS NON HABET:) Scilicet in vaſallum obſidem „det invitum *Gron. h.* Niſi & ſubditus ſit: Quia „vaſallus non ſubeſt imperio domini directi, ſed „ex pacto ei paret.

„l) (HUC USQUE PERTINGUNT:) Illa enim non „debentur jure imperii, ſed vi beneficii & ex pacto.

„a) (INTERFICI OBSIDEM POSSE DIXIMUS:) „Quod verum ſaltem eſt, ſi is qui obſidem dedit „fidem datam violat *Vid. §. prec. pr. & l. 3. c. „11. §. 18.*

„b) (PER JUS GENTIUM EXTERNUM:) Nimi„rum in bello ſolenni, ad effectum impunitatis „inter gentes: quod examinavimus *ſupra l. 3. c. „4. §. 9. n. 4. & d. c. 11. §. 18.*

„c) (NISI PAR IPSIUS CULPA ACCEDAT:) At „obſidum colpa ſemper accedit, ſi is qui obſidem „dedit fidem violavit, quia obſides judicium prin„cipis ſequuntur.

„d) (SERVI QUOQUE NON FIONT:) Quia non „ab hoſte bello capti, ſed ultro in ſecuritatem „promiſſi traditi ſunt.

„e) (ET JURE GENTIUM BONA HABERE:) „Cum enim omnia ſua jura retineant, etiam fa„cultate de iis diſponendi gaudent.

„f) (QUANQUAM ROMANO JORE CAUTUM „EST:) Jus Romanum loquitur de obſidibus ab „hoſte

§. LIV.

[a] An fugere obſidi liceat quæritur? & conſtat non licere, [b] ſi ab initio [c] aut poſtea quo laxius haberetur fidem dederit. Alioqui videtur non [d] is animus fuiſſe civitatis obligandi civem ne aufugeret, [e] ſed hoſti dandi facultatem qualis vellet cuſtodiæ; [f] & ſic defendi poteſt Clœliæ factum. Sed etſi ipſa nihil peccaverat, [g] civitas tamen recipere & retinere obſidem non poterat. Sic Porſenna: *Si non dedatur obſes pro rupto ſe fœdus habiturum.* Deinde: *Romani pignus pacis ex fœdere reſtituerunt.*

Liv. lib. II, c. 13. Diſt. c. 13

§. LV.

[a] Odioſa autem eſt obſidum obligatio, tum quia libertati inimica, tum quia ex facto alieno venit. [b] Ideoque ſtricta interpretatio hic locum habet, [c] quare in unam cauſam dati in aliam retineri non poterunt

„hoſte datis: Hi teſtamentum de ſuis bonis fa„cere non potuerunt, non magis ac captivi *l. 11. ff. teſtam.* Ratio in promtu eſt, quia cives Roma„ni non ſunt, qui ſoli teſtamenti factionem ha„bent: (ſecus ergo ſi id eis permittitur d. l. 11. „vel jus civitatis eis datur, quod fit per acceptio„nem togæ Romanæ. *l. 32. ff. jur fiſci)* hinc ſi „decedunt, bona eorum tanquam vacantia in fiſ„cum coguntur *l. 31. ff. jure fiſci.* Atqui hæredes „forte ab inteſtato ipſis ſunt quibus hæreditas non „ex jure civili ſed ex jure naturæ defertur. Reſp. „Hæredes illi hoſtes ſunt, qui nihil ex teſtamen„to capere poſſunt: Hinc aliud in Gallia obtine„re ajunt ſi obſides liberos vel agnatos in Gallia „habent *Goth. ad d. l. 31. ibque Larr. Dec. Gre„nad. 9. n. 7.*

a) (AN FUGERE OBSIDI LICEAT QUÆRITUR:) Reſp. Non poteſt fugere ſi ipſe ſe dedit, quia contra pactum ſuum agit: Secus ſi princeps obſidem dedit, quia princeps dedendo jus ſaltem ſuum imperii tranſtulit, adeoque quoad jura privata habetur pro capto, & injuria ſe detineri contendit: At recipi neutro caſu a civitate poteſt, quia contra proprium factum veniret: Atque hinc merito Eduardus III. recuſavit Philippum regem Galliæ quod obſidem fugientem receperit.

Quid ſi vero obſes invitus datus aufugiens mox recipiatur? Reſp. in eum tanquam in hoſtem ſtatui poteſt: Hinc obſides Tarentini fuga retracti virgis cæſi & de ſaxo dejecti ſunt. *Liv. l. 25. c. 7.*

ADDITIO.

„Obſes fugere nequit: Cum enim ſe omniaque ſua „jura in civitatem contulerit, ejusque legibus ſe „pariturum promiſerit, nunquam invitus dedi cen„ſetur, inprimis cum de ſalute civitatis agatur, „quam etiam vitæ periculo defendere tenetur.

„*b*) (SI AB INITIO:) Adeoque ſi ſua volunta„te deditus eſt.

„*c*) (AUT POSTEA QUO LAXIUS HABERETUR:) „Si quidem ab initio invitus fuit, ſed poſtea fidem „dedit.

„*d*) (NON IS ANIMUS FUISSE CIVITATIS OB„LIGANDI CIVEM NE AUFUGERET:) Vera ratio „eſt quia civitas jus ſuum imperii ſaltem transtu„lit, juribus privatis integris relictis.

„*e*) (SED HOSTI DANDI FACULTATEM QUA„LIS VELLET CUSTODIÆ:) Si proinde non ſatis „cuſtodiat, ſibi imputare debet.

„*f*) (ET SIC DEFENDI POTEST CLOELIÆ FA„CTUM:) *Vid. ſupra l. 3. c. 11. §. 18. n. 3. & l. 3. „c. 3. §. 14.*

g) (Grot.) (CIVITAS TAMEN RECIPERE ET RETINERE OBSIDEM NON POTERAT:) Vide *Plutarchum* in Publicola hac de re. (*Pag.* 107.) Ad illud *Virgilii*, (Æn. VIII. 651.)

Vinclis innaret Clœlia ruptis.

Vinculis fœderis ait *Servius*.

(AD §. LV.) Auctor ait obſides in unam cauſam datos in aliam retineri non poſſe, quia odioſa eſt obſidum obligatio, adeoque ſtricte interpretanda: Vera ratio naturæ eſt quia extra illam cauſam deficit diſpoſitio, ex qua ſola obſes obligatur.

ADDITIO.

„Atqui pignus ex una cauſa datum ob aliud de„bitum retineri poteſt. *L. un. c. etiam ob chirogr:* „Reſp. hæc lex eſt meri juris civilis. *Vid. Jus me„um controv. tit. de pign. q. 17.* Conf. *infra* §. 59.

„*a*) (ODIOSA AUTEM EST OBSIDIS OBLIGA„TIO:) Imo nec odioſa nec favorabilis eſt, ori„tur enim ex jure quod ſuperior habet in ſubdi„tos, ex horum conſenſu.

„*b*) (IDEOQUE STRICTA INTERPRETATIO HIC „LOCUM HABET:) Imo nec ſtricta nec ſavorabi„lis, ſed ea quæ ex natura negotii id eſt ex con„ſenſu ſequitur.

„*c*) (QUARE IN UNAM CAUSAM DATI &c.) „Adeo-

erunt, quod ita intellige [d] ſi aliud quid ſine obſidnm acceſſione promiſſum ſit. [e] At ſi in alia cauſa fides jam violata ſit, [f] aut contractum debitum, jam poterit obſes retineri non ut obſes, [g] ſed eo gentium jure quo ſubditi ex facto imperantium detineri poſſunt [h] κατ' ἀνδροληψίαν, quod ipſum tamen ne fiat [i] caveri poterit, adjecto pacto de reddendis obſidibus, ubi id cujus nomine dati erunt impletum erit. *Vide ſupra Lib. III, c. 2.*

§. LVI.

Qui obſes datus eſt [a] tantum ut alterum captivum aut obſidem redimat, [b] eo mortuo liberatur, [c] nam in illo dum moritur jus pignoris exſtinctum eſt, [d] ut in captivo redemto dixit Ulpianus. *L. ſi patre 15 D. de capt.* Quare [e] ſicut in Ulpiani quæſtione pretium non debetur, quod in perſonæ locum ſucceſſit, [f] ita nec hic perſona manebit obligata, quæ perſonæ vicaria facta eſt. Sic Demetrius a Senatu Romano non inique poſtulabat dimitti, ὡς Ἀντιόχῳ μὲν ἀντιδοθεὶς, Ἀντιόχῳ δὲ ἀποθανόντος, inquit Appianus. *Syr Bell. pag 17.* Juſtinus ex Trogo: *Demetrius, qui obſes Romæ erat, cognita morte Antiochi fratris ſenatum adiit, obſidemque ſe* *Lib. 14. c. 3.*

„Adeoque qui dati ſunt obſides ad induciaś, iis „ceſſantibus non poſſuot ex cauſa belli retineri: „non quia odioſa eſt obſidum obligatio, ſed quia „deficit diſpoſitio.

„d) (SI ALIUD QUID SINE OBSIDUM ACCESSI„ONE PROMISSUM SIT:) Id eſt ſi præter id, in „quod obſides dati ſunt, de alia re fides data ſit.

„e) (AT SI IN ALIA CAUSA FIDES JAM VIO„LATA SIT &c. JAM POTERIT OBSES RETINE„RI NON UT OBSES &c.) Hoc verum eſt ſi poſt„quam obſes datus eſt, fides ex nova cauſa viola„tur; ſi ante jam violata fuit, ob veterem perfidi„am retineri nulla ratione poterit, quia recipiens „obſidem a perfido jam contrahere videtur cum „perfido qua tali.

„f) (AUT CONTRACTUM DEBITUM:) Quod is „qui obſides in alia cauſa dedit, præfixo tempore „non ſolvit.

„g) (SED EO GENTIUM JURE QUO SUBDITI „EX FACTO IMPERANTIUM DETINERI POSSUNT:) „Id eſt jure repreſſaliarum de quo ſupra *l. 3. c. 2.*

„h) (Κατ' ἀνδροληψίαν:) Per prehenſionem „hominum: de qua late egit Auctor *l. 3. c. 2. §. 3.*

„i) (CAVERI POTERIT ADJECTO PACTO DE „REDDENDIS OBSIDIBUS &c.) Imo etſi pactum „tale adjectum ſit, id tamen intelligendum tan„tum eſt niſi alia cauſa ſuperveniat, ex qua ob„ſes retineri jure repreſſaliarum poteſt. Adeoque „addi expreſſe debet ut nec ob cauſam ſubſequen„tem retineri debeat.

„a) (TANTUM UT ALTERUM CAPTIVUM AUT „OBSIDEM REDIMAT:) Cum alter captivus vel „obſes inviſit patriam & redemtionis precium „comparat. *Gron. b.*

b) (EO MORTUO LIBERATUR:) Quia obligatur tantum pro obſide, cujus obligatione ceſſante, uti ceſſat per mortem, extinguitur quoque acceſſoria: atque huc pertinet exemplum Demetrii.

„c) (NAM IN ILLO DUM MORITUR JUS PI„GNORIS EXSTINCTUM EST:) Pignus enim non „eſt ſine obligatione principali.

„d) (UT IN CAPTIVO REDEMTO DIXIT ULPI„ANUS:) Si quis patrem alicujus redemit, ut re„cepto pretio a filio eum dimittat, & is pater „mortuus ſit, priusquam pretium a filio reddere„tur, Ulpianus ait patrem ſine obligatione obiiſſe, „utpote ceſſante pignore per mortem redemti: *l. „15. ff. capt & poſtl.*

„e) (SICUT IN ULPIANI QUÆSTIONE PRETI„UM NON DEBETUR QUOD IN PERSONÆ LOCUM „SUCCESSIT:) Supra enim dictum eſt, redemtum „ſervum quidem non eſſe, ſed tamen eum intuitu „pretii pignoris loco eſſe, donec pretium redda„tur.

„f) (ITA NEC HIC PERSONA MANEBIT OB„LIGATA QUÆ PERSONÆ VICARIA FACTA EST:) „Vera ratio eſt, quod in redemto deficiat obliga„tio debiti, id eſt pretii reluitionis (quia retro mor„tuus cenſetur;) adeoque & jus pignoris quod in „redemtum propter illud pretium competebat „redimenti: Pari ratione is qui de perſona ſiſten„da cavit, ea mortua liberatur, quia principali „debito exſtincto, deficit obligatio acceſſoria.

ſe (malim legere *obſidem inquiens ſe*, ut cohæreat oratio) *vivo fratre veniſſe*, *g quo mortuo cujus obſes ſit ignorare.*

§. LVII.

Rege autem qui fœdus fecit mortuo an teneatur adhuc obſes *L. 11. c. 16. §. 16.* pendet ab eo quod [a] alibi tractavimus, [b] an fœdus habendum ſit perſonale an reale; [c] nam acceſſoria non poſſunt efficere ut in principalium interpretatione a regula recedatur; [d] ejus autem naturam & ipſa ſequi debent.

§. LVIII.

Obiter hoc addendum eſt, obſides [a] interdum non acceſſionem eſſe obligationis, ſed revera partem principalem; ut cum quis ex contractu [b] factum promittit non ſuum, & quia eo non præſtito [c] tenetur ad id quod intereſt, [d] ejus vice obſides obligantur; [e] quam *Lib. 11. c. 15 § 16* fuiſſe videri ſententiam Caudinæ ſponſionis diximus [f] alibi. Non *Alb. Gent. l. 11, c. 19.* dura tantum ſed & iniqua eſt ſententia exiſtimantium, [g] obſides etiam ſine conſenſu ſuo alterum ex facto alterius poſſe obligari.

§. LIX.

Pignora quædam communia habent cum obſidibus, quædam propria. Commune, quod [a] & ex alio jam debito retinentur [b] niſi

„*g*) (QUO MORTUO CUJUS OBSES SIT IGNORARE:) Adeoque cum obſes amplius non eſſet, dimitti ſe poſtulabat.

(AD §. LVII.) Quæritur an rege, cui obſes datus eſt, mortuo finiatur obſidium? Negatur: quia non regi datus eſt, ſed civitati.

„*a*) (ALIBI:) *L. 2. c. 16. §. 16.*

„*b*) (AN FOEDUS HABENDUM SIT REALE AN „PERSONALE:) Id eſt an cum perſona regis initum „ſit, an vero cum eo ut capite populi.

„*c*) (NAM ACCESSORIA NON POSSUNT EFFI„CERE UT IN PRINCIPALIUM INTERPRETATIO„NE A REGULA RECEDATUR:) Senſus eſt, quod, „ſi fœdus ſit perſonale, illud non efficiatur reale „ex eo quod obſes adjectus ſit: uti nec tunc, cum „fœdus eſt reale, adjectio obſidis efficere poteſt, ut pactum ſit perſonale.

„*d*) (EJUS AUTEM NATURAM ET IPSA SEQUI „DEBENT:) Si igitur fœdus eſt reale, etiam ob„ſidium erit reale, proinde rege mortuo adhuc „tenetur obſes: Si vero fœdus eſt perſonale, ſub„lato rege tollitur quoque obſidium.

(AD §. LVIII.) Quid ſi obſes non tanquam acceſſio, ſed tanquam Principalis ſe obligavit? Reſp. Tunc eſt inſtar ex promiſſoris, teneturque tanquam principalis; Ut in ſponſione Caudina contigit, ubi id actum eſt, ut niſi populus ratihaberet Poſthumius ſolus teneatur.

„*a*) (INTERDUM NON ACCESSIONEM ESSE OB„LIGATIONIS:) Id eſt non obligari ut fidejuſſo„rem.

„*b*) (FACTUM NON SUUM:) Sed alienum, eo„que deficiente proprium.

„*c*) (TENETUR AD ID QUOD INTEREST:) Re„ctius tenetur ad id quod promiſit. *Vid. l. 2. c.* „*15. §. 16*

„*d*) (EJUS VICE OBLIGANTUR OBSIDES:) Imo „non tenentur vice ejus ad id quod intereſt, ſed „ad id quod promiſerunt, ſi præſtare non poſſunt „corpus dedi debet. *d. §. 16.*

„*e*) (QUAM FUISSE SENTENTIAM CAUDINÆ „SPONSIONIS:) Ubi Poſthumius promiſit ſe ni „populus ratihaberet, rediturum. Hic autem non „liberatus eſt præſtando id quod intereſt, ſed de„ditus eſt hoſti.

„*f*) (ALIBI:) *D. l. 2. c. 15. §. 16. n. 1.*

„*g*) (OBSIDES ETIAM SINE CONSENSU SUO „&c.) Si populus qui obſidem dat, utut invitum, „fidem datam violat, obſes omnino tenetur ex fa„cto regis, quia factum illud approbat & appro„bare tenetur, cauſam igitur hoſtis ſequitur.

(AD §. LIX.) Alia ſpecies acceſſionis eſt pignus, quod in ſecuritatem fœderis datur: quod ex pacto & diſpoſitione partium dependet.

„*a*) (ET EX ALIO JAM DEBITO RETINENTUR:) „Jure repreſſaliarum. *Vid. §. 55.*

„*b*) (NISI OBSTET FIDES DATA:) Nam cave„ri poteſt pacto adjecto de reddendis pignoribus, „ubi id cujus nomine data ſunt, impletum erit. „*d. §. 55.* Quod verum eſſe diximus, ſi expreſſe „addi-

ſi obſtet data fides: Proprium, quod quæ de iis eſt pactio [c] non tam ſtricte ſumitur quam illa de obſidibus: neque enim æquale eſt odium. [d] Res enim natæ ſunt ut teneantur, [e] non & homines.

§. LX.

Illud [a] alibi quoque diximus, [b] nullum tempus id efficere poſſe ne luitio ſit pignoris, [c] ſi id præſtetur pro quo pignus ſuppoſitum eſt. [d] Nam qui actus cauſam veterem & novam habet, [e] non creditur ex nova procedere. Ideo patientia debitoris [f] veteri contractui [g] non derelictioni imputatur, [h] niſi certæ conjecturæ aliam interpretationem exprimant: [i] ut ſi quis luere cum vellet, impeditus id ſilentio tranſmiſiſſet [k] tanto tempore quod ad conſenſus conjecturam ſufficere poſſit. L. 11. c. 4. §. 15.

CAPUT XXI.

De fide manente bello, ubi de induciis, commeatu, captivorum redemtione.

I. *Induciæ quid ſint, & an id tempus veniat pacis an belli nomine.*
II. *Vocis origo.*
III. *Nova indictione poſt inducias non opus.*
IV. *Quomodo computanda ſint tempora induciis præfinita.*
V. *Quando obligare incipiant.*
VI. *Quid per inducias liceat.*
VII. *An retrocedere & reficere mœnia, & ſimilia.*
VIII. *De locis occupandis diſtinctio.*
IX. *An redire poſſit, qui vi majore retentus eſt, circa exitum induciarum.*
X. *De ſpecialibus induciarum pactionibus, & quæ inde*

„additum ſit, in nullam aliam cauſam interveni„entem retineri poſſe.

„c) (NON TAM STRICTE SUMATUR QUAM ILLA DE OBSIDIBUS NEQUE ENIM ÆQUALE EST ODIUM:) Senſus eſt cauſam pignoris eſſe favorabiliorem quam obſidum, quia laxius agere poſſumus cum rebus quam cum hominibus: At verum non eſt pignoris cauſam magis eſſe favorabilem; verum quoque non eſt jure naturæ differentiam juris oriri ex odio vel favore, uti alibi vidimus.

„d) (RES ENIM NATÆ SUNT UT TENEANTUR:) Id eſt ut alienentur, & uſu conſumantur.

„e) (NON ET HOMINES:) Equidem non ſunt nati ut teneantur, ſed nati ſunt ut, ſi civitati ſe ſubjiciunt factum ſuæ civitatis præſtare teneantur.

„a) (ALIBI:) *L. 2. c. 4. §. 17.*

„b) (NULLUM TEMPUS ID EFFICERE POSSE NE LUITIO SIT PIGNORIS:) Quia præſcriptiones ſunt juris civilis; adeoque jure naturali temporis lapſu jura non finiuntur, etſi præſentis poſſeſſionis deficiat memoria.

„c) (SI ID PRÆSTETUR &c.) Tunc enim tollitur obligatio principalis.

„d) (NAM QUI ACTUS CAUSAM VETEREM ET NOVAM HABET &c.) Senſus eſt quod actus hujus cauſa duplex reddi poſſit: alia intuitu *debitoris* qui ex veteri contractu ſe tutum putat; alia intuitu *creditoris*, qui ex derelicto ſibi jus quæſitum opinatur.

„e) (NON CREDITUR EX NOVA PROCEDERE:) Id eſt ex derelictione: At fruſtra hæc dicuntur: vera ratio eſt, quia tempus non eſt modus finiendæ obligationis.

„f) (VETERI CONTRACTUI:) Scilicet pignoris, ex quo conſtat creditorem rem aliquam ſub conditione tenere, qua exiſtente res ei reſtitui debet.

„g) (NON DERELICTIONI:) Id eſt non præſumitur derelicta, ſed is animus probari debet.

„h) (NISI CERTÆ CONJECTURÆ ALIAM INTERPRETATIONEM EXPRIMANT:) Ex conjecturis nihil probatur: Sed animus ille factis certis & indubitatis probari debet.

„i) (UTI SI QUIS LUERE CUM VELLET IMPEDITUS ID SILENTIO TRANSMISISSET:) Hoc factum non ſufficit, quia debitor allegare poteſt ſe ob potentiam creditoris impedientis vel ob penuriam ſumtuum jus ſuum perſequi non potuiſſe.

„k) (TANTO TEMPORE QUOD AD CONSENSUS CONJECTURAM SUFFICERE POSSIT:) Imo nullo tempore conjectura talis ſufficit: *Vid. d. l. 2. c. 4. §. 1.* & jure Romano id demum ex utilitate publica ſtatutum eſt, ut dominia & poſſeſſiones rerum aliquando certa ſint.

inde queri ſolent.
XI. *Induciarum pactionibus ab altera parte ruptis, alteram bellum movere poſſe.*
XII. *Quid ſi pœna addita fuerit?*
XIII. *Privatorum facta quando inducias rumpant.*
XIV. *In jure commeandi extra inducias qualis ſumenda interpretatio:*
XV. *Qui militum nomine veniant.*
XVI. *Ire, venire, abire, quo modo hic accipienda:*
XVII. *De extenſione ad perſonas.*
XVIII. *Ad bona.*
XIX. *Comitis & gentis nomine qui veniant:*
XX. *An conceſſio juris commeandi morte extinguatur:*
XXI. *Quid ſi data ſit donec qui dedit voluerit?*
XXII. *An ſecuritas & extra territorium debeatur.*
XXIII. *Favor redemtionis captivorum:*
XXIV. *An lege interdici redemtio poſſit, diſtinctione explicatur.*
XXV. *Jus in captivum cedi poſſe:*
XXVI. *Poſſe ab uno pretium pluribus deberi:*
XXVII. *Conventio an reſcindi poſſit, ob divitias captivi ignoratas.*
XXVIII. *Quæ bona capti captorem ſequantur.*
XXIX. *An heres pretium debeat, diſtinctione explicatur.*
XXX. *An redire debeat qui dimiſſus eſt ut alterum liberet, eo mortuo.*

§. I.

I. Solent & inter bellum a [a] ſummis poteſtatibus concedi quædam, ut cum Virgilio & Tacito loquar, [b] belli commercia, Homero συνημοσύναι, [c] qualia ſunt induciæ, [d] commeatus, [e] captivorum redemtio. [f] Induciæ ſunt conventio per quam bello manente ad tempus bellicis actibus abſtinendum eſt. Bello inquam, manente: nam, ut Cicero ait Philippica octava, [g] inter bellum & pacem nihil eſt medium; [h] Et bellum ſtatus eſt nomen, [i] qui poteſt eſſe etiam cum operationes ſuas non exſerit: Δοκεῖ ἐνδέχεσθαι καὶ καθεύδειν ἔχοντα τὴν ἀρετὴν ἢ ἀπρακτεῖν διὰ βίϐ, ait Ariſtoteles: *fieri poteſt ut virtute quis ſit præditus & aut dormiat aut vitam agat actione vacuam.* Idem alibi: οἱ τόποι ȣ̓ διαλύȣσι τὴν φιλίαν ἁπλῶς, ἀλλὰ τὴν ἐνέργειαν: *non ipſam amicitiam diſſolvunt locorum intervalla, ſed uſum ejus.* Andronicus Rhodius: τὴν ἕξιν ἐνδέχεται ὑπάρχȣσαν μηδὲν ἀποτελεῖν: *Habitus eſſe poteſt ita ut nihil operetur.* Euſtathius ad ſextum Nicomachiorum: ἡ ἕξις πρὸς δὲ τὴν ἁπλῶς δύναμιν ἐντελέχεια λέγεται: πρὸς δὲ τὴν ἐνέργειαν καὶ προαίρεσιν δύναμις, ὡς ἐν τῷ κοιμωμένῳ γεωμέτρῃ γεωμετρία: *Habitus potentiæ ſimpliciter dictæ ratione habita,* [k] *actus dicitur: ac ipſi actioni ſive ex-*

Æn. X. 532. Ann. 14. c. 33. & hiſt. III. c. 81. Iliad. L. 22 v. 261 Cap 1. Ethic. Nic. Lib. 1 c. 3. Lib 8. c. 6. Paraphr Lib. 1. c. 14 p 47. Cap. 1.

„(AD §. I.) Hactenus Auctor egit de fide publica qua bello finis imponitur: Hic agit de fide „quæ interponitur manente bello *Vid. ſupr. c. 20.* „*§. 1.*

„*a*) (A SUMMIS POTESTATIBUS:) De fide minorum poteſtatum in bello agit. *c. 22. ſeq.*

„*b*) (BELLI COMMERCIA:) Commutationes „& communicationes nihil hoſtile habentes. *Gron.* „*h.* Nam & jura quædam nobis cum hoſte com„munia ſunt. *Vide l. 3. c. 19. §. 1. n. 1. l. 2. c. 17.* „*§. 19.*

„*c*) (QUALIA SUNT INDUCIÆ:) De quibus us„que ad §. 14. agitur.

„*d*) (COMMEATUS:) De quibus §. *14. & ſeq.*

„*e*) (CAPTIVORUM REDEMTIO:) De qua §. *23.* „*ſeq.*

f) (INDUCIÆ SUNT CONVENTIO PER QUAM BELLO MANENTE AD TEMPUS BELLICIS ACTIBUS ABSTINENDUM EST:) In *l. 19. §. 1. ff. capt. & poſtl.* induciæ deſcribuntur *cum in breve & in præſens tempus convenit, ne invicem laceſſant.* Unde Græcis ἐκεχειρία, ab ἔχειν χεῖρας id eſt cohibere manus; quod ad manus non veniatur.

g) (INTER BELLUM ET PACEM NIHIL INTEREST:) Hoc eſt quod ſupra diximus omnem ſtatum eſſe vel belli vel pacis, & tertium non dari.

„*h*) (ET BELLUM STATUS EST NOMEN:) Id „eſt non actio *ſed ſtatus eo nomine indicatur:* „quæ ſunt verba Auctoris in *l. 1. c. 1. §. 2. n. 1.*

„*i*) (QUI POTEST ESSE ETIAM CUM OPERA„TIONES SUAS NON EXERIT:) Id eſt etiam cum „vi non agitur.

„*k*) (ACTUS DICITUR:) In omnibus negotiis „moralibus potentia ab actu diſtinguitur, ſeu jus „ab

exercitio comparatus vocatur potentia, ut ars menſoria in dormiente menſore.

[l] *Ut quamvis tacet Hermogenes cantor tamen atque* *Horat. 1. ſat. 3. v. 129. & ſeqq.*
Optimus eſt modulator: & Alfenus vafer omni
[m] *Abjecto inſtrumento artis, clauſaque taberna*
Sutor erat.

2. Sic ergo, ut & [n] Gellius dixit, [o] *non pax eſt induciæ: bellum enim manet, pugna ceſſat.* Et in panegyrico Latini Pacati legimus: *induciæ bella ſuſpendebant.* Quod eo dico ut ſciamus, [p] ſi quid convenit ut belli tempore valeat, id per inducias quoque valere, [q] niſi mani- *Noct. Attic. Lib. 1. c. 25.* *Cap. 9.*

„ab ejus exercitio. *Vid. ſupr. l. 1. c. 4. §. 15.* „*pag. 364.*

l) (Grot.) (UT QUAMVIS TACET HERMOGENES:) *Seneca* de beneficiis IV. c. 21. *Eſt diſertus, etiam qui tacet.*

m) (Grot.) (ABJECTO INSTRUMENTO ARTIS, CLAUSAQUE TABERNA SUTOR ERAT:) *Seneca* dicto jam loco: *artifex eſt etiam cui ad exercendam artem inſtrumenta non ſuppetunt.*

„*n*) (GELLIUS:) *Noct. Att. l. 1. c. 5.*

o) (NON PAX EST INDUCIÆ, BELLUM ENIM MANET PUGNA CESSAT:) *Pax* plerumque perpetua eſt; *induciæ* ad breve plerumque tempus fiunt: per *pacem* enim tota cauſa deciditur & de tota lite tranſigitur, regulariter perpetua eſt, & omnis lis ea ſopitur; quia per tranſactionem controverſia finitur: In *induciis* ſuſpenduntur ſaltem actus bellici, ſalva lite & controverſia: Adeoque natura negotii eſt ut ad breve ſaltem tempus fiant, v. g. ad mortuos ſepeliendos, ut de conditionibus pacis interim tractetur &c. Ratio in promtu eſt: quia non patitur odium & ardor utriusque, nec reipublicæ utilitas ut tantæ lites tamdiu pendeant. Atque hinc Varro *ferias belli* dixit apud *Gell. l. 1. c. 25.* tota ergo cauſa manet in ſtatu quo eſt tempore induciarum, & tollitur ſaltem interim lædendi copia, eodem modo uti feriarum tempore in judicio privato ſiſtitur proceſſus.

Pacto tamen & *paci* tempus addi, & *induciæ* in longum tempus conſtitui poſſunt; prout enim partes de jure ſuo diſponunt ita jus eſt: Eſſentia igitur *pacis* eſt ut de cauſa tranſigatur, reliqua pacto mutari poſſunt: perinde uti pactum de non petendo ad certum tempus, vel in certa perſona fieri poteſt; Ita pax quoque fieri poteſt ea lege ut valeat quamdiu vivunt paciſcentes ſalvo jure poſteris, ſi recipere velint: Effectus eſt ut tali pace jus interim & dominium, etſi temporarium, transferatur in rebus quæ ſunt apud hoſtem, & is qui poſſidet jus diſponendi habeat de rebus illis, nec in eventum rem illam ſalvam præſtare teneatur; non enim jus & dominium reſtituitur finito tempore ſed lis & bellum.

Econtrario eſſentia *induciarum* in eo conſiſtit, ut ſuſpendatur belli proceſſus; diu autem ut diximus, ſuſpendi ſine præjudicio belli non poteſt: nec ſolet niſi partes aliud diſponant: ita enim in bello Vejentino centum annorum induciæ contractæ ſunt. *Liv. l. 1. c. 15.* Idem contigit in bello cum Cæritibus *Liv. l. 7. c. 20.* aliæ in quinquaginta annos apud *Juſt. l. 3. in fin. &c.* Effectus eſt, quod his induciis contractis nihil juris concedatur, ſed lis & poſſeſſio interim in eodem ſtatu maneat in rebus controverſis, quæ apud hoſtem ſunt.

Hinc jam patet pacem religioſam veram eſſe *pacem*, non *inducias*: Nam (1) de ipſa cauſa controverſa tranſactum, adeoque lis ſopita eſt, & clauſula ſaltem addita, donec inter partes litigantes amicabili compoſitione aliud convenerit: Ex qua ipſa clauſula (2) apparet pacem illam perpetuam & æternam eſſe, quia nunquam finiri quin nec mutari debet, niſi utriusque partis conſenſu: temporaria autem tunc eſt ſi poſt tempus aliquod pax tollitur: Unde notanter in principio tractatus dicitur *æterna pax eſto* adeoque (3) promiſerunt contrahentes ſe nunquam in perpetuum violaturos has conditiones pacis, neque inde receſſuros, niſi mutuo conſenſu: poſſunt ergo ulterius paciſci partes, quod, ſi mutua voluntate non fiat, lis in perpetuum ſopita manet. Effectus hujus rei (4) hic eſt, quod jus verum & pleniſſimum in Evangelicos tranſlatum ſit, adeo ut nunquam redeat bellum, utpote quod in perpetuum eſt ſublatum: Conf. Prudentia noſtra jur publ. c. 18. §. 38. *& Diſſ. de poſtlim in pac. Sect. 1. §. 17.*

Not. in induciis non opus eſt clauſula amneſtiæ; quia vi ipſa induciarum ſequitur, ne interim invicem lædant: quod plenius expoſuimus in *Diſſ. de Poſtlim. Sect. 7. §. 11. & 12. Vide ſupra l. 3. c. 9. §. 1. prop.*

„*p*) (SI QUID CONVENERIT, UT BELLI TEM„PORE VALEAT, ID PER INDUCIAS QUOQUE VA„LERE:) Nam ſi tempore belli, ubi vis hoſtilis „licita eſt, aliquid fieri valide poteſt, multo ma„gis id fieri poterit in induciis, ubi vis hoſtilis ſu„ſpenſa eſt.

„*q*) (NISI MANIFESTE APPAREAT, NON STA„TUM SPECTARI, SED IPSAS FUNCTIONES &c.) „Id eſt ipſas actiones bellicas: certatio enim per „vim

manifeſte appareat non ſtatum ſpectari ſed ipſas functiones. *r* Contra, ſi quid de pace dictum erit, id induciarum tempore locum non
Æn. XI. 133. habebit: quanquam Virgilius *s* pacem ſequeſtram dixit, Servius
Ad L. 1. c. 40. p. ad eum locum *t* pacem temporalem, ut & Thucydidis *u* Scholia-
24 n. 3. Ed. Oxon ſtes εἰρήνην πρόσκαιρον πόλεμον ὠδίνουσαν, Varro *v* pacem caſtrorum, *w* paucorum dierum, quæ omnes ſunt *x* non definitiones ſed delineationes quædam, *y* eæque figuratæ. Qualis & illa Varronis, qui cum inducias dixit *z* bellorum ferias, potuerat & *aa* belli ſomnum dicere: Sic & ipſas *bb* forenſes ferias pacem vocavit *cc* Papinius: & *dd* ſomnum Ariſtoteles vinculum ſenſuum, quo exemplo & inducias *ee* belli vinculum recte dixeris.

Ad Ter. Eun. act. 3. In M. Varronis autem expoſitione, quam & Donatus ſequi-
1. ſc. 1. tur, hoc *ff* recte reprehendit Gellius quod paucos dies adjecit, oſten-
v. 15 Lib. 1 dens ſolere *gg* & in horas dari, addam ego *hh* & in annos etiam vi-
c. 25. L. poſtl. ginti, *ii* triginta, quadraginta, etiam *kk* centum: quarum apud Li-
19. D. de captiv. vium exempla, *ll* quæ & illam Pauli Juriſconſulti definitionem re-
§. 1. darguunt: *Induciæ ſunt cum in breve & in præſens tempus convenit, ne invicem ſe laceſſant.*

4.

„vim quæ actu fit, tempore induciarum fieri nequit.

„*r*) (CONTRA SI QUID DE PACE DICTUM ERIT, IN INDUCIARUM TEMPORE LOCUM NON HABEBIT:) Adeoque ſi quid convenerit ut pacis „tempore valeat, id tempore induciarum non va„let, quia vere pax non eſt, ſed ſaltem vis hoſtilis „ſuſpenditur.

„*s*) (PACEM SEQUESTRAM:) Sequeſtrum ſup„ponit rem litigioſam, adeoque indigitatur certa„men ſaltem ſeu vim hoſtilem ad tempus deponi.

„*t*) (PACEM TEMPORALEM:) Voce pacis gene„raliter ſumta, non pro deciſione cauſæ, ſed pro „quavis compoſitione, & ceſſatione violentiæ ho„ſtilis: proprie igitur induciæ pax temporaria dici „non poſſunt quia manet controverſia: quæ per „pacem temporariam certo modo finitur.

„*u*) (SCHOLIASTES &c.) Pacem temporariam „caducam, quæ bellum parturit.

„*v*) (PACEM CASTRORUM:) Id eſt pax inter „caſtra, non ergo de cauſa ipſa *Vid. Gell. l. 1. c. 5.*

„*w*) (PAUCORUM DIERUM:) Pro negotii na„tura *Vid.* §. *2. n. 3.*

„*x*) (NON DEFINITIONES SED DELINEATIONES QUÆDAM:) Pax ibi generaliter ſumitur pro „quavis pactione, non de cauſa, ſed de vi hoſtili.

„*y*) (EOQUE FIGURATA:) Rectius, ſignificati„ones generales pacis.

„*z*) (BELLORUM FERIAS:) Uti enim in privatis „judiciis ſuſpenditur proceſſus in feriis, ita in „bello per inducias.

„*aa*) (BELLI SOMNUM:) Quia actus hoſtiles „interim quieſcunt.

„*bb*) (FORENSES FERIAS:) Id eſt ferias judici„ales.

„*cc*) (PAPINIUS:) *4. Sylv. 4. certe jam Latiæ „non miſceant jurgia leges, & pacem piger annus „habet &c.*

„*dd*) (SOMNUM:) Nam inducias paulo ante „*belli ſomnum* vocavit.

„*ee*) (BELLI VINCULUM:) Quia effectus & „actus bellici quaſi vinciuntur.

„*ff*) (RECTE REPREHENDIT GELLIUS:) Ratio„nem addit, quia & in plures menſes & in pau„cas horas dari induciæ poſſunt *Gell. l. 1. c. 25.* „At ipſe poſtea addit Varronem noluiſſe ſuperſti„tioſe inducias definire, ſed ſaltem demonſtrare: „Curatior igitur eſt definitio Juriſconſulti in *l. 19.* „§. 1. *capt. & poſtl.* nam regulariter & ex natura „induciarum ad breve ſaltem tempus dari ſolent.

„*gg*) (ET IN HORAS DARI:) V. g. ad ſepeli„endos mortuos: *Gell. d. l.*

„*hh*) (IN ANNOS ETIAM VIGINTI:) *Liv. l. 5.* „*c. 32.* & noſtris temporibus inter Imperatorem „& Turcam.

„*ii*) (QUADRAGINTA:) *Liv. l. 1. c. 15. l. 2 c. 54.*

„*kk*) (CENTUM:) *Liv l. 7 c.* 20. Theodoſius „cum Perſis. *Sozom. Hiſt. Eccl. l. 9. c. 4.* Inter „Ambraciotas & Acarnanes *Diod. ſic l. 12. c. 60.* „Alias inducias in 50. annos, *Juſt. l. 3. in fin.* In„ducias Belgicas in 12. annos contractas legimus.

„*ll*) (QUÆ ET ILLAM PAULI DEFINITIONEM „REDARGUUNT:) Non Paulus in *d. l.* 19. recte de„finit, quia regulariter in breve tempus induciæ

„fieri

4. Fieri tamen poterit, ut ſi appareat alicujus conventionis [mm] rationem unicam & per ſe moventem in ſolidum fuiſſe ceſſationem actuum bellicorum, [nn] ut tunc quod de pacis tempore dictum eſt, per inducias valeat, [oo] non ex vi vocis [pp] ſed ex mentis certa collectione, de qua [qq] alibi egimus. L. II. c. 16. §. 20.

§. II.

Videtur autem induciarum nomen non ab eo quod [a] Gellius vult [b] inde uti jam, nec ab *endoitu*, id eſt introgreſſu, ut [c] Opilius voluit, veniſſe, [d] ſed quod inde, id eſt a certo tempore otium ſit, quomodo [e] ἐκεχειρίαν Græci vocant. Apparet enim etiam [f] ex Gellio & Opilio, veteribus per *t*, non per *c* literam ſcriptum hoc nomen, Gell 19. c. 8. quod nunc pluraliter profertur, olim haud dubio etiam ſingulariter. Vetus ſcriptura fuit [g] indoitia; nam otium tunc [h] oitium enunciabant a verbo oiti, quod nunc uti dicimus, [i] ſicut ex poina (nunc pœnam ſcribimus) fit punio, & ex Poino (qui nunc Pœnus) fit Punicus. Sicut autem ex eo quod eſt oſtia, oſtiorum, factum eſt nomen [k] Oſtia Oſtiæ: [l] ſic ex indoitia indoitiorum, factum eſt indoitia, indoitiæ; deinde indutia, cujus, ut dixi, [m] plurale nunc tantum in uſu eſt; olim, ut [n] Gellius monuit, etiam unitatis numero D. loco enun-

„fieri ſolent, etſi id pacto mutari poſſit.

„*mm*) (RATIONEM UNICAM ET PER SE MOVENTEM IN SOLIDUM FUISSE CESSATIONEM ACTUUM BELLICORUM:) Si partes contrahentes „non colloquii, vel alterius, negotii cauſa, quod „breve tempus requirit, inducias faciant, ſed ea „in genere intentione ut actus bellici ceſſent, tunc „inſtar pacis eas eſſe putat, juxta regulas inter„pretationis: At verum hoc non eſt; Nam eſſen„tia pacis in eo conſiſtit, ut de ipſa cauſa trans„actum appareat, quod non fit, ſi ſaltem id actum „eſt ut actus bellici ceſſent, etſi longo tempore.

„*nn*) (UT TUNC QUOD DE PACIS TEMPORE „DICTUM EST, PER INDUCIAS VALEAT:) Regu„lariter enim, ſi quid convenit ut pacis tempore „valeat, id induciarum tempore locum non ha„bet: *Vid. h.* §. *n.* 2. exceptionem autem quam „Auctor hic ponit non agnoſcimus.

„*oo*) (NON EX VI VOCIS:) Quia aliud eſt pax „aliud induciæ.

„*pp*) (SED EX MENTIS CERTA COLLECTIONE:) „Imo dum partes cauſam ipſam non decidunt, „ſed eam in ſuſpenſo relinquunt, certo inde col„ligitur eas noluiſſe pacem contrahere.

„*qq*) (ALIBI EGIMUS:) *L.* 2. *c.* 16. ubi ſimul „probavimus pleraſque interpretationum regulas „quas late ibi tractat Auctor, eſſe vel falſas vel „mere civiles.

„*a*) (GELLIUS:) *L. 1. c. 25.*

„*b*) (INDE UTI JAM:) Verba ejus hæc ſunt. „*Inducias ſic dictas arbitramur, quaſi tu dicas,* „INDE UTI JAM; *pactum induciarum ejuſmodi eſt,* „*ut in diem certum non pugnetur, nihilque incom„modi detur: Sed ex eo die* POSTEA UTI JAM, „*omnia belli jure agantur. Quod dicitur dies* „*certus præfinitus, pactumque fit, ut ante eum* „*diem ne pugnetur; atque is dies ubi venit,* INDE „UTI JAM, *pugnetur: idcirco ex iis quibus dixi* „*vocibus, quaſi per quendam coitum & copulam* „*nomen induciarum connexum eſt.*

„*c*) (OPILIUS:) Apud Gellium *d. l.* 1. *c.* 25.

„*d*) (SED QUOD INDE:) Adeoque *indutia* ſunt „quaſi *inde otium.*

„*e*) (Ἐκεχειρίαν:) Quod manus cohibeantur. „*Gell. d. l.*

„*f*) (EX GELLIO:) Imo ex hoc, & qui ibi al„legatur Opilio, non apparet nomen hoc olim „per *t* ſcriptum, ſed ſingulari numero *induciam* „dictum eſſe *Gell. l. 19. c. 8.*

„*g*) (INDOITIA:) Auctor hoc nulla autoritate „probat.

„*h*) (OITIUM ENUNCIABANT A VERBO OITI „QUOD NUNC UTI DICIMUS:) Neque hoc probat „Auctor.

i) (Grot.) (SICUT EX POINA (NUNC POENAM SCRIBIMUS) FIT PUNIO:) Vide *Servium* in X. Æneidos ad vocem *mærorum.* (verſ. 24

k) (Grot.) (OSTIA OSTIÆ:) Et ex *oſtrea oſtreorum,* factum eſt *oſtrea, oſtreæ.*

„*l*) (SIC EX INDOITIA INDOITIORUM:) Unde „conſtat ita olim enunciata hæc verba eſſe?

„*m*) (PLURALE NUNC TANTUM:) Nimium „*indutia.*

„*n*) (GELLIUS:) *D. l. 19. c. 8.*

Ad Ter. Eun. 1. 1. 151 enunciabatur; non longe abit [o] Donatus cum inducias dictas vult quod in dies otium præbeant. [p] Sunt ergo induciæ in bello otium, *Liv. Plut. Juſtin.* non pax: itaque accurrate loquuntur hiſtorici [q] qui narrant ſæpe pacem negatam, inducias datas.

§. III.

Ang. l. fi nuus. 1. D. de pactis. Marc Laud. 4. 29. [a] Quare [b] nec nova indictione opus erit: nam [c] ſublato impedimento temporali, [d] ipſo jure ſe exſerit ſtatus belli [e] non mortuus ſed ſopitus, [f] ut dominium & patria poteſtas in eo qui a furore convaluit. Legimus tamen apud [g] Livium ex fecialium ſententia [h] finitis inducciis indictum bellum: ſed nimirum iſtis non neceſſariis cautionibus oſtendere veteres Romani voluerunt [i] quantopere pacem amarent, & quam juſtis de cauſis in arma traherentur. Innuit *Lib. IV. c. 30.* hoc [k] ipſe Livius; *Cum Vejentibus nuper acie dimicatum ad Nomentum & Fidenas fuerat, induciæque inde, non pax facta, quarum & dies exierat, & ante diem rebellaverant: miſſi tamen feciales, nec eorum, cum more patrum jurati repeterent res, verba ſunt audita*

§. IV.

1. Tempus induciis aſcribi ſolet [a] aut continuum ut in centum dies, [b] aut cum deſignatione termini ut usque calendas Martias. [c] In

„o) (DONATUS:) *Ad Terent. Eun. act. 1. ſc. 1.*

„p) (SUNT ERGO INDUCIÆ IN BELLO OTIUM „NON PAX:) Nam cauſa deciſa non eſt, adeoque „manet bellum, ſed durante bello actus hoſtiles „ſuſpenduntur.

„q) (QUI NARRANT SÆPE PACEM NEGATAM, „INDUCIAS DATAS:) Apud Livium dicitur *indu„ciæ inde non pax facta. L. 4. c. 30.* & apud eun„dem, *l. 8. c. 37. infecta pace inducias annuas ab „urbe retulerunt.* Faliſcis pacem petentibus annu„as inducias datas eſſe refert Livius *l. 10. c. 46.* & „*l. 29. c. 12. Cupiens pacem ſi poſſet, ſin minus „inducias facere:* Adde *Marcel. l. 27. c. 20. Xe„noph. l. 2. de exped. Cyri p. 302. Thuan. l. 17. „Teſm b.*

(AD §. III.) Auctor ait finitis induciis non opus eſſe nova indictione, quia bellum non ceſſavit at ea opus eſſe finita pace, quia novum bellum eſt priore finito. Vid. *Petr. Bell. p. 5. l. 2. n. 21.*

„a) (QUARE:) Quia per inducias bellum non„dum eſt finitum, ſed durat.

„b) (NEC NOVA INDICTIONE OPUS ERIT:) „Ad bellum poſt inducias repetendum *Gron. h.*

„c) (SUBLATO IMPEDIMENTO TEMPORALI:) „Elapſo tempore induciis præſtituto *Gron. h.*

„d) (IPSO JURE SE EXERIT STATUS BELLI:) „Id eſt remoto impedimento res redit in priſti„num ſtatum.

„e) (NON MORTUUS SED SOPITUS:) Non fini„tus ſed ſuſpenſus.

„f) (UT DOMINIUM ET PATRIA POTESTAS „IN EO, QUI A FURORE CONVALUIT:) Immo nec „dominium nec patria poteſtas proprie quieſcunt „durante furore, ſed ſola adminiſtratio ſopitur.

„g) (LIVIUM:) *L. 4. c. 35. junct. c. 60.*

„h) (FINITIS INDUCIIS INDICTUM BELLUM:) „Miſſi erant legati qui res repeterent, *d. l. 4. c. „58.* negata reſtitutione bellum indictum eſt, *d. c. „58. junct. c. 60.*

„i) (QUANTOPERE PACEM AMARENT:) Invi„ti enim bellum Vejentinum renovabant, inpri„mis quia tribuni plebis id quuvis modo impedi„ebant. *d. c. 60.*

„k) (IPSE LIVIUS:) *L. 3. c. 30.*

(AD §. IV.) Quæritur quomodo computetur tempus induciarum an naturaliter, an civiliter? Reſp. ſi de mente & ſenſu contrahentium conſtet, ceſſat quæſtio, ſi non, brevius tempus valet, quia id certum, longius incertum eſt, adeoque civilis computatio obtinet. *Petr. Bell. p. 5. t. 3. n. 18.*

„a) (AUT CONTINUUM:) Si ſcilicet terminus, „ad quem tempus currere debet, deſignatus non „eſt, v. g. in 100 dies.

„b) (AUT CUM DESIGNATIONE TERMINI:) Ad„eoque ubi terminus ad quem currere debet deſi„gnatus eſt. v. g. ad Calendas Martias.

„c)

[c] In priori ad momenta temporum facienda eſt numeratio: [d] id enim naturæ convenit; nam [e] quæ fit ad civiles dies computatio [f] ex legibus aut populorum moribus venit. [g] In alterno genere dubitari ſolet [h] utrum ad quem diem aut menſem, aut annum dictum eſt duraturas inducias, is dies, menſis, annus excluſus an comprehenſus intelligatur. *L. anniculus. 134 D. de verb. ſignif.*

2. Certe in rebus naturalibus duo ſunt terminorum genera, [i] intra rem, ut [k] cutis terminus eſt corporis; [l] extra rem, [m] ut flumen

„c) (IN PRIORI AD MOMENTA TEMPORUM:) „Id eſt incipiunt induciæ a momento quo pactæ „ſunt, & non finiuntur niſi elapſo ultimo centeſi„mi diei momento.

„d) (ID ENIM NATURÆ CONVENIT:) Natu„rali enim computatione per diem intelligitur „ſpatium 24. horarum, & horæ ſpatium præter „propter 60. momentorum: Elapſis igitur omni„bus his momentis finitæ induciæ dici poſſunt.

„e) (QUÆ FIT AD DIES CIVILES COMPUTA„TIO:) Nimirum a ſolis ortu ad ejus occaſum.

„f) (EX LEGIBUS AUT POPULORUM MORI„BUS VENIT &c.) Adeoque inter gentes ac po„pulos non obtinet.

„g) (IN ALTERNO GENERE:) Si induciæ fiunt „cum deſignatione termini.

„h) (UTRUM AD QUEM DIEM AUT MENSEM „AUT ANNUM DICTUM EST &c.) Duo hic quæ„ri poſſunt (1) an terminus *a quo* comprehenda„tur in tempore induciarum (2) an terminus *ad* „*quem* in tempus illud computetur: Grotius ne„gat priorem quæſtionem & affirmat poſteriorem.

„Si proinde induciæ ita contrahuntur ut incipi„ant Kalendis Februarii & finiantur Kalendis Mar„tii, certum eſt ex eo momento, quo Kalendæ „Februarii illuxerunt, ſecuritatem promiſſam in„cipere, indeque omne jus lædendi ceſſare. Hinc „cum inter Philippum regem Hiſpaniæ & Henri„cum Galliæ regem conveniſſet ut die 5. Febr. „1555 bellum ſuſpenderetur, eodem autem die „Dux bellicus regis Galliarum, Vignale expugnaſ„ſet, merito quidam opinarunt, reſtituendum ca„ſtrum, quia captum fuit tunc cum bellum per „inducias ſuſpenſum jam fuit. *Oſiand. ad Grot. l. 3. c. 21. §. 4.*

„Sed an Kalendis Martii finitæ cenſeantur indu„ciæ alia quæſtio eſt? Auctor id negat, & magis „naturale ei videtur, terminum ad quem hic ſumi „tanquam partem rei: At verius eſt finiri induci„as eo momento quo Kalendæ Martiæ illuxerunt, „idque ex natura elocutionis, quæ eſt excluſiva „termini, quod ex objectionibus Grotii magis il„luſtrabitur.

„Is autem opponit (1) terminum dici quod „ultimum cujusque rei eſt, adeoque magis natu„rale videri ut terminus ſumatur qui pars rei ſit: „*Grot. d. §. 4. n. 2.* Reſp. hoc verum de ter„mino qui eſt intra rem, adeoque pars rei, uti „ſi induciæ pactæ ſunt in 100 dies, tunc enim „centeſimus dies eſt pars temporis conventi, at ſe„cus ſi terminus eſt extra rem, uti ſi induciæ pa„ctæ ſunt usque ad centeſimum diem, tunc enim „centeſimus dies non magis eſt pars rei, quam „flumen, termino ad flumen aſſignato: uti igitur „tunc flumen non comprehenditur ſub termino, „ita nec centeſimus dies.

„(2) Allegat Grotius legem *Anniculus: ff.* de „V. S. ubi, ſi quis ſic dixit ut *intra* diem mortis „aliquid fiat, ipſe quoque dies quo quis mortuus „eſt, numeratur. Reſp. formula hæc, *intra* diem mor„tis aliquid fiat, ex natura locutionis comprehendit „ipſum diem mortis, quia eſt pars temporis: Se„cus igitur ſi *usque ad diem* mortis faciendi facul„tas conceſſa fuiſſet, tunc enim dies mortis non „numerari poſſet.

„Opponit Grotius (3) exemplum Cæſaris, cui „Spurina periculum prædixerat, quod non *ultra* „Idus Martias proferretur: Interpellatus ipſis Idi„bus dixit, veniſſe quidem ſed non præteriiſſe: „Reſp. Ex natura locutionis & ſenſu verborum „naturali apparet formulam *non ultra Idus Mar„tias* neceſſario includere ipſas Idus Martias, eis „enim finitis demum ſano ſenſu dici poteſt *ultra* „*Idus Martias*: Aliud autem foret ſi Spurina dixiſ„ſet *usque ad Idus Martias.*

„*Obſtat* 4. Quod hæc interpretatio ſit favora„bilis, ubi temporis productio favorem in ſe ha„bet, dum induciæ humano ſanguini parcunt. „Reſp. Ex interpretione ſive favorabili ſive odio„ſa nullum jus natura oritur, ſed ex ſola diſpo„ſitione, quæ certa & clara eſſe debet: Eſt au„tem clara diſponentium voluntas, ſi inducias in„dulgent *usque ad certum diem*, tunc enim eo „ipſo dum usque *ad diem* ſaltem ſecuritatem pro„mittunt, ſatis declarant eum diem ſe comprehen„dere non voluiſſe: Accedit quod brevius tempus „certum ſit, longius incertum & dubium. Conf. „*l. 24. ff. loc. cond.*

„i) (INTRA REM:) Ubi extremitates pro rei „parte habentur.

„k) (CUTIS TERMINUS EST CORPORIS:) Ut „pote cujus illa ultima pars eſt.

„l) (EXTRA REM:) Quæ non pars rei ſunt, „ſed ſaltem eam attingunt.

„m) (UT FLUMEN TERMINUS EST TERRÆ:) „Terræ igitur pars non eſt flumen.

men terminus eſt terræ. Ad utrumque hunc modum etiam [n] quæ voluntate conſtituuntur termini [o] conſtitui poſſunt. Magis autem naturale videtur [p] ut terminus ſumatur qui pars ſit rei: *πέρας λέγεται τὸ ἔσχατον ἑκάςȣ terminus dicitur quod ultimum cujusque eſt*, inquit
Met. V. 17. Ariſtoteles: [q] nec uſus repugnat; *ſi quis ſic dixerit ut intra diem*
L. ſi quis 133. D. *mortis ejus aliquid fiat, ipſe quoque dies quo quis mortuus eſt nume-*
de verb. ſignif. *ratur*. Prædixerat [r] Cæſari Spurina periculum quod non ultra Idus
Suet. in Caſ. c. 81. Martias proferretur. Interpellatus ipſis Idibus, dixit [s] veniſſe quidem ſed non præteriiſſe. Quare multo magis ſumenda eſt hæc interpretatio [t] ubi temporis productio favorem in ſe habet, ut induciis quæ humano ſanguini parcunt.

3. At vero [u] a quo die menſura aliqua temporis incipere dicitur is dies intra menſuram non erit: [v] quia ejus propoſitionis vis eſt diſcernere, non conjungere.

§. V.

Illud obiter addam, inducias & ſiquid eſt ſimile ipſos contrahentes [a] ſtatim obligare ex quo contractus abſolutus eſt: at ſubditos utrinque obligari incipere, [b] ubi induciæ acceperunt formam legis, cui

„n) (QUÆ VOLUNTATE CONSTITUUNTUR TERMINI:) i. e. Arbitrio & ex diſpoſitione hominum.

„o) (CONSTITUI POSSUNT:) Ita ut homines „quoque terminum intra rem & extra rem con„ſtituere poſſint.

p) (Grot.) (UT TERMINUS SUMATUR QUI PARS SIT REI:) *Baldus* de ſtatutis in verbo *usque*. *Bartolus* in l. patronus. D. de legatis III. & l. nuptæ D. de ſenatoribus. *Archidiaconus* in c. Eccleſias XIII. q. I. *Hieronymus de Monte* libro de finibus c. 23.

ADDITIO.

„Concludit igitur Author terminum pactis in„duciis deſignatum ſub diſpoſitione contineri a„deoque intra rem eſſe.

„q) (NEC USUS REPUGNAT:) Verba hæc ſunt „*legis Anniculus &c. ff. de V. S.* ultimus enim „dies eſt pars termini.

„r) CÆSARI:) Apud *Suet. in Caſ. c. 81.*

s) (Grot.)(VENISSE QUIDEM SED NON PRÆTERIISSE:) Dion: *πάρεςιν, ȣ̓δέπω δὲ παρελήλυθεν*. (Lib. XLIV. pag. 281. *E. Ed. H. Steph.*) Appianus: *πάρεισιν αἱ Εἰδοί, ἀλλ' ȣ̓ παρεληλύθασιν·* (Poſtrema verba non tantum ſunt *Appiani*, (*De Bell. Civ.* Lib. II. *pag.* 522.) ſed & PLUTARCHI, qui tribuit ea Haruſpici, Cæſarem de adventu Iduum ſibi gratulantem caſtiganti, *Vit. Caſ.* pag. 737. E. Tom. II. Ed. Wech. *J. B.*

ADDITIO.

„Idus enim Martiæ nondum elapſæ erant.

„t) (UBI TEMPORIS PRODUCTIO FAVOREM „IN SE HABET:) Jus naturæ neque ex favore ne„que ex odio inferri poteſt, ſed ex certa ratione „quæ ceſſat, ubi diſpoſitio dubia eſt.

„u) (A QUO DIE MENSURA ALIQUA TEMPO„RIS INCIPERE DICITUR IS DIES INTRA MEN„SURAM NON ERIT:) Statuitur induciis a prima „Julii inchoatum, omnino is dies intra menſu„ram, adeoque pars rei. Conf. *Puffend. l. 8. c. 7.* „*§. 8.*

„v) (QUIA EJUS PROPOSITIONIS VIS EST „DISCERNERE NON CONJUNGERE:) Imo cum ini„tium induciarum eo die eſſe voluerunt, diſerte „conſtat, eos diem hunc voluiſſe eſſe partem rei.

(AD §. V.) Induciæ vim accipiunt ſtatim & ex momento quo partes ita convenerunt, at ſubditi non obligantur niſi id ſignificatum ſit, cum jure & natura impoſſibile ſit parere legi quam neſciunt, nec imperata facere quis poteſt, niſi imperatum ſit, quod non fit, niſi alter ſciat.

Cæterum ex ejusmodi induciis paciscentes obligantur tanquam ex pacto, ſubditi vero tanquam ex lege.

„a) (STATIM OBLIGARE &c.) Nam ita diſpo„ſuere ut omni vis hoſtilis ceſſare debeat.

„b) UBI INDUCIÆ ACCEPERUNT FORMAM LE„GIS:) i. e. ubi ſubditis ſolenniter publicatæ ſunt.

„c)

cui ineſt exterior quædam publicatio: qua facta [c] ſtatim quidem incipit habere vim obligandi ſubditos, ſed ea vis, ſi publicatio uno tantum loco facta ſit, [d] non per omnem ditionem eodem momento ſe exſerit, [e] ſed per tempus ſufficiens ad perferendam ad ſingula loca notitiam. Quare ſi quid interea a ſubditis contra inducias factum ſit, [f] ipſi a pœnis immunes erunt; [g] neque tamen eo minus contrahentes damnum reſarcire debebunt. *Bart. ad l. omnes. pop. ran. §. de conſt. & ibid. Fel. n. 7.*

§. VI.

1. Quantum per inducias liceat, quantum non liceat, [a] ex ipſa definitione datur intelligi. Illiciti enim ſunt [b] omnes actus bellici, [c] ſive in perſonas, ſive in res; id eſt, [d] quicquid vi fit adverſus hoſtem: id enim omne per induciarum tempus [e] fit contra jus gentium, ut in concione ad milites loquitur L. Æmilius apud Livium. *Lib. XL. c. 27.*

2. Etiam quæ res hoſtium [f] caſu aliquo ad nos pervenerunt eæ [g] red-

„c) (STATIM QUIDEM INCIPIT HABERE VIM „&c.) Uti lex valere incipit ex quo publicata eſt.

„d) (NON PER OMNEM DITIONEM:) Per omnes „territorii partes.

„e) (SED PER TEMPUS SUFFICIENS:) Uti pu„blicata lege tempus indulgetur intra quod ad „notitiam omnium pervenire poteſt: Romani Im„peratores id definiverunt numero duorum Men„ſium. *Nov. 66. c. 1. Vid. Jus meum controvers. l.* „*1. tit. 3. q. 8.*

„f) (IPSI A POENIS IMMUNES ERUNT:) Quia „juſto errore tanquam in hoſtem agunt.

g) (Grot) (NEQUE TAMEN EO MINUS CONTRAHENTES DAMNUM RESARCIRE DEBEBUNT:) Ut de Scione apud *Thucydidem* IV. (Cap. 122.) Delendi itaque non poteſt quod ab Hiſpanis in Italia factum narrat *Mariana* XXVIII, 7.

ADDITIO.

„Cardinalis Tridentinus ad Guiſium miſit, qui „Valentinum per inducias captum repeterent. *Thu-* „*an. l. 18. p. 364. Teſm. b.*

(AD §. VI.) Diximus per inducias non conveniri de *cauſa* ſed de *proceſſu* bellico: per eas igitur nihil juris transfertur in re de qua bellum geritur, nec in rebus interim captis: Sed (1) ceſſat vis bellica, eoque nec res aut perſonæ hoſtium capi, nec res noſtræ ſi ad nos pervenerunt jure poſtliminii retineri poſſunt, ſed reddi debent: (2) induciis durantibus non poſſunt munimenta exſtrui interra controverſa, quia omnis laceſſitio ceſſare debet, laceſſitur autem ſi ſtatus mutatur, exſtructis munimentis, quæ extra inducias impedire potuiſſet hoſtis: Sed nec porro & (3) in rebus controverſis præjudicium perpetuum fieri induciarum tempore poteſt, indeque nec alienari poſſunt: turbatur enim ſtatus præſens & poſſeſſio rerum de quibus litigatur, cum lite pendente nihil innovandum in cauſa litis.

At (4) in ſuis rebus, ſuoque territorio non controverſo omnia facere poteſt is qui inducias contraxit, uti in pace: Atque hinc militem conſcribere, caſtra ponere, exercitum de loco in locum transferre poteſt, quia hoc ad induciarum cauſam plane non pertinet: Imo medio tempore mutua ſunt commercia, commeatus &c. niſi in ſpecie aliud dictum ſit.

Quæ omnia (5) ſecus ſe habent in pace temporaria: ibi enim cauſa belli deciſa, ac jus in rem controverſam in alterum translatum eſt, qui proinde jure dominii omnia in re hac controverſa agere poteſt, quæ ad rei ſuæ ſecuritatem pertinent.

Cæterum in induciis non opus eſt *clauſula amneſtiæ*, quia ipſæ induciæ hanc vim habent ut partes deſiſtant ab injuriis, aliquando tamen eam induciarum pactis additam legimus, at id vel per imperitiam, vel ſupervacue factum eſt.

Hinc jam deciditur quæſtio ab Alciato prolata: Tabulis pacis inter Tridentinos & Venetos ſancitum erat omnia cuſtodienda ut ante bellum. Cœpto jam bello Tridentini caſtrum cepere, inde induciæ; poſt Veneti recuperarunt, tum pax; quæſitum an caſtrum reſtitui debeat, quia ante bellum novum tenuerant Tridentini? negat Gentilis, contra Alciatum & merito.

„a) (EX IPSA DEFINITIONE:) Quia induciæ „ſunt conventio per quam, bello manente, ad „tempus bellicis actibus abſtinendum eſt. *Vid. ſu-* „*pra §. 1. n. 1.*

„b) (OMNES ACTUS BELLICI:) Quibus læditur „hoſtis.

„c) (SIVE IN PERSONAS SIVE IN RES:) In „utriſque enim hoſtis lædi poteſt.

„d) (QUICQUID VI FIT ADVERSUS HOSTEM:) „Imo etiam quicquid dolo.

„e) (FIT CONTRA JUS GENTIUM:) Quod fi„dem etiam hoſti datam ſervare jubet.

„f) CASU ALIQUO AD NOS PERVENERUNT:) „Sine

[g] reddendæ erunt, [h] etiamſi ante noſtræ fuiſſent: quia quod [i] jus externum attinet, [k] ex quo hæc dijudicanda ſunt, [l] ipſorum ſunt *l. 19. §. 1. D. de Captiv.* factæ: Et hoc eſt quod ait [m] Paulus Juriſconſultus, [n] induciarum tempore poſtliminium non eſſe, [o] quia poſtliminium requirit ut antecedat jus bello capiendi: quod per inducias non eſt.

3. [p] Ire & redire ultro citroque, [q] ſed eo paratu qui periculum *Æn. XI. 134.* nullum oſtentet, licet. Notatum hoc [r] a Servio ad illud Maronis, *Mixtique impune Latini*, ubi & hoc narrat, obſeſſa urbe a Tarquinio inter Porſennam & Romanos factis induciis, cum ludi Circenſes in urbe celebrarentur, ingreſſos hoſtium duces curuli certamine contendiſſe & victores coronatos.

§. VII.

[a] Interius recedere cum exercitu, quod Philippum feciſſe le- *Lib. 31. c. 38. Add. Frontinus l. 11, c. 13. n. 5.* gimus apud Livium, [b] cum induciis non pugnat: [c] nec reficere mœnia, nec militem conſcribere, [d] niſi quid ſpecialius convenerit.

§. VIII.

1. [a] Corruptis hoſtium præſidiis loca invadere quæ ipſi tenebant, [b] haud

„Sine induſtria aut opera noſtra, *Gron. h.*

„g) (REDDENDÆ ERUNT:) Quia hoſtem laceſſere, nec in rebus, durantibus induciis licet.

„h) (ETIAMSI ANTE NOSTRÆ FUISSENT:) Adeoque jus poſtliminii in iis locum habere videatur.

„i) (JUS EXTERNUM:)] Quid eo intelligatur. *Vide in Diſſ. proœm. IX. §. 65.*

„k) (EX QUO HÆC DIJUDICANDA SUNT:) Verum non eſt dari tale jus externum, adeoque verum non eſt ex eo jure hæc dijudicanda eſſe.

„l) (IPSORUM SUNT FACTÆ:) Res hoſtiles cedunt capienti ipſa ratione naturæ, non demum vi ficti alicujus juris gentium, quod dominium, ſaltem quoad effectus externos, tribuere fingit.

„m) (PAULUS:) In *l. 19. §. 1. ff. de capt. & poſtl.*

„n) (INDUCIARUM TEMPORE POSTLIMINIUM NON ESSE:) Cum enim expreſſa induciarum pactio ſit ut omnia in eodem ſtatu maneant, contra pacti fideique datæ tenorem facit, qui quod alter tenet poſtliminio recipit eoque ſtatum rerum mutat: *Vid. B. Parens in diſp. de poſtlim. Sect. 2. §. 34.*

„o) (QUIA POSTLIMINIUM REQUIRIT UT ANTECEDAT JUS BELLO CAPIENDI:) Ratio hæc fallit, quia nec res quæ bello præſenti captæ ſunt, poſtliminio redeunt ſtantibus induciis: Veram rationem jam allegavimus.

„p) (IRE ET REDIRE ULTRO CITROQUE &c. LICET &c.) Quia ſuſpenſum eſt omne jus lædendi hoſtem.

„q) (SED EO PARATU QUI PERICULUM NULLUM OSTENTET:) Imo jus transeundi ſalvum eſt, etiam cum exercitu: *Vid. ſupr. l. 2. c. 2. §. 14.* Si tempus induciarum longum eſt, & forte in alios bellum geritur.

r) (Grot.) (A SERVIO:) Ad XI. Æneidos (verſ. 134.)

(AD §. VII.) Durantibus induciis intra fines ſuos non controverſos quilibet facere poteſt quicquid lubet, in locis controverſis nihil quo hoſtis læditur, vel durior fit ejus conditio: ut in lite privata.

„a) (INTERIUS RECEDERE:) Intra fines ſui territorii, ex eo loco unde alioqui non facile ſine conflictu digredimur; ut Philippus apud *Liv. 31. 39. Gron. h.*

„b) (CUM INDUCIIS NON PUGNAT:) Non enim laceſſitur hoſtis.

„c) (NEC REFICERE MOENIA:) Quia ſuæ ſaltem ſecuritati proſpicit, non autem hoſtem laceſſit. *Nepos in Ageſilao c. 2.* An foſſas caſtrenſes ſeu caſtrenſia valla, aut foſſiles vias, ſeu acceſſus obſidionales, circa civitatem obſeſſam facere liceat? *Vid. §. 10.*

d) (Grot.) (NISI QUID SPECIALIUS CONVENERIT:) Ut apud *Parutam* lib. III.

ADDITIO.

„Ut ceſſetur ab utraque parte ab omni opere *Vid. Liv. l. 30. c. 30.*

„a) (CORRUPTIS HOSTIUM PRÆSIDIIS LOCA INVADERE:) Sollicitatis ad defectionem pecunia „vel

[b] haud dubie contra inducias eſt; [c] talis enim acquiſitio juſta eſſe non poteſt, niſi ex jure belli. Idem habendum [d] ſi qui ſubditi deficere ad hoſtem velint. Exemplum eſt apud Livium, lib. XLII: *Coronæi & Haliartii, favore quodam inſito in reges, legatos in Macedoniam miſerunt præſidium petentes, quo ſe adverſus impotentem ſuperbiam Thebanorum tueri poſſint. Cui legationi reſponſum ab rege eſt, præſidium ſe ob inducias cum Romanis factas mittere non poſſe.* Apud *Cap. 46.* [e] Thucydidem libro quarto Braſidas Mendam civitatem ab Atheni- *Cap. 21.* enſibus ad Lacedæmonios deficientem induciarum tempore recipit: ſed additur excuſatio, [f] quia habebat quæ ipſe viciſſim Athenienſes criminaretur.

2. [g] Derelicta ſane occupare licet, [h] dum vere derelicta, id eſt eo animo ne amplius ſint quorum fuerant; [i] non ſi incuſtodita, ſive cuſtodia ante inducias, ſive factis induciis omiſſa ſit; [k] dominium enim manens injuſtam facit alterius poſſeſſionem; quo refellitur Beliſarii adverſus Gotthos cavillatio, qui tali obtentu [l] loca præſidiis nudata per inducias invaſerat. *Proc. 11. Goth. c. 7.*

§. IX.

1. Quæritur an qui vi majore impeditus quo minus recederet, intra fines hoſticos deprehenditur poſtquam exierint induciæ, jus redeundi habeat. [a] Si jus externum gentium reſpicimus, non dubito [b] quin hic par ſit ei qui cum in pace veniſſet bello repente exorto

„vel promiſſis; ut Sulla illuſit *L.* Scipioni. *Appian. 1. civ. p. 401. Flor. 3. 21. Gron. b.*

„*b*) (HAUD DUBIE CONTRA INDUCIAS EST:) „Hoſtis enim laceſſitur.

„*c*) (TALIS ENIM ACQUISITIO JUSTA ESSE „NON POTEST NISI EX JURE BELLI:) Quod vero per inducias ſuſpenſum eſt.

„*d*) (SI QUI SUBDITI DEFICERE AD HOSTEM „VELINT:) Nam & hoc facto læditur hoſtis.

„*e*) (THUCYDIDEM:) *l. 4. p. 233.*

„*f*) (QUIA HABEBAT QUÆ IPSE VICISSIM „ATHENIENSES CRIMINARETUR:) *Non exiſtimabat ſe injuſte agere, quia per inducias apertè defeciſſent:* Atque hoc eſt quod ſæpius diximus „uno rumpente pactum alterum quoque inde recedere poſſe.

„*g*) (DERELICTA SANE OCCUPARE LICET:) „Quia non amplius ſunt res hoſtium, ſed nullius, „quæ cedunt occupanti.

„*h*) (DUM VERE DERELICTA:) De requiſitis „derelictionis egimus *l. 2. c. 9. §. 1.* Adde *indicem* „voce *Derelicta.*

„*i*) (NON SI INCUSTODITA:) Manet enim res „in proprietate hoſtis.

„*k*) (DOMINIUM ENIM MANENS INJUSTAM „FACIT ALTERIUS POSSESSIONEM:) Contra pacta enim inducias agit, qui hoſtem laceſſit id „eſt proprietatem ejus turbat.

l) (Grot.) (LOCA PRÆSIDIIS NUDATA:) Portum, Centum Cellas, Albanum, apud *Proc. L. 2. Goth. Vid. Gron. b.*

(AD §. IX.) Contingit aliquando ut effluxis induciis quidam in hoſtium ſolo remaneant, vel quia ægrotant, vel quia alio caſu retinentur? quæritur an capi jure belli poſſint? Affirmatur (1) quia quod ab initio belli licitum eſt, multo magis licitum erit in medio bello. At ſi quis in ſtatu pacis venit in urbem, & repentine oriatur bellum belli jure capi poteſt. *l. 12. ff. capt. & poſtl.* nedum ſi induciarum tempore in civitatem pervenerit, illæque effluxerint, antequam redire potuit: 2) potuiſſet homo capi ex territorio hoſtili, nedum retineri in noſtro. Sufficit (3) eum eſſe in poteſtate hoſtium: Conf. *Petr. Bell p. 1 t. n. 10.*"

Neque obſtat l. 15. ff. de public. ubi is qui tempeſtate impeditur, quo minus ſtatuto tempore recedat, non videtur, contra legem feciſſe Reſp. agebatur ibi de publicanda nave ex culpa quæ contra leges eſſet: Si vero quis tempeſtate impeditus non recedit, recte Juriſconſultus ſtatuit ceſſare culpam, eoque & publicationem.

„*a*)(SI JUS EXTERNUM GENTIUM RESPICIMUS:) „Tale

orto inter hoſtes fato ſuo deprehenditur, quem captivum manere ad pacem usque [c] ſupra notavimus; [d] neque juſtitia interna deeſt, [e] quatenus bona & actiones hoſtium pro debito civitatis obligantur, & [f] in ſolutum capiuntur; [g] nec magis hic quod queratur habet quam tot alii innocentes, in quos bellorum mala recidunt.

Lib. 3. c. 9. §. 4.

2. [h] Nec quæ de commiſſi cauſa circa merces tractantur adferri huc debent; nec quod [i] apud Ciceronem eſt de Inventione ſecundo, de nave roſtrata vi ventorum in portum delata, quam [k] ex lege quæſtor publicari volebat. [l] Ibi enim [m] vis major a pœna liberat; [n] hic [o] proprie de pœna non agitur, [p] ſed de jure quod certo tantum tempore interquieſcebat. Tamen [q] quin talem remittere [r] benignius, quin & generoſius ſit, nullam habet dubitationem.

L. Cæſar. 1. L. interdum 26. §. ſi propter. 8. D. de publican.

§. X.

Sunt & quædam [a] per inducias illicita, [b] ob ſpecialem conventio-

„Tale non dari ſæpius dictum eſt *Vid. ſupra* §. 7. „*lit. i.*

„*b*) (QUIN HIC PAR SIT:) Imo jure naturali „non tantum eadem, ſed & major hic ratio ſub„eſt.

„*c*) (SUPRA NOTAVIMUS:) *l. 3. c. 9.* §. *4.*

„*d*) (NEQUE JUSTITIA INTERNA:) Per quam „jus naturæ intelligit.

„*e*) (QUATENUS BONA ET ACTIONES HOSTI„UM PRO DEBITO CIVITATIS OBLIGANTUR:) „De quo ſupra egimus *l. 3. c. 1.* §. *3. & c. 2.* §. *2.* „ubi male gentes id ad vitam extendiſſe ait *d. c.* „*2.* §. *6.* Nos ſæpius jam diximus in tales captos „omnia licere quæ in bello captos.

„*f*) (ET IN SOLUTUM CAPIUNTUR:) Gentes enim „id licite conſtituiſſe ait Autor, tum ob neceſſita„tem & injuriæ licentiam, quia facile capi non „poſſunt bona principum lædentium, tum quia „membra ejusdem civitatis facile inter ſe conſe„qui jura potuerunt, tum quia ipſi viciſſim eo„dem jure uti poſſunt, adeoque commodum com„mune eſt. *d. c. 2.* §. *2.*

„*g*) (NEC MAGIS HIC QUOD QUERATUR HABET „QUAM TOT ALII INNOCENTES:) Dictum eſt ne„minem ſubditorum innocentem eſſe, quia omnes „cauſam ſuæ civitatis opibus ſuis defendunt, fa„ctumque civitatis approbant, adeoque de injuria „participant, indeque hoſti tenentur.

„*h*) (NEC QUÆ DE COMMISSI CAUSA CIRCA „MERCES:) De qua loquitur Lex *Cæſar. 15. ff. de* „*publ.*

„*i*) (APUD CICERONEM:) *l. 2. Invent. c. 32.*

„*k*) (EX LEGE:) Si qua roſtrata navis in portu „deprehenſa eſſet, ut publicaretur *Gron. h.*

„*l*) (IBI ENIM:) in commiſſis *Gron. h.*

„*m*) (VIS MAJOR A POENA LIBERAT:) Quia „deficit formula delicti, ſcilicet propoſitum.

„*n*) (HIC:) Scilicet ubi agitur de capiendo eo „qui fato induciis finitis deprehenditur intra fi„nes noſtros.

„*o*) (PROPRIE DE POENA NON AGITUR:) Imo „reus eſt, uti reliqui hoſtis ſubditi.

„*p*) (SED DE JURE QUOD CERTO TANTUM TEM„PORE INTERQUIESCEBAT:) Jus lædendi hoſtem „communi conſenſu ad certum ſaltem tempus „ſuspenſum erat, quo elapſo priſtinus ſtatus re„dit: Secus in commiſſi lege, ibi enim ob cul„pam publicantur res, ubi igitur culpa non eſt ibi „deficit legis diſpoſitio.

„*q*) (QUI TALEM:) Scilicet fato deprehenſum in „hoſtili civitate finitis induciis.

„*r*) (BENIGNIUS QUIN ET GENEROSIUS SIT:) „Hoc virtutis & perfectionis eſt, at ad juris pru„dentiæ naturalis disciplinam non pertinet.

(AD §. X.) Induciæ aliæ ſunt *univerſales* ubi omnes actus bellici ſuspenduntur: aliæ *particulares*, ut induciæ in oppugnanda urbe; hic non actus omnes hoſtiles ſed oppugnatio ſuspenditur, indeque omnia fieri poſſunt quæ nec directo nec per indirectum ad oppugnationem urbis pertinent: non ergo fieri poſſunt, cuniculi, aggeres ſeu valla caſtrenſia, nec acceſſus obſidionales (Laufgraben, *Trancheen*) Excurſiones vero in alias hoſtis terras facere obſidentes poſſunt.

ADDITIO.

„An ergo interim reficere mœnia tormentis „hoſtis jam labefacta, vel neceſſaria aut auxilia la„boranti civitati mittere licet? Ego non puto: „quia omnis oppugnatio ceſſat, at hæc eſt oppugnatio, ſtatus mutatur.

„*a*) (PER INDUTIAS:) i. e. Stantibus indu„ciis.

„*b*) (OB SPECIALEM CONVENTIONIS NATU„RAM:) Adeoque ubi non omnes actus bellici „ſuſ-

tionis naturam: ut ſi tantum [c] ſepeliendorum hominum cauſa datæ ſint induciæ, nihil erit immutandum; ſic [d] ſi obſeſſis datæ induciæ tantum ne oppugnentur, [e] jam auxilia & commeatus admittere non licebit; nam cum tales induciæ alteri partium proſint, [f] non debent interim ejus qui dedit cauſam duriorem facere. Interdum & convenit [g] ne commeare liceat. [h] Interdum perſonis cavetur, non & rebus: quo caſu [i] ſi ad res defendendas lædantur perſonæ, nihil contra inducias fiet: [k] nam cum liceat res defendere, [l] perſonarum ſecuritas ad id quod principale eſt, non quod in alicujus conſequentiam venit, referenda eſt.

§. XI.

Si fides induciarum a parte altera rumpatur, [a] quin læſo liberum ſit [b] etiam ſine indictione ad arma venire, fruſtra dubitatur; [c] nam capita conventionis inſunt conventioni per modum conditionis, ut paulo ante diximus. Reperias quidem in hiſtoriis exempla eorum [d] qui ſuſtinuerint in finem induciarum. Sed & bellum illatum Libro hoc c.19. §.14.& 10.§.36.

„ſuspeodumtur ſed qui ſequuntur ex cauſa ſpeciali „de qua agitur.

„c) (SEPELIENDORUM HOMINUM CAUSA *Juſt. „l. 6. c. 6.* NIHIL ERIT IMMUTANDUM:) Nam oppugnare durantibus induciis hoſtem non licet.

d)(Grot.)(SI ORSESSIS DATÆ INDUCIÆ TANTUM NE OPPUGNENTUR:) Ut a Totila Neapolitanis apud Procopium (Gothic. III. 8.)

„e) (JAM AUXILIA ET COMMEATUS MITTERE „NON LICEBIT:) Eſt enim hoc oppugnatio, & „ſtatus imitatur.

„f) (NON DEBENT INTERIM EJUS QUI DEDIT „CAUSAM DETERIOREM FACERE:) convenerunt „enim ne oppugnent ſe invicem.

„g) NE COMMEARE LICEAT:) i. e. ne utrinque inter partes hoſtiles liber ſit commeatus. „*Gron. b.*

h) (Grot) (INTERDUM PERSONIS CAVETUR NON REBUS:) Vide c. ſignificavit II. *de Judæis.* De induciis cum exceptione locorum exempla habes apud *Procopium*, & *Menandrum Protectorem.*

i) (SI AD RES DEFENDENDAS LÆDANTUR PERSONÆ:) Si perſonæ quæ res alterius invadunt „violentur *Gron. b.*

„k) (NAM CUM LICEAT RES DEFENDERE:) ex „*Poſ. J. G. IV.* Permiſſa enim defenſione etiam „permiſſa eſt læſio perſonæ ſine qua res defendi „nequit.

„l) (PERSONARUM SECURITAS AD ID QUOD „PRINCIPALE EST:) i. e. ita accipienda eſt, ut di„recto & perſonæ per ſe nihil hoſtile facientes „non lædantur; non, ne lædantur, dum ea quæ „per inducias licet arcere ac probibere attentant. „*Gron. b.*

a) (QUIN LÆSO LIBERUM SIT &C. AD ARMA VENIRE:) Hoc verum non eſſe alibi probavimus *Vid. l. 3. c. 19. §. 14. & c. 20. §. 38* Talionem enim rei turpis illicitam eſſe, nec ob perfidiam unius alterum perfidum eſſe poſſe, diximus ibidem, & inepte Petrinus Bellus *p. 5. tit. 3.* ait ex jure demum civili inter privatos receptum eſſe ne crimina mutua compenſatione tollantur; Sane magiſtratui minus delinquere licet, neque enim ipſe adulterium perfidiam &c. permittere aut committere poteſt: Nec ratio quadrat *ineſſe conditionem*, cum ita nullus contractus mutuus purus dari poſſet.

Adenque ſi unus rumpit inducias, alter agere debet ad reparationem, quæ ſi denegatur, agitur bello tanquam ex nova cauſa, in quam ſaltem venit æſtimatio hujus non veteris injuriæ.

ADDITIO.

„Autoris ſententiam omnino veram eſſe puto, „eamque late rationibus adſtruxi ſupra *L. 3. c. 19.* „*§. 14. & cap. 20. §. 38.* Idque Braſidas apud Thu„cydidem exemplo ſuo firmat. *Vid. ſupr.* §. 8. *n.* „1. Quid ſi privati inducias violent? *Vid. ſupr.* „*l. 2 c. 15. §. 17. n. 4.*

b) (ETIAM SINE INDICTIONE:) Induciis finitis nova indictione opus non eſt, quia prior cauſa continuatur *Vid. ſupr. §. 3.* at iis ab una parte ruptis, opus omnino eſt nova indictione, quia nova injuria eſt, adeoque nova belli cauſa, quæ veteri accedit.

„c) (NAM CAPITA CONVENTIONIS INSUNT „CONVENTIONI PER MODUM CONDITIONIS:) Re„ctius, quia deſinit obligatio ubi uterque recedit: „uti vidimus *l. 3. c. 19. §. 14. & c. 20. §. 38.*

„d) (QUI SUSTINUERUNT IN FINEM INDUCI„ARUM:)

Liv. lib. 9. c. 41. & ſeqq. & Lib. X. c. 37. 45. tum Hetruſcis & aliis, quod contra inducias feciſſent, legas: quæ diverſitas *e* argumento eſt jus ita eſſe ut dicimus, *f* ſed eo jure uti vel non uti, in arbitrio eſſe ejus qui læſus eſt.

§. XII.

Illud conſtat, *a* ſi pœna conventa poſcitur & perſolvitur ab eo qui contra fecit, *b* jam bellandi jus non eſſe. *c* Ideo enim pœna ſolvitur ut cætera ſalva maneant. Et contra, *d* ſi bellum moveatur, receſſum a pœna cenſeri debet, *e* quando optio data eſt.

§. XIII.

a Privata tamen facta non rumpunt inducias, niſi publicus actus accedat, *b* puta imperii aut ratihabitionis, quæ etiam intelligitur accedere, *c* ſi qui deliquerint nec puniantur, nec dedantur: *d* ſi non reddantur res.

§. XIV.

a Jus commeandi *b* extra inducias *c* privilegium quoddam eſt; qua-

„ARUM:) In arbitrio læſi eſt, an ad ſatisfactionem „ſalvis induciis agere, an vero & ipſe recedere „velit: poſteriori caſu bellum ſuſpenſum absque „nova indictione continuatur: Priori autem caſo „manent induciæ, neque lædens finitas eſſe indu„cias allegare absque perfidiæ nota poteſt, exem„pla ſunt in Ageſilao apud Nepotem *c. 2.* Conſ. „*Thuan. 21. p. 428.*

„*e*) (ARGUMENTO EST JUS ITA ESSE:) Ut ſci„licet rupta pactione ab una parte, alter ſtatim „ad arma venire poſſit.

„*f*) (SED EO JURE UTI VEL NON UTI:) Dixi „electionem eſſe læſi, an velit ſalvis induciis age„re ad ſatisfactionem, an vero ipſe quoque rece„dere; & hoc caſu mutuo diſſenſu ſolvuntur in„duciæ.

„*a*) (SI POENA CONVENTA POSCITUR:) Si in„duciæ factæ, & lex addita eſt, ut qui rumpit, „pœnam ſolvat, tunc ſoluta pœna præterea nihil „amplius peti poteſt, quia ita pacti ſunt.

„*b*) (JAM BELLANDI JUS NON ESSE:) Pœna „enim ſoluta ſubſiſtunt induciæ ex pacto.

„*c*) (IDEO ENIM POENA SOLVITUR UT COE„TERA SALVA MANEANT:) Ita enim inter par„tes convenit.

„*d*) (SI BELLUM MOVEATUR:) Id eſt ſi poſt „violatas inducias alter viciſſim quid hoſtile fece„rit.

„*e*) (QUANDO OPTIO DATA EST:) Imo, etſi „optio data non ſit, injuria agit qui violanti in„ducias vim infert, quia ex lege pacti pœnam ſal„tem ſtipulatam ab eo poſcere debet. *Vid. l. 3. c. „20. §. 36.*

„*a*) (PRIVATA TAMEN FACTA NON RUMPUNT „INDUCIAS:) Sed privati ob injuriam factam co„ram ſuo principe conveniri debent, qui ſi neget „ſatisfactionem, ipſe tenetur, & tanquam viola„tor induciarum tenetur: *Conſ. Myns cent. 4. O. „7. Burgers cent. 2. O. 63.*

„*b*) (PUTA IMPERII AUT RATIHABITIONIS:) „Si vel juſſit princeps, vel probaverit factum ne„gando reparationem contra ſubditos.

„*c*) (SI QUI DELIQUERINT NEC PUNIANTUR „NEC DEDANTUR:) De quo proceſſu Vide *l. 2. c. „21. §. 4. §. 5. n. 4.*

„*d*) (SI NON REDDANTUR RES:) Quas ſubdi„tus ſtantibus induciis rapuit, probat enim injuri„am.

a) (JUS COMMEANDI PRIVILEGIUM QUODDAM EST:) Commeatus vel actum ſignificat, vel facultatem commeandi, id eſt ſecure hinc inde eundi, quæ bello non competit: Eodem modo uti alias *iter* ſumitur pro jure eundi; & *actio* pro jure agendi: Securitas autem illa conceditur vel perſonis, vel rebus, uti ſi in urbem obſeſſam neceſſaria inferendi facultas datur. Quod plerumque fieri ſolet literis, (paſſeports) aliquando per perſonas (ſauve gardes)

Commeatum concedit princeps ſuo jure, dux belli intra fines mandati taciti: *Vid. Burgers. cent. 2. O. 21.*

„*b*) (EXTRA INDUCIAS:) In induciis enim tu„tus quilibet eſt jure induciarum.

„*c*) (PRIVILEGIUM QUODDAM EST:) Nam cer„tis ſaltem perſonis vel rebus datur, cum in aliis „maneat bellum. *Gron. h.*

„*d*) (SEQUENDA SUNT QUÆ DE PRIVILEGIIS „TRADUNTUR:) Id eſt de juribus ſingularibus quæ „non

quare in ejus interpretatione [d] ſequenda ſunt quæ de privilegiis traduntur. Eſt autem hoc privilegium [e] neque tertio noxium, [f] neque danti admodum grave: [g] ideo intra verborum proprietatem laxa magis quam ſtricta interpretatio admittenda eſt, [h] eoque magis ſi non petenti datum beneficium ſed ultro oblatum ſit; [i] multoque magis, ſi ultra privatam publica quædam utilitas in negotio vertatur. [k] Rejicienda ergo ſtricta interpretatio etiam quam ferunt verba, [l] niſi alioqui abſurdum aliquod ſequeretur, [m] aut eo ducant probabiles admodum voluntatis conjecturæ. Contra vero [n] etiam extra proprietatem laxior interpretatio locum habebit, ut ſimile abſurdum vitetur, [o] aut ex valde urgentibus conjecturis.

Vide ſupra l. 11, c. 14. §. 12.

§. XV.

Hinc colligimus datum militibus commeatum [a] non ad medios tantum [b] ſed & ſummos duces porrigi: quia verbi proprietas admit-

„non ad exemplum trahuntur *§. 6. Inſt. de jur.* „*nat. Gron. h.*

„*e*) (NEQUE TERTIO NOXIUM:) Nemini enim „jus aufertur.

„*f*) (NEQUE DANTI ADMODUM GRAVE:) Sed „& ſi grave eſſet quid inde? Dans de jure ſuo diſponit.

g) (IDEO INTRA VERBORUM PROPRIETATEM LAXA MAGIS QUAM STRICTA INTERPRETATIO ADMITTENDA EST:) Sæpius jam dictum eſt jure gentium interpretationem ſtrictam vel laxam incognitam eſſe. Nam vel conſtat de diſpoſitione, & tunc opus non eſt interpretatione, vel de ea non conſtat, & tunc non eſt diſpoſitio. Regula hæc eſt: Commeatu conceſſo omnia continentur ſine quibus commode & honeſte commeari nequit: Qui enim finem vult, is etiam vult media ſine quibus honeſte & commode finis ille obtineri nequit. *Poſ. IV. n. 4.* Commoditas autem & honeſtas, uti alias in vita civili, intelligitur pro conditione & dignitate perſonæ more ſolito & humano: Quod enim curſori commodum eſt, ut pedibus & continenter eat, non idem ſeni & valetudinario, aut inaſſueto, aut fœminæ.

ADDITIO.

„Ex hypotheſi Auctoris in *non odioſis* verborum „proprietas ſumenda eſt ſecundum totam proprietatem uſus popularis: in *odioſis* vero putat ſermonem figuratum aliquantulum admitti, quo „onus vitetur, quod refutavimus *ſupra l. 2. c. 16.* „*§. 12.*

„*h*) (EOQUE MAGIS SI NON PETENTI DATUM „BENEFICIUM SED ULTRO OBLATUM:) Eſt enim „res gratiæ adeoque maxime favorabilis.

„*i*) (MULTOQUE MAGIS SI ULTRA PRIVATAM „PUBLICA QUÆDAM UTILITAS VERTATUR:) „Cauſa enim hæc omnium maxime favorabilis eſt.

„*k*) (REJICIENDA ERGO STRICTA INTERPRETATIO ETIAM QUAM FERUNT VERBA:) Et accipienda potius ſignificatio artis, aut quam lex „dedit. *d. c. 16. §. 12. n. 2.*

„*l*) (NISI ALIOQUI ABSURDUM ALIQUOD SEQUERETUR:) Nam verba etiam in favorabilibus „ſtrictius quam fert proprietas ſumenda erunt, ſi „id neceſſarium eſt ad vitandam iniquitatem vel „abſurditatem. *d. c. 16. §. 12. n. 2.*

„*m*) (AUT EO DUCANT PROBABILES ADMODUM VOLUNTATIS CONJECTURÆ:) Conjecturas „voluntatis in demonſtrando jure naturæ nullam „habere utilitatem *d. c. 16.* demonſtravimus.

„*n*) (ETIAM EXTRA PROPRIETATEM LAXIOR „INTERPRETATIO LOCUM HABET, UT SIMILE „ABSURDUM VITETUR:) Ad ſignificationes enim „plane improprias non eſſe recurrendum putat „niſi alioqui abſurdi aliquid, aut pacti inutilitas ſequeretur. *d. c. 16. §. 12. n. 2.*

„*o*) (AUT EX VALDE URGENTIBUS CONJECTURIS:) Dixi jam ex conjecturis nunquam jus oriri quoties de voluntate quæſtio eſt; nam non „conſtat de voluntate, quoties ea incerta eſt.

„Videndum ergo quid actum ſit, quod maxime apparet ex cauſa cur ſecuritas petitur & conceditur: Si enim peregrinis datur, ſolus abitus, „ſi noſtris iter & reditus, ſi viatoribus ſolus tranſitus, ſi negotii cauſa ſecuritas donec id finitum ſit „conceſſa videtur: Regulariter vero actus, pro „quo conceſſus eſt commeatus, repeti nequit. *Vid.* „*P. Bellus p. 9. t. 1. n. 24. & Zouch. p. 2. ſ. 9.* „*q. 21.*

„*a*) (NON AD MEDIOS TANTUM:) Centuriones, tribunos &c.

„*b*) (SED ET SUMMOS DUCES:) Ex proprietate vocis: Vox enim militis generalis eſt, & „omnes ſpecies continet militantium; hine voluntas hactenus clara eſt.

 „*c*)

mittit eam ſignificationem, [c] quanquam eſt & alia ſtrictior. [d] Sic nomine clericorum venit episcopus. Etiam qui in claſſibus ſunt [e] nautæ milites intelliguntur. [f] & omnes omnino qui ſacramentum dixerunt.

Can. in c. cum in cunctis, 7 §. cumve ro. 2. De Elect. L. 1. §. 1. D. de bon. poſſ. ex teſt. mil.

§. XVI.

1. In itu cautum & de reditu cenſetur, non hoc [a] ex vi verbi, ſed ut abſurdum vitetur: [b] neque enim inutile eſſe beneficium debet. [c] Et abitus tutus intelligendus usque dum eo pervenerit ubi in tuto ſit, unde [d] Alexandri fides accuſata qui quibus abitum indulſerat eos in ipſo itinere juſſit interfici.

Diod. Sic. lib. 18. c. 14

2. [e] At cui abire datum, non & redire: ſed nec cui venire conceſſum eſt [f] mittere poterit; [g] nec contra: [h] ſunt enim hæc diverſa,

„c) (QUANQUAM EST ET ALIA STRICTIOR:) „Ubi miles ſumitur pro milite gregario.

„d) (SIC NOMINE CLERICORUM VENIT EPI„SCOPUS:) Adeoque quod clericis conceſſum, id „etiam ſibi vindicare poteſt epiſcopus *Gron. h.*

„e) (NAUTÆ:) Les matelots: Boots-Knechte.

„f) (ET OMNES OMNINO QUI SACRAMENTUM „DIXERUNT:) Quibus arma ſignaque populus com„miſit, uti loquitur *Liv. l. 23. c. 25.*

(AD §. XVI.) Quæritur, *an conceſſo itinere videatur etiam conceſſus reditus?* Reſp. diſtinguendum inter iter & tranſitum: Si *iter* conceditur reditus omnino ſub commeatu continetur, ex ipſa verbi proprietate. Nam & ille it, qui redit, & in itinere eſt donec redux fiat: adeoque tuto non videtur iviſſe qui redire non potuit, nec intereſt an in itinere an in reditu ſit captus. Iter igitur totum continet eundi actum donec rediit, & tamdiu eſt in itinere donec revertitur, nec niſi unum iter eſt: Sane factum Alexandri a coævis ſcriptoribus non refertur: quæ a Diodoro Siculo & Plutarcho referuntur ea inter ſe non conveniunt.

Aliud eſt in *tranſitu* quia viator tuto tranſiit qui ſemel tranſiit, totum negotium tranſitus jam finitum eſt, & ſi rediret novus actus eſſet, novusque tranſitus, idem obtinet in abitu præſentium *Vid. Dec. cons. 51. n. 2. Petr. Bell. p. 9. n. 21.* Hic ergo plures actus ſunt pluraque itinera, ſecuritas autem tantum in unum iter conceſſa eſt.

„a) (NON EX VI VERBI SED UT ABSURDUM „VITETUR:) Imo ex ipſo verbo *itus* quod genera„lo eſt quia & ille it qui redit.

„b) (NEQUE ENIM INUTILE BENEFICIUM ESSE „DEBET:) Imo poſſet dici utile fuiſſe ad itum; „Veram rationem jam dedi.

„c) (ET ABITUS TUTUS INTELLIGENDUS US„QUE DUM EO PERVENERIT UBI IN TOTO SIT:) „Securitas enim ad totum actum itineris promiſ„ſa eſt.

d) (Grot.) (ALEXANDRI FIDES ACCUSATA:) Plutarchus: Καὶ τῦτο τοῖς πολεμικοῖς ἔργοις αὐτῦ τὰ ἄλλα νομίμως καὶ βασιλικῶς πολεμήσαντ© ὡς κηλὶς πρόσεστιν *hac velut macula adhæſit bellicis actionibus regis, cætera in bello agere & juſte & regaliter ſoliti.* (Pag. 698. C.) Simile factum Bajazetis contra Vidynenſes in Servia habes apud *Leunclavium* lib. VI.

ADDITIO.

„Diximus jam exemplum hoc a coævis ſcripto„ribus non referri, & ipſi ſcriptores, qui id refe„runt, inter ſe non conveniunt: Indignum id eſ„ſet tanto principe.

„Exemplum Huſſi, hoc prætextu cremati, omni„bus notum eſt, & perfidiæ notam evitare nequit.

„e) (CUI ABIRE DATUM, NON ET REDIRE:) „Duo enim diverſi actus ſunt, nec generali voce „*abire* reditus continetur.

„f) (MITTERE POTERIT:) Alium ſibi ſubſti„tuere qui veniat. *Gron. h.* Baldus ait nihil inter„eſſe an quis ipſe eo per alium eat, atque ita ob„ſervari in Italia ut merces quibus commeatus da„tus per alium deferri poſſint. *Bald. l. 5. conſ.* „*408. Zouch. 2. 9. 22. Bellus p. 9. n. 13.* Sed diſtin„guendum an rebus, an perſonæ commeatus prin„cipaliter ſit datus; ſi rebus uti ſi merces a merca„tore transferantur in locum, nihil intereſt per „quem deferantur merces enim *principale* ſunt, per„ſonæ ſaltem ſunt *inſtrumentum* ſine quibus mer„ces deferri nequeunt; & quibus proinde ſecuri„tas data eſt eundi mercium cauſa: Si vero per„ſonis conceſſus eſt commeatus, & res hominis „cauſa, & ad ejus uſum vel tanquam ejus acceſſio „ſimul deferuntur, non poteſt alia perſona eo „commeatu uti, quia & alii perſonæ non eſt da„tus, & ceſſante jure principali tollitur quoque „acceſſio, uti ſi legatis data eſt ſecuritas & comiti„bus ac rebus ipſorum, his ea non competet ſi in „comitatu alterius ſint.

„g) (NEC CONTRA:) Cui alium mittere con„ceſſum eſt, ipſe venire non poterit.

„h) (SUNT ENIM HÆC DIVERSA:) Diverſi „actus

[i] nec extra verba exſpatiari ratio cogit: ita tamen [k] ut error etſi jus non det, a pœna certe ſiqua adjecta eſt relevet. [l] Sed & cui venire permiſſum eſt, ſemel veniet, non iterum, niſi temporis adjectio aliam ſuppeditet conjecturam.

§. XVII.

Patrem filius, uxor virum non ſequitur aliter quam in jure commorandi; nam morari ſolemus cum familia, peregrinari ſine ea. Famulus tamen unus aut alter, etiamſi expreſſus non ſit, comprehenſus cenſebitur in eo quem ſine tali comitatu ire indecorum foret; nam qui aliquid concedit, concedit quæ neceſſario ſequuntur; neceſſitas autem hic moraliter intelligenda eſt.

L. Penult. D. de precario. Abbas C. Quamſis 7 De ſudais.

§. XVIII.

Similiter bona [a] non quævis comprehendentur, [b] ſed quæ ſolita ſunt ad iter aſſumi.

§. XIX.

Expreſſo comitum nomine, [a] non ſunt intelligendi hi quorum cauſa

„actus indeque ſecuritas uni promiſſa alteri non „prodeſt.

„i) (NEC EXTRA VERBA EXSPATIARI RATIO „COGIT:) Omne jus oritur ex conceſſione; con„ceſſio apparet ex verbis; interpretationes au„tem tales nullo verborum ſenſu continentur.

„k) (UT ERROR ETSI JUS NON DET A POE„NA RELEVET:) Imo ſi erravit, omnino pœnam „adjectam ſolvere tenetur, quia legem conceſſio„nis transgreſſus eſt, utut ex errore: Neque enim „hæc pœna ſolvitur ob propoſitum ſed ex con„ventione.

„l) (SED ET CUI VENIRE PERMISSUM EST, „SEMEL VENIET:) Neque reverſus iterato venire „poteſt, duo enim tunc ſunt actus, ſecuritas autem „ſaltem in unum data eſt.

„m) (NISI TEMPORIS ADJECTIO ALIAM SUP„PEDITET CONJECTURAM:) V. g. ſi certum tem„pus adjectum ſit intra quod venire poſſit: eo „nondum elapſo Auctor putat iterato venire du„rante termino poſſe: At verius eſt tempus hoc „ſaltem additum eſſe, ne in infinitum differre ad„ventum poſſit, non ut iterato venire.

(AD §. XVII.) Quæritur an conceſſo commeatu patri, etiam videatur conceſſus uxori & liberis? Diximus ſupra §. 14. commeatu conceſſo omnia conceſſa videri ſine quibus honeſte & commode commeare non poſſumus: At commode & honeſte ſine uxore & filio ire quis poteſt: Secus in famulis aliisque miniſtris, quia aliquando ſine iis ire ſalva dignitate non poteſt. Tutius tamen eſt nomen & numerum perſonarum deſignare, quod & Galli facere ſolent.

Diſſentit Baldus *d. l. 5. conſ. 408.* putans commeatum conceſſum marito ad urbem Aſtenſem, uxori quoque prodeſſe. Uti jure eundi & habitandi conceſſo: *L. III. V. O. l. 9. ff. Us. & habit:* Verum diverſa hic ratio eſt.

Nam (1) habitatione conceſſa, ex naturæ inſtituto ea ita intelligi debet, ut cum familia, adeoque cum uxore habitet: Natura igitur ſimul habitat uxor, ſed non ſimul iter facit: (2) jure eundi conceſſo, jus illud per alium exerceri poteſt, quia jus non perſonæ ſed prædio inhæret, & in utilitatem, non perſonæ, ſed prædii conſtitutum eſt; quod proinde per alium quoque exerceri poteſt *d. l. 3.* Commeatus autem ſoli perſonæ conceſſus eſt non rei, adeoque extra perſonam effectum non habet.

ADDITIO.

„Conf. *l. 2. §. 1. ff. Us. & hab. §. 2. Inſt. Eod.* „*l. 21. ff. de precar. Diſſert. B. Par. de jur. Vict.* „*Corol. 1.*

„a) (BONA NON QUÆVIS COMPREHENDENTUR:) „Illa ſola ſub commeatu continentur ſine quibus „expediri nequit iter pro dignitate perſonæ: Non „igitur merces &c.

„b) (SED QUÆ SOLITA SUNT:) Rectius quæ „ex conditione perſonæ ad iter aſſumuntur.

„a) (NON SUNT INTELLIGENDI HI QUORUM „CAUSA MAGIS EST ODIOSA:) In odioſis enim „ſtrictam interpretationem obtinere dixit. *Supr.* „*§. 14. & L. 2. c. 16. §. 12.* at ſtatim videbimus „hanc non eſſe veram rationem.

cauſa magis eſt odioſa, quam ipſius cui proſpicitur. [b] Tales ſunt piratæ, latrones, transfugæ, deſertores. [c] Gentis expreſſum nomen in comitibus ſatis oſtendit facultatem ad alios non porrigi.

§. XX.

Jus commeandi [a] cum veniat ex vi poteſtatis, in dubio non exſtinguitur morte concedentis, ſecundum ea quæ [b] alibi diximus de regum & aliorum imperantium beneficiis.

Lib. 11 c. 14 §. 11. 12.

§. XXI.

Diſputari ſolet de eo quod dictum eſt in hunc modum, [a] quamdiu voluero. Et verior eſt ſententia eorum qui exiſtimant [b] durare beneficium tale, [c] etiam ſi novus volendi actus non intercedat, [d] quia durare in dubio præſumitur, quod ad juris effectum ſufficit; [e] non etiam ubi is qui conceſſit deſiit poſſe velle, [f] quod per mortem contingit. [g] Perſona enim ſublata, collabitur etiam illa præſumtio durationis, [h] ſicut accidens interitu ſubſtantiæ.

Canon inc figra tiaſe 5 de reſcr. in VI.

§. XXII.

Commeandi autem ſecuritas ei cui data eſt [a] debetur etiam extra

„*b*) (TALES SUNT PIRATÆ, LATRONES:) Hoc „fieret in fraudem commeatus: Neque enim ex „utilitate, neque ex dignitate commeantis eſt hu„jusmodi hominum genus ſecum ducere: Sed & „commeantibus ſecùritas ſaltem promiſſa eſt, non „impunitas criminum.

„*c*) (GENTIS EXPRESSUM NOMEN IN COMITI„BUS:) V. g. ſi alicui commeatus datur, cum fa„mulis Gallis &c. ſatis conſtat commeatum ad „famulos Germanos non pertinere.

(AD §. XX.) Quæritur an commeatus exſtinguatur morte concedentis? Recte id negat Auctor, ſed rationem non admittimus, quaſi ex vi poteſtatis veniat; Nam hinc nihil ſequitur: Vera ratio eſt quod pacta Principum ſua natura ſint perpetua, adeoque ſemper inde jus alteri quæratur, quod morte concedentis tolli nequit, neque enim quæritur de facto mortui, ſed de jure viventis.

„*a*) (CUM VENIAT EX VI POTESTATIS:) Hæc „eadem eſt ratio quam B. Parens allegat: Prin„ceps enim qui concedit commeatum, eum con„cedit vi imperii ac ſummæ poteſtatis, imperium „autem ſummaque poteſtas non interit morte con„cedentis, adeoque jus vi poteſtatis alii conceſſum „& quæſitum morte concedentis ei auferri nequit.

„*b*) (ALIBI:) *L. 2. c. 15. §. 11. & 12.*

„*a*) (QUAMDIU VOLUERO:) Reſp. tunc tollitur „commeatus morte concedentis, quia mortui vo„luntas amplius non eſt: et ita diſpoſuere partes.

„*b*) (DURARE BENEFICIUM TALE:) Poſtquam „ſemel iterumque eo uſus eſt, qui accepit.

„*b*) (ETIAM SI NOVUS VOLENDI ACTUS NON „INTERCEDAT:) Etſi concedens nec verbis nec ſi„gnis oſtendat ſe adhuc velle.

„*d*) (QUIA DURARE IN DUBIO PRÆSUMITUR, „QUOD AD EFFECTUM JURIS SUFFICIT:) Volun„tas ſemel rite declarata tamdiu valet & durat do„nec de mutatione ejus certo conſtet.

e) (Grot.) (NON ETIAM UBI IS QUI CONCESSIT DESIIT POSSE VELLE, QUOD PER MORTEM CONTINGIT:) L. Lucius Titius. 32. *de donationibus*, ita ut eam emendat vir magnus *Antonius Faber*, *voluero* ponens pro *volueris*. (Conject. Jur. Civ. Lib. II. c. 19.) Adde l. locatio. 4. ff. *locati*: Cardinalem *Tuſchum* pp. concluſion. 751. lit. p. *Reinking*. lib. 11, claſſe 11. c. 8. num. 30.

ADDITIO.

„Tunc enim certo deficit voluntas.

„*f*) (QUOD PER MORTEM CONTINGIT:) Mor„tuus enim velle amplius non poteſt.

„*g*) (PERSONA ENIM SUBLATA COLLABITUR „ETIAM ILLA PRÆSUMTIO DURATIONIS:) Vera „ratio eſt quia voluntas morte deſinit.

„*h*)(SICUT ACCIDENS INTERITU SUBSTANTIÆ:) „Voluntas enim eſt quaſi accidens perſonæ.

a) (DEBETUR ETIAM EXTRA TERRITORIUM CONCEDENTIS:) Commeatus effectus alius eſt inter ſubditos, alius inter extraneos: Illi ex conceſſione

extra territorium concedentis, [b] quia datur contra jus belli, quod per ſe territorio non includitur: ut [c] alibi a nobis dictum eſt. *Lib. III. c. IV. §. 8.*

§. XXIII.

[a] Captivorum redemtio multum habet favoris, maxime apud Chriſtianos, [b] quibus lex divina hoc miſericordiæ genus peculiariter commendat. *Captivorum redemtio, magnum atque præclarum juſtitiæ munus eſt:* verba ſunt Lactantii. Ambroſio captivos redimere, maxime ab hoſte barbaro; [d] præcipua & ſumma liberalitas vocatur. Idem defendit ſuum & Eccleſiæ factum, [e] quod vaſa eccleſiæ, *Mat. XXV. 36. 39. Lib. VI. c. 12. Lib. II. off. c. 15. ibid. c. 28.*

ſione principis obligantur: hi tantum ex humanitate, atque animo officia mutua præſtandi; Nulla enim diſpoſitionis illius vis eſt extra territorium. Atque hinc clauſula ſolet inſeri commeatui, denen unſrigen ernſtlich gebithend die übrige aber gebühreud erſuchend ꝛc.

ADDITIO.

„Senſus Auctoris eſt hoſtem, qui commeatum „hoſti concedit, eum nec in ſuo nec in alieno ter„ritorio violare poſſe; non in ſuo, ex lege com„meatus, nec in alieno, quia ibi jure communi is „qui commeatum impetravit, tutus eſt.

„*b*) (QUIA DATUR CONTRA JUS BELLI QUOD „PER SE TERRITORIO NON INCLUDITUR:) Au„ctor ex erronea illa hypotheſi, *quod jure genti„um hoſtem meum ubique locorum offendere poſſim*, „concludit, dato commeatu hoc jus ceſſare: At „cum theſis illa vera non ſit, etiam concluſio illa „fallit: Nam quod offendi in alieno territorio „non poſſit, non eſt ex commeatu, ſed ex jure „communi, quia in alieno territorio nemini vi „agendi jus competit.

„*c*) (ALIBI:) *L. 3. c. 4. §. 8.*

Ex his quæ dicta ſunt facile aliæ poſſunt decidi quæſtiones, quæ moveri in hac materia ſolent: Ita enim quæritur, an obſeſſa urbe ſi civi ſecuritas data eſt eundi ad alium locum ea competat urbe interim capta: Petrinus Bellus judex cum aliis fuit in cauſa Marchionis Maſſeranſis Venetias abituri, & eum iter pararet, cum urbe capta capti; Atque cauſam indeciſam relictam fuiſſe ait *part. 9. n. 15. usque ad 21. Angel. Conſ. 363.* quia Marchio deſeruit litem: Nos dicimus recte captum eſſe: quia ſecuritas eundi Venetias, non commorandi in loco, adeoque in itinere non domi conceſſa fuit, alia autem eſt ſecuritas domi alia itineris, neque hæc intentio fuit diſponentium ut domi tutus ſit commeaturus, quia ea ſecuritate inter ſuos non indigebat, ſed tantum inter hoſtes: nec fides data eſt ut cum terris ſuis tutus ſit ab invaſione bellica, ſed ne in via pro hoſte habeatur; idque ſignificant verba commeatus actum ſcilicet meandi: Denique ratione manſionis dubia ſaltem mens eſt, adeoque hactenus nihil actum videtur. *Zouch. 2. 9. 19.*

Porro quæritur an ſecuritas tempore induciarum data tollatur ruptis induciis? Negatur, (1) quia eam non ex cauſa induciarum ſed commeatus habuit, altera vero ceſſante altera non tollitur: (2) quia in induciis etiam ſine commeatu tutus fuit. Commeatus ergo per ſe jus dat, non jure induciarum ubi eo opus non eſt: (3) Securitas per commeatum in genere conceſſa eſt, quod autem ultra inducias durare non debeat, id incertum, adeoque nullum inde jus oritur; & ita ex Belli ſententia miles Gallus cui ſecuritas commeandi a præfecto Aſtenſi data fuit, cum captus eſſet finitis induciis, dimiſſus eſt *p. 9. tit. 1. n. 30. Zouch. 2. 9. n. 23.*

a) (CAPTIVORUM REDEMTIO MULTUM HABET FAVORIS:) Sæpius jam dictum eſt Auctorem jura naturæ deducere ex eo quod favorabile aut odioſum eſt; quæ tamen diſtinctio mere civilis eſt, & ad diſciplinam juris naturæ plane non pertinet.

„*b*) (QUIBUS LEX DIVINA:) Hæc jus non facit, „ſed perfectionem inculcat.

„*c*) (JUSTITIÆ MUNUS EST:) Lactantius juſti„tiam vocat miſericordiam, vel humanitatem *L. „6. de vero cult. c. 10.* adeoque eo ſenſu (qui pla„ne ad juris prudentiam de qua inter homines agi„tur non pertinet) juſtitiæ partem facit redemtio „captivorum.

„*d*) (PRÆCIPUA ET SUMMA LIBERALITAS:) „Hoc omnino verum eſt, et ad juſtitiam non per„tinet.

e) (Grot.) (QUOD VASA ECCLESIÆ ETIAM INITIATA CONFREGERINT, UT CAPTIVI REDIMERENTUR:) Imitatus hoc Ambroſii factum Auguſtinus, narrante *Poſſidio*, (*De Vit. Auguſtin.* Cap. 24.) qui contra carnalem ſenſum quorundam id factum dicit. Imitatus eſt & in eadem Africa epiſcopus Deogratias, narrante *Victore Uticenſi* lib. 1. Vas quod Remigii fuerat, datum ad redimendos a Normannis captivos narrat in Remigii vita *Hincmarus*. Simile factum archiepiſcopi Bremenſis Rimberti laudat *M. Adamus* Bremenſis eccleſiaſticæ hiſtoriæ cap. 32. Probat hoc ſynodus univerſalis ſexta, decreto relato in *cauſam* XII, *quæſtione* II. Quæ adjungenda his, quæ diximus ſupra hoc libro cap. V. § 2.

ADDITIO.

„Idque per leges quoque poſtea approbatum eſt

 „*Vid.*

Digitized by Google

cleſiæ, *f* etiam initiata, confregerint ut captivi redimerentur. *g* *Ornatus*, inquit, *ſacramentorum*, *redemtio captivorum eſt*, & multa alia in eandem ſententiam.

§. XXIV.

1. Quibus adducor ut non audeam indiſtincte *a* probare leges illas quæ captivos redimi vetant, quales *b* apud Romanos fuiſſe legimus: *Nulli civitati viliores captivi quàm noſtræ*, *c* ait in Senatu Romano quidam. Eadem civitas *d* Livio dicitur minime in captivos jam inde antiquitus indulgens. Nota eſt in hanc rem *e* Horatii ode, ubi captivos redimere vocat *f* conditiones fœdas, & exemplum perniciem trahens: *g* flagitio additum damnum. Sed quod Ariſtoteles in Laconum inſtitutis reprehendit, idem in Romanorum culpari ſolet: *h* nimis ſcilicet illa omnia directa ad res bellicas, quaſi in illis ſolis ſalus civitatis conſiſteret. Atqui ſi rem humanitatis modo æſtimamus, *i* ſatius ſæpe eſſet jus quod bello petitur amitti, *k* quam plurimos homines, & quidem cognatos aut populares, relinqui in graviſſimis ærumnis.

I. Vid. lib XXI. c. 59. *Ibid.* *III Od. 5.* *Politic. Lib. II. c. 7. & lib. VIII. c. 3.*

2.

„*Vid* §. 8. *Inſt. rer. div. l.* 21. *c. St. eccl. Nov.* 7. „*c.* 8. Add. *Socrat. hiſt. ecl. l.* 7. *c.* 21. *Sozom.* 4. „24. & §. 12.

„*f*) (ETIAM INITIATA:) Quibus ad ſacrum „uſum jam uſi fuiſſent ſacerdotes.

„*g*) (ORNATUS INQUIT SACRAMENTORUM:) „Si ſuppellex ſacra impendatur in redimendos ca„ptivos, honoratur & ornatur, non violatur: *Gron. b.*

a) (PROBARE LEGES ILLAS QUÆ CAPTIVOS REDIMERE VETANT:) Imo ob utilitatem publicam id licet, in illis qui armati capiuntur: quia mori potius pro patria quam arma hoſti tradere debent: Adeoque hac lege nulla ſpes militibus niſi in victoria poſita eſt.

b) (APUD ROMANOS:) Imo non vetantur redimi, nam aliquando id fieri ſolet: *Vid. l.* 12. *pr. ibi nihil comprehenſum ff. capr. & poſtl.* Sed & propriis bonis ſe redimere poſſunt *l.* 3. *c. an Serv ex fact l.* 7. §. 8. *l. dol. mal.*

ADDITIO.

„Non deſunt exempla redemtorum captivorum „quæ allegat M. Junius apud *Liv. l.* 22. *c.* 59. & „certas leges de permutandis captivis inter Roma„nos & Pœnos refert *Liv. l.* 22. *c.* 23.

„*c*) (AIT IN SENATU ROMANO QUIDAM:) M. „Junius legatus eorum qui ad Cannas capti ſunt. „*Vid. Liv. l.* 22. *c.* 59.

„*d*) (LIVIO:) *L.* 22. *c.* 61. Unde nec ad Cannas „captos redimere ſenatus voluit *d. c.* 61.

„*e*) (HORATII ODE:) *L.* 3. *ode* 5.

„*f*) (FOEDAS:) Quod his milites reddantur „ſegniores, & facilius armis abjectis conſentiant in „captivitatem, certi ſe redemtum iri: *Gron. b.* „Quod graviter exaggerat T. Manlius Torquatus „in oratione quam de non redimendis captivis in „ſenatu pronuntiavit apud *Liv. d. c.* 61.

„*g*) (FLAGITIO ADDITUM DAMNUM:) Exhau„riretur enim ærarium pro liberandis eis quorum „ſcelus accuſatur: *Vid. Liv. d c.* 61. Atque hinc „Tryphoninus ait, Romanos in pace de captivis „nihil dicere ſolere, *quia ſpem revertendi civibus* „*in virtute bellica magis quam in pace Romani eſſe* „*voluerunt L.* 12. *pr. ff. capr. & poſtl.* Vid. *ſupr. l.* „3. *c.* 9. §. 4. *n.* 2.

„*h*) (NIMIS SCILICET ILLA OMNIA DIRECTA „AD RES BELLICAS:) Quod plenius examinavi„mus ſupra *l.* 3. *c.* 17. §. 2. *c.* 18. §. 1. *n.* 2. & *c.* 9. „§. 4. *n.* 2. ubi notavimus non quosvis captos ne„glectos fuiſſe, ſed eos ſaltem qui armati adeoque „ignavia aut culpa ſua capti ſunt, quod ex oratione „Manlii Torquati apparet apud *Liv. l.* 22. *c.* 61.

„*i*) (SATIUS SÆPE ESSET JUS QUOD BELLO „PETITUR AMITTI QUAM PLURIMOS HOMINES:) „Si plures illi homines ſua ignavia ſuoque ſcelere „in hoſtium poteſtatem venerint, ſatius eſt homi„nes illos amittere, quod de captis ad Cannas „judicat Torquatus apud *Liv. d. l.* 22. *c.* 60.

k) (Grot) (QUAM PLURIMOS HOMINES, ET QUIDEM COGNATOS AUT POPULARES, RELINQUI IN GRAVISSIMIS ÆRUMNIS:) De Mauritii Imperatoris ob tale factum ſeria admodum pœnitentia vide *Zonaram*. (Lib. XIV. Cap. 13. pag. 77, 78. *Ed. Reg.*)

„*l*)

2. Non videtur ergo lex talis juſta, [l] niſi appareat opus tali rigore ut majora aut plura mala alioqui moraliter inevitabilia caveantur. [m] Nam in tali neceſſitate, cum ipſi captivi ex caritatis lege ſuam ſortem patienter ferre debeant, poteſt hoc eis injungi, & aliis nequid contra faciant præcipi, ſecundum ea quæ de cive ob bonum publicum dedendo ſcripſimus alibi. *Lib. II, c. XXV. §. 3.*

§. XXV.

[a] Non ſunt quidem moribus noſtris ſervi qui bello capiuntur: non dubitem tamen quin jus exigendi pretium redemtionis a capto poſſit ab eo qui captum tenet [b] in alium transſcribi: [c] nam & incorporalia alienari natura patitur.

§. XXVI.

[a] Et poteſt idem pluribus debere pretium, ſi ab uno dimiſſus, pretio nondum ſoluto, captus ſit ab alio: ſunt enim diverſa hæc debita ex diverſis cauſis.

§. XXVII.

Conventio de pretio facta [a] reſcindi non poteſt, eo quod captus intelligatur locupletior quam credebatur: [b] quia jure gentium externo, de quo quærimus, [c] nemo cogitur ſupplere quod in contra-

ctu

„*l*) (NISI APPAREAT OPUS TALI RIGORE:) „Neque Romani ea lege utebantur niſi in tali caſu, quo quis bello & armatus captus eſt, quod ex „hiſtoria captorum ad Caunas apparet.

„*m*) (NAM IN TALI NECESSITATE CUM IPSI „CAPTIVI EX CARITATIS LEGE SUAM SORTEM „PATIENTER FERRE DEBEANT:) Idem fere Ly-„ſiſtratus Cyzicenorum prætor captivis civibus re-„ſpondit apud *Appian. bell. Mithr. p.* 220.

„*a*) (NON SUNT QUIDEM MORIBUS NOSTRIS „SERVI:) Vid. ſupr. *l. 3. c. 7. §. 9.*

b) (IN ALIUM TRANSCRIBI:) Jus exigendi litrum ſeu pretium redemtionis ab ipſa natura eſt, cum enim hoſtis in noſtram poteſtatem redigatur, tamdiu retineri in ea poterit, donec damnum datum reſtituerit, ſi igitur ejus loco litrum promittit, id valet, & captus inde obligatur, quia ita diſpoſuit: Hoc ergo jus alii cedi & in alium tranſcribi poteſt, quia cedens verum jus in alterum transfert: uti in quovis alio nomine.

Apud Chriſtianos jus lytri exigendi in locum ſervitutis ſurrogatum eſt, & hodie ſtatuta militaria fieri de lytro ſolent. *Vid. Rec. Imp. de anno 1500. & 1542. & 1570. ubi art. 95. militi conceditur ut ſe ipſum redimat.* Hoc & hoſtes inter ſe ſervant, ut in bello Neapolitano inter Gallos & Hiſpanos obſervatum refert Mariana *l. 27. c. 18.*

ADDITIO.

„De redemtione captivorum *vide Differt. Pro-„œm. XII. d. c. 7. §. 9. l. 3. c. 14. §. 9.*

„*c*) (NAM ET INCORPORALIA ALIENARI NA-„TURA PATITUR:) *L. 3. c. 7. §. 4. l. 3. c. 8. §. 4. „n. 2. l 3. c. 9. §. 6. n. 1. l. 3. c. 20. §. 12. n. 2.*

„*a*) (ET POTEST IDEM PLURIBUS DEBERE PRE-„TIUM SI AB UNO DIMISSUS:) Quia duæ diverſæ „ſunt capturæ, adeoque duæ liberationes, duæque „redemtionis pretia.

a) (RESCINDI NON POTEST EO QUOD CAPTUS INTELLIGATUR LOCUPLETIOR QUAM CREDEBATUR:) Si quis putat captum eſſe pauperem, ideoque pro levi pretio ei libertatem concedit, poſtea compertum ipſe habet eſſe divitem. Quærit an majus pretium exigere poſſit? Negatur: quia partes prout diſponunt ita jus eſt, adeoque pacta hæc valent non ex quantitate bonorum ſed ex voluntate partium.

ADDITIO.

„Neque læſio ultra dimidium, quæ mere civilis „eſt, effectum producere jure naturali poteſt atque „ita ſentiunt *Guid. Pap. q. 133. Papon de arreſt. l. „5. t. 6. am. 1.* Conf. *Burgers cent. 1. Q. 30.*

„*b*) (QUIA JURE GENTIUM EXTERNO DE QUO „QUÆRIMUS:) Sæpius dictum eſt tale jus gentium „externum plane non dari nec de eo hic quæri.

„*c*)(NEMO COGITUR SUPPLERE QUOD IN CON-

ctu minus æquo pretio promiſit, [d] ſi dolus non interceſſit; ut intel-
L. 11. c. 12. §. 26. ligi poteſt ex his qnæ de contractibus [e] ſupra a nobis explicata ſunt.

§. XXVIII.

Ex eo quod diximus captivos noſtros ſervos non eſſe, ſequitur [a] ceſſare illam acquiſitionem univerſalem, [b] quam acceſſionem eſſe *L. 111. c. VII. §. 4.* dominii in perſonam diximus alibi. Non alia ergo captori acquirentur [c] quam quæ ſpecialiter apprehenderit: quare [d] ſiquid clam ſecum habet captivus, non erit acquiſitum, [e] quia nec poſſeſſum. *L. poſt deri. 3. §. Nerati. ut. 3 D. de acqu. poſſ.* Sicut [f] Paulus Juriſconſultus contra Brutum & Manlium reſpondit, qui fundum poſſeſſione cepit, theſaurum quem in fundo eſſe neſciat, non cepiſſe: quia qui neſcit nequeat poſſidere. Cui conſequens eſt, [g] ut res eo modo celata ad redemptionis pretium ſolvendum prodeſſe poſſit, quaſi retento dominio.

§. XXIX.

1. Quæri & hoc ſolet, [a] an pretium conventum & ante mortem non ſolutum ab hærede debeatur. Expedita mihi videtur reſponſio, [b] ſi in carcere mortuus eſt non deberi: promiſſo enim inerat [c] conditio ſi liberaretur, [d] mortuus autem non liberatur. Contra, [e] ſi mor-

„TRACTU MINUS ÆQUO PRETIO PROMISIT:) „Quaſi jure gentium interno, id eſt jure naturæ „ad id teneatur diſpooens? Hoc meri-juris civilis „Romani eſſe vidimus ſupra *l. 2. c. 12.* § 26.

„*d*)(SI DOLUS NON INTERCESSIT:) Si dolus in„terceſſit agitur ſeparatim ad id quod intereſt. *Vid.* „*ſupr. l. 2. c. 11. §. 7. n. 2. & c 12. §. 17.*

„*e*) (SUPRA:) *L. 2. c. 12. §. 26.*

(AD §. XXVIII.) Quæritur an capta perſona etiam quod ſecum habet captum videtur? Negatur: niſi id ſimul captum ſit, hinc ſi vel hoſtis non ſpoliet, vel captus clam aliquid penes ſe habeat adeo id ejus manet, ut etiam pro obtineoda libertate io ſolutum dari poſſit. *Burgers cent 1. O. 31.*

ADDITIO.

„Hæc quæſtio moveri poteſt inter Chriſtianos, „ubi ſervitus ceſſat: At inter gentes, quæ captos „ſervos faciunt, non tantum perſona ſed & res ac „jura poteſtati domini ſubjiciuntur:

„*a*) (CESSARE ILLAM ACQUISITIONEM UNI„VERSALEM:) Qua captus tum qnoad perſonam „tum quoad bona tum quoad jura in poteſtatem „victoris ipſo jure tranſit.

„*b*) (QUAM ACCESSIONEM ESSE DOMINII IN „PERSONAM:) Poſita ſervitute res omnes, quæ ſi„mul captæ ſunt, etiam incorporales, cum perſo„na acquiri domino dixit Auctor *Supra l. 3. c. 7.* „*§. 3. n. 2. & §. 4. Conf. l. 2. c. 5. §. 28. & l. 3.* „*c. 14 §. 2. n. 2.*

c) (QUAM QUÆ SPECIALITER APPREHENDERIT:) Nam noo poteſt dici in ejus poteſtate eſſe quod ignorat.

d) (SI QUID CLAM SECUM HABEAT CAPTIVOS:) Imo & ſi palam, ſi id ereptum non fuit.

„*e*) (QUIA NEC POSSESSUM:) Qui enim neſcit „poſſidere nequit *l. 3. §. 3. ff. Acq. poſſ.* animus „enim poſſidendi eſt poſſeſſionis anima. *l. 1. §. 3.* „*l. 3. §. 1. l. 8. ff. Acq. poſſ.*

„*f*) (PAULUS:) In *l. 3. §. 3. ff. Acq. poſſ.*

„*g*) (UT RES EO MODO CELATA AD REDEM„TIONIS PRETIUM SOLVENDUM PRODESSE POS„SIT? Poſſit numerari in parte pretii, nec poſſit „dicere qui cepit, eam rem jam ſuam fuiſſe, ex „quo dominium ceperit. *Gron. h.*

a) (AN PRETIUM CONVENTUM ET ANTE MORTEM NON SOLUTUM, AB HÆREDE DEBEATUR:) Affirmatur, quia jure gentium debetur ex fide data, modo vere liber fuerit, quia capiens ſuum factum pro quo pretium promiſſum erat, præſtitit: Secus ſi captus in carcere mortuus ſit: nam Lytron eſt pretium libertatis, quod proinde non debetur, niſi ex quo dimiſſus eſt: Dimiſſus autem intelligitur ſi facultas abeundi data eſt, etſi ipſe ultro forte remaneat: Si cooducendus fuit ad hoſtes, non niſi eo deductus fuerit, adeoque non debetur pretium ſi io itinere moritur, quia nondum eſt traditus, niſi hoſtis ſit io mora recipiendi.

„*b*) (SI IN CARCERE MORTUUS EST NON DE„BERI:) Quia pro libertate debetur,

„*c*) (CONDITIO SI LIBERARETUR:) Imo pura „promiſſum eſt pretium pro libertate, quam alter „noo præſtat.

„*d*) (MORTUUS AUTEM NON LIBERATUR:) Ad„eoque capiens non præſtat id quod promiſit, de„ficit

mortuus eſt cum in libertate eſſet, deberi. Jam enim lucratus erat id pro quo promiſſum erat pretium.

2. Plane fateor & aliter conveniri poſſe, ut [f] ab ipſo contractus momento pure debeatur pretium, & captivus tantum retineatur, non jam ut jure belli captus ſed ut [g] a ſe oppignoratus: Et contra pactum iniri poſſe, ut procedat pretii ſolutio, [h] ſi die præſtituto qui captus ſit, liber vivat. [i] Sed hæc ut minus naturalia non præſumuntur acta, niſi manifeſtis documentis.

§. XXX.

Proponitur & illud, [a] an in carcerem redire debeat qui dimiſſus eſt ſub pacto, ut faceret dimitti alterum qui factum morte prævenerit. [b] Diximus alibi, factum tertii [c] liberaliter promiſſum [d] ſatis impleri ſi nihil omittitur ex parte promiſſoris: [e] at in onerosis Lib. II. c. XI. §. 22. & XV §. 16. Hoc libro c. XX. §. 58.

„ficit ergn obligatio.

„e) (SI MORTUUS EST CUM IN LIBERTATE „ESSET, DEBERI:) Etſi forte apud hoſtem remanſerit, quia culpa & mora eſt in remanente, capiens id quod promiſit præſtitit: facultatem abeundi conceſſit. Promittens igitur, tenebatur „negotio quippe perfecto: Jus in liberantem translatum eique quæſitum fuit. Liberatus igitur debebat ex ſuis bonis quæ ad hæredem cum omni „onere tranſieruot: Hactenus hæres plus ſuo habet, quod ei cui id abeſt ex naturæ regula reſtituere tenetur.

„f) (AB IPSO CONTRACTUS MOMENTO PURE „DEBEATUR:) Sine conditione plenæ libertatis receptæ: Vid. *Gron. b.*

„g) (A SE OPPIGNORATUS:) Quia ſe ipſe pro „pretio tamdiu pignori dediſſe videtur donec id „vere ſolutum fuerit.

„h) (SI DIE PRÆSTITUTO, QUI CAPTUS SIT, „LIBER VIVAT:) Si ſcilicet pacto id in ſpecie „actum eſt ut (1) precium non ſolvatur niſi certo „die, & (2) redemtus eò tempore vivat, & (3) in „plena libertate: Prout enim partes de jura ſuo „diſponunt, ita jus eſt.

„i) (SED HÆC UT MINUS NATURALIA NON „PRÆSUMUNTUR &c.) Jure naturæ oihil alind inſpicitur, præter id ſolum, an liber, adeoque an „id quod capiens promiſit, præſtitum ſit.

a) (AN IN CARCEREM REDIRE DEBEAT QUI DIMISSUS EST SUB PACTO UT FACERET DIMITTI ALTERUM &c.) Reſp. Redire debet, ſi alter *ante* dimiſſionem moritur, non ſi *poſt*, quia hoc caſu revera dimiſſus, & ſic fides data impleta fuit; mors igitur dimiſſi non magis nocet alteri quam ſi in patria mortuus fuiſſet.

Agitata hæc cauſa fuit inter Jovium, Marianam, Guicciardinum, & Parutam: Carvajalius Hiſpanus a Gallis, Balionius Gallus ab Hiſpanis captus erat; Balionius dimittebatur ea lege ut Carvajalius mutuo dimitteretur: Carvajalius moritur ante reditum, repoſcitur Balionius quod fidem non præſtitit, ſeu conditionem non implevit: quæritur an jure? Reſp. Balionius non tenebatur redire ſi Carvajalius dimiſſus & inter moras receptionis mortuus fuit.

ADDITIO.

„Quæſtionem hanc nervoſe decidit B. Parens in „diſputatione de jure victoriæ *§. 35. n. 7.* verba „hæc ſunt; Balionius ea lege dimiſſus ab Hiſpanis „fuit, ut Carvajalius a Gallis captus vice mutua reſtitueretur. Huncantequam traderetur, mortuum „fuiſſe ait Mariana *de Reb. Hiſp. l. 30* Paruta vero, „Guicciardinus, Jovius & alii, deductum eum ad „Hiſpanos, quousque potuerit, & inter moras recipiendi mortuum fuiſſe referunt. Gentilis *l. 2.* „*de re mil. c. 15.* Balionium abſolvit, ex fictione illa „juris civilis in *l. 37. ff. Reg. jur.* Grotius conſentit in actu liberali, in onerosa æſtimationem „ſaltem deberi putat, quæ tamen nulla eſt, ſi nullum debitum ſit. Nos in terminis quos recenſet „Mariana, ſatis factum negamus, quos reliqui, „aſſerimus: quia ſuum factum præſtitit Balionius: „receptio vero non ejus, ſed Hiſpanorum factum „fuit.

„b) (DIXIMUS ALIBI:) *L. 2. c. 11. §. 22. c. 15.* „*§. 16. l. 3. c. 20. §. 58.*

„c) (LIBERALITER PROMISSUM &c.) Paſſim „jam dictum eſt favorem vel odium jure naturæ „nec jus dare nec minuere, atque hanc interpretationem eſſe mere civilem: Vide *indicem* voce „*favorabilia*, & *odioſa*.

„d) (SATIS IMPLERI SI NIHIL OMITTITUR „EX PARTE PROMISSORIS:) In quibus cauſis regula quod pro facto habeatur ſi per promittentem „non ſtat, obtineat alibi explicavimus: Vid. Jus „controv. *L. 12. tit. 4. q. 6. & 7.*

„e) (AT IN ONEROSIS: Imo & in favorabilibus: nam qui aliquid quocunque modo promiſit

roſis obligari promiſſorem ad id quod tantundem valet. Sic ergo in propoſita quæſtione *f* non tenebitur quidem dimiſſus reddere ſe cuſtodiæ; *g* neque enim id conventum fuit, *h* neque tacite actum intelligi patitur favor libertatis, neque debebit lucrifacere libertatem: *i* ſed ejus quod præſtare non poteſt æſtimationem præſtabit. Hoc enim *k* naturali ſimplicitati congruentius, quam quæ in actione de præſcriptis verbis & de condictione ob cauſam dati cauſa non ſecuta Romani juris interpretes tradunt.

L. natu ralis 5. § de p. æſc verb l ait D. de con ob cauſ. dati

CAPUT XXII.

De fide minorum poteſtatem in bello.

I. *Ducum genera.*
II. *Quatenus eorum pactio obliget ſummam poteſtatem:*
III. *Aut occaſionem obligationi det.*
IV *Quid ſi factum quid contra mandatum? ubi diſtinctiones adhibentur.*
V. *An tali caſu pars altera obligetur.*
VI. *Quid belli duces aut magiſtratus poſſint circa inferiores ſe, aut pro iiſdem.*
VII. *Pacem facere ducum non eſſe:*
VIII. *An inducias dare, diſtinguitur.*
IX. *Qua ſecuritas perſonarum, qua res ab ipſis concedi poſſint.*
X. *Stricte interpretanda talia pacta, & quare?*
XI. *Quomodo interpretanda deditio a duce accepta.*
XII. *Quomodo cautio, ſi regi aut populo viſum fuerit.*
XIII. *Quomodo promiſſum de oppido tradendo.*

§. I.

„miſit vel tenetur præſtare promiſſum, vel tan„tundem.

„*f*) (NON TENETUR QUIDEM DIMISSUS RED„DERE SE CUSTODIÆ:) Imo tenetur ſi alter ante „dimiſſionem moritur, non ſi poſt.

„*g*) (NEQUE ENIM ID CONVENTUM FUIT:) „Imo verbis id ſua natura continetur, quia lex „conventionis impleta non eſt, adeoque tota di„ſpoſitio ceſſat & omnia in priſtinum ſtatum re„ſtituuntor.

„*h*) (NEQUE TACITE ID ACTUM PATITUR „FAVOR LIBERTATIS:) Id neque ex pacto tacito „neque ex favore libertatis ſequitur, ſed ex lege „conventionis.

i) (Grot.) (SED EJUS QUOD PRÆSTARE NON POTEST ÆSTIMATIONEM PRÆSTABIT:) Id non fecit Paulus Balionius ea lege dimiſſus ut Carvajalium reſtitueret libertati, qui Carvajalius, antequam liberaretor, mortuus fuit: quo nomine reprehendit Balionium *Mariana* libro xxx. (Cap. 21.) Sed facti ſpeciem paullo aliter narrat *Paruta* libro II.

ADDITIO.

„Imo non liberatur præſtando æſtimationem „pro eo qui mortuus eſt *ante* dimiſſionem, ſed „deficiente conventione ipſe redire tenetur: Si „vero *poſt* dimiſſionem deceſſit nec æſtimationem „ſolvere tenetur.

„*k*) (NATURALI SIMPLICITATI CONGRUENTI„US QUAM QUÆ IN ACTIONE DE PRÆSCRIPTIS „VERBIS ET DE CONDICTIONE OB CAUSAM DA„TI CAUSA NON SECUTA JURISCONSULTI TRA„DUNT:) Quando factum aliquod præſtatur ut in „ejus compenſationem fiat aliod, jure Romano „actio præſcriptis verbis datur, ad id ut alter im„pleat. *l. 5. §. 4. l. 5. ff. de præſcr. verb.* vel tan„tundem præſtet. *l. 44. §. f. ff. de obl. & act. l. 13.* „*in f. ff. re jud. l. 7. f. præſcr. verb.* At eligere „quoque poteſt an condicere id quod dedit, cauſa „quippe non ſecuta, velit *l. 5. §. 2. l. 7 ff. de* „*præſcr. verb. l. 3. §. 5. l. p. ff. Cond. cauſ. dat.* „*Conf. jus meum controv. tit de Cond. caus. dat.* „*q. 6. & 7.* Exceptio eſt ſi per alterum non ſtat „quominus cauſa ſequatur, tunc enim nec condi„ctio datur ei qui promiſſum præſtitit, nec ad „tantundem tenetur is qui ob caſum ſupervenien„tem promiſſum præſtare nequit *l. 3. §. 3. l. 8. l.* „*5. pr. ff. Cond. caus dat.*

AD §. 1.) Duo hoc capite quæruntur, (1) quatenus ex facto ducum belli obligetur ſumma poteſtas *§. 1. ſeq.* (2) quatenus inferiores ex actibus ducum vel magiſtratuum obligentur *§. 6. ſeq.* Præmittendum hic eſt, inferiorem poteſtatem, v. g. ducem vel magiſtratum fidem regulariter dare de re publica non poſſe, quia ſummæ tantum poteſtati de ea diſponendi jus eſt. Exc. (1) ſi vi officii & mandati fides illa continetur; valet ergo promiſſio militibus facta de præda iis diſtribuenda, ſi v. g. anceps ſit victoria (2) ſi ſuperior ratihabet, tunc enim nullum dubium eſt, quin valeat fides data: ex conſenſu ſuperioris; ſed & (3) ſuperior inde obligatur, ſi id propter quod fides data eſt, in rem ejus verſum ſit, & quatenus verſum eſt.

Cæterum de ſuo jure privato diſponere inferiores poteſtates poſſunt, & quatenus diſponunt ita jus eſt.

AD-

§. I.

1. Inter publicas conventiones Ulpianus & hanc ſpeciem poſuit, *quoties inter ſe duces belli quædam paciſcuntur.* [a] Nos diximus poſt fidem datam a ſummis poteſtatibus, agendum & de ea [b] quam dant minores inter ſe [c] aut aliis: ſive minores illi ſummis ſint proximi, quales ſunt [d] duces excellenter dicti, de quibus illud Livii capiendum: *Nec ducem novimus niſi cujus* [e] *auſpicio bellum geritur:* [f] ſive longius remoti; quos ſic diſtinguit Cæſar: *aliæ ſunt legati partes, aliæ Imperatoris.* [g] *Alter agere ad præſcriptum, alter libere ad ſummam rerum conſulere debet.* *L. conventionum, §. D de pactis* *Lib IV. c 20.* *Comm. III, c. 51. De Bell. Civ.*

§. II.

Eſt autem [a] in horum promiſſis duplex inſpectio; nam aut hoc quæritur, [b] an ſummam poteſtatem obligent, [c] aut an ſe ipſos. [d] Prior quæſtio definienda eſt ex eo [e] quod alibi diximus, obligari *L. 11, XI §. 12.*

ADDITIO.

„Poſtquam Auctoc examinavit fidem hoſti a „ſumma poteſtate datam, hoc capite agit de ea fide quam minores poteſtates, v. g. duces belli, „legati, magiſtratus &c. aut inter ſe dant aut aliis §. 1.

„Et *primo* quidem loco quærit *an ſumma poteſtas ex tali fide data obligetur?* quod affirmat „(*a*) ſi intra fines conceſſæ facultatis fides data ſit: „quia probabiliter id ipſorum officio contineri „cenſetur, vel ſi quidem ſub officio non continetur de ſpeciali tamen præpoſitione conſtet: §. „2. & §. 4. (*b*) ſi conſentiat, ratihabendo id „quod actum eſt vel expreſſe vel tacite: (*c*) ſi locupletior inde facta ſit: §. 3. Unde concludit „alterum cum quo contractum eſt ſimiliter obligari neque contractum hunc eſſe unilateralem §. 5.

„*Secundo* quærit, *an inferiores quoque obligentur ex pacto minorum poteſtatum?* adeoque an „miles ex pacto ducis, ſubditi ex pacto magiſtratus? Affirmat Auctor ſi fides detur intra actus „qui ſolent ab ipſis imperari §. 6. non intra actus „reliquos §. 6. Idem dicendum ait, ſi pactum „ipſis ſit utile at cum onere conjunctum *d.* §. 6.

„Atque ex his jam concludit (1) Ducem belli „pacem facere non poſſe §. 7. (2) inducias a quolibet præfecto circa locum vel actum ſuæ fidei „commiſſum contrahi poſſe §. 8. (3) Ducem „prædam quærendam non quæſitam, militibus concedere poſſe; §. 9. modo id fiat intra fines adminiſtrationis *d.* §. 9. *n.* 1. (4) dimittere eum „poſſe captos, & impunitatem promittere §. 9. *n.* „2. & 3.

„Tandem regulas interpretationis ſubjicit tum „intuitu ſummæ poteſtatis, tam intuitu minorum poteſtatum. Cavendum enim (*a*) ait, „ne ipſorum facto ſumma poteſtas plus quam „vellet obligetur: (*b*) ne officium ſit damnoſum ducibus; §. 10. Unde deditionem, a duce acceptam pure, ita interpretandam eſſe ait, „ut de eo regis arbitrium ſit. §. 11. Cautionem ſi „regi viſum fuerit ita interpretandam, ut dux ad „nihil teneatur ſi rex nolit, niſi quatenus locupletior factus eſt. §. 12. Denique promiſſum de oppido tradendo hanc pati interpretationem, ut præſidium dimitti poſſit. §. 13. Singula in ſequentibus examinabimus.

„*a*) (NOS DIXIMUS:) *L. 3. c. 20. §. 1.*

„*b*) (QUAM DANT MINORES INTER SE:) V. g. „duces belli, præfecti, legati, minores magiſtratus &c.

„*c*) (AUT ALIIS!) V. g. ſubdito hoſtis.

„*d*) (DUCES EXCELLENTER DICTI:) Integris „exercitibus præfecti. *Gron. h.*

„*e*) (AUSPICIO:) Auſpicia nemo habebat niſi penes quem ſummum erat imperium *Horat, 4. O.* „14. *Gron. h.*

„*f*) (SIVE LONGIUS REMOTI:) V. g. legati, „præfecti urbis obſeſſæ &c.

„*g*) (ALTER AGERE AD PRÆSCRIPTUM.) Adeoque præciſe intra fines mandati ſe continet.

„*a*) (IN HORUM:) Minorum ſcilicet poteſtatum.

„*b*) (AN SUMMAM POTESTATEM OBLIGENT:) „Si ſcilicet ejus nomine fidem dant.

„*c*) (AUT AN SE IPSOS:) Quod Auctor §. 4. „examinat. Repetenda ſunt ea quæ ſupra late de „ſponſionibus, & quatenus ex iis duces obligentur, tractavimus. Vide *indicem* voce *ſponſio.* Sed „& præterea diximus *pr. h. c.* ducem obligari quoties de ſuo jure privato diſponit, quia hoſti quoque fides ſervanda eſt.

d) (Grot.) (PRIOR QUÆSTIO DEFINIENDA EST EX EO, QUOD ALIBI DIXIMUS:) Vide *Camdenum* in anno CIↃ IↃ XCIV, in pronuntiato Comitis Mirandæ in cauſa Haukinſi. (*Pag. 630.*)

ri nos & [f] per eum quem voluntatis noſtræ miniſtrum elegerimus, [g] ſive voluntas illa ſpecialiter expreſſa eſt, [h] ſive ex ipſa præpoſitionis natura colligitur. [i] Nam qui dat facultatem, dat quantum in ſe eſt quæ ad facultatem ſunt neceſſaria, [k] quod in materia morali intelligendum eſt morali modo. Duobus ergo modis poteſtates minores ſupremam ſuo facto obſtringunt, [l] faciendo id quod probabiliter ipſorum officio cenſetur, aut etiam [m] extra illud ex [n] ſpeciali præpoſitione [o] nota publice aut iis quorum res agitur.

§. III.

[a] Sunt & alii modi quibus poteſtas ſumma obligatur, [b] antecedente miniſtrorum facto, [c] ſed non ita ut id factum cauſa ſit proprie dicta, ſed ut occaſio ſit obligationis: idque dupliciter, vel per conſenſum, vel per rem ipſam: Conſenſus apparet ratihabitione, [d] non tantum expreſſa ſed & tacita, id eſt, [e] ubi ſcivit ſumma poteſtas quod actum erat, & fieri paſſa eſt, [f] quæ ad aliam cauſam referri probabiliter non poſſunt; quod ipſum quomodo procedat [g] alibi tractavimus. [h] Per rem hactenus obligantur [i] ne locupletiores fiant aliena jactura, id eſt [k] ut aut contractum præſtent ex quo commodum volunt conſequi, [l] aut de commodo diſcedant, de qua

L. 11. c. IV. §. 5 & c. XV. §. 17.

æqui-

„e) (QUOD ALIBI DIXIMUS:) *L. 2. c. 11. §. 12.*

„f) (PER EUM QUEM VOLUNTATIS NOSTRÆ „MINISTRUM ELEGIMUS:) Et qui nudum inſtru„mentum eſt, per quod agimus.

„g) (SIVE VOLUNTAS ILLA SPECIALITER EX„PRESSA EST:) Literis ſpecifice comprehenſa.

„h) (SIVE EX IPSA PRÆPOSITIONIS NATURA „COLLIGITUR:) Ita enim toto belli negotio alicui „commiſſo omnia ea continentur ſine quo bellum „geri nequit.

„i) (NAM QUI DAT FACULTATEM:) Qui vult „finem vult etiam media ad obtinendum illum fi„nem neceſſaria. *Vid. B. Par. Pos. jur. Gent. IV.*

„k) (QUOD IN MORALI MATERIA INTELLI„GENDUM EST MORALI MODO:) Ut commode „facultas illa conceſſa expediri nequeat.

„l) (FACIENDO ID QUOD PROBABILITER IPSO„RUM OFFICIO CONTINERI CENSETUR:) Dato „enim jure omnia illa data cenſentur, ſine quo „jus illud commode expediri nequit.

„m) (EXTRA ILLUD:) Id eſt extra officium.

„n) (SPECIALI PRÆPOSITIONE:) Qui enim ali„quem præponit negotio, in omnia conſentit quæ „ex ipſa præpoſitionis natura ſequuntur.

„o) (NOTA PUBLICE:) Præpoſitio facti eſt, ad„eoque ab allegante probari debet.

„a) (SUNT ET ALII MODI:) Præter eos quos „modo expoſuit, & qui vel vi officii vel ex præ„poſitione ſpeciali ſequuntur.

„b) (ANTECEDENTE MINISTRORUM FACTO:) „Adeoque ubi ſumma poteſtas tenetur ex facto „minorum poteſtatum etſi nec vi officii nec vi „præpoſitionis ſpecialis id fecerint.

„c) (SED NON ITA UT ID FACTUM CAUSA „SIT PROPRIE DICTA SED UT OCCASIO SIT OB„LIGATIONIS:) Vel quia ratihabent factum mini„ſtrorum; vel quia locupletiores inde facti ſunt.

„d) (NON TANTUM EXPRESSA SED ET TACI„TA:) Voluntas enim æque verbis ac factis decla„ratur. Vide *indicem* voce, *voluntas.*

„e) (UBI SCIVIT SUMMA POTESTAS QUOD „ACTUM ERAT ET FIERI PASSA EST:) Modo „impedire potuerit. *Vid. l. 2. c. 17. §. 9.*

„f) (QUÆ AD ALIAM CAUSAM REFERRI PRO„BABILITER NON POSSUNT:) Adeoque unde mora„li modo conſenſus ejus elicitur.

„g) (ALIBI TRACTAVIMUS:) *Vid. Pos. J. Gent. „IV. ibique not. l. 2. c. 4. §. 5. & c. 15. §. 17. l. 3. „c. 24. §. 1.*

„h) (PER REM HACTENUS OBLIGANTUR:) Ob„ligatio igitur hæc non eſt ex conſenſu rui volun„tate, ſed ex poſſeſſione rei vel juris alieni unde „obligatur poſſeſſor etiam invitus de qua obliga„tionis ſpecie actum eſt. *l. 2. c. 10. per tot.*

„i) (NE LOCUPLETIORES FIANT ALIENA JA„CTURA:) Si ex pacto miniſtrorum ipſa ſumma „poteſtas locupletior facta ſit, tenetur quidem, at „non ex pacto, ſed quia aliquid alieni tenet, quod „ex regula natura ei cujus eſt reſtituere debet.

„k) (UT AUT CONTRACTUM PRÆSTENT EX „QUO COMMODUM VOLUNT CONSEQUI:) Id eſt ut „ratihabeant.

„l)

æquitate itidem a nobis *m* alibi dictum eſt. *n* Et hactenus nec ultra recipi poteſt, *o* quod dicitur valere ſi quid utiliter geſtum eſt. Contra vero ab injuſtitia excuſari non poſſunt, *p* qui cum pacta improbent tamen retinent quod ſine pactis non haberent: ut cum Senatus Romanus, narrante *q* Valerio, *r* factum Cn. Domitii neque probare potuit, neque reſcindere voluit: qualia multa in hiſtoriis occurrunt. *Lib. II c. X. §. a* *Lib. IX. c. 6. n. 3.*

§. IV.

I. Illud quoque *a* ex ſupra a nobis dictis repetendum eſt, obligari eum qui præpoſuit, *b* etiam ſi præpoſitus fecit contra mandata arcana, *c* intra limites tamen publicæ functionis. Hanc æquitatem recte ſecutus eſt Prætor Romanus, in inſtitoria actione: neque enim omne quod cum inſtitore geritur obligat eum qui præpoſuit, *d* ſed ita ſi ejus rei gratia cui præpoſitus fuerit contractum eſt; *e* de quo autem palam proſcriptum fuit ne cum eo contrahatur, *f* is præpoſiti loco non habebitur: quod ſi proſcriptum quidem ſit *g* ſed non pateat, *h* tenetur qui præpoſuit: *i* conditio quoque præpoſitionis ſer- *L. II. c. XI. §. 12. & 13.* *L. cuicunque §. §. non tamen 11. D. de inſt. act. l. ſed ſi. 11 §. de quo 2. & §. proſcribere. 3. & §. proſcriptum. 4. eod. tit.*

„*l*) (AOT DE COMMODO DISCEDANT:) Id eſt „lucrum quod ex pacto Ducis accepere, reſtituant, „adeoque hoc in arbitrio ſummæ poteſtatis con„ſiſtit.

„*m*) (ALIBI DICTUM EST:) *L. 2. c. 10. §. 2.*

„*n*) (ET HACTENUS NEC ULTRA:) Id eſt non „præciſe ratihabere pactum tenetur, ſed ſufficit ſi „de commodo diſcedat.

„*o*) (QUOD DICITUR VALERE SI QUID UTILI„TER GESTUM EST:) Quod plenius explicavimus „*ſupra l. 2. c. 10. §. 9.*

„*p*) (QUI CUM PACTA IMPROBENT TAMEN „RETINENT QUOD SINE PACTIS NON HABERENT:) „Contradicere hic videtur Auctor eis quæ ſupra „*l. 2. c. 15. §. 16. n. 2.* aſſeruit, ubi populum Ro„manum ex ſponſione Caudina non obligatum fu„iſſe ait, nec ad reſtituendum exercitum, quem ta„men ſine hoc pacto recepturus non fuiſſet.

„*q*) (VALERIO:) Maximo, in *l. 9. c. 1.*

„*r*) (FACTUM CN. DOMITII:) Regem Arver„norum Bituitum, qui fide publica in caſtra Ro„manorum venerat, retinentis. *Gron. h.*

„*a*) (EX SUPRA A NOBIS DICTIS:) *L. 2. c. 11.* „*§. 12. &* 13. Conf. *not. ad l. 2. c. 18. §. f.*

„*b*) (ETIAMSI PRÆPOSITUS FECIT CONTRA „MANDATA ARCANA:) Princeps enim qui lega„tum mittit, tenetur ex mandato generali vulgo „literis credentialibus; per has enim literas rogat „in genere eum ad quem legatus mittitur, ut ple„nam fidem miſſo habeat: Si proinde legatus ar„cani mandati fines excedit, ipſe tenetur ſuo prin„cipi, at Princeps obligatur ex eo pacto hoſti.

„Secus in duce belli, vel qui alias negotio ali„cui præpoſitus, nec literis credentialibus munitus „eſt: Ex hujus enim pactis non tenetur Princeps, „niſi intra præpoſitionis fines: Si proinde præpo„ſitus fines illos præpoſitionis excedit, hic ſolus „tenetur non princeps. *d. c. 11. §. 13.*

„*c*) (INTRA LIMITES PUBLICÆ FUNCTIONIS:) „Imo ex legati pacto Princeps ſemper tenetur, ſi „mandatum generale exhibuit: At ex ducis, vel „alterius præpoſiti pacto non tenetur, niſi quate„nus natura negotii, cui præpoſitus eſt, id per„mittit.

„*d*) (SED ITA [illegible] EJUS REI GRATIA CUI PRÆ„POSITUS FUERIT CONTRACTUM EST:) De quo „Vide *l. 2. c. 11. §. 13. & l. 2. c. 10. §. 2. n. 2.*

„*e*) (DE QUO AUTEM PALAM PROSCRIPTUM „&c.) Literis in loco publico affixis denotatum. „*Gron. h. Vid. l.* 11. §. 2. *ff. Inſt. act.*

„*f*) (IS PRÆPOSITI LOCO NON HABETUR:) „Quia revocatum eſt mandatum.

„*g*) (SED NON PATEAT:) Id eſt non ita pro„ſcriptum ut ad notitiam neceſſario pervenire de„beat.

„*h*) (TENETUR QUI PRÆPOSUIT:) Quia tam„diu durare videtur mandatum ſemel datum, do„nec de mutatione conſtet iis quorum intereſt. „Ulpianus ait, *proſcribere palam ſic accipimus cla„ris literis, unde de plano recte legi poſſit, ante „tabernam ſcilicet, vel ante locum eum in quo ne„gotiatio exercetur, non in loco remoto ſed evidenti; „Certe ſi quis dicat ignoraſſe ſe literas vel non ob„ſervaſſe quod propoſitum erat, cum multi lege„rent, cumque palam eſſet propoſitum, non audie„tur l. 11. §. 4. ff. Inſt act.*

„*i*) (CONDITIO QUOQUE PRÆPOSITIONIS SER„VANDA:) Nam tenetur iſtem juxta præpoſitio„nis

ſervanda eſt: nam ſi quis [k] ſub certa lege [l] vel interventu cujuſdam perſonæ contrahi voluit, [m] æquiſſimum erit id ſervari in quo præpoſitus eſt.

2. Cui conſequens eſt, [n] ut alii reges aut populi magis, alii minus ex ducum ſuorum contractibus teneri poſſint, ſi ſatis notæ ſint ipſorum leges atque inſtituta; [o] de his ſi non conſtat, ſequendum eſt quod conjectura dictat, [p] ut conceſſum intelligatur id ſine quo ſatis commode quæ officii ſunt expediri non poſſunt.

3. [q] Mandati fines ſi exceſſerit minor poteſtas, [r] tenebitur ipſa, ſi quod promiſit præſtare non poteſt, ad æſtimationem: [s] niſi lex aliqua ſatis cognita id quoque impediat. Quod ſi dolus acceſſerit, id eſt [t] ſi præ ſe tulerit jus majus quam habebat, jam tenebitur [u] & de damno culpa dato, [v] imo & ex crimine ad pœnam crimini reſpondentem. [w] Ex priore cauſa [x] bona obligantur, [y] & ſi ea deficiant operæ, aut libertas corporis: [z] ex poſteriore quoque [aa] perſona

„nis formam *l. 5. §. 11. l. 11. §. 5. ff. l. 3. C. Inſt.* „*act. l. 1. §. 7. & §. 12. ff. Exerc. act.*

„*k*) (SUB CERTA LEGE:) V. g. Si quis inſtitorem præponit ea lege ne ultra 50. aureos emat. „*d. l. 11. §. 5.* junct. *l. 5. §. 11. eod.* ita ſi tantum „pecuniis fœnerandis, agris colendis &c. præpoſitus eſt. *d. l. 5. §. 2.*

„*l*) (VEL INTERVENTU CUJUSDAM PERSONÆ:) „Uti ſi non niſi præſente Cajo cum eo vult contrahi *d. l. 11. §. 5.* Idem eſt ſi ſaltem ſub pignore cum eo contrahi voluit. *d. l. 11. §. 5.*

„*m*) (ÆQUISSIMUM ERIT ID SERVARI IN QUO „PRÆPOSITUS FUIT:) Quia ex ſolo mandato tenetur præponens, at ultra formam præpoſitionis „nihil mandavit. *d. l. 11. §. 5. & d. l. 5. §. 11.*

„*n*) (UT ALII REGES AUT POPULI MAGIS &c. „EX DUCUM SUORUM CONTRACTIBUS TENERI „POSSINT &c. SI SATIS NOTÆ SUNT IPSORUM „LEGES AUT INSTITUTA:) Senatus Romanus „pactum, pro recipiendis captivis initum ratum „habere noluit: quia contra diſciplinam Romanam redemti erant captivi: *Val. Max. l. 4. c. 8.*

„*o*) ([illegible] HIS SI NON CONSTAT SEQUENDUM „EST QUOD CONJECTURA DICTAT:) Imo ex conjecturis nihil ſequitur, adeoque inſiſtendum principiis quæ in præcedentibus expoſuimus, an nimirum Dux &c. promiſerit intra fines mandati, „& præpoſitionis.

„*p*) (UT CONCESSUM INTELLIGATUR ID SI„NE QUO &c.) Hoc non ex interpretatione aliqua ſed ex ipſa voluntatis ac negotii natura ſequitur: Voluntatem enim ſatis declarari ex medii neceſſitate vidimus in expoſitione poſitionum „B. Parentis ad Jus Gent. *pos. IV.*

„*q*) (MANDATI FINES SI EXCESSERIT:) Si ſcilicet mandatum ejus limitatum fuit, non ſi generale, uti in legatis eſſe ſolet.

„*r*) (TENEBITUR IPSA AD ÆSTIMATIONEM:) „Tenebitur ad id quod promiſit, adeoque vel ad „rem ipſam præſtandam, vel ad id quod tantundem eſt. Fabius Maximus, cum Senatus pretium „quod Annibali pro redimendis captivis ſtipulatus „erat, dare nollet, miſſo in urbem filio fundum „quem unicum poſſidebat vendidit, ut fidem liberaret. *Val. Max. l. 4. c. 8. Grot. l. 2. c. 15. §.* „*16. n. 4.*

„*s*) (NISI LEX ALIQUA SATIS COGNITA ID „QUOQUE IMPEDIAT:) Senſus videtur hic eſſe, „quod ſi lex præpoſitionis ei cum quo agitur ſatis nota ſit, is nec ad æſtimationem agere poſſit, „quia ſibi imputare debet quod cum eo contrahat „quem ſcit facultatem paciſcendi non habere.

„*t*) (SI PRÆ SE TULERIT JUS MAJUS QUAM „HABEBAT:) Si doloſe finxerit ſibi plus eſſe commiſſum & permiſſum quam erat. *Gron. b.*

„*u*) (ET DE DAMNO CULPA DATO:) Si pacto „hoc alii aliquid abeſt.

„*v*) (IMO ET EX CRIMINE AD POENAM CRI„MINI RESPONDENTEM:) Petere nimirum poteſt „is quem decepit ut ſumma poteſtas, cujus nomine contraxit, eum vel puniat vel dedat.

„*w*) (EX PRIORI CAUSA:) Si damnum culpa „datur.

„*x*) (BONA OBLIGANTUR:) Quia facto ejus illicito alteri aliquid abeſt, quod faciens de ſuo „reſtituere debet ei cui id abeſt.

„*y*) (ET SI EA DEFICIANT OPERÆ AUT LI„BERTAS CORPORIS:) Quia hoc unicum medium „eſt reparandi jus alii ablatum.

„*z*) (EX POSTERIORE:) Si dolus acceſſerit.

„*aa*) (PERSONA:) Nam de malitia & demerito „agitur, quod perſonale eſt.

„*bb*)

na, [bb] aut bona, [cc] aut utrumque, [dd] pro delicti quantitate. Quod autem de dolo diximus procedet etiam [ee] ſi quis teſtationem interpoſuerit ſemet ipſum obligari nolle, [ff] quia & damni dati & pœnæ juſtæ debitum cum delicto non voluntario ſed naturali nexu cohærent.

§. V.

Quia vero ſemper [a] aut ſumma poteſtas obligatur, [b] aut miniſter ejus, [c] ideo & certum eſt partem alteram obligari, [d] nec dici poſſe claudicare contractum. [e] Egimus de comparatione eorum qui medii ſunt ad ſuperiores.

§. VI.

Videamus & [a] quid in inferiores poſſint, Nec puto dubitandum quin dux milites, magiſtratus oppidanos [b] obligent intra eos actus qui ſolent ab ipſis imperari: [c] alioqui conſenſu opus eſſet. Contra, ducis aut magiſtratus pactum inferioribus [d] proderit in mere utilibus omnino: [e] id enim in poteſtate comprehenſum ſatis eſt *Art. I. VII. conf. 40.*

„bb) (AUT BONA:) Si damnum alteri datum „ſit.

„cc) (AUT UTRUMQUE:) Si & malitia punienda & damnum reſtituendum.

„dd) (PRO DELICTI QUANTITATE:) Proportio enim eſſe debet inter pœnam & delictum.

„ee) (SI QUIS TESTATIONEM INTERPOSUIT „SEMET IPSUM OBLIGARI NOLLE:) Sciens ſe ultra fines mandati agere. Neque enim tunc obligatur ex pacto, ſed de dolo, de hoc enim inter „partes contrahentes cogitatum non eſt.

„ff) (QUIA ET DAMNI DATI ET POENÆ JUSTÆ DEBITUM CUM DELICTO &C. NATURALI „NEXU COHÆRENT:) Niſi partes invicem ita contrahant quod alter nec de dolo agere velit. Tale enim pactum omnino valet, quia partes de „ſuo jure diſponunt, & prohibitio quæ jure Romano hac in re exſtat (Vid. *l. 1. §. 7. depos l. 23. „de R. J.*) eſt mere poſitiva: Veram rationem „cur interpoſita teſtatione *ſe obligari ipſum nolle* „nihilo minus de dolo teneatur, jam dedimus, quia „de dolo cogitatum non eſt inter contrahentes, „alter enim bona fide contrahi putat. Secus ſi doli, „& ne ex eo teneatur, in ſpecie mentio fiat.

„a) (AUT SUMMA POTESTAS:) Si dux intra „fines officii fidem dat.

„b) (AUT MINISTER EJUS:) Si mandati fines „exceſſit.

„c) (IDEO ET CERTUM EST ALTERAM PARTEM OBLIGARI:) Is enim qui cum præpoſito „contrahit allegare nequit, eum extra fines officii „fidem dediſſe: Si enim vel ſumma poteſtas, vel „ejus miniſter, parati ſunt fidem datam implere „ipſe omnino tenetur a ſua quoque parte promiſſum præſtare.

„d) (NEC DICI POSSE CLAUDICARE CONTRACTUM:) Abſurdum enim eſſet negotium in alterius perſona ratum eſſe, in alterius non: *L. 21. „§. p. ff. rec. arb.* Quando vero claudicare dicatur contractus, & quæ nam ſint exceptiones, „late tractat *Barbos locupl. c. 84. de contractu n. 35.*

„e) (EGIMUS DE COMPARATIONE EORUM QUI „MEDII SUNT AD SUPERIORES:) Senſus eſt, quod „hactenus quæſitum fuerit an promiſſa eorum „qui minorem poteſtatem habent ſummam poteſtatem obligent. *Vid. §. 2. & 3.*

„a) (QUID IN INFERIORES POSSINT:) Id eſt „quatenus inferiores ex minorum poteſtatum promiſſis teneantur.

„b) (OBLIGENT INTRA EOS ACTUS QUI SOLENT AB IPSIS IMPERARI:) Omne jus ducis in „inferiores dependet a conceſſione ſuperioris, ſub „qua continentur omnia ſine quibus conceſſio illa commode explicari nequit.

„c) (ALIOQUI CONSENSU OPUS ESSET:) Si „Dux quædam promittit quæ ſub officio non continentur, inferiores inde non obligantur, niſi „conſentiant, quia dux hactenus diſponeret de jure alieno.

„d) (PRODERIT IN MERE UTILIBUS OMNINO:) „Etſi pactum abſque eorum conſenſu initum ſit; „locupletiores enim fierent alterius jactura.

„e) (ID ENIM IN POTESTATE COMPREHENSUM SATIS EST:) Officium enim ducis & magiſtratus eſt utilitatem militum & ſubditorum „promovere.

eſt: [f] in his quæ onus annexum habent, intra ea quæ imperari ſolent, omnino; [g] extra ea, [h] ita ſi acceptaverint: [i] quæ congruunt
L. 11. c. XI §. 14. his quæ de ſtipulatione pro tertio ex naturali jure alibi diſſeruimus. Generalia hæc illuſtriora facient ſubjectæ ſpecies.

§. VII.

[a] De belli cauſis [b] & conſequentibus tranſigere ad belli ducem non pertinet, neque enim [c] belli gerendi pars eſt bellum finire: imo [d] etſi cum maxima poteſtate præpoſitus fuerit, [e] ea de belli ductu erit intelligenda. Ageſilai reſponſum ad Perſas fuit εἰρήνης τὴν πόλιν εἶναι κύριον: *de pace conſtituendi jus eſſe civitati.* (Plut. in Ageſ. p. 601. B.) *Quam pacem A. Albinus cum Jugurtha rege Senatus injuſſu fecerat, Senatus reſcidit,* inquit [f] Salluſtius. (Bell. Jugurth.) Et apud Livium eſt: *qui rata iſta pax erit, quam non ex auctoritate Senatus, non juſſu populi Romani peregerimus?* (L. 38. c. 19) Sic Caudina, ſic Numantina ſponſio populum Romanum, [g] ut alibi expoſuimus, non obligavit. (Lib. II c. 15. §. 16 17.) Et eatenus verum eſt illud [h] Poſthumii; *ſi quid eſt in quo obligari populus poteſt, in omnia poteſt,* [i] nempe eorum quæ ad ductum belli non pertinent; [k] quod oſtendunt antecedentia, de deditione, de ſponſione relinquenda aut incendendæ urbis, de ſtatu mutando.

§. VIII.

[a] Inducias dare ducum eſt, nec ſummorum tantum [b] ſed minorum,

„f) (IN HIS QUÆ ONUS ANNEXUM HABENT, „INTRA EA QUÆ IMPERARI SOLENT OMNINO:) „Nam tunc jure & nomine ſummæ poteſtatis con„trahunt duces: Unde ſemper obligantur inferi„ores.

„g) (EXTRA EA:) Scilicet quæ imperari ſo„lent, ſeu quæ ſub officio continentur.

„h) (ITA SI ACCEPTAVERINT:) Quia alias „Dux de alieno jure diſponeret.

„i) (QUÆ CONGRUUNT HIS QUÆ DE STIPU„LATIONE PRO TERTIO ALIBI DISSERUIMUS:) „De quo plenius ſupra *l. 2. c. 11. §. 12. & 13.*

a) (Grot.) (DE BELLI CAUSIS ET CONSEQUENTIBUS TRANSIGERE AD BELLI DUCEM NON PERTINET:) Beliſarius Gotthis: οὐ γάρ ἐσμεν κύριοι τὰ βασιλέως πράγματα διοικῆσαι: *neque enim nos jus habemus ordinandi res Imperatoris.* [Apud PROCOPIUM Gotthic. Lib. II. c. 6.]

ADDITIO.

Ratio in aprico eſt, quia ejus eſt bellum finire qui gerere ſuo jure poteſt, adeoque ſolius ſummæ poteſtatis. Ducibus bellum non pax commiſſa, uti procuratoribus lis, non tranſactio. *Vid. ſupr. c. 20. §. 2. ſeq.*

„b) (ET CONSEQUENTIBUS:) Id eſt ſine quibus „bellum geri non poteſt.

„c) (BELLI GERENDI PARS EST:) Duci autem „ſola geſtio belli commiſſa eſt.

„d) (ETSI CUM MAXIMA POTESTATE PRÆPO„SITUS FUERIT:) Etſi liberum belli arbitrium ei „commiſſum ſit.

„e) (EA DE BELLI DUCTU ERIT INTELLIGEN„DA:) Quia tantum belli geſtio ei commiſſa eſt; „non autem gerit bellum, qui de eo tranſigit.

„f) (SALLUSTIUS:) *Bell. Jugurth. c. 91.*

„g) (UT ALIBI EXPOSUIMUS:) *L. 2. c. 15. §. 3.* „*&* §. 16. *ſeq.*

„h) (POSTHUMII:) In cauſa Caudina pronunti„atum apud *Liv. l. 9. c. 9. Gron. h. Vid. d. c.* 15. „§. 16. *n.* 1.

„i) (NEMPE EORUM QUÆ AD DUCTUM BELLI „NON PERTINENT:) Adeoque quæ ſub officio „ducis non continentur.

„k) (QUOD OSTENDUNT ANTECEDENTIA:) „Nam agebatur de pace certis conditionibus ine„unda, pro qua ſpopondit Poſthumius: *Liv. l. 9.* „*c. 4. 5. & 6.*

a) (Grot.) (INDUCIAS DARE DUCUM EST:) Vide *Parutam* lib. v.

AD-

rum, iis nempe quos oppugnant aut obſeſſos tenent, & ſe ſuasque copias quod attinet. [c] Nam alios duces pares non obligant, quod Fabii & Marcelli hiſtoria apud [d] Livium declarat. *Lib 24. c. 19.*

§. IX.

1. Homines, imperia, agros, bello quæſita concedere itidem [a] ducum non eſt. [b] Hoc jure Syria Tigrani ademta, [c] quanquam Lucullus dederat. *Juſt. l. XL. c. 1.* De Sophoniſba quæ bello capta erat ait Scipio Senatus populique Romani judicium atque arbitrium eſſe; [d] ideo a Maſaniſſa, quo duce capta erat, libertatem ei dari non potuiſſe. *Liv. l. XXX. c. 14.* [e] In res alias quæ in præda ſunt, jus aliquod concedi imperantibus videmus, [f] non tam ex vi poteſtatis quam cujusque populi moribus: qua de re ſatis [g] ſuperius a nobis dictum eſt. *Caſt. de juſt. & jure l. 1.* *Lib III c. 6. §. 15.*

2. [h] At nondum quæſita condonare omnino in ducum eſt poteſtate: quia oppida pleraque & homines ſæpe in bello dedunt ſe ſub conditionibus vitæ ſalvæ, aut & libertatis, aut & bonorum, [i] de quibus ſummæ poteſtatis arbitrium exquiri res plerumque non patitur

ADDITIO.

Hoc verum eſt de induciis quibus bellum non impeditur: (nam tunc ſunt pars adminiſtrationis ac ſub ducis mandato & officio id continetur:) adeoque de induciis paucorum dierum: Secus ſi ad plures annos contrahuntur. *Vid. Teſm. b.* & *l. 3. c. 21. §. 4.*

„*b*) (SED ET MINORUM:) Ita enim urbe ob„ſeſſa præfectus inducias ad ſepeliendos mortuos „&c. concedere poteſt.

„*c*) (NAM ALIOS DUCES PARES NON OBLI„GANT:) In hos enim imperium ipſis non com„petit, adeoque illi plane ex induciis conceſſis non „obligantur, nec vi pacti, quia fidem non dede„runt, nec vi imperii, quia ejus imperio non ſub„ſunt.

„*d*) (LIVIUM:) *L. 24. c.* 19. Duo hi conſules „Caſilinum oppugnabant. *Fabius* Campanis oran„tibus permiſit ut abire Capuam tuto liceret, *Mar„cellus* paucis egreſſis portam qua egrediebantur „occupavit, cædesque promiſcue omnium circa „portam primo, deinde irruptione facta etiam in „urbe permiſit: Quinquaginta vero primo egreſſi „Campanorum, quum ad *Fabium* confugiſſent, „præſidio ejus Capuam pervenerunt.

a) (DUCUM NON EST:) Utpote quibus ſaltem poteſtas adminiſtrandi non alienandi conceſſa eſt; At prædam aliquando concedere militibus poſſe ſupra dictum eſt. *l. 3. c. 6.* §. 18. *ſeq.*

„*b*) (HOC JURE SYRIA TIGRANI ADEMTA:) „Atqui non tam jure id factum, quam inſolentia „Pompeji, qui pro libidine, quæ potuit, acta Lu„culli reſcidit. Ideo & ipſius acta noluit confir„mare Senatus; neque id efficere potuit, niſi poſt„quam nefaria cum Cæſare & Craſſo conſpiratio„ne inita & ſe & rempublicam perdidit. Alioqui „non magis licuiſſet Pompejo adimere, quam Lu„cullo dare: fuerant enim pari jure: Sed Pompejus „ſucceſſor & æmulus Luculli: Licuiſſe autem „utrumque ita ſi ratum haberet Senatus ex hi„ſtoria notum. Cur autem Tigrani? Immo An„tiocho Aſiatico Pii filio, Cyziceni nepoti. *Gron. b.*

„Quare Saguntini recte petebant ut Populus Ro„manus ea vellet confirmare & rata habere quæ „duces conceſſerant. *Liv. l. 28. c. 39.*

„*c*) (QUANQUAM LUCULLUS DEDERAT:) *Juſt. „l. 40. c.*

„*d*) (IDEO A MASSANISSA QUO DUCE CAPTA „ERAT:) Et qui eam matrimonio ſibi junxit.

„*e*) (IN RES ALIAS QUÆ IN PRÆDA SUNT:) „Scilicet res mobiles, quæ ab hoſte capiuntur.

„*f*) (NON TAM EX VI POTESTATIS QUAM „EX CUJUSQUE POPULI MORIBUS:) Imo pendet id „ex finibus mandati, regulariter enim præda ce„dit populo, at ſi victoria aliter non ſatis commo„de haberi poteſt, erit pars officii eam promitte„re militibus.

„*g*) (SUPERIUS:) *L. 3. c. 6. §.* 15.

„*h*) (AT NONDUM QUÆSITA:) Id eſt prædam „futuram vel etiam immobilia quæ plerumque „non niſi certa conditione deduntur.

„*i*) (DE QUIBUS SUMMÆ POTESTATIS ARBITRI„UM EXQUIRI RES PLERUMQUE NON PATITUR:) „Adeoque quæ arbitrio ducis relinqui debent, in„deque ſub ejus officio continentur: qui pro va„rietate circumſtantiarum judicare debet an ma„gis interſit deditos ſub conditione accipere, an „vero extrema tentare.

tur. Pari ratione jus hoc & [k] ducibus non ſummis dandum eſt, [l] intra ea quæ ipſis agenda commiſſa ſunt. Maharbal Romanis quibusdam, qui ex prælio ad Thraſymenum evaſerant, ſatis longe abſente Annibale, fidem dederat non tantum vitæ, τῆς σωτηρίας, ut nimium conciſe narrat Polybius; ſed, ſi arma tradidiſſent, abire cum ſingulis veſtimentis paſſurum: retinet eos Annibal hoc cauſatus ὅτι Μααρβάς οὐκ εἴη κύριος ἄνευ τῆς αὐτοῦ γνώμης, διδοὺς τὴν ἀσφάλειαν τοῖς ὑποσπόνδοις. [m] *In poteſtate Maharbalis non fuiſſe ſe inconſulto fidem dare ſe dedentibus, qua ipſos illæſos aut indemnes præſtaret.* Judicium de hoc facto Livii ſequitur: [n] *Punica religione ſervata fides ab Annibale eſt.*

Lib. III. c. 84. Ibid. c. 85

L. XXII. c. 6.

3. Quare & M. Tullium [o] in Rabirii cauſa [p] ut oratorem audire debemus, non [q] ut judicem. Vult a Rabirio [r] Saturninum jure cæſum, quem Conſul C. Marius [s] data fide ex Capitolio abduxerat: *Fides*, ait, *qui potuit ſine Senatusconſulto dari?* & ita rem agit quaſi Marium ſolum fides iſta obſtringeret. [t] Atqui C. Marius ex Senatusconſulto poteſtatem acceperat operam dandi ut imperium populi Romani majeſtasque conſervaretur. [u] In ea poteſtate, quæ Romanis moribus erat maxima, quis neget [v] comprehenſum jus dandæ impunitatis, ſi eo modo omne periculum a republica arceretur?

Orat. pro C. Rabir. c. 10

§. X.

Cæterum in his ducum pactis, [x] quia de re agunt aliena, quatenus,

„*k*) (DUCIBUS NON SUMMIS:) Quibus vel obſidio urbis, vel defenſio urbis obſeſſæ commiſſa „eſt.

„*l*) (INTRA EA QUÆ IPSIS AGENDA COMMISSA SUNT:) Id eſt ſi mandatum id ipſis eſt, vel „ſub mandato ex natura negotii continetur.

m) (Grot.) (IN POTESTATE MAHARBALIS NON FUISSE, SE INCONSULTO FIDEM DARE SE DEDENTIBUS:) Non magis probabile erat in re ſimili effugium, quo uſus Bajazetes adverſus Servios Cratovianos, narrante *Leunclavio* lib. VI.

„*n*) (PUNICA RELIGIONE SERVATA:) Id eſt „non ſervata, nam ſemper male Pœni audierunt „ob perfidiam *Gron. h.*

„*o*) (IN RABIRII CAUSA:) *Cic. orat.* 18.

„*p*) (UT ORATOREM:) Qui cauſæ ſervit.

„*q*) (NON UT JUDICEM:) Qui cauſam decidit.

„*r*) (SATURNINUM JURE CÆSUM:) Saturninus, „ut Glauciam conſulem faceret, Memmium con„ſularem virum interfecerat, quo nomine conſu„les ex SCto armati Saturninum perſequuntur: „qui cum fide publica deſcendiſſet in curiam ut ci„vili more cauſa tractaretur lapidibus eſt obrutus.

„*s*) (DATA FIDE:) *Plut. in Mario Appian.* „*de bello Civ. l. I.*

„*t*) (ATQUI C. MARIUS EX SENATUSCONSUL„TO POTESTATEM ACCEPERAT:) Teſte ipſo Ci„cerone in dicta oratione.

u) (Grot.) (IN EA POTESTATE, QUÆ ROMANIS MORIBUS ERAT MAXIMA:) Vide *Salluſtium* in bello Catilinario. (Cap. 30. Ed. Waſſ.) Tullianæ huic cavillationi non diſpar illa Conſalvi in ducem Valentinum *Guicciardini* libro VI. (Pag. 339. *Ed. Genev.* 1645.)

„*v*) (COMPREHENSUM JUS DANDÆ IMPUNITA„TIS:) Cicero in allegato loco videtur innuere „Saturninum conſenſu ipſius Marii qui fidem de„dit, interemtum fuiſſe: verba hæc ſunt. *At ſi fi„des Saturnino data eſt non eam Rabirius ſed Ma„rius dedit; idemque violavit, ſi in fide non ſte„tit &c.*

x) (QUIA DE RE AGUNT ALIENA QUATENUS CONTRACTUS NATURA PATITUR ASTRINGENDA INTERPRETATIO:) Sæpius jam dictum eſt ſtrictam & laxiorem interpretationem jure naturæ cognitam non eſſe: & verum non eſſe illam in diſpoſitione de re aliena, hanc in diſpoſitione de re propria obtinere.

ADDITIO.

„Omnia dependent a mandato: Si facultas pa„ciscen-

tenus contractus natura patitur adſtringenda interpretatio, nempe [b] ne aut ex ipſorum facto ſumma poteſtas plus quam vellet obligetur, [c] aut ipſi damnum ſubeant officium faciendo.

§. XI.

Ita qui in deditionem puram a duce accipitur, [a] eo jure acceptus cenſetur ut de eo victoris populi aut regis arbitrium ſit; cujus exemplum eſt in [b] Gentio Illyrii, & [c] Perſeo Macedoniæ rege, qui ſe, ille Anicio, hic Paulo dediderunt.

Appian. Bell. Illyr. pag. 761.

§. XII.

Sic adjecta cautio, *ita ratum ſit*, [a] *ſi populus Romanus cenſuiſſet*, quam ſæpe [b] in ſponſionibus invenias, [c] efficiet ut ratihabitione non ſecuta, dux in nihil ipſe teneatur, [d] niſi ſi qua locupletior factus ſit.

Livius, XLV, 6.

§. XIII.

Et qui oppidum tradere promiſerunt [a] poſſunt præſidium dimittere, ut feciſſe Locrenſes legimus.

Liv. lib. XXIV, c. 1.

CAPUT XXIII.

De fide privata in bello.

I. *Refellitur ſententia ſtatuens privatos fide hoſti data non obſtringi.*
II. *Oſtenditur obſtringi eos etiam piratæ & latronis & quatenus:*
III. *Minor hic non excipitur.*
IV. *Error an liberet:*
V. *Solvitur objectio ſumta ex publica utilitate.*
VI. *Aptantur ante dicta ad fidem datam reditus in carcerem:*
VII. *In certum locum non redeundi & non militandi:*
VIII. *Non fugiendi.*
IX. *Captum alii ſe dare non poſſe.*
X. *An privati cogendi ſint a ſuis poteſtatibus implere quod promiſerant.*

XI. *Qua-*

„ciſcendi de illa re continetur ſub vi officii, & „ex natura negotii mandati ſequitur, tunc ſemper valet pactum, etiam ratione mandantis.

„*b*) (NE AUT EX IPSORUM FACTO SUMMA „POTESTAS PLUS QUAM VELLET, OBLIGETUR:) „Hoc non dependet ab aliqua interpretatione, ſed „a natura negotii: ſi pactum convenit naturæ negotii ſemper tenetur mandans ex ſuo conſenſu.

„*c*) (AUT IPSI DAMNUM SUBEANT OFFICIUM „FACIENDO:) Si ex natura negotii facultas paciſcendi non ſequitur, deficit mandatum, adeoque „damnum ſua culpa patiuntur duces: Hinc tutius „eſt in dubio conſenſum ſuperioris expetere.

„*a*) (EO JURE ACCEPTUS VIDETUR UT DE EO „VICTORIS POPULI ARBITRIUM SIT:) Rationem „allegat, quia in pactis quæ de re aliena fiunt ſtricta fieri debet interpretatio, ne ex ducum facto „ſumma poteſtas plus quam vellet obligetur §. *præced.* Verior ratio eſt, quod illi qui pure ſe dedunt vere ſervi fiant, adeoque in eos omnia jura quæ in ſervus ſtatuta ſunt obtineant.

„*b*) (GENTIO ILLYRII:) Apud *Liv. l. 44. c. 31. l. 45. c. 1.*

„*c*) (PERSEO:) Apud *Liv: l. 45. c. 6.*

„*a*)(SI POPULUS ROMANUS CENSUISSET:) *Liv. „l. 37. c. 45. & l. 33. c. 15.*

„*b*) (IN SPONSIONIBUS:) *L. 2. c.* 15. §. 16.

„*c*) (EFFICIT UT RATIHABITIONE NON SECUTA DUX IN NIHIL IPSE TENEATUR:) Nihil „enim promiſit niſi ſub conditione, qua deficiente nihil actum intelligitur.

„*d*)(NISI SI QUA LOCUPLETIOR FACTUS EST:) „Tunc enim non tenetur ex pacto, ſed quia aliquid alieni tenet, quod ei cujus eſt, ex regula naturæ, reſtituere tenetur.

„*a*) (POSSUNT PRÆSIDIUM DIMITTERE UT FECISSE LOCRENSES LEGIMUS:) Idque concludit ex „ſtricta illa interpretatione pacti, quod de re aliena agit. *Vid.* §. 10. At in genere verius eſt, urbe dedita etiam præſidium deditum cenſeri, „quia omnia jura publica & privata urbis in poteſtatem victoris tranſeunt: Neque id negabant „Locrenſes, ſed cauſabantur non dolo ſeu ex propoſito præſidium Romanum dimiſſum eſſe, ſed „clam profugiſſe, atque ideo dedi non potuiſſe: „*Liv. l. 24. c. 1.*

XI. *Qualis interpretatio in hujusmodi pactis adhibenda.*
XII. *Quomodo ſumenda voces vita, veſtium, adventus, auxilii.*
XIII. *Rediiſſe ad hoſtem quis dicendus:*
XIV. *Juſta auxilia, qua in deditione ſub conditione facta.*
XV. *Qua ad executionem pertinent conditionem non facere.*
XVI. *De talium pactorum obſidibus.*

§. I.

De Off. I. 13

I. Ciceronis eſt illud ſatis tritum: *Etiam ſi quid [a] ſinguli temporibus adducti hoſti promiſerint, eſt in eo ipſo fides conſervanda:* ſinguli, [b] milites puta aut pagani: nihil enim ad fidem refert. Mirum eſt [c] inventos eſſe juris magiſtros qui docerent [d] pacta publice cum hoſtibus inita fidem adſtringere, [e] at quæ a privatis fierent non item; [f] nam cum privati jura privata habeant quæ obligare poſſunt, [g] & hoſtes capaces ſint acquirendi juris, [h] quid eſſe poteſt quod obliga-

Bart. in l. conventionum. De de pactis. Zaſ. in epiſt. contra Eckium

Hoc libro c. XIX. §. 2.

„(AD §. I.) Hactenus Auctor egit de fide publica, ſive a ſummis, ſive a minoribus poteſtatibus data: hic agit de fide quæ privatim in bello datur; & ait, privatos invicem fidem dare poſſe: (*a*) quia de ſuo jure diſponunt, (*b*) quia jus in hoſtes transferri poteſt, (*c*) quia alias cæderentur capti, & libertas impediretur §. I. Idque verum non tantum eſſe ſtatuit de fide hoſti, ſed & latronibus data: quanquam ſi metu injuſto fides extorta eſt, reſtitutionem jure naturæ (non jure gentium externo) in bello publico impetrari poſſe putet, niſi juramentum acceſſerit, tunc enim absque nota perjurii recedi a fide data non poſſe; ſed unicuique hominum licere tale perjurium punire, ſolis exceptis latronibus & piratis; eorum enim odio diſſimulari perjurium jure gentium fingit §. 2.

„Pergit, fidem datam etiam a minore valere, §. 3. etſi error acceſſerit, qui conſenſum non impedit circa rem. §. 4. Neque obſtare quod publicum ex pacto tali damnum aliquod ſentiat, nam malum aut certius malum inde evitari: §. 5. niſi lege publica, actus interdictus ſit §. *3. n. 2. & 3.*

„Hinc concludit, privatum promittere hoſti poſſe ſe rediturum in carcerem: §. 6. ſe in certum locum non rediturum: §. 7. ſe non militaturum; *ibid.* (Neque hoc caſu contra officium patriæ agi, quia non ſit deterior ejus cauſa, cum captus patriæ plane ſit inutilis. *ibid.*) ſe aufugere nolle: §. 8.

„Porro ait, fruſtra quæri an captus ſe alii dedere poſſit §. 9. Denique docet privatos, ſi fidem datam non impleant, a ſuis cogi poſſe poteſtatibus ut impleant. §. 10.

„Tandem regulas interpretandi pacta a privatis inita ſuppeditat: §. 11. Atque exinde concludit, eum qui vitam pactus eſt jus non habere ad libertatem: §. 12. Rediiſſe non videri qui clam rediit: §. 13. Eum qui promiſit ſe urbem non dediturum, ſi auxilia advenerint, intellexiſſe talia quæ periculum ceſſare faciant: §. 14. Si promiſſum certo loco ſolvi, non teneri paciſcentem ſi locus poſtea fiat non tutus: §. 15. regulariter obſides & pignora liberari finita obligatione principali, niſi aliud in ſpecie dictum ſit: §. 16. Quæ ſingula nunc examinabimus.

„*a*) (SINGULI TEMPORIBUS ADDUCTI:) Quæ ſcilicet non promiſerent niſi dura & infelicia tempora experirentur *Gron. h.*

„*b*) (MILITES PUTA AUT PAGANI:) Omnes ſubditi.

„*c*) (INVENTOS ESSE JURIS MAGISTROS:) Uti Zaſius in libello de pueris Judæorum baptizandis, quem refutavit Eckius Theologus, cui reſpondet Zaſius *in Apologia ad Ekium p. m. 427.* ubi Gloſſam, Hoſtienſem, Odofredum, Bartolum &c. Angelum, Jaſonem, Fulgoſium, Corneum, Andream de Piſis, Dulcium, Philippum &c. allegat: Rationem præcipue afferunt (1) quod militaris diſciplina & juramentum præſtitum exigat ne privatus ab hoſte ullum lucrum acquirat, (2) quia capti poſtliminio redire tenentur, contra hoc jus publicum poſtliminii nihil promitti poſſe: (3) Multo minus pactum valere pagani, quippe quod hoſtis contra juramentum militare adeoque turpiter exegit &c. quæ dubia examinabimus *infra* §. *5. & 7.*

„*d*) (PACTA PUBLICE CUM HOSTIBUS INITA:) Id eſt vel a ſummis poteſtatibus, vel a ducibus belli.

„*e*) (AT QUÆ A PRIVATIS:) Sive ſingulis militibus ſive paganis *Zas d. l. pag. 428.*

f) (NAM CUM PRIVATI JURA PRIVATA HABEANT:) Dudum oſtenſum eſt fidem omnibus, etiam hoſtibus, eſſe ſervandam, modo dari jure potuerit: poteſt autem ſemper dari de re ſua, quia prout quisque de re ſua diſponit ita jus eſt.

„*g*) (ET HOSTES CAPACES SINT ACQUIRENDI JURIS:) Si fides eis tanquam hoſtibus datur. *Vid. ſupr. c. 20*

„*h*) (QUID ESSE POTEST QUOD OBLIGATIONEM IMPEDIAT:) Cum de ſuo jure adeoque licite diſponat.

„i)

ligationem impediat? Adde quod niſi id ſtatuatur, [i] datur cædibus occaſio, libertati impedimentum: [k] nam & illæ caveri ſæpe, [l] & hæc obtineri a captivis, [m] fide privatorum ſublata, non poterit.

§. II.

Imo [a] non hoſti tantum illi [b] quem jus gentium agnoſcit; [c] ſed & latroni & piratæ data privatim fides obligat perinde ut de fide publica [d] ſupra diximus. [e] Id intereſt, quod ſi metus injuſtus ab altero incuſſus impulerit ad promittendum, is qui promiſit [f] petere reſtitutionem, aut ſi alter nolit [g] ſibi eam præſtare poteſt. [h] Quod in metu procedente ex bello publico juris gentium locum non habet. Quod ſi & jusjurandum acceſſerit, [i] jam omnino quod promiſſum eſt præſtandum erit ab eo qui promiſit, ſi perjurii crimen effugere volet. Sed tale perjurium ſi in hoſtem publicum commiſſum ſit [k] puniri ab hominibus ſolet: ſi in latrones aut piratas, diſſimulari odio eorum quorum commodum agitur. *Supra l. II. c. 11. §. 7. l. III. c. 19. §. 5. Oldr. conſ. 7. Covar de matrim. p. II. c. 3. §. 4. n. 11*

§. III.

In hac quoque privata fide [a] minorem non excipiemus, [b] qui ejus

„i) (DATUR CÆDIBUS OCCASIO LIBERTATI „IMPEDIMENTUM:) Hæ rationes ſunt mere politicæ, jure naturæ enim captus occidi poteſt & „libertas in perpetuum auferri, adeoque hactenus „nulla fit injuria captis.

„k) (NAM ET ILLÆ CAVERI SÆPE:) Niſi ſpe „lucri allicerentur domini ut parcant captis.

„l) (ET HÆC OBTINERI:) Niſi promittentem „jure obligari ad fidem ſervandam alter pro certo „habeat.

„m) (FIDE PRIVATORUM SUBLATA, NON POTERIT:) Quia promittens fidem datam implere „non teneretur, idque ex hypotheſi illorum Ju„risconſultorum, jure.

„a) (NON HOSTI TANTUM:) *Vid. l. 3. c. 19. „per tot.*

„b) (QUEM JUS GENTIUM AGNOSCIT:) Intel„ligit voluntarium, quoties nimirum quis per bel„lum publicum ſolenne hoſtis conſtituitur: quale „jus gentium non exſtare diximus.

„c) (SED ET LATRONI &c.) Nam hos hoſtes „jus gentium non agnoſcere Auctor ſtatuit, adeo„que bellum cum his *minus ſolenne* eſſe sit, *l. 3. „c. 4. §. 18. n. 6. c. 3. §. 11. c. 19. §. 2.* ibique non „procedi ex privilegio illo gentium, ſed ex jure „naturæ *l. 2. c. 13. §. 4. n. 1. l. 3. c. 3. §. 6. Vid. „Diſſert. proœm. IX. Cap. 5. §. 70.*

„d) (SUPRA DIXIMUS:) Vid. *l. 2. c. 11. §. 7. l. „3. c. 19. §. 5.*

„e) (ID INTEREST QUOD SI METUS INJUSTUS „IMPULERIT:) Fruſtra id quæritur inter hoſtes „quia ſuperiorem non habent, qui de jure decidat.

„f) (PETERE RESTITUTIONEM:) Contra pro„miſſionem factam.

„g) (SIBI EAM PRÆSTARE POTEST:) Non ſol„vendo ſeu præſtando id quod promiſit; & hoc eſt „quod Auctor paſſim ait, metum inferentem tene„ri liberare eum qui promiſit. *L. 2. c. 13. §. 14. „c. 17. §. 17. c. 11. §. 7. n. 2. & 3. l. 3. c. 19. §. 4. „c. 23. §. 2.*

„h) (QUOD IN METU PROCEDENTE EX BELLO „PUBLICO JURIS GENTIUM LOCUM NON HABET:) „Utpote quo jure etiam ob metum injuſtum ad „effectum dominii externi, reſtitutionem non da„ri putat. Quæ monſtra refutavimus *l. 3. c. 19. §. „12. l. 2. c. 17. §. 19. l. 2. c. 11. §. 7. ſeq.*

„i) (JAM OMNINO QUOD PROMISSUM EST „PRÆSTANDUM ERIT:) Id eſt ſive juſtus ſit me„tus ſive injuſtus: quia vis & metus non tollunt „conſenſum: Rationem autem, quam Auctor ſu„pra adhibuit, quod licet jus homini non ſit quæ„ſitum, Deo tamen id debeatur, late examinavi„mus *l. 2. c. 13. §. 14.*

„k) (PUNIRI AB HOMINIBUS SOLET:) Repetit „hic Auctor errorem illum perpetuum, quod na„tura cuilibet homini jus puniendi alterius delicta „competat: quod paſſim refutavimus. Si hoſtis „privatus fidem datam non ſervat, ſuperior ejus „implorari debet ut eum adigat, *vide infra* §. 10. „Si nolit, nova hæc belli cauſa eſt cum ipſo ſupe„riore: Extraneis autem nullum jus de perjurio „cognoſcendi competit.

„l) (SI IN LATRONES AUT PIRATAS, DISSIMULARI ODIO EORUM:) Fabula hæc jam exploſa „eſt ſupra *l. 3. c. 19. §. 5.* Latro jus agendi ex „pacto vi ac metu extorto habet, at is viciſſim „promittenti tenetur ob metum injuria illatum; at„que hic proceſſus juris naturæ eſt, de quo *l. 2. c. „11. §. 7.* egimus.

„a) (MINOREM NON EXCIPIEMUS:) Qui vigin-

ejus ſtatus eſt ut actum intelligat. Nam [c] quæ minoribus conſulunt beneficia [d] ex jure ſunt civili. Nos [e] de jure gentium quærimus.

§. IV.

Lib. II. c. XI. §. 6 Et [a] de errore alibi diximus, ita jus dare a contractu recedendi, [b] ſi id quod per errorem creditum fuit in mente agentis vim habuerit conditionis.

§. V.

1. At [a] quouſque ſe extendat privatorum in paciſcendo poteſtas difficilior inſpectio eſt. [b] Quod publicum eſt a privato alienari non poſſe ſatis conſtat: nam [c] ſine ducibus quidem belli id permiſſum
Cap. 12. §. 7. eſt, ut [d] modo probavimus, multo minus privatis. Sed [e] de ipſorum actionibus ac rebus quæri poteſt, quia videmus [f] hæc quoque con-

„ti quinque annos non habet *Vide l. 2. c. 5. §. 2. & c. 11. §. 5.*

„*b*) (QUI EJUS STATUS EST UT ACTUM INTELLIGAT:) Id eſt qui pubes eſt, diximus enim ex facultate generandi etiam judicium neceſſario ſequi *d. c. 11. §. 5.*

„*c*) (QUÆ MINORIBUS CONSULUNT BENEFICIA:) Reſtitutionem intelligit in integrum.

„*d*) (EX JURE SUNT CIVILI:) Lubrico ætatis inſulta.

„*e*) (DE JURE GENTIUM:) Rectius de jure naturæ.

„*a*) (DE ERRORE ALIBI DIXIMUS:) *L. 2. c. 11. §. 6.*

„*b*) (SI ID QUOD PER ERROREM CREDITUM FUIT IN MENTE AGENTIS VIM HABUIT CONDITIONIS:) Id eſt, ita præſumtum ſit ut fuerit præcipua cauſa contractus; qua deficiente etiam quod actum eſt irritum fore tacite conſenſum putatur. *Gron. h.* Ex hypotheſi enim Autoris promiſſor non conſenſit in promiſſum, niſi ſub quadam conditione quæ re ipſa non exſtitit. *Grot. l. 2. c. 11. §. 6. n. 2.* Nos ex aliis principiis totam de errore materiam deduximus, *d. §. 6.*

„(AD §. V.) Quæritur an privati quoque hoſti fidem dare poſſint? Alii id negant tum ratione *rerum* tum ratione *actionum*: Res enim & actiones ſubditorum ſubeſſe imperio ſuperioris ajunt, adeoque contra utilitatem ſuæ civitatis, neque ex bonis aliquid concedere, neque actionis utilitatem hoſti tribuere poſſe exiſtimant: Unde quicquid contra officia, quæ patriæ debentur, promittitur irritum pronunciant. *Vid. infr. §. 7.* Auctor reſpondet huic dubio (1) pacta talia privatorum ideo valere, quia majus malum illi evitatur: neque enim (2) ſolam fidem qua quis non abdicat juri in ſe & in res ſuas, neque utilitatem publicam ſine legis authoritate id efficere poſſe ut promiſſio omni effectu careat: *h. §. 5. n. 2.* (3) Non quicquid officium eſt ſtatim & irritum eſſe: (4) nec contra officium eſſe libertatem ſibi parare, promittendo quod jam eſt in hoſtis manu: (5) nihilo deteriorem fieri patriæ cauſam cui is qui captus eſt, ni liberetur, jam periiſſe cenſendus eſt. Vera ratio cur pacta privatorum cum hoſte valeant (5) in eo conſiſtit, quod ſupponimus hoſtem minari incendia prædiis, captivitatem perſonis: &c. ſupponimus imperantem id impedire non poſſe: Hoc caſu igitur ſubditi jure neceſſariæ defenſionis partem bonorum, ut reliqua conſervent, dare vel promittere hoſti propitio jure poſſunt: civitati enim nulla fit injuria, tum quia res illæ æque, quin magis, perituræ fuiſſent, tum quia imperium hoc caſu deſinit, & jure neceſſariæ defenſionis civis ea agere poteſt, quæ ad ſui ſuarumque rerum conſervationem neceſſaria eſſe judicabit.

„Secus igitur ſe res habet ſi privatus commercia cum hoſte agit: ejusmodi pacta enim, quæ hoſtis vires augent, noſtræ civitatis vires autem minuunt, prohibita ſunt. *Vid. n. 5.*

„An vero pactum militum captivorum, quo promittunt ſe non ulterius militaturos, valeat, videbimus *§. 7. n. 1.*

„*a*) (QUOUSQUE SE EXTENDAT PRIVATORUM IN PACISCENDO POTESTAS:) Semper valet pactum ſi de ſuo jure diſponunt.

„*b*) (QUOD PUBLICUM EST A PRIVATO ALIENARI NON POSSE:) Quia de jure alieno, adeoque extra fines facultatis a creatore conceſſæ diſponeret.

„*c*) (NE DUCIBUS QUIDEM BELLI ID PERMISSUM EST:) Scilicet extra fines officii & mandati.

„*d*) (MODO PROBAVIMUS:) Vid *c. 22. §. 7.* ubi dixit ducem non poſſe de belli cauſis & conſequentibus diſponere.

„*e*) (DE IPSORUM ACTIONIBUS AC REBUS QUÆRI POTEST:) Adeoque de jure eorum privato.

„*f*) (HÆC QUOQUE CONCEDI NON POSSE SI-

„NE

concedi hoſtibus non poſſe ſine aliquo damno partis: unde videri poſſunt talia pacta [g] illicita cum civibus ob jus ſupereminens civitatis, [h] tum conductis militibus ob fidem ſacramento datam.

2. Sed ſciendum eſt, ea pacta, [k] quæ malum majus aut certius evitant, magis utilia quam damnoſa etiam publico cenſeri debere, [l] quia minus malum induit rationem boni χρὴ τῶν κακῶν ἐπιλέγεσθαι τὰ μετριώτερα, ut ait quidam apud Appianum. Neque vero [m] fides *Punic p. 55 Edit. Steph.* ſola qua quis poteſtatem ipſam ſui & ſuarum rerum non abdicat, [n] neque utilitas publica [o] ſine legis auctoritate id efficere poſſunt, ut quod factum eſt, etiamſi contra officium factum eſſe detur, irritum ſit, & effectu juris omni careat.

3. [p] Lex quidem poſſet adimere ſubditis aut perpetuis, aut temporariis hanc poteſtatem: Sed neque lex hoc ſemper facit, parcit enim civibus: neque ſemper facere poteſt: nam leges humanæ, ut alibi

„NE ALIQUO OAMNO PARTIS:) Si eoim pecuni- „am, frumentum &c. hoſti promittit, vires ho- „ſtis augentur, & vires ooſtræ eivitatis minoun- „tur.

„g) (ILLICITA EUM CIVIBUS OB JUS SUPER- „EMINENS EIVITATIS:) Civitas enim jus io res ei- „vis hactenus habet, ut hic de iis in detrimentuto „civitatis diſponere nequeat.

„h) (CUM CONDUCTIS MILITIBUS OB FIDEM „SACRAMENTO DATAM:) Miles enim ſacramento „ſe obſtrinxit, quod eivitatem defendere velit, „violare id videtur ſi promittit ſe eam non defenſu- „rum. Add iofra §. 7.

„i) (SED SCIENDUM EST:) Veram rationem, „cur ſides a privato hoſti data ſervari debeat, „expoſuimoos initio h. §. Supereſt ut dubia a Za- „ſio ſupra §. 1. lit. c. mota removeamus.

„*Primo* ait, militarem diſciplinam & juramen- „tum præſtitum exigere ne privatus ab hoſte ul- „lum lucrum acquirat: Reſp. ſi milites & ſubdi- „ti liberi ſunt, omnioo cooventiones eum hoſte „prohiberi poſſuot, idque & diſciplinæ militari & „juramento convenit; nihil enim facere poſſunt „quo hoſtium vires augeantur: At ſi io hoſtium „poteſtate ſunt, eisque ut hoſtibus quædam pro- „mittunt, ea valent jure oeceſſariæ defenſionis. „*Vid.* §. 7.

Secundo opponit, captos poſtliminio ſaltem redire, adeoque eos contra jus publicum poſtliminii nihil promittere poſſe: Reſp. etiam ille qui ab hoſte *dimittitur* poſtliminio revertitur: *l. 26. ff. capt.* qui proinde aliquid pro illa *dimiſſione* promittit nihil promittit, cootra jus publicum poſtliminii.

Tertio ait, hoſtem turpiter agere quod a pagano contra juramentum militare, contra diſciplinam militarem, contra obedieotiam ducibus debitam fidem exigat: At inepta eſt hæc ratio, uti *infra* §. 7. ubi hæc materia repetitur, demonſtrabimus.

Pars III.

„k) (QUÆ MALUM MAJUS AUT CERTIUS EVI- „TANT MAGIS UTILIA ETIAM PUBLICO CENSE- „RI DEBENT:) Majus autem malum evitant qui „certa pecunia hoſti promiſſa incendia & vaſtati- „onem impediunt, qui capti, promittendo ſe nolle „militare, a ſervitute ſe liberaot. &c.

„l) (QUIA MINUS MALUM INDUIT RATIO- „NEM BONI:) Hanc interpretandi regulam expli- „cavimus & refutavimus ſupra *l. 2. c. 23. §. 2. c. 24. §. 5. n. 1.*

„m) (FIDES SOLA, QUA QUIS POTESTATEM „IPSAM SUI ET RERUM SUARUM NON ABDICAT: „&c.) Senſus eſt, fidem hoſti datam ideo effectu „carere ooo debere quia fidem eivitati dedit, per „hanc enim fidem civem ſe ſuaque non ſubjeciſ- „ſe poteſtati eivitatis; adeoque eam non obſtare, „quo minus & ſe ſuaque a poteſtate hoſtis, alia fi- „de data, liberare, eoque majus periculum evitare „poſſit.

„n) (NEQUE UTILITAS PUBLICA:) Senſus eſt, „fidem hoſti datam nec ideo irritam reddi, quod „ſine damoo civitatis concedi non poſſiot ea quæ „promiſſa ſunt; quia ea fides itidem oon impe- „dit, quo minus ad evitandum majus malum con- „tra officium aliquid hoſti promittere poſſimus: „Nos veram rationem jam expoſuimus: *Add. §. 7.*

„o) (SINE LEGIS AUCTORITATE:) An ergo „leges adimere facultatem eum hoſte paciſeeodi „poſſunt? *Vid. n. ſeq.*

„p) (LEX QUIDEM POSSIT ADIMERE SUBDITIS „HANC POTESTATEM:) Auctor dixit *n. præced.* „utilitatem publicam ſine legis auctoritate non „poſſe efficere ut id quod cootra officium fit ir- „ritum ſit, ſi facto illo majus evitatur malum.

„Inſtat Auctor, legem civilem poteſtatem illam „ſubditis auferre poſſe, adeoque tunc ſaltem pa- „cta ſubditorum eum hoſte non valere: Reſpon- „det (a) legem id oon ſemper facere: nec (b) „id facere ſemper poſſe, quia leges ad humanum

„mo-

Lib. I. c. IV. §. 7. n. 3. Lib. II. cap. XIV. §. 12. n. 2. alibi diximus, vim obligandi tum demum habent [q] ſi latæ ſint ad humanum modum, [r] non ſi onus injungant quod a ratione & natura plane abhorreat. Et ideo leges & præcepta ſpecialia, quæ tale quid aperte præ ſe ferunt [s] pro legibus haberi non debent: Generales autem leges interpretatione benigna ita accipiendæ ſunt, [t] ut caſus ſummæ neceſſitatis excludant.

4. Quod ſi actus qui lege aut præcepto interdictus erat, & valere vetitus, [u] interdici æquo jure potuit, [v] jam irritus erit actus privati, [w] ſed puniri tamen idem poterit [x] ideo, quod promiſit id quod ſui juris non erat, maxime [y] ſi juratus id fecerit.

§. VI.

Promiſſio captivi [a] de redeundo in carcerem merito toleratur. [b] Neque enim deteriorem reddit captivi conditionem: non ergo, ut quidam exiſtimant, glorioſe tantum fecit M. Attilius Regulus, *Off. III. c. 29.* [c] ſed & quod debebat: *Regulus*, inquit Cicero, *non debuit conditiones pactionesque bellicas & hoſtiles perturbare perjurio.* Nec obſtat *Horat. III. Od. V. 49.* [d] illud:

Atqui ſciebat quæ ſibi barbarus
Tortor pararet.

[e] Nam & hoc fieri poſſe jam ſcierat cum promitteret. Sic & de decem captivis, ut quidem ex antiquis ſcriptoribus rem narrat Gellius, *Lib. VII. c. 18.* *octo poſtliminium juſtum non eſſe ſibi reſponderunt, quoniam* [f] *dejurio vincti forent.*

§. VII.

„modum latæ ſaltem obligant, non ſi onus injun„gant a natura & ratione alienum: Vera ratio eſt, „quod jus neceſſariæ defenſionis nulla lege auferri poſſit, & quod imperium in hoc caſu deſinat: „*Vid.* §. 7.

„q) (SI LATÆ SUNT AD HUMANUM MODUM:) „*L. 1. c. 4.* §. *7. n. 3. l. 2. c. 2.* §. *6. n. 4.*

„r) (NON SI ONUS INJUNGANT QUOD A RATIONE ET NATURA PLANE ABHORREAT:) „Quale ex hypotheſi Auctoris eſſet, ſi ſubditus impediretur majus aut certius evitare malum; rectius, ſi jus neceſſariæ defenſionis ei auferretur.

„s) (PRO LEGIBUS HABERI NON DEBENT:) „Quia legibus naturæ aliquid contrarium præcipiunt. *Vid. l. 2. c. 14.* §. *12. n. 2.*

„t) (UT CASUS SUMMÆ NECESSITATIS EXCLUDANT:) Toties hanc hypotheſin generalem refutavimus. *Vid. l. 2. c. 2.* §. *6. n. 2. c. 6.* §. *5. c. 18.* §. *4. n. 6.*

„u) (INTERDICI ÆQUO JURE POTUIT:) Ubi ſi „nihil legibus naturæ contrarium ſtatuitur.

„v) (JAM IRRITUS ERIT ACTUS PRIVATI:) „Quia contra leges ſuæ civitatis pactus eſt.

„w) (SED PUNIRI TAMEN IDEO POTERIT:) „Quia legem violavit.

„x) (IDEO QUOD PROMISIT ID QUOD SUI JURIS NON ERAT:) Quod enim lege prohibente „fit eſt extra jus noſtrum, agimus enim ultra facultatem nobis jure conceſſam.

„y) (SI JURATUS:) Nemo enim fidem juratam „dare debet ſi ſcit ſe fidem dare non poſſe; eſſet „hæc profanatio nominis divini, adeoque tunc pœna perfidiæ quoque obtinet.

„a) (DE REDEUNDO IN CARCEREM:) Si ſcilicet promiſſa non præſtiterit.

„b) (NEQUE ENIM DETERIOREM REDDIT CAPTIVI CONDITIONEM:) Atqui civitatis jus hoc caſu minuere videtur, utpote quam omnes cives „defendere tenentur: Sed ei reſpondimus §. *præced.*

„c) (SED ET QUOD DEBERAT:) Factum hoc „examinavimus ſupra *L. 2. c. 15.* §. *17.* & *l. 3. c. 22.* §. *3.*

„d) (ILLUD:) Horatii *l. 3. od. 5.*

„e) (NAM ET HOC FIERI POSSE JAM SCIERAT CUM PROMITTERET:) Jure belli enim in captos „& ſervos ſævire licet.

f) (Grot.) (DEJURIO VINCTI:) Id eſt, capitis mi-

§. VII.

1. Solent & promittere quidam [a] ne in certum locum redeant, [b] ne adverſus eum qui ipſos in poteſtate habet militent. Prioris exemplum apud Thucydidem, ubi ſic Ithomenſes promittunt Lacedæmoniis, exituros ſe Peloponneſo, [c] nec unquam redituros. [d] Poſterius nunc frequens eſt. Vetus exemplum eſt apud Polybium ubi dimittuntur ab Amilcare Numidæ, ſub lege μηδένα φέρειν ὅπλον πολέμιον κατ᾽ αὐτῶν: *Ne adverſus Carthaginenſes eorum quisquam arma hoſtilia ferret.* Simile pactum habet in Gotthicis [e] Procopius

Lib. 1. c. 103. *Lib. 1. c. 78.* *Goth. III. c. 36.*

2. Hoc pactum quidam irritum pronuntiant, [f] quia ſit contra officium quod patriæ debeatur. [g] At non quicquid contra officium eſt, ſtatim & irritum eſt, ut & [h] alibi, [i] & ſupra diximus. Deinde vero [k] ne contra officium quidem, libertatem ſibi parare id promittendo quod jam eſt in hoſtis manu. [l] Nihilo enim deterior fit patriæ cauſa, cui is qui captus eſt, ni liberetur, [m] jam periiſſe cenſendus eſt.

§. VIII.

Promittunt & nonnulli [a] non fugere; [b] tenet hoc eos, etiamſi vincti promiſerint, [c] contra quam quidam ſentiunt. Nam & ſic ſo-

minores, ut *Horatius* de Regulo loquitur. (Dict. III. *Od.* V.)

„*a*) (NE IN CERTUM LOCUM REDEANT:) Ubi „præſentia forte eſſet damnoſa capienti. *Gron. h.*

„*b*) (NE ADVERSUS EUM QUI IPSOS IN „POTESTATE HABET MILITENT:) Vera ratio „eſt, quod captus non ſubſit imperio priſtinæ ci„vitatis, quæ, cum eum defendere amplius non „poſſit, jus imperii amittit: Captus igitur jure ne„ceſſariæ defenſionis ſe quovis modo, etiam promit„tendo de non amplius militando, liberare pot„eſt: neque patriæ id præjudicat, quia illa jus in „captum amiſit, neque deſunt alii qui militare pot„erunt: Sane cum hoſti in captum omnia liceant, „cum occidi quoque poſſit, &c. multo magis exi„gi ab eo poteſt fides ne militet; conferatur *ſupra* „*§. 1. lit. c. & §. 5. lit k. ſeq.*

„*c*) (NEC UNQUAM REDITUROS:) Hic non „de pactis privatorum agitur, ſed civitatis & po„puli.

„*d*) (POSTERIUS NUNC FREQUENS EST:) Ex„empla Vide apud *Thuan. Hiſt. l. 4. p. 70. & 73.* „*l. 14. p. 283.*

e) (Grot.) (PROCOPIUS:) Gotth. II. de Herulis *Cap. 14.* (Hoc exemplum diverſum eſt ab eo, quod in contextu indicatur. In loco præcedenti POLYBII nullum eſt pactum, ſed comminatio tantum *Hamilcaris.* J. B.)

„*f*) (QUIA SIT CONTRA OFFICIUM QUOD PA„TRIÆ DEBETUR:) Cujus defenſioni pacto re„nunciare non poteſt: ſed reſpondimus ſupra „*§. 15.*

„*g*) (AT NON QUICQUID CONTRA OFFICIUM „EST, STATIM ET IRRITUM EST:) Imo contra„dictio eſt actum valere & tamen legibus con„trariari; ſane lege prohibente deficit facultas „moralis. Alias rationes modo propoſuimus.

„*h*) (ALIBI:) *l. 2. c. 5. §. 3. & §. 10. n. 1. l. 2. c.* „*11. §. 9.*

„*i*) (ET SUPRA:) *§. 5. n. 2.*

„*k*) (NE CONTRA OFFICIUM QUIDEM, LIBERTA„TEM SIBI PARARE PROMITTENDO QUOD JAM „EST IN HOSTIS MANU:) i. e. de redeundo in ca„ptivatem in qua actu eſt.

„*l*) (NIHILO ENIM DETERIOR FIT PATRIÆ „CAUSA:) Si captus manſiſſet, itidem defendere „non potuiſſet patriam.

„*m*) (JAM PERIISSE:) Quia facultas defen„dendi civitatem deficit. Imo jure Romano „pro ſervo & civiliter mortuo habitus fuit. *Vid.* „*l. 3. c. 9. §. 1. lit. f.*

„*a*) (NON FUGERE:) Qui non carceri inclu„duntur, ſed fide data pro lubitu in terra hoſtili „commeare poſſunt.

„*b*) (TENET HOC EOS ETIAMSI VINCTI PRO„MISERINT:) Vis enim non impedit conſenſum, „præſertim ſi ſit vis hoſtilis, utpote quæ licita eſt.

„*c*) (CONTRA QUAM QUIDAM SENTIUNT:)

Cccccc 2 „Qui

ſolet aut vita ſervari, aut mitior obtineri cuſtodia. Si vero vinctus ſit poſtea, [d] ita demum liber erit ſi ideo promiſerit ne vinciretur.

§. IX.

Satis inepte quæritur an [a] qui captus eſt alii dedere ſe poſſit; nimis enim certum eſt, neminem ſua pactione [b] jus alteri quæſitum adimere poſſe. Eſt autem captori jus quæſitum, [c] aut ipſo belli jure, [d] aut partim belli jure, partim conceſſu ejus qui bellum gerit, ſecundum ea [e] quæ ſupra expoſuimus. *Lib. III. c. VI §. 23. & ſeq*

§. X.

Circa effectus pactorum egregia quæſtio eſt, [a] an privati, ſi in fide præſtanda negligentes ſint, a ſuis poteſtatibus cogendi ſint eam implere. Et [b] cogendos verius eſt in bello duntaxat ſolenni, [c] ob jus gentium, quo bellum gerentes obſtringuntur alter alteri jus reddere, [d] etiam de factis privatorum, [e] ut puta ſi a privatis violati eſſent hoſtium legati. Sic Cornelius Nepos recitante Gellio ſcripſerat, *Noct. Att. VII 18* multis [f] in Senatu placuiſſe, ut ii de [g] decem captivis qui redire nollent, datis cuſtodibus ad Hannibalem deducerentur.

§. XI.

„Qui fidem in carcere datam injuſtam prædicant, „quod verum non eſt, inprimis de carcere hoſtili. „Vide Iſte *Capyc. Dec. 149. n. 3.*

„*d*) (ITA DEMUM LIBER ERIT SI IDEO PRO„MISERIT NE VINCIRETUR:) Si quis fidem de„dit de non fugiendo, ea intentione ne vincire„tur, non violat fidem ſi poſtea contra fidem „vinctus aufugiat: At ſi vinctus fidem talem „dedit, aufugere abſque perfidia nequit,

„*a*) (AN QUI CAPTUS EST ALII DEDERE SE „POSSIT:) Recte id negat Autor, quia diſpone„ret de jure alieno.

„*b*) (JUS ALTERI QUÆSITUM:) Uti quæſitum „eſt per deditionem.

„*c*) (AUT IPSO BELLI JURE:) Quo captus ſit „ſervus capientis.

„*d*) (PARTIM CONCESSU EJUS QUI BELLUM „GERIT:) Si Princeps prædam ſubditis conce„dit. *l. 3. c. 6. §. 24.*

„*e*) (QUÆ SUPRA:) *l. 3. c. 6. §. 23. & ſeq.*

„*a*) (AN PRIVATI, SI IN FIDE PRÆSTANDA „NEGLIGENTES SINT A SUIS POTESTATIBUS CO„GENDI SINT EAM IMPLERE:) Affirmatur: Nam „omnium conſenſu conſtat fidem hoſti datam „ſervandam eſſe, adeoque hactenus jus in ho„ſtem transfertur. Si proinde hoſtis poteſtatem „ejus qui ſub pacto dimiſſus eſt, implorat, coge„re ea debet ſubditum ut pactis ſtet, ſi cogere no„lit, cauſam ſuam facit, & nova eſt belli cauſa.

„*b*) (COGENDOS VERIUS EST IN BELLO DUN„TAXAT SOLENNI:) i. e. In bello quod inter „duas ſummas poteſtates geritur, & indictum eſt: „huic enim bello jure Gentium certa quædam pri„vilegia indulta eſſe ſtatuit; quo etiam refert, „quod promittentis magiſtratus adigere ſubditos „teneatur ut promiſſa præſtent: Aliud igitur ob„tinere putat in bello minus ſolenni, (quale au„tem id ſit vide *Diſſert. Prooem. IX. Sect. II.*) „in quo tantum ei qui juſtam cauſam habet pacta „eſſe ſervanda ait. At ſæpius jam dictum eſt, bellum „tale ſolenne non exiſtere. In genere ergo di„cendum, inter duas gentes fidem a ſubditis da„tam ſervandam eſſe: Sane fides etiam prædoni „qua prædoni data impleri debet, & Magiſtratus „promittentis cogere hunc ad implementum pot„eſt; ſalva cæterum actione injuriarum contra præ„donem, qui vi alterum ad promittendum induxit.

„*c*) (OB JUS GENTIUM, QUO BELLUM GEREN„TES OBSTRINGUNTUR ALTER ALTERI JUS RED„DERE:) Imo id ex ipſo jure naturæ eſt.

„*d*) (ETIAM DE FACTIS PRIVATORUM:) Ita „ut vel eum dedere, vel adigere ad ſatisfaciendum „debeat. *Vid. l. 2. c. 21. §. 4. n. 1. l. 3. c. 20. §. 41.* „*Add. l. 1. c. 3. §. 1.*

„*e*) (UT PUTA SI A PRIVATIS VIOLATI ES„SENT HOSTIUM LEGATI:) Hoc enim utriusque „partis conſenſu injuſtum eſt, adeoque hactenus „non diſſident.

f) (Grot.) (MULTIS IN SENATU PLACUISSE:) Idem jam ante Senatus redire eos coëgerat, quos Pyrrhus ſub conditione dimiſerat. *Appianus Exc. legat. num. 6.* (pag. 348. *Excerpt. Fulv. Urſin*)

„*g*) (DECEM CAPTIVIS:) Quos Hannibal di„miſerat, ut tentarent numquid Senatus Romanus „redimeret captivos, fide data, ſi non impetrarent „in caſtra redituros. *Gron. h.*

„*a*)

§. XI.

[a] De interpretatione tenendæ regulæ jam aliquoties memoratæ, ut [b] a proprietate verborum non recedatur, [c] niſi abſurdi vitandi cauſa, [d] aut ex alia ſatis certa mentis conjectura: [e] ut in dubio magis interpretemur verba contra eum qui legem dedit. *Lib. II. c. XVI. §. 2. Hoc l. c. XX. §. 26.*

§. XII.

[a] Vitam pactus non etiam ad libertatem jus habet. [b] Veſtium nomine arma non veniunt: ſunt enim hæc diverſa. [c] Veniſſe auxilium recte dicitur ſi ſit in conſpectu, etiamſi nihil agat; [d] nam ipſa præſentia ſuam vim habet.

§. XIII.

At [a] rediiſſe ad hoſtem non dicetur qui clam rediit ut ſtatim exiret: rediiſſe enim ita intelligi debet, [b] ut in poteſtate hoſtium iterum ſit. Contraria interpretatio veteratoria [c] Ciceroni, ſtulte callida, [d] quæ fraudem in ſe & perjurium habeat. Eadem Gellio fraudulenta calliditas, [e] a Cenſore ignominiis notata, qui eam adhibuerant inteſtabiles & inviſi. *De off. III. c. 32. Lib. VII. c. 11.*

§. XIV.

[a] Juſta auxilia in pactis deditionis non faciendæ, [b] ſi ea advenerint

a) (DE INTERPRETATIONE TENENDÆ REGULÆ:) Imo in pactis nulla valet interpretatio niſi quæ ex natura verborum & negotii ſequitur. Si id dubium, nullum eſt pactum. Sane in exemplis §. ſeq. allegatis de voluntate citra ullam interpretationem ex ipſis verbis ſatis conſtat.

„b) (A PROPRIETATE VERBORUM NON RECEDATUR:) *L. 2. c. 16. §. 2.*

„c) (NISI ABSURDI VITANDI CAUSA:) *d. c. 16 „§ 16 & 17.*

„d) (AUT EX ALIA SATIS CERTA MENTIS „CONJECTURA:) *L. 2. c. 16. §. 5. ſeq.*

„e) (UT IN DUBIO VERBA MAGIS INTERPRE„TEMUR:) *L. 2. c. 16. §. 32. & c. 20. §. 26.*

„a) (VITAM PACTUS NON ETIAM AD LIBER„TATEM JUS HABET:) Aliud enim eſt vita aliud „libertas, & illa ſalva eſſe poteſt etſi hæc adima„tur.

„b) (VESTIUM NOMINE ARMA NON VENI„UNT:) Hæc enim ſunt diverſa: illæ corporis te„gendi, hæc corporis defendendi cauſa adhiben„tur.

„c) (VENISSE AUXILIUM RECTE DICITUR SI „SIT IN CONSPECTU:) Si quis promiſerit dediti„onem, ſi certum intra tempus non veniſſent auxi„lia, & antequam illud tempus finiatur, auxiliarii „e longinquo appareant, hoc caſu is qui ita pa„ctus eſt ſine perfidia deditionem recuſabit, etſi „auxilia prælium cum hoſte non committant. „*Gron. b.*

„d) (NAM IPSA PRÆSENTIA SUAM VIM HA„BET:) Auxilia actu adſunt, adeoque pacti condi„tio exiſtit.

„a) (REDIISSE AD HOSTEM NON VIDETUR „QUI CLAM REDIIT:) Reſpicit Auctor ad decem „captos quos Annibal poſt Cannenſem pugnam „juratos ad Senatum miſit, in caſtra redituros niſi „de redimendis captivis impetraviſſent. Horum „unus paulo poſtquam egreſſus erat e caſtris rediit, „quaſi aliquid eſſet oblitus & ideo Romæ reman„ſit: Reditu enim in caſtra liberatum ſe eſſe jureju„rando interpretabatur. *Cic. l. 3. off. c. 32. Vid. lit. „ſeq. d. & e.*

„b) (UT IN POTESTATE HOSTIUM ITERUM „SIT:) In eo ſtatu ſe ſiſtere debet in quo fuit an„te dimiſſionem.

„c) (CICERONI:) De iiſdem decem captivis lo„quenti *d. l. 3. c. 32.*

„d) (QUÆ FRAUDEM IN SE ET PERJURIUM HA„BEAT:) Mera enim fuit cavillatio & reſervatio „mentalis: atque hinc in allegato exemplo decre„vit Senatus ut ille veterator & callidus, vinctus „ad Annibalem duceretur *Cic. d. l.*

„e) (A CENSORE IGNOMINIIS NOTATA:) *Eos „enim qui ad Annibalem non rediſſent usque ad„eo inteſtabiles inviſosque fuiſſe ut tædium vitæ „ceperint, necemque ſibi conſciverint. Gell. l. 7. c. 18.*

a) (Grot.) (JUSTA AUXILIA IN PACTIS DEDI-

nerint, intelligi debent talia quæ periculum ceſſare faciant.

§. XV.

Notandum & hoc, [a] ſi quid de executionis modo convenit, id conditionem non injicere pacto, ut [b] ſi dictum certo loco ſolvi, qui locus poſtea dominum mutaverit.

§. XVI.

Hoc libro c. 20. §. 58. De obſidibus tenendum quod [a] ſupra diximus, plerumque eos [b] acceſſionem eſſe principalis actus: ſed tamen conveniri etiam poſſe [c] ut disjunctiva ſit obligatio, nimirum ut aut fiat aliquid, aut obſides retineantur. Sed in dubio tenendum eſt illud, quod maxime eſt naturale, [d] id eſt, ut acceſſio tantum credantur.

CAPUT XXIV.

De fide tacita.

I. *Tacite quomodo fides interponatur.*
II. *Exemplum in eo qui in tutelam recipi a populo aut rege expetit:*
III. *Qui colloquium poſtulat aut admittit:*
IV. *Huic tamen, dum collocutori non noceat, integrum eſſe res ſuas promovere.*
V. *De mutis ſignis ex conſuetudine aliquid ſignificantibus.*
VI. *De tacita approbatione ſponſionis.*
VII. *Pœna quando tacite remiſſa.*

§. I.

L. ea lege 51. D. locati. Silentio quædam conveniri non male a Javoleno dictum eſt, quod & in [a] publicis, & in [b] privatis, [c] & in mixtis conventionibus uſu

DITIONIS:) Sunt ajus pacti exempla quatuor in III. Gotthicorum *Procopii* (Cap. 7. 12. 30. 37.) Aliud de Loca apud Agathiam lib. I. (c. 7.) De Caſtello Corſicæ apud *Bizarum* hiſtoriæ Genuenſis X. alia libro XVIII. & in bello in Mauros. Habet tale & *Cromerus* lib. XI.

„*b*) (SI EA ADVENERINT, INTELLIGI DEBENT „TALIA QUÆ PERICULUM CESSARE FACIANT:) „Si quis paciſcitur cum hoſte, ſe redditurum civi„tatem niſi auxilia certum intra tempus advene„rint, ſine perfidia differre deditionem nequit ſi „talia advenerint auxilia quæ periculum ceſſare „non faciant, quia manet eadem dedendi neceſſi„tas.

„*a*) (SI QUID DE EXECUTIONIS MODO CON„VENIT, IN CONDITIONEM NON INJICERE PA„CTO:) Si exequendi modus præſcriptus ob inci„dentem cauſam non queat ſervari, non ideo rem „ipſam eſſe irritam. *Gron. h.*

b) (SI DICTUM CERTO LOCO SOLVI, QUI LOCUS POSTEA DOMINUM MUTAVERIT:) Etſi igitur tuto in hoc loco ſolvi non poſſit, ideo pactum non deficit, nec obligatio tollitur, ſed debitum manet.

a) (SUPRA:) *L. 3. c. 20. §. 58.*

„*b*) (ACCESSIONEM ESSE PRINCIPALIS ACTUS:) „Obſides enim dantur in ſecuritatem ejus quod „promiſſum eſt, adeoque ad eandem cauſam ac„cedunt. Unde finita obligatione principali fini„tur quoque acceſſoria obſidum.

„*c*) (UT DISJUNCTIVA SIT OBLIGATIO:) Hoc „dependet a pacto partium, quæ prout de jure ſuo „diſponunt, ita jus eſt: neque tunc obſides obli„gantur ut acceſſio, ſed ut principales: at vix ex„emplum tale adduci poterit.

„*d*) (ID EST UT ACCESSIO TANTUM CRE„DANTUR:) Adeoque ut finita obligatione prin„cipali etiam liberentur obſides: Id enim natura „negotii indigitat.

(AD §. I.) Ex ſilentio neque conſenſus neque diſſenſus ſequitur, *l. 142. R. J. c. 44. R. J. in 6.* quia voluntas non eſt niſi declarata: Silentium enim eſt negatio actus, neque ſe declarat qui nihil dicit.

Aliud ergo eſt ſi ex ipſo ſilentio appareat voluntatis declaratio: uti (1) ex facto quo neceſſario elicitur voluntas: (2) ex ſignis quæ vel natura ſignificant voluntatem, ut nutus, vultus &c. vel ex inſtituto: (3) ex iis quæ neceſſario ſequuntur ex verbis: fide enim expreſſa omnia continentur ſine quibus fides illa explicari nequit: & ſic ubi de colloquio convenit, tacite quoque pactum eſt id ſine quo colloquium tuto fieri nequit: v. g. commeatus.

„*a*) (PUBLICIS:) Inter duas ſummas poteſtates „initis.

„*b*)

uſu venit. Cauſa hæc eſt, [c] quod conſenſus, qualitercunque indicatus & acceptatus, vim habet juris transferendi. Signa autem conſenſus ſunt [d] & alia præter voces & literas, ut non ſemel jam indicavimus. [e] Quædam natura inſunt actui. *Lib. II. c. IV. § 4. ſ. L. III. c. I. §. 8.*

§. II.

Exemplum ſit in eo qui [a] aut ab hoſtibus, [b] aut ab externis veniens in alterius populi, aut regis fidem ſe dat; [c] nam hic quin tacite ſe obliget, nequid faciat adverſus eum ſtatum in quo præſidium petit, dubitari non debet. Quare [d] ſequendi non ſunt qui Zopyri factum a reprehenſione remotum ajunt: neque enim fides ejus in regem, perfidiam in eos ad quos confugerat excuſat. Idem de Sexto Tarquinii filio, qui ad Gabios ſe contulerat, dictum eſto. De Simone Virgilius: *Liv. lib. I, c 53.*

Accipe nunc Danaum inſidias, & crimine ab uno
Diſce omnes. *Æneid. II. verſ. 65.*

§. III.

Sic & qui colloquium aut poſtulat, aut admittit, [a] tacite pollicetur

„b) (PRIVATIS:) Quæ inter privatos celebran„tur.

„*) (ET IN MIXTIS:) Quando ſumma pot„eſtas cum privato ita convenit.

„c) (QUOD CONSENSUS QUALITERCUNQUE IN„DICATUS &c.) Omnis conſenſus vel verbis vel „factis declaratur: Si proinde voluntas illa æque „ex factis aut ſignis appareat, obligatio inde ori„tur, quia partes ita diſpoſuere.

„d) (ET ALIA PRÆTER VOCES:) V. g. nutus „&c. Vid. *l. 2. c. 4. §. 4. n. 3. c. 6. §. 10. l. 3. c. 1. §. 8. proleg. §. 8. l. 2. c. 11. §. 11. c. 16. §. 26.*

„e) (QUÆDAM NATURA INSUNT ACTUI:) Uti „ſi qui alteri ſe dedit promittit ſe ei non no„citurum: ita qui colloquium admittit pollicetur „ſecuritatem, etſi id additum non ſit, quia id ex „natura actus ſequitur. *Vid. §. 2. & 3.*

„a) (AUT AB HOSTIBUS VENIENS IN ALTE„RIUS POPULI FIDEM SE DAT:) Uti transfuga: „aut hoſtis qui per deditionem in noſtram tranſ„it poteſtatem.

„b) (AUT AB EXTERNIS:) Qui hoſtes non ſunt „ſed cum quibus nec amicitia nec hoſpitium eſt, „adeoque cum quibus jus capiendi & poſtliminium „obtinet: *Vid. ſupra cap. 9. §. 18.*

„c) (NAM HIC QUIN TACITE SE OBLIGET „NE QUID FACIAT ADVERSUS EUM STATUM:) „Jam enim alterius imperio ſubeſt, eoque tacite „promittit ſe nolle lædere eum cui ſe dedidit.

d) (SEQUENDI NON SUNT QUI ZOPYRI FACTUM A REPREHENSIONE REMOTUM AJUNT:) Factum hoc narratur ab *Herod. l. 3. hiſt. in f. & Juſt. l. 1. c. f.* Sed *Cteſias* id tribuit Megabyzo Zopiri patri. Cæterum factum ipſum male ab Auctore improbari puto; quia Zopyrus fidem non dederat, ſed ſe transfugam mentitus erat; licere autem mendaciis quoque hoſtem fallere ipſe Auctor ſupra ſtatuerat. Falſum autem omnino eſt quod transfuga tacite fidem obligare videatur: Nam (1) fruſtra conjecturas ſeu tacita promiſſa fingimus ubi contrarium evidens & certum: (2) conſtat Zopyrum non transfugiſſe animo præſidium quærendi, ſed hoſtes dolo fallendi, quod licitum; & (3) inepte colligitur is tacite promiſiſſe qui expreſſe & communicato cum rege conſilio aliud agitabat. Sibi ergo (4) imputent qui hoſti crediderunt, nec ſibi ſatis ab eo fide expreſſe accepta caverunt, *Vid. diſſ. de arm. illic. §. 7.*

ADDITIO.

„Zopyrus non ut transfuga ſaltem conſiderari „debet, ſed ut talis qui fidem hoſtis imploravit, „& ſuam dedit, ac NB. cui cura & defenſio civi„tatis commiſſa fuit, quam proinde injuria hoſti „tradidit.

„e) (IDEM DE SEXTO TARQUINII FILIO:) Qui „ad Gabios confugerat, & poſtea primates eorum „occidit: At alis in hoc perfidiæ ratio fuit ac in „Zopyro, nam Sextus non ad hoſtes transfugit, „ſed ad ſocios, quos violare nefas erat.

a). (Grot.) (TACITE POLLICETUR COLLOCUTORIBUS ID INNOXIUM FORE:) Merito *Agathias* Ragnarim Hunnum culpat, quod abeuntem a col-

 lo-

cetur collocutoribus id innoxium fore. Hoſtibus per colloquii ſpe-
Libro 38 c. 25. ciem violandis, [b] jus gentium violari pronuntiat [c] Livius: addit, colloquium [d] perfide violatum; nam [e] *per fidem* mendoſe eo loco ſcribitur. Cn. Domitius eo quod Bituitum regem Arvernorum per colloquii ſimulationem accerſitum, hoſpitioque exceptum vinxit,
Lib IX. c. 6. n. 3. hoc a Valerio Maximo judicium refert: *Nimia gloriæ cupiditas perfidum exiſtere coëgit.* Quamobrem mirari ſubit, cur ſcriptor
Cap. 23. libri octavi belli Gallici Cæſaris, ſive is Hirtius eſt, ſive Oppius, ſimile factum T. [f] Labieni referens, adjecerit, *infidelitatem ejus* (Comii ſcilicet) *ſine ulla perfidia judicavit comprimi poſſe*; niſi hoc Labieni, magis quam ſcriptoris judicium eſt.

§. IV.

At [a] non ultra tacita illa voluntas trahenda eſt quam dixi: nam dum collocutores nihil patiantur, [b] ſpecie colloquii avertere hoſtem a belli conſiliis, ſua interim promovere, perfidia vacat, & [c] dolis bonis annumeratur; quare qui deceptum ſpe pacis regem Perſe-
Liv. lib. XLII. c. 47. um arguebant, non tam juris & fidei, quam animi excelſi & gloriæ bellicæ habebant rationem, ut ex his quæ de dolis bellicis [d] diximus
L. III. c. 1. §. 6. & ſeq. ſatis poteſt intelligi. Ejusdem generis erat fraus illa qua Asdrubal ex Auſetanis ſaltibus exercitum ſervavit; & qua Scipio Africanus
Liv. lib XXVII. c. 17 & Lib XXX. c. 4 major ſitum caſtrorum Syphacis perdidicit, utrumque narrante Livio. Quorum exemplum imitatus [e] L. Sylla bello ſociali apud E-
Lib. I. c. 5. n. 27. ſerniam, ut apud Frontinum legimus.

§. V.

loquio Narſetem telo transfigere voluerit. *Agat. lib. II.* (c. 7.)

ADDITIO.

Imo hæc non tacita eſt fides ſed potius expreſſa; qui enim colloqui volunt, ea præſtare ex medii neceſſitate debent ſine quo id fieri nequit, non poteſt autem ſine ſecuritate: Unde ægerrime indnci potuit Carolus VII. ut Johannem Burgundiæ ducem ſpecie colloquii occideret, factumque hoc ipſi amici ejus improbabant, de quo late *Jean de Serre in annal. franc. in Car. VI. ad an. 1519.* & *Cominæus* mala fide ita agi, injurias inſidiasque fieri: unde maxime ſibi proſpexiſſe Ludovicum (in colloquium cum Eduardo Rege Angliæ deſcenſurum) ait *l. 4. Hiſt.*

„*b*) (JUS GENTIUM VIOLARI:) Intelligit ipſum „jus naturæ, quia fides data violatur.

„*c*) (LIVIUS:) *L. 38. c. 28.*

„*d*) (PER FIDEM MENDOSE EO LOCO SCRIBITUR:) Non puto: Nam ita Plautus *Moſtel. 2. 1. 69. per fidem deceptus ſum; hoſtes hic me necavit:* „& apud *Liv. l. 1. c. 9. incuſantes hoſpitii violati fœdus. Deumque invocantes cujus ad ſolemne ludosque per fas ac fidem decepti veniſſent.*

„*e*) (PERFIDUM EXISTERE COEGIT:) Florus „Aſinam Cornelium, qui ſimulato colloquio evo„catus atque ita oppreſſus fuit, vocat Perfidiæ Pu„nicæ documentum: *l. 2. c. 2. Gron. h.* Ludovi„cus, Simplicis filius, ſuaſu Hugonis a Norman„nis ſpe colloquii captus ſunt, Rex Hugonem ad Du„ellum provocat, & Hugo in Synodo damnatus „ac excommunicatus fuit. *Maſſon. l. 2. p. 197.* „Conf. *Liv. l. 32. c. 32. ſeq.*

„*f*) (T. LABIENI:) Qui Comium pro rebelle „ingrato & non ſemel perfido habebat. *Gron. h.*

„*a*) (NON ULTRA:) Quam ad ſecuritatem col„loquentium.

„*b*) (SPECIE COLLOQUII AVERTERE HOSTEM „A BELLI CONSILIIS:) Apud *Juſtinum* Ptolomæus „Philopator legationibus miſſis, quoad vires para„ret, morabatur Antiochum. *l. 30. c. 1.* Conſ. *Liv.* „*l 30. c 31. Thuan. l. 15. p.* 311. & 313. *Grammond Hiſt. Gall. l. 8. p.* 403.

„*c*) (DOLIS BONIS:) De quibus egimus *l. 3. c. 1.* „*§. 6. ſeq.*

„*d*) (DIXIMUS:) *Dict. c. 1. §. 6.*

e) (Grot.) (L. SYLLA:) Et Cæſar Dictator adver-

§. V.

Sunt & [a] ſigna quædam muta ex conſuetudine ſignificantia, ut olim [b] vittæ & rami olivarum: apud Macedones [c] haſtarum erectio; apud Romanos [d] ſcuta capiti impoſita, [e] ſigna ſupplicis deditionis, [f] quæ proinde obligant ad arma ponenda. Qui vero deditionem accipere ſe ſignificat, [g] an obligetur, & quatenus; ex his quæ ſupra dicta ſunt petendum eſt. [h] Hodie vela candida tacitum habent ſignum petiti colloquii: [i] obligabunt ergo non minus quam ſi voce petitum eſſet. *Lib. III. c.4.§ 12. & c. 11. §.11 5.*

§. VI.

Sponſio a ducibus facta, quatenus tacite approbata a populo aut rege cenſeri debeat, & hoc jam ſupra diximus, [a] nimirum ubi & actus fuit cognitus, & aliquid factum, aut non factum, cujus rei alia cauſa, [b] extra voluntatem fœderis probandi dari non poſſit. *Lib. II. c.15 §17. & Lib. III c.22. §. 3.*

§. VII.

[a] Pœnæ remiſſio [b] ex ſola diſſimulatione non poteſt colligi: ſed [c] opus

verſus Tencteros & Uſipetes. *Appianus exc. legat* n. 16.

„*a*) (SIGNA QUÆDAM MOTA EX CONSUETUDI-„NE SIGNIFICANTIA:) De quibus late egimus *l.* 2. „*c.* 4. §. 3. *c.* 16. §. 1. Voluntas enim æque ſignis „ac verbis declaratur. Conf. *Alex: ab Alex: l. 4. c.* „*7. p. 472. ibiq. Tiraq.*

„*b*) (VITTÆ ET RAMI OLIVARUM:) *Virg. l.* „*8. Æn. v. 127.*

„*c*) (HASTARUM ERECTIO:) *Liv. l.* 34. *c.* 10.

d) (Grot.) (SCUTA CAPITI IMPOSITA:) *Appian.* 2. *Civil. pag.* 454.

e) (Grot.) (SIGNA SUPPLICIS DEDITIONIS:) Apud Perſas manus poſt tergum complicatæ: *Ammianus* lib. XVIII. (Cap. 8. pag. 222. ubi de *Aſſyriis* hoc dicitur.) ad quem locum notata *Lindebrogii*. Vide ſcuta & vexilla perverſa apud Romanos; Notat idem *Ammianus* libro XXVI. (Cap. 10. p. 512. ubi vide *Valeſii* notam.) Submittere vexilla, *Latinus Pacatus* Panegyrico. (c. 36.) Apud Germanos & eorum exemplo alios, herbam porrigere, *Plinius* lib. XXII. c. 4. Qui victi ſe dedunt inermes ſupplicant, ait *Servius* ad 1. Æneid. (487.)

„*f*) (QUÆ PROINDE OBLIGANT AD ARMA „PONENDA:) Quia his ſignis declarant ſe hoſtes „amplius non eſſe, ſed poteſtati victorum ſeſe tra-„dere velle.

„*g*) (AN OBLIGETUR ET QUATENUS EX HIS „QUÆ SUPRA DICTA SUNT &c.) Vide *indicem* „voce *deditus*: Inprimis vero demonſtravimus de-„ditionem ſimplicem non inferre aliquam promiſ-„ſionem aut fidei dationem a parte accipientis.

h) (Grot.) (HODIE VELA CANDIDA TACITUM HABENT SIGNUM PETITI COLLOQUII:) Ignis ſuccenſus petiti colloquii ſignum apud Septentrionis populos. Meminit *Johannes Magnus* & alii. *Plinius* lib. XV, 30. de lauru: *ipſa pacifera, ut quam prætendi etiam inter armatos hoſtes quietis ſit indicium.* (Cap. 30.)

Additio.

„Plerumque pulſus tympanorum,) ſonus tubæ „militaris &c. indicia ſunt petiti colloquii. *Vid.* „*Thuan. l. 10. p. 215.* Unde Tubæ &c. ſigna muta „vocantur apud *Veget. de re milit. l. 3. c. 5.*

„*i*) (OBLIGABUNT ERGO NON MINUS:) Ex „his ſignis enim de voluntate certo conſtat.

(AD §. VI.) De ſponſionibus late egimus *l. 2. c. 15. §. 3. 16. & 17. L. 3. c. 22. §. 3.*

„*a*) (NIMIRUM UBI ET ACTUS FUIT COGNI-„TUS, ET ALIQUID FACTUM, AUT NON FACTUM, „CUJUS REI ALIA CAUSA:) Sponſio ergo obli-„gat ſpondentes, non vero ſummam poteſtatem, „niſi hujus voluntas accedat; ad quam eliciendam „ſolum ſilentium non ſufficere Auctor dixit *l. 2.* „*c. 15. §. 17. n. 1. & 2.* Sed ſi actus aliqui acceſſe-„rint qui ad aliam cauſam probabiliter referri „nequeant, tum recte intelligi actum ratum eſſe „habitum. *d. §. 17. n. 1. & 2.*

„*b*) (EXTRA VOLUNTATEM FOEDERIS PRO-„BANDI:) Si v. g. ſuperior nunquam id facturus „vel omiſſurus fuiſſet, niſi ratum habuiſſet. *Gron. b.*

a) (Grot.) (POENÆ REMISSIO:) Tractat *Polybius* ſervatus in Excerptis Legationum num. 22.

an-

[c] opus eſt accedat actus talis qui aut amicitiam per ſe oſtendat, [d] ut fœdus amicitiæ cauſa; [e] aut opinionem de tali virtute cui merito antefacta condonari debeant, ſive ea opinio verbis indicata eſt, ſive rebus quæ ex more inſtitutæ ſint ad talem ſignificationem.

CAPUT XXV.

Concluſio, cum monitis ad fidem & pacem.

I. *Monita ad fidem ſervandam.*
II. *In bello pacem ſemper ſpectandam:*
III. *Et amplectendam etiam cum damno, Chriſtianis præſertim.*
IV. *Utile id victis:*
V. *Et victori.*
VI. *Et quorum res dubia ſunt.*
VII. *Pacem factam ſumma religione ſervandam.*
VIII. *Votum & finis operis.*

§. I.

I. Atque hic finire me poſſe arbitror, [a] non quod omnia dicta ſint quæ dici poterant, ſed quod dictum ſatis ſit [b] ad jacienda fundamenta, [c] quibus ſi quis velit ſuperſtruere ſpecioſiora opera, adeo me invidentem non habebit, ultro & gratiam referet. Tan-

an ſi remiſſa ſit pœna iis qui facinus fecere, ſimul remiſſa ſit mandatoribus? non puto, ſingulos enim tenent ſua delicta.

„*b*) (EX SOLA DISSIMULATIONE NON POTEST „COLLIGI:) Aliud eſt ſi cum maleſico qua tali „actum eſt, tunc enim ſimul de remittenda ea in „re pœna actum cenſeri debet. *Vid. l.* 3. *c.* 19. §. „3. *n.* 1.

„*c*) (OPUS EST ACCEDAT ACTUS TALIS QUI „AUT AMICITIAM PER SE OSTENDAT:) De quo „late actum eſt *l.* 3. *c.* 20. §. 16. *ſeq.*

„*d*) (UT FOEDUS AMICITIÆ CAUSA:) Imo id „de omni fœdere verum eſſe diximus *ſupra l.* 3. „*c.* 20. §. 40. quia ſua natura omni fœderi amici- „tia ineſt.

„*e*) (AUT OPINIONEM DE TALI VIRTUTE CUI „MERITO ANTE FACTA CONDONARI DEBEANT:) „Ex vagis ejusmodi conjecturis juris remiſſio pla- „ne non elicitur: Cum igitur ex tacita voluntate „nihil ſequatur, niſi ipſi naturæ negotii res de qua „agitur inſit, certum eſt pleraſque interpretandi re- „gulas, quas Auctor affert, nullius fere momenti „in diſciplina juris naturalis eſſe; uti plenius de- „monſtravimus *l.* 2. *c.* 16 *per tot.*

(AD §. 1.) Auctor hoc capite oratorem agit, & Coronidis loco cauſas affert quibus reges & aliæ ſummæ poteſtates a bello deterreri debeant; quæ legi omnino inſerentur: Hic ſaltem monendum diximus, fruſtra Auctorem in §. 1. jactare ſe fundamenta circa jura belli & pacis ſuppeditaſſe; nam fragilia ea admodum eſſe ex ipſa tractatione apparet: Econtrario vidimus ex pauciſſimis poſitionibus noſtris univerſum jus naturæ per juſtas concluſiones adeo ſequi, ut nullum caput tum belli tum pacis ſuperſit, quod exinde deduci non poſſit.

ADDITIO.

„Auctor finem hic imponit operi & §. 1. Com- „mendat fidem tanquam vinculum humani gene- „ris; in §. 2. monet pacem ſemper objectum bel- „li eſſe debere, adeo ut, ſi pax tota haberi poſſit, li- „benter condonari debeant levia damna: §. 3. id- „que conſilium inprimis ſuppeditat minus valenti- „bus: §. 4. quin etiam potentioribus, ut pacem tu- „tam præferre debeant ſperatæ victoriæ, cum ho- „ſtes ad extrema redacti aliquando in deſperatio- „nem adigantur: §. 5. Cæterum nullum inquit „melius eſſe tempus pacis faciendæ quam ubi vi- „res ſunt æquales: §. 6. Tandem monet pacem, ut- „ut duram, ſervandam eſſe ob fidem datam: §. 7. „Denique ſubjungit votum, ut Deus hæc inſcribat „hominum cordibus. §. 8.

„*a*) (NON QUOD OMNIA DICTA SINT QUÆ „DICI POTERANT:) Auctor enim jus naturæ pu- „blicum proprie tractavit, indeque opus ſuum par- „tem jurisprudentiæ longe nobiliſſimam contine- „re dixit. *Proleg.* §. 31. & 32.

„*b*) (AD JACIENDA FUNDAMENTA:) Idem di- „xit in *Proleg.* § 39 *pr.*

„*c*) (QUIBUS SI QUIS VELIT SUPERSTRUERE „SPECIOSIORA OPERA:) Id eſt, ſpeciales jurispru- „dentiæ naturalis partes; quod quomodo fieri „poſſit conſilium ſuppeditat in proleg. §. 31. Nos „in ipſo tractatu obſervavimus ex principiis Au- „ctoris, nimirum ex *jure ſociali*, ex *jure laxiori*, „ex *jure gentium voluntario*, ex *jure divino vo-* „*luntario ex lege Evangelii*, *ex conjectura volunta-* „*tis* (hæc enim ſunt fundamenta a Grotio landa- „ta) nullam obligationem humani generis ſequi: „Probavimus vana & nova hæc nomina eſſe juri- „um quæ vel non exiſtunt, vel ad jurisprudentiæ diſci-

Tantum antequam dimitto lectorem, ſicut, cum de bello ſuſcipiendo agerem, *d* monita quædam de bello quantum fieri poteſt declinando adjeci, ita nunc quoque monita pauca addam *e* quæ in bello & *f* poſt bellum valeant ad fidei curam & pacis: *g* & fidei quidem *h* tum propter alia, *i* tum ne ſpes pacis adimatur. Fide enim non tantum reſpublica quælibet continetur, ut Cicero dicit, *k* ſed & major illa gentium ſocietas: hac ſublata, ut vere Ariſtoteles, ἀνῄρηται ἡ πρὸς ἀλλήλους χρεία τῶν ἀνθρώπων, *tollitur quod inter homines eſt commercium.* Off. 11. 24. Rh. e ad Theod. 1. c. 5. Orat pro Roſc. com. c. 6.

2. Itaque merito idem ille Cicero nefarium eſſe ait, fidem frangere *m* quæ continet vitam: *Sanctiſſimum*, ut Seneca loquitur, *humani pectoris bonum*: *n* quam tanto magis præſtare debent ſummi hominum rectores, *o* quanto cæteris impunius peccant: Itaque fide ſublata *p* feris erunt ſimiles, *q* quarum vim omnes exhorrent. Et *r* juſtitia quidem in cæteris ſuis partibus ſæpe habet aliquid obſcuri:

„diſciplinam non pertinent.

„*d*) (MONITA QUÆDAM DE BELLO QUANTUM „FIERI POTEST DECLINANDO ADJECI:) *Vid. l.* 2. „*c.* 24. *per tot.* l.

„*e*) (QUÆ IN BELLO:) Ut nimirum bello ex „neceſſaria & juſta cauſa ſuſcepto, non tantum „fides hoſti data durante bello ſervetur ſed & „pacis cauſa bellum geratur.

„*f*) (POST BELLUM:) Ne pax & fides ad finiendum bellum data temere violetur.

„*g*) (ET FIDEI QUIDEM:) In bello datæ.

„*h*) (TUM PROPTER ALIA:) Rationem, curnam fides hoſti data ſervanda ſit, expoſuimus „*ſupra l.* 2. *c.* 11. §. 1. *l.* 3. *c.* 19. §. 1.

„*i*) (TUM NE SPES PACIS ADIMATUR:) Nam „quæ cum eo pax eſſe poteſt, a quo nulla ſecuritas eſt, ſed ſemper inſidiæ aut vis exſpectandæ „ſunt? Talis autem eſt qui fidem & jusjurandum „nullo ſibi eſſe loco demonſtravit. *Gron. h.*

„*k*) (SED ET MAJOR ILLA GENTIUM SOCIETAS:) Unde jus gentium voluntarium deducit: „quale non exiſtere diximus *in Proleg.* §. 17. *&* *L.* „1. *c.* 1. § 14.

„*l*) (TOLLITUR QUOD INTER HOMINES EST „COMMERCIUM:) Abſque fide non ſubſiſtit commercium inter homines, adeoque ſervanda omnino eſt.

„*m*) (QUÆ CONTINET VITAM:) I. e. Sine qua „homines tuto vivere non poſſunt.

„*n*) (QUAM TANTO MAGIS PRÆSTARE DEBENT „SUMMI HOMINUM RECTORES:) Fidem reges inprimis decere, tum conſcientiæ tum famæ cauſa „ait *infra n.* 3 Atque hinc ſtatuit regum fidem vim „juramenti habere *l.* 2. *c.* 13 §. 22.

„*o*) (QUANTO CÆTERIS IMPUNIUS PECCANT:) „Quia ſuperiorem non habent qui ab iis pœnam ſumat.

p) (Grot.) (FERIS ERUNT SIMILES:) Legati Juſtiniani apud *Procopium* Perſic. lib. II. Choſroem ſic alloquuntur: εἰ μὴ πρὸς παρόντα σὲ, ὦ βασιλεῦ, οἱ λόγοι ἐγίγνοντο, οὐκ ἄν ποτε ᾠόμεθα Χοσρόην τὸν Καβάδου ἐς γῆν τὴν Ῥωμαίων ἐν ὅπλοις ἥκειν, ἀτιμάσαντα μὲν τοὺς διομωμοσμένους σοὶ ἐναγχος ὅρκους, ὃ τῶν ἐν ἀνθρώποις ἁπάντων ἱκανώτατο καὶ ἰσχυρότατον εἶναι δοκεῖ πίστεώς τε καὶ ἀληθείας ἐνέχυρον. διαλύσαντα δὲ τὰς σπονδὰς, ὧν ἡ ἐλπὶς ἀπολέλειπται μόνη τοῖς διὰ τὴν ἐν πολέμῳ κακοπραγίαν οὐκ ἐν τῷ ἀσφαλεῖ βιοτεύουσιν. οὐ γὰρ ἄλλο οὐδὲν τὸ τοιοῦτον εἴποι τις ἂν εἶναι, ἢ τὴν ἀνθρώπων τὴν δίαιταν ἐς τὴν τῶν θηρίων μεταβεβλῆσθαι. ἐν γὰρ τῷ μηδαμῇ σπένδεσθαι, τὸ πόλεμον ἀπέραντα ξυλλείπεσθαι πάντας. πόλεμος δὲ ὁ πέρας οὐκ ἔχων, ἐξοικίζειν τῆς φύσεως τοὺς ἀνθρώπους μέλλει ἐς ἀεὶ πέφυκεν. *Niſi ad te præſentem, rex, hæc haberetur oratio, nunquam putaſſemus Choſroem Cabadæ filium cum armis intraturum in fines Romanos, contemtis proximum juramentis ſuis atque, quod inter homines ſummum firmiſſimumque creditur veritatis & fidei pignus; ruptis præterea fœderibus, quæ ſola ſpes relinquetur iis qui ob belli mala non in tuto vivunt. Quid enim hoc aliud eſſe dicamus, quam hominum vitam in ferarum vitam mutare? nam ſublatis fœderibus ſequitur ut omnes inter ſe æterna gerant bella. Bella autem fine fine hanc vim habent, ut homines perpetuo teneant natura ſua extorres.* (Cap. 10)

„*q*) (QUARUM VIM OMNES EXHORRENT:) Quia „promiſcue in omnes ſævire ſolent.

„*r*) (JUSTITIA QUIDEM IN CÆTERIS SUIS PARTIBUS SEMPER HABET ALIQUID OBSCURI:) Quia „utraque litigantium juſtitiam cauſæ ſibi vindicare „ſolet.

ri: ſ at fidei vinculum per ſe manifeſtum eſt, imo t ideo quoque uſurpatur ut de negotiis omnis dematur obſcuritas.

3. Quo magis regum eſt religioſe hanc colere, u primum conſcientiæ, deinde v & famæ cauſa, qua ſtat regni auctoritas. Ne dubitent igitur, w eos qui ipſis fallendi artes inſtillant, x id ipſum facere quod docent. y Non poteſt diu prodeſſe doctrina, quæ hominem hominibus inſociabilem facit: z adde & Deo inviſum.

§. II.

Deinde in tota belli adminiſtratione a non poteſt ſecurus & Deo fidens animus retineri, b niſi ſemper in pacem proſpectet. Veriſſime enim dictum a Salluſtio: c *Sapientes pacis cauſa bellum gerere.* Cui congruit Auguſtini ſententia: *non pacem quæri ut bellum exerceatur, ſed bellum geri ut pax acquiratur.* Ipſe Ariſtoteles non ſemel accuſat gentes d quæ bellicas actiones quaſi pro ultimo fine ſibi proponerent. e Ferinum quiddam vis eſt; quæ in bello maxime eminet: quo diligentius curandum eſt ut f humanitate temperetur, ne nimium feras imitando dediſcamus hominem.

Orat. adCæſ.I. c.40.Ed. Waſſ. *Epiſt. 205.ad Boniſ. VII pol. 2.& 14.*

§. III.

Pax ergo tuta ſatis haberi ſi poteſt, a & malefactorum, & damnorum & ſumtuum b condonatione non male conſtat: c præcipue in-

„ſ) (AT FIDEI VINCULUM PER SE MANIFE„STUM EST:) Facile enim apparet, an aliquid con„tra id in quod conſenſum eſt comitatur.

„t) (IDEO QUOQUE USURPATUR UT DE NE„GOTIIS OMNIS DEMATUR OBSCURITAS:) Ideo „enim fides datur, ne dubium aliquod ſuperſit.

„u) (PRIMUM CONSCIENTIÆ:) Quia promiſſor „ipſa ratione naturali jus dat ei cui promittitur, „quod jus ei cujus eſt ex regula naturæ tribui de„bet. *l. 2. c* 11. §, 1. & *l.* 3. *c.* 19. §. 1. *n.* 2. & 3.

„v) (ET FAMÆ CAUSA QUA STAT REGNI „AUTORITAS:) Vid. *Tac. l. 4. Ann. c. 40.*

„w) (EOS QUI IPSIS FALLENDI ARTES INSTIL„LANT:) i. e. miniſtros perfidiam ſuadentes.

„x) (ID IPSUM FACERE QUOD DOCENT:) ne „ipſis quidem fidos eſſe, quibus erga alios perfi„diæ ſunt autores. *Gron. b.*

„y) (NON POTEST DIU PRODESSE DOCTRINA „QUÆ HOMINEM HOMINIBUS INSOCIABILEM FA„CIT:) Nam etiam potentiſſimos aliorum ope in„digere ſupra dixit. *Proleg.* §. 22.

„z) (ADDE ET DEO INVISUM:) Omnis enim „perfidiæ vindex eſt Deus.

a) (NON POTEST SECURUS ET DEO FIDENS „ANIMUS RETINERI:) i. e. cum pietate pugnat „bellum.

„b) (NISI SEMPER IN PACEM PROSPECTET:) „Bellum enim geritur ut jus reparetur: & ex hac „ſola neceſſitate licitum eſt; quæ ceſſat, ſi per pa„cem juris reparatio obtineri poteſt.

„c) SAPIENTES PACIS CAUSA BELLUM GERERE:) „*Conf l. 1. c. 1.* §. *1. l. 3. c. 15.* §. *2. Proleg.* §. *25.* „*junct. l. 1. c. 2.* §. *1. n 6*

„d) (QUÆ BELLICAS ACTIONES QUASI PRO UL„TIMO FINE:) Quæ bellum gererent tantummo„do quia nihil præclarius quam bellum gerere pu„tarent. *Gron. b.*

„e) (FERINUM QUIDDAM VIS EST:) *Vid. l. 1. c. 7.* „§. 1. *n.* 4. item §. *præced.*

„f) (HUMANITATE TEMPERETUR:) Quam Au„thor paſſim in bellis commendat: *Vid. l. 3. c.* 13. „§. 4. *l. 2. c.* 2. §. 6.

a) (ET MALEFACTORUM, ET DAMNORUM ET „SUMTUUM:) Bello enim agitur (1) ad injuriæ il„latæ (2) ad damnorum bello datorum (3) ad im„penſarum culpa alterius factarum reparationem.

„b) (CONDONATIONE NON MALE CONSTAT:) „I. e. remitti potius debet injuria, quam bello vin„dicari ſi in poſterum de ſecuritate ſatis caveatur. „*Vid. l. 2. c. 24.* §. *2. ſeq.*

„c) (PRÆCIPUE INTER CHRISTIANOS QUIBUS „PACEM SUAM DOMINUS LEGAVIT:) Et quidem eo „perfectiſſimum Chriſti imitantur exemplum, qui „pro nobis adhuc impiis mori voluit. *Vid. l. 2. c.* „24.

inter Christianos, quibus pacem ſuam Dominus legavit. Cujus [d] optimus interpres nos vult, quantum fieri poteſt, quantum in nobis ſitum eſt, cum omnibus pacem quærere. [e] Viri boni eſt initia belli invitum ſuſcipere, extrema non libenter perſequi: ut apud Salluſtium legimus. *Rom. 12 18.* *Immo apud Cicer. Epiſt. ad Famil. 4. 7.*

§. IV.

Satis quidem [a] hoc unum eſſe debet, [b] ſed & plerumque utilitas humana eodem trahit; primum eos qui minus valent: [c] quia periculoſum eſt longum cum valentiore certamen, &, ut in navi fit, [d] jactura aliqua redimenda major calamitas, [e] omiſſa ira ac ſpe fallacibus, ut recte Livius dixit, auctoribus. Hunc ſenſum [f] Ariſtoles ſic enuntiat: κρεῖττον τοῖς κρείττοσι μέρος τι τῶν ὑπαρχόντων πρόεσθαι, ἢ πολέμῳ κρατηθέντας αὐτὺς αὐτοῖς χρήμασιν ἀπολέσθαι: *Satius eſt bis qui plus pollent aliquid rerum ſuarum relinquere, quam bello victos cum rebus perire.* *Lib. 7 Cap. 40.*

§. V.

[a] Sed & eos qui validiores ſunt: quia bonis ſuis rebus, ut idem [b] Livius non minus vere ait, [c] ampla ac ſpecioſa dantibus pax eſt; [d] ac melior tutiorque quam ſperata victoria. Cogitandus enim [e] Mars communis: διεξιτέον ait Ariſtoteles, τὰς μεταβολὰς τὰς ἐν πολέμῳ ὡς πολλαι και παράλογοι γίνονται: *Cogitandum in bello quam multæ quamque improviſæ mutationes accidere ſoleant.* In oratione quadam pro pace apud Diodorum culpantur οἱ τὸ μέγεθος τῶν εὐημερημάτων προσφερόμενοι ὥσπερ τῆς τύχης ὐκ ἐναλλὰξ εἰθισμένης βραϐεύειν τὰ κατα πόλεμον προτερήματα: *qui rerum geſtarum a ſe magnitudinem extollunt, plane quaſi non is mos eſſet fortunæ [f] belli proſpera vicibus largiri* [g] Et maxi- *Lib. 33. c. 30.*

„24. §. 1. *n.* 1.

„*d*) (OPTIMUS INTERPRES:) Paulus *ad Rom. c.* „12. *v.* 18.

„*e*) (VIRI BONI EST INITIA BELLI INVITUM „SUSCIPERE:) *Vid. l.* 2. *c.* 24. §. 9.

„*a*) (HOC UNUM:) Imitari exemplum Ser„vatoris.

„*b*) (SED ET PLERUMQUE UTILITAS HUMANA „EODEM TRAHIT:) Pax victori & victo utilis eſt.

„*c*) (QUIA PERICULOSUM EST LONGUM CUM VA„LENTIORE CERTAMEN:) Prudentiæ ergo regula „eſt tempori cedere. *l.* 2. *c.* 24. §. 7.

„*d*) (JACTURA ALIQUA REDIMENDA MAJOR CA„LAMITAS:) Pars aliqua imperii cedi pot„eſt & debet ut totum ſervetur. *l.* 3. *c.* 20. §. 5. „*l.* 2. *c.* 24. §. 5. & 6.

„*e*) (OMISSA IRA AC SPE FALLACIBUS &c. „AUCTORIBUS:) Nam pax talis irrita per exce„ptionem vis & metus reddi non poteſt.

f) (Grot.) (ARISTOTELES SIC ENUNCIAT:) *Philo* vero de conſtitutione principis (*pag.* 733. D. *Ed. Pariſ.*) hunc in modum: εἰρήνη κἂν ᾖ σφόδρ' ἐπιζήμιος, λυσιτελεστέρα πολέμου. *pax quamvis cum magno detrimento, bello utilior.* (Locus ARISTOTELIS reperitur in *Rhetor. ad Alex.* Cap. 3. unde etiam petitus eſt alter, quem Auctor adfert in paragrapho ſequenti. *J. B.*)

ADDITIO.

„Latius hanc doctrinam expoſuit Auctor *l.* 2. *c.* „24. §. 6.

„*a*) (SED ET EOS QUI VALIDIORES SUNT:) „Pax etiam validioribus utilis eſt.

„*b*) (LIVIUS:) Sunt verba Annibalis apud *Liv.* „*l.* 30. *c.* 30. Similia vide apud *eundem l.* 23. *c.* 13. „*Tesm. b.*

„*c*)(AMPLA AC SPECIOSA DANTIBUS PAX EST:) „Poſſunt dictare conditiones quæ ipſis plus gloriæ „& commodi afferunt: Unde alibi probavimus pace „repudiata juſtitiam cauſæ in alterum partem tran„ſire. *Prol.* §. 24. *lit. b.*

„*d*) (AC MELIOR TUTIORQUE QUAM SPERATA „VICTORIA:) Utpote quæ incerta adhuc eſt.

„*e*) (MARS COMMUNIS:) Bellum enim eſt aleæ „ſpecies.

„*f*) (BELLI PROSPERA VICIBUS LARGIRI:) Par„vo intervallo aut momento interpoſito variare, „& ex ſecundis adverſa facere. *Gron. b.*

g) (Grot.) (ET MAXIME METUENDA DESPE-

RAN

maxime metuenda deſperantium audacia, *b* tanquam accerrimi morientium belluarum morſus.

§. VI.

Bell. ci. vil. Lib. 3. c. 10. Quod ſi uterque *a* pares ſibi videantur, id vero, *b* Cæſare auctore, optimum tempus de pace agendi, dum ſibi uterque confidit.

§. VII.

a Pax autem facta *b* qualibuſcumque legibus ſervanda omnino, *c* ob eam quam diximus fidei ſanctimoniam, ſoliciteque cavenda *d* non tantum perfidia, *e* ſed & quidquid animos exaſperat. Nam quod de privatis amicitiis dixit Cicero, ad has publicas non minus recte aptes; quæ cum omnes ſumma religione ac fide tuendæ, tum eæ maxime quæ *f* ex inimicitiis revocatæ ſunt in gratiam.

Apud Hiero. nym. A-pol. adv. Ruffin. Lib. 1. init.

§. VIII.

Inſcribat hæc Deus (*a* qui ſolus hoc poteſt) cordibus eorum *b* quorum res Chriſtiana in manu eſt, *c* & iisdem mentem divini humanique juris intelligentem duit, quæque ſemper cogitet *d* lectam ſe miniſtram ad regendos *e* homines, Deo cariſſimum animal.

RANTIUM AUDACIA:)

Λεαινας γάρ καὶ κοῖτας ἀποιχομένοιο λέοντος.

Quippe timenda etiam morientis luſtra leonis.

[Hunc verſum, qui Veteris cujusdam Poëtæ eſſe videtur, noſter habet a PLUTARCHO, in Vit. *Marii*, ſub finem, (*pag.* 432. C. *Ed. Wech.*) obi alio ordine leguntur duæ voces, *κοῖται καὶ* non *καὶ κοῖται*: & vox *ἀποιχομένοιο* exponitur ab Ioterprete *abeuntis*, ooo *morientis*. Hæc tamen verſio Auctoris noſtri poteſt defendi. Vide quæ diximus in Notis Gallicis ad h. l. in *Addend. J. B.*)

„*b*) (TANQUAM ACCERRIMI MORIENTIUM BEL„LUARUM MORSUS:) *Flor. l.* 2. *c.* 15.

a) (PARES:) Scilicet viribus.

„*b*) (CÆSARE:) *Conf. Liv. L.* 30. *c.* 29.

„*c*) (OPTIMUM TEMPUS DE PACE AGENDI:) „Quod latius expoſuit Autor *ſupra l.* 2. *c.* 24. §. 9.

„*a*) (PAX AUTEM FACTA:) Hactenus Auctor „monita dedit quæ *in bello* valent, ſequuntur nunc „monita quæ *poſt bellum* commendat. *Add. ſupra* „*§.* 1. *n.* 1.

„*b*) (QUALIBUSCUNQUE LEGIBUS SERVANDA „OMNINO:) Adeo ut nunquam exceptio vis & „metus paci opponi poſſit: *L.* 3. *c.* 19. *§. &* 12 „*l.* 2. *c.* 17. §. 19.

„*c*)(OB EAM QUAM DIXIMUS FIDEI SANCTI„MONIAM:)Quia is qui fidem dat jus in alterum „qua hoſtem transfert, quod ei tribuere debet. „Neque vis illa injuſta dici poteſt, quia alias po„ſita perpetuum inter homines bellum foret.

„*d*) (NON TANTUM PERFIDIA:) Hæc enim „nunquam in hoſtem nedum in amicum licita „eſt. *Vid l.* 3. *c.* 1. §. 22. *c.* 4. § 18.

„*e*) (SED ET QUICQUID ANIMOS EXASPERAT:) „i. e. quicquid contra amicitiam eſt. *Vid. l.* 2. *c.* „23. *§.* 40. *Gron. h.*

„*f*) (QUÆ EX INIMICITIIS REVOCATÆ SUNT „IN GRATIAM:) ne refricentur vulnera antiqua, „incendiumque in majus excreſcat. *Gron. h.*

„*a*) (QUI SOLUS HOC POTEST:) A quo ſolo ve„ra pax proficiſcitur. *Aug. de Civ. Dei l.* 3. *c.* 9.

„*b*)(QUORUM RES CHRISTIANA IN MANU EST:) „Rectorum populorum qui nomen Chriſtia„num profiteotur.

„*c*) (ET IISDEM MENTEM DIVINI HUMANIQUE „JURIS INTELLIGENTEM:) Intelligit jus naturæ. „*Vid. ſupra proleg.* §. 2. Totum hoc eſt Tiberii „apud *Tac. l.* 4. *ann.*

„*d*) (LECTAM SE MINISTRAM AD REGENDOS „HOMINES:) Principes enim ſunt vicarii ſummi „numinis, ejusque nomine ac jure hominibus im„perant.

e) (Grot) (DEO CARISSIMUM ANIMAL:) Sic *Chryſoſtomus* ſermone de eleemoſina (Tom. VI. pag. 927. *Edit. Savil.* *ἄνθρωπος τὸ περισπούδαστον ζῶον τῷ Θεῷ.* (Addamus hominis Ethnici teſtimonium. Is eſt SYMPLICIUS, qui Hominem vocat, non inhonoratam neque vilem Dei poſſeſſionem, *ὀυκ ἄτιμον ὀυδ᾽ ἐυτελὲς τῷ Θεῷ κτῆμα.* Pag. 239. *Edit. Lugd. B. Salm.* Ubi PLATONIS veſtigia ſequitur, qui ſtatuit, Homines eſſe *ἓν τῶν κτημάτων τοῖς Θεοῖς.* In PHÆDONE, *pag.* 62. B. Tom. I. Edit. H. Steph. Diſerte vero PHILO, Judæus, Græce idem, quod heic Auctor noſter Latine: *Ζῶον τὸ θεοφιλέστατον ὁ Ἄνθρωπος* &c. De Somniis, *pag.* 581. E. *Edit. Pariſ.* J. B.)

ADDITIO.

„Conf. *proleg.* §. 6.

Finis Librorum de Jure Belli ac Pacis.

EX VITA

S. LUDOVICI

REGIS FRANCORUM DESCRIPTA A JOINVILLIO,

CAP. LXXXIX.

Qui in magno erant Regis conſilio ſæpe eum reprehendebant quod tantum laboris ſumeret ad pacem inter externos reponendam; mendoſe eum facere quod non eos bellare ſineret; aliquanto poſt fore ut rectius tranſigatur. Reſpondebat Rex non recte eos loqui. Si inquit, Principes & Dynaſtæ vicini regni mei viderent me facile perpeti ut bella inter ſe gererent, dicerent inter ſe: Rex Francorum dolo malo nos bellare patitur, atque inde odium in me conciperent, & aliquando me incurſarent, unde malum regno meo evenire poſſet. Præterea fieri poſſet ut & Dei iram in me accerſerem, cum dicat Deus, benedictos eſſe qui operam dant ut ad pacem & concordiam revocentur diſcordantes. Affirmare poſſum & Burgundiones & Lotharingos conſpecta Regis bonitate & juſtitia, tam ejus fuiſſe amantes, eique obſequentes, ut cauſas controverſiarum inter ipſos ortarum apud ipſum agerent. Vidi eos ſæpe venientes modo Lutetiam, modo Remos, modo Melodunum, modo in loca alia in quibus Rex erat.

CCCCLXXXIV

EX VITA EJUSDEM JUXTA MANDATA

S. LUDOVICI

REGIS DATA FILIO EX ACTIS COLLEGII RATIONALIUM IN URBE PARISIENSI.

Si qua controverſia aut actio in te moveatur, inquire in veritatem tam contra te quam pro te. Siquid alieni habere te animadvertas, quod aut te aut majores tuos cepiſſe conſtet, fac illico reſtituatur. Cave bellum geras adverſus Chriſtianum quemquam, niſi ex multorum conſilio, & ita ſi bellum evitare non poſſis. Quod ſi bellum habeas, abſtine ab Eccleſiaſticis & iis qui tibi nihil nocuere. Si inter ſubditos tuos bellum aut rixæ oriantur, fac eos ad concordiam reducas quamprimum fieri poteſt. Sæpe ſpecta quid Bailivi, Præpoſiti, & alii Officiales tui faciant, & in eorum actus inquire, ut ſi quid corrigendum ſit id corrigat. Fac nullum turpe peccatum regnet in regno tuo.

Digitized by Google

Digitized by Google

XL
T.5